300
EH567/04
UANL
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC

KJA2150
.G88
A2
1601-70
v.8
c.1

# D. IOANNIS GVTIERREZ HISPANI,

## IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI

Almæ Eccleſiæ Ciuitatenſis Canonici Doctoralis,

# PRAXIS CRIMINALIS CIVILIS ET CANONICA

in librum octauum nouæ Recopilationis Regiæ,

*SIVE,*

Practicarum Quæſtionum Criminalium,

## TRACTATIO NOVA.

*Omnibus Iuriſconſultis tum in Scholis verſantibus apprime vtilis & neceſſaria.*

Editio vltima à mendis quæ prioribus irrepſerant, expurgata.



LVGDVNI,

Sumptibus LAVRENTII ANISSON,

M. DC. LX.

CVM PRIVILEGIO.

46390

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ALERE FLAMMAM VERITATIS

1080045643

# SVMMA PRIVILEGII SACRÆ CESAREÆ MAIESTATIS.

FERDINANDVS tertius Diuina fauente clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Germaniæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carynthiæ, Carniolæ, & VVirtembergæ, Comes Tyrolis, &c. Imperatoriam Majeſtatem quemadmodum non armis ſolùm decoratam, ſed etiam legibus decet eſſe armatam, vt tam harum præſidio ac munimine, quàm illorum vi ac robore, quà belli quà pacis tempore Reipublicæ & tueatur ſalutem, & prouehat ornamentum: ita quum vel ad armorum gloriam propagandam illuſtrandamque, vel ad legum vim explanandam, authoritatemque conſtabilendam nullum ſit re litteraria, eiuſque diligendi culturâ aptius ac ſolidius inſtrumentum, iis qui huic iuuandæ atque excolendæ operam pariter ac facultates ſuas impendunt, Cæſaræi fauoris patrocinium vt impertiat fas æquumque eſt. Quum itaque Nobis noſtri & Sacri Imperij fideles dilecti VVolfgangus Iunior, & Ioannes Andreas Enter Bibliopolæ Noribergenſes humillimè curarint exponendum ſe Opera Iuridica IOANNIS GVTIERREZ, &c. ſuis typis ac ſumptibus denuò excudere conſtituiſſe, vereri autem ſe ſe, quum editiones iſtæ ingentes requirant impenſas, ne dum ipſi rei litterariæ iuuandæ, aliorumque commodis prouehendis pro virili ſua inſudant, improba hominum alienis laboribus inſidiantium, quæſtuique ac lucro proprio vel cum aliorum noxa & iacturâ augendo inhiantium cupiditate ſperato laboris atque impendij ſui fructu deſtitui inſanabilem in re ſua domeſticâ faciant pauperiem: adeóque Nos ſupplicabunde rogarint, vti rationibus ſuis hac in parte conſulere, ſéque contra cuiuſcunque æmuli lucripetæ dolum Cæſarei Noſtri Diplomatis præſidio munire clementer dignaremur. Nos itaque iuſtis id genus prædictorum VVolfgangi & Ioannis Andreæ Enter precibus tantò annuimus faciliùs, quanto cenſemus indignius eos, qui rem litterariam publicam opibus ſuis liberaliter ſuſcipiunt prouehendam, re ſua familiari fraudenter euerti. Ac proinde ipſos VVolfgangum Iuniorem, & Ioannem Andream Enter, eorumque hæredes Cæſareo noſtro Priuilegio ſuper editione dictorum Operum Iuridicorum IOANNIS GVTTIERREZ, &c. inſtauranda clementer donauimus: adeóque prudentes, ſcientes, animo deliberato, & Cæſarea noſtra authoritate diſertè donamus omnibus ac ſingulis Typographis, Bibliopolis Bibliopegiſque & librorum compactoribus, & aliis quibuſcunque librariam negotiationem exercentibus tenore præſentium inhibentes ac vetantes, ne quis eorum ſupra dictos libros ſimul omnes coniunctim, aut vnum quemlibet eorum ſigillatim ac ſeorſim poſteaquam à ſæpè nominatis Enter, eorumve hæredibus fuerint excuſi, ad ſexennium à prima editionis die proximè computandum intra Sacri Romani Imperij, Regnorumque Prouinciarum, ac dominiorum noſtrorum hæreditariorum fines ſimili vel alio typo & charactere, vel forma, vel etiam per compendium, aut ſub augmentatione alicuius alterius Auctoris, in toto, ſiue in parte recudere, vel aliò recudentes dare, vel alibi etiam impreſſiones importare, adducere, reuendere, aut diſtrahere clam vel palam citra voluntatem ac conſenſum prædictorum VVolfgangi & Ioannis Andreæ Enter, eorumve hæredum auſit, præſumatue: Si quis autem ſecus faxit, & interdictum hoc noſtrum temerario quodam auſu uigrare, negligere, tranſgredi, & violare non fuerit veritus, is non ſolùm huiuſmodi libris perperam quippe ac fraudulenter recuſſis atque importatis, quos quidem antedicti Enter, eorumue hæredes, vbicunque deprehenſos, ſiue propria authoritate, vel Magiſtratus loci illius auxilio apprehendere, ac ſibi vindicare poterunt, de facto priuari, ſed viginti quoque mercares auri puri pati ex ſemiſſe Ærario, ſiue fiſco noſtro Imperiali fraudis nimirum vindici: ex altero

ã 2 verò

UANL FONDO

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

verò ſemiſſe ſæpememoratis VVolfgango & Ioanni Andreæ, eorumve hæredibus omni remiſſionis ac veniæ ſpe præciſa pendendarum mulctam dare iam nunc damnas eſto. Hac tamen lege, vt prædicti Enter, quaterna vt minus Exemplaria vniuſcuiuſque libri ſtatim poſt finitam ſcuiuſque editionem, ad Cancellariam noſtram Imperialem ſuis ſumptibus curent tranſmittenda: Quod ſi neglexerint hac noſtra gratia ac Priuilegio neutiquam gaudere poſſint: Sed eo ſtatim priuati & exuti eſſe cenſeantur. Mandamus ergo vniuerſis & ſingulis noſtris, & Sacri Imperij Regnorumque Prouinciarum, ac Dominiorum noſtrorum hæreditariorum ſubditis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis aut fortunæ exiſtant tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu conſtituti, vel proprio vel Superiorum nomine ac loco ius dicunt, Iuſtitiæque exercent adminiſtrationem, atque adeò Imperiali noſtro librorum Commiſſario Francofurti, ne quenquam Priuilegium & interdictum hoc noſtrum Cæſareum temerè & impunè tranſgredi aut violare quouis modo ſuperius expreſſo ac prohibito patiantur. Quin potius contumaces, ſi quos fortè compererint præſcripta pœna mulctari, aliiſque modis idoneis curent coërceri, ni grauiſſimam noſtram indignationem incurrere, & eandem mulctam luere voluerint. Harum teſtimonio litterarum, manus noſtræ ſubſcriptione, & ſigilli noſtri Cæſaræi impreſſione munitarum, quæ dabantur in Ciuitate noſtra Imperiali Ratisbonæ die vigeſima tertia menſis Maij, Anno Domini milleſimo, ſexcenteſimo, quinquageſimo tertio, Regnorum noſtrorum, Romani decimo ſeptimo, Hungarici vigeſimo octauo, Bohemici verò vigeſimo ſexto.

---

Die 2. Octobris 1658. VVolfgangus Iunior, & Ioannes Andreas Enter, Bibliopolæ Norinbergenſes ius ſuum præſentis Priuilegij conceſſerunt LAVRENTIO ANISSON, Bibliopolæ Lugdunenſi.

---

## *CONSENSVS.*

Librum hunc inſcriptum, D. IOANNIS GVTTIEREZ Iuriſconſulti Hiſpani *Praxis Criminalis Ciuilis & Canonica*, typis mandari, & in lucem edi, ſumptibus LAVRENTII ANISSON, Bibliopolæ Lugdunenſis, Ego Regis Conſiliarius, & Procurator in Lugdunenſi Præfectura non impedio. Lugduni die 19. Nouembris 1659.

VIDAVD.

---

## *PERMISSIO.*

Librum inſcriptum, D. IOANNIS GVTIERREZ, *Praxis Criminalis Ciuilis & Canonica* à LAVRENTIO ANISSON, typis mandari permittimus. Lugduni die 20. Nouembris 1659.

SEVE.

PRAXIS



# PRAXIS CRIMINALIS, CIVILIS, ET CANONICA IN LIBRVM OCTAVVM NOVÆ COLLECTIONIS REGIÆ.

---

## SVMMARIVM.


1 *Inquiſitio quid ſit, & quotuplex, & de praxi Inquiſitionis à iudicibus ſeruanda? & per totam quæſtionem, præcipuè, num. 48.*

7 *Inquiſitio in criminalibus duobus modis fit, ex officio iudicis, vel ad inſtantiam, & querelam partis. Et de iure ciuili regulariter iudex non poteſt procedere ex officio ad Inquiſitionem, ſed ad querelam, vel inſtantiam partis, vt in num. 8. & quid debeat præcedere ad hoc, vt ex officio poſſit iudex procedere? num. 9. de praxi procedendi, num. 10. quid iure canonico, n. 11. & num. 12.*

14 *Inquiſitio non præcedente fama, nulla & inualida eſt, ampliatur, num 15. & ſequentib. num. 19. reiicitur opinio contraria Angeli, & num. 20. probatur opinio eiuſdem in caſu de quo hic. Limitatur, num. 28. cum ſeqq.*

21 *Fama, quæ præcedere debet ad inquirendum, qualis eſſe debeat?*

22 *Fama ad inquirendum præcedere debet à fide dignis, & non maleuolis perſonis, aliàs non ſufficit ad formandam Inquiſitionem. Et in dubio præſumitur præceſſiſſe à fide dignis, non autem à maleuolis, vt in num. 23.*

24 *Iudici aſſerenti famam præceſſiſſe ad inquirendum non creditur, niſi de ea aliunde appareat per teſtes, &c. vt hic.*

24 *Inquiſitio nulla ex defectu infamiæ præcedentis, non conualidatur, etiam quod poſtea teſtes in ea producti plenè probauerint delictum, de quo inquiſitus non erat diffamatus.*

26 *Statutum mandans poſſe contra non diffamatum inquiri non valet.*

27 *Iudex procedens ad Inquiſitionem, fama non præcedente, ad quid teneatur?*

29 *Iudex, vel ciuitas, quæ habet merum imperium, poteſt creare Officiales publicos, qui denuntient maleficia.*

30 *Inquiſitio facta fama, vel indiciis non præcedentibus parte non opponente, valet, & tenet, & num. 31.*

32 *Inquiſitio facta de mandato Principis motu proprio, fama non præcedente, valet, & tenet, ſecus ſi ad poſtulationem partis. quid aliud requiratur, quando Inquiſitio fit de mandato Principis motu proprio? num. 33.*

34 *Inquiſitio in crimine hæreſis poteſt fieri etiam nulla præcedente diffamatione, & quomodo hoc intelligatur?*

35 *Inquiſitio generalis, & ſpecialis, poteſt fieri contra Officiales in ſyndicatu; etiam fama non præcedente?*

36 *Inquiſitio poteſt fieri ad denunciationem vnius probi viri.*

37 *Inquiſitio fieri poteſt generaliter de crimine, etiam non præcedente fama, ſecus ſpecialiter. Ampliatur, & declaratur, num. 38. & num. 39. & 40. & probatur, num. 49.*

41 *Inquiſitio generalis duplex eſt vt hic, & in n. 2. cum ſeqq.*

42 *Nominatio facta per teſtes examinatos in Inquiſitione generali, de ſpeciali delinquente aperit viam iudici ad ſpecialiter contra illum inquirendum, etiam nulla præcedente fama, & etiam quod tales teſtes ſint examinati parte non citata.*

43 *Inquirere generaliter licet iudici ad veritatem eruendam cadauere reperto, cuius delicti nemo ſit infamatus, non tamen de perſona particulari, infamia contra eum non præcedente.*

44 *Inquiri poteſt indiciis præcedentibus loco diffamationis. Debent autem indicia eſſe legitima, vt in num. 45. Et quæ dicantur legitima in propoſito, num. 46. Et non debent eſſe tam vrgentia, ſicut ad torquendum, vt in num. 47.*

50 *Inquiſitio generalis ſuper ipſa fama fieri poteſt contra aliquem etiam modica, vel nulla diffamatione præcedente.*

51 *Inquirere poteſt abſque diffamatione, quando delictum eſt notorium, & publicè commiſſum coram populo, vel maiore parte eius vt hic.*

52 *Inquirere poteſt abſque diffamatione in delicto occulto proditoriè commiſſo.*

53 *Inquirere poteſt iudex ex officio poſt accuſationem formatam à parte ea deſiſtente.*

54 *Inquirere poteſt iudex ex officio ad impediendum delictum in futurum committendum.*




UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

verò ſemiſſe ſæpememoratis VVolfgango & Ioanni Andreæ, eorumve hæredibus omni remiſſionis ac veniæ ſpe præciſa pendendarum mulctam dare iam nunc damnas eſto. Hac tamen lege, vt prædicti Enter, quaterna vt minus Exemplaria vniuſcuiuſque libri ſtatim poſt finitam ſcuiuſque editionem, ad Cancellariam noſtram Imperialem ſuis ſumptibus curent tranſmittenda: Quod ſi neglexerint hac noſtra gratia ac Priuilegio neutiquam gaudere poſſint: Sed eo ſtatim priuati & exuti eſſe cenſeantur. Mandamus ergo vniuerſis & ſingulis noſtris, & Sacri Imperij Regnorumque Prouinciarum, ac Dominiorum noſtrorum hæreditariorum ſubditis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis aut fortunæ exiſtant tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu conſtituti, vel proprio vel Superiorum nomine ac loco ius dicunt, Iuſtitiæque exercent adminiſtrationem, atque adeò Imperiali noſtro librorum Commiſſario Francofurti, ne quenquam Priuilegium & interdictum hoc noſtrum Cæſareum temerè & impunè tranſgredi aut violare quouis modo ſuperius expreſſo ac prohibito patiantur. Quin potius contumaces, ſi quos fortè compererint præſcripta pœna mulctari, aliiſque modis idoneis curent coërceri, ni grauiſſimam noſtram indignationem incurrere, & eandem mulctam luere voluerint. Harum teſtimonio litterarum, manus noſtræ ſubſcriptione, & ſigilli noſtri Cæſaræi impreſſione munitarum, quæ dabantur in Ciuitate noſtra Imperiali Ratisbonæ die vigeſima tertia menſis Maij, Anno Domini milleſimo, ſexcenteſimo, quinquageſimo tertio, Regnorum noſtrorum, Romani decimo ſeptimo, Hungarici vigeſimo octauo, Bohemici verò vigeſimo ſexto.

---

DIe 2. Octobris 1658. VVolfgangus Iunior, & Ioannes Andreas Enter, Bibliopolæ Norinbergenſes ius ſuum præſentis Priuilegij conceſſerunt LAVRENTIO ANISSON, Bibliopolæ Lugdunenſi.

---

## *CONSENSVS.*

LIbrum hunc inſcriptum, D. IOANNIS GVTTIEREZ Iuriſconſulti Hiſpani *Praxis Criminalis Ciuilis & Canonica*, typis mandari, & in lucem edi, ſumptibus LAVRENTII ANISSON, Bibliopolæ Lugdunenſis, Ego Regis Conſiliarius, & Procurator in Lugdunenſi Præfectura non impedio. Lugduni die 19. Nouembris 1659.

VIDAVD.

---

## *PERMISSIO.*

LIbrum inſcriptum, D. IOANNIS GVTIERREZ, *Praxis Criminalis Ciuilis & Canonica* à LAVRENTIO ANISSON, typis mandari permittimus. Lugduni die 20. Nouembris 1659.

SEVE.

PRAXIS



# PRAXIS CRIMINALIS, CIVILIS, ET CANONICA IN LIBRVM OCTAVVM NOVÆ COLLECTIONIS REGIÆ.

## SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio quid ſit, & quotuplex, & de praxi Inquiſitionis a iudicibus ſeruanda? & per totam quæſtionem, præcipuè, num. 48.*

7 *Inquiſitio in criminalibus duobus modis fit, ex officio iudicis, vel ad inſtantiam, & querelam partis. Et de iure ciuili regulariter iudex non poteſt procedere ex officio ad Inquiſitionem, ſed ad querelam, vel inſtantiam partis, vt in num. 8. & quid debeat præcedere ad hoc, vt ex officio poſſit iudex procedere? num. 9. de praxi procedendi, num. 10. quid iure canonico, n. 11. & num. 12.*

14 *Inquiſitio non præcedente fama, nulla & inualida eſt, ampliatur, num 15. & ſequentib. num. 19. reiicitur opinio contraria Angeli, & num. 20. probatur opinio eiuſdem in caſu de quo hic. Limitatur, num. 28. cum ſeqq.*

21 *Fama, quæ præcedere debet ad inquirendum, qualis eſſe debeat?*

22 *Fama ad inquirendum præcedere debet à fide dignis, & non maleuolis perſonis, aliàs non ſufficit ad formandam Inquiſitionem. Et in dubio præſumitur præceſſiſſe à fide dignis, non autem à maleuolis, vt in num. 23.*

24 *Iudici aſſerenti famam præceſſiſſe ad inquirendum non creditur, niſi de ea aliunde appareat per teſtes, &c. vt hic.*

24 *Inquiſitio nulla ex defectu infamiæ præcedentis, non conualidatur, etiam quod poſtea teſtes in ea producti plenè probauerint delictum, de quo inquiſitus non erat diffamatus.*

26 *Statutum mandans poſſe contra non diffamatum inquiri non valet.*

27 *Iudex procedens ad Inquiſitionem, fama non præcedente, ad quid teneatur?*

29 *Iudex, vel ciuitas, quæ habet merum imperium, poteſt creare Officiales publicos, qui denuntient maleficia.*

30 *Inquiſitio facta fama, vel indiciis non præcedentibus parte non opponente, valet, & tenet, & num. 31.*

32 *Inquiſitio facta de mandato Principis motu proprio, fama non præcedente, valet, & tenet, ſecus ſi ad poſtulationem partis. quid aliud requiratur, quando Inquiſitio fit de mandato Principis motu proprio? num. 33.*

34 *Inquiſitio in crimine hæreſis poteſt fieri etiam nulla præcedente diffamatione, & quomodo hoc intelligatur?*

35 *Inquiſitio generalis, & ſpecialis, poteſt fieri contra Officiales in ſyndicatu; etiam fama non præcedente?*

36 *Inquiſitio poteſt fieri ad denunciationem vnius probi viri.*

37 *Inquiſitio fieri poteſt generaliter de crimine, etiam non præcedente fama, ſecus ſpecialiter. Ampliatur, & declaratur, num. 38. & num. 39. & 40. & probatur, num. 49.*

41 *Inquiſitio generalis duplex eſt vt hic, & in n. 2. cum ſeqq.*

42 *Nominatio facta per teſtes examinatos in Inquiſitione generali, de ſpeciali delinquente aperit viam iudici ad ſpecialiter contra illum inquirendum, etiam nulla præcedente fama, & etiam quod tales teſtes ſint examinati parte non citata.*

43 *Inquirere generaliter licet iudici ad veritatem eruendam cadauere reperto, cuius delicti nemo ſit infamatus, non tamen de perſona particulari, infamia contra eum non præcedente.*

44 *Inquiri poteſt indiciis præcedentibus loco diffamationis. Debent autem indicia eſſe legitima, vt in num. 45. Et quæ dicantur legitima in propoſito, num. 46. Et non debent eſſe tam vrgentia, ſicut ad torquendum, vt in num. 47.*

50 *Inquiſitio generalis ſuper ipſa fama fieri poteſt contra aliquem etiam modica, vel nulla diffamatione præcedente.*

51 *Inquirere poteſt abſque diffamatione, quando delictum eſt notorium, & publicè commiſſum coram populo, vel maiore parte eius vt hic.*

52 *Inquirere poteſt abſque diffamatione in delicto occulto proditoriè commiſſo.*

53 *Inquirere poteſt iudex ex officio poſt accuſationem formatam à parte ea deſiſtente.*

54 *Inquirere poteſt iudex ex officio ad impediendum delictum in futurum committendum.*



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

55 *Inquirere poteſt iudex de delicto ex ſola denunciatione.*
56 *Et an ipſa denunciatio ſufficiat ad tranſmittendam informationem contra ipſum denunciatum ? remiſſiuè, num.*56.
57 *Inquirere iudex poteſt contra non infamatum, quando eſt infamatus de crimine annexo, vt in ſpecie de qua hic. Declaratur, n.*58.
59 *Inquirere iudex poteſt abſque infamia præcedente ad ſciendum an adſit aliquod ſecretum impedimentum, vel inhabilitas ad admittendum, vel excludendum aliquem ab officio, vel dignitate.*
60 *Inquirere poteſt iudex ex officio contra eum, quem ipſe iudex vidit committentem delictum, abſque vlla querela, denunciatione, vel diffamatione, niſi ipſe ſolus iudex viderit illud committi, vt in num.*62.
61 *Iudex ex officio poteſt procedere contra teſtem Tabellionem, &c. coram ſe falſum deponentem vel committentem.*
63 *Fama quibus teſtibus, & quomodo probanda ſit, & numeris ſeqq. præcipue, num.*66.67.*&* 68. *cum ſeqq. vſque ad fin.*
64 *Teſtes deponentes de fama debent reddere rationem ſui dicti, ſufficientem, alias non probant. Etiam non interrogati, vt in n.*65.
66 *Quid requiratur ad probandam famam, & quod oporteat auditum fuiſſe publicè à maiori parte hominum populi, num.*66. *& ſequenti.*
68 *Non requiritur quod expreſsè teſtes deponant à maiori parte populi audiuiſſe, num.*68. *& declaratur, num.*69. *cum multis ſequentibus.*
74 *Fama orta ex interuallo poſt delictum, & multo magis poſt accuſationem, Inquiſitionem, vel incarcerationem nihil valet, num.*74. *contrarium tamen, num.*75. *& concordantur opiniones, num.*76.
77 *Teſtes ſuper fama deponentes an debeant numerare auctores, & eos à quibus fama ortum habuit, & num.*78.

*De Inquiſitione.*

## QVÆSTIO I.

1 QVÆRO primò, quid ſit Inquiſitio, & quotuplex & de praxi Inquiſitionis à iudicibus ſeruandæ? Norunt omnes etiam leuiter eruditi, inquirere idem eſſe quod diligentius abdita indagare, quaſi intus quærere, & ſecreta detegere, & in iudicium deducere Bart. *in l. tranſigere, num.*13. *C. de tranſact.* & ibi DD. idem Bart. potiſſimum, *in l.*2. *§. ſi publico, à num* 13. *vſque ad num.*18. *ff. de adult.* Petr. Gregor. *in ſua ſyntagm. iuris vniuerſi. lib.*12. *cap.*6. *num.*1. ſed & aliis modis Inquiſitionis diffinitio, ſeu deſcriptio à Doctoribus explicat, vt conſtat ex citatis per Proſper. Farin. *in ſuis quæſt. criminalibus* 1. *p. de Inquiſitione quæſt.*1. *num.*3. vbi ipſe eam probat, quod Inquiſitio nihil aliud eſt, quam delicti informatio iudicis officio & auctoritate facta ſecundùm Iodocum *in pract. crim. tit. de Inquiſit. c.*8. *num.*1. & placet etiam Iul. Clar. *in pract. crim. quæſt.*3. *verſ. & ſeq. & aduerte, & quæſt.*11. *in princ.* & Hieron. Magon. *deciſ. Lucen.*21. *n.*9. increpantes eos, qui crediderunt quod procedere per viam Inquiſitionis ſit quando iudex reo Inquiſitionem tranſmittit, cum tamen iſte tranſmiſſionis actus, non Inquiſitionem, ſed incitationem cum dimiſſione copiæ libelli Inquiſitionis ſonet: at Inquiſitionis verbum proprie attribuitur primo actui, in quo iudex contra delinquentem procedit, qui quidem primus actus in aſſumendis de delicto informationibus conſiſtit, & non in aliis ſequentibus actibus, totus tamen proceſſus nihilominus dicitur factus per viam Inquiſitionis, vt patet.

Inquiſitio autem duplex eſt, vna Generalis, quæ in plures alias diuiditur: alia omnino Specialis: illa ſit ad inueniendum, hæc ad condemnandum, & puniendum, quando habitis indiciis delicti contra aliquem de eo inquiritur, vt declarat Bart. *in d. l.*2. *§. ſi publico*; Boſſ. *in pract. crim. tit. de Inquiſit. num.*2. *cum ſeqq.* Iul. Clar. *in pract. crimin. quæſt.*5. *verſ. poterit igitur, & quæſt.*10. *in princ. & quæſt.*50. *in verſ. item quia*, Menoch. *de præſumpt. lib. quæſt.*88. *num.*7. *&* 8. vbi alios citat. Farin. *d. quæſt.*1. *num.*4. *in verſ. ſtante hac Doctorum, &c.* Et optimè Anton. Gomez *de delictis, c.*1. *num.*49. *in princ. ibi ſecus vero.* 2

3 ¶ Vbi quod ſi in Inquiſitione generali iudex reperiat aliquem culpabilem poteſt ad Inquiſitionem particularem, & ſpecialem deſcendere, & probato delicto, reum condemnare & punire per textum quem dicit expreſſum, ſic intelligendum *in l. congruit, ff. de officio præſidis*, & ibi communiter DD. & tenent alij plures, quos ibi idem citat & Maran. *de ordin. iudic. in* 6. *p. in princ. tit. de Inquiſitione, num.*6. & infra dicemus & tenet etiam Iul. Clar. *d. q.*5. *ad fin. in verſic. quando vero*, vbi alia in propoſito vtilia adducit.

4 Et de præd. duplici Inquiſitione Generali, ſcilicet, & Speciali fit mentio *in l.*4. *huius tit. lib.*8. *noua collect. Reg. & in l.*11. *eiuſdem tituli, & libri.*

5 ¶ Aliam & tertiam ſpeciem Inquiſitionis vltra ſupra dictas conſtituit Azeued. *in l.*1. *num.*42. *tit.*1. *hoc lib.*8. Mixtæ, ſcilicet, generalis ſimul & ſpecialis, generalis quoad perſonas, ſpecialis quoad delicta, vel contra generalis ad delicta, ſpecialis ad perſonas, vt cum iudex ſyndicatur de officio & in eo geſtis de quibus etiam latè nouiſſimè alios allegans agit Ludouic. à Paramo *de origine Inquiſitionis, lib.*2. *quæſt.*6. *num.*1. *cum ſequentibus præcipuè, num.*5. *&* 8. *cum ſequentibus*, vbi quod his duobus modis hodie contra delinquentes per Inquiſitionem proceditur, imò vbique terrarum practica vſu, & communi ſtilo receptum eſt ſecundùm Innocent. & alios quos refert. Illud eſt obſeruandum in propoſito: quod abſque eo quod aliquid ſpecialiter præcedat contra aliquem, quotieſcumque iudici conſtat aliquod maleficium commiſſum fuiſſe, ſtatim poteſt inquirere generaliter ſuper ipſo maleficio vt inueniat perſonam, quæ commiſit maleficium & habito aliquo indicio contra aliquem, vocat deinde illum ad ſe defendendum & ita ſeruat totus mundus, vt inquit Innocent. *in c. bona el* 2. *n.*5. *de elect.* quem refert & ſequitur plures allegans Iul. Clar. *in ſua pract. crim. d. quæſt.*5. *in verſ. bene verum eſt*, & probatur *in l.*1. *in verſic. por ende mandamos, &c. & in l.*6. *in verſic. Pero ſi, d. tit. hoc lib.*8.

6 ¶ Praxis igitur erit, quod ſi non ſit porrecta contra aliquem querela, vel denunciatio, vel aliter aperta via iudici ad ſpecialiter inquirendum, ſed tantum conſtet delictum fuiſſe commiſſum, iudex ſtatim ex officio inquirit generaliter interrogando teſtes, quos putat de negotio informatos in genere, an ſciant, quis delictum commiſerit neminem nominando. Quando vero certus eſt delinquens, puta, quia porrecta eſt contra aliquem querela, vel denunciatio tunc iudex non inquirit generaliter, ſed ſpecialiter interrogando teſtes quid ſciant de contentis in ipſa querela vel denunciatione, in qua ille eſt ſpecialiter nominatus ita Iul. Clar. *vbi ſupra* modo eum citauimus & conſtat etiam ex dictis legibus Regiis.



7 Vlterius obſeruandum eſt, quod in cauſis criminalibus (quicquid alij velint) duobus modis, proceditur, ſcilicet, vel ex officio, vel ad inſtantiam & querelam partis: non enim practici in toto iure ciuili vel Canonico, nec in tota practica, quæ ex conſuetudine communiter obſeruatur aliquem alium modum procedendi in criminalibus inueniunt: de illo priori acturi ſumus in præſenti; nempe de Inquiſitione quæ ex officio: ſecundum vero hoc eſt, quando per querelam proceditur ſuis locis declaraturi remittimus.

8 De iure communi ciuili regulariter iudex non poteſt ex officio procedere vt tenuit gloſſa *in d. l.*2. *§. ſi publico verb. ſine accuſatione, ff. de adult.* & ibi Bart. idem Bart. *in extrauagante ad reprimendum verb. per Inquiſitionem, & in l. Athletas, §. calumniator, ff. de his qui notantur infam.* & illa gloſſ. eſt communiter approbata, teſte Alber. *in l. ea quidem, num.*4. *Cod. de accuſat.* prout eum refert Apoſtilla ad Angel. *de maleficiis in verbo, hæc eſt quædam Inquiſitio, num.*38. *verſic. in quantum Angel.* eſt communis vt cum aliis teſtatur Iul. Clar. *in practica crimin. lib.*5. *§. final. quæſt.*3. *in verſic. ex aduerſo autem, & quæſt.*5. *verſic. quæro*, & Farinaceus *in ſuis quæſtionibus criminalibus prima parte, quæſt.*1. *num.*7. vbi eam dicit communem plures allegans, *& num.*9. limitat in delictis exceptis, & probat latè Anton. Gomez *vbi ſupra, d. num.*49. *per totum*, vbi nouem caſus fallentiæ congerit & remiſſiuè Iul. Clar. *d. quæſt.*5.
9 *verſic. ſcias etiam.* ¶ Vbi quod ad hoc vt iudex poſſit in aliquo caſu contra aliquem inquirere, & ex officio procedere, non ſufficit dicere quod ille eſt vnus, ex caſibus in quibus eſt permiſſa Inquiſitio, neque quod contra eum eſt aliquod indicium etiam proximum maleficio, nunquam enim poteſt nec debet à ſe ipſo procedere ad inquirendum, ſiue aſſumendas informationes, vel indicia ſpecialiter contra aliquem, niſi aliquid præcedat quod aperiat viam Inquiſitionis, ſcilicet, vel diffamatio, vel querela partis, vel denunciatio, vel huiuſmodi, quia aliter eſſet proceſſus ipſo iure nullus, etiam ſi delictum fuiſſet deinde plene probatum: & quod in hoc non attenduntur notificationes factæ extraiudicialiter, neque illæ, quæ fiunt incerto auctore, & ſuppreſſo nomine notificantis: nam ſuper huiuſmodi notificationibus prohibitum eſt procedi, etiam ſi in eis eſſe nominati teſtes de ipſo delicto informati, & quod ſi ſuper eis fieret proceſſus eſſet ipſo iure nullus ſtante de hoc decreto illius domini in nouis conſtitutionibus *in tit. de accuſatione, c. omnibus, §. nec etiam*, ita Iulius Clarus, *vbi ſupra*, adde Menoch. *de arbitr. iudic. lib.*1. *q.*78. *per totam.*

Contra ſuperiorem communem ſententiam, quæ habet quod regulariter de iure ciuili iudex non poteſt ex officio procedere tenet Salic. *in d. l. ea quidem, n.*48. nempe Inquiſitionem eſſe permiſſam quolibet caſu de iure ciuili, ſicut de iure Canonico, vbi præcedit infamia, vel alia præſumptio, quem ſequitur poſt alios, quos refert Anton. Gomez *in* 3. *tom. de delict. cap.*1. *num.*49. *in verſ.*5. vbi etiam quod ita practicatur in hoc Regno: ſequitur etiam Ægidius Boſſius *vbi ſuprà n.*8. dicens eſſe hanc opinionem ſatis æquam, & ideo tenendam permaximè, quia cum ipſa conuenit communis practica, & quod communiter in Italia vigent ſtatuta, quod omni caſu Officiales poſſint inquirere, & quod Mediolani hoc ſeruatur & communiter DD. dicunt ex conſuetudine ſeruari, de qua conſuetudine prius atteſtatur Gandin. *in tit. quomodo cognoſc. de malef. per Inquiſitionem poſt numerum* 6. *in verſic. ſed hodie*, vbi etiam ſubdit quod ita vidit obſeruari, quem refert, & ſequitur idem affirmans & probans alioſque allegans Iulius Clarus, *vbi ſuprà, quæſt.*3. *verſ. ſed certè, & d. q.*5. *verſic. quæro*, idem probat cum communi plures citans Farin. *vbi ſuprà, num.*10. vbi quod dicitur remedium ordinarium ex generali conſuetudine, & tenet cum Nauar. & Ludouic. Lopez, Emanuel, *cap.*3. *del orden iudicial, num.*3.

Hæc praxis in noſtris Regnis Hiſpaniæ probata eſt *in l. prima huius tit.*1. *lib.*8. *noua collectionis Regiæ*, ibi: *Por ende mandamos que ſi algun robo ò otro qualquier maleficio ſe hiziere, que el Alcalde, ò juez en cuyo termino el dicho maleficio, ò robo fuere fecho haga peſquiſa, è inquiſicion ſobre ello, y oya a la parte, y le de copia y traſlado de la peſquiſa, y ſumariamente proceda, porque los delitos no queden ſin pena, & in leg.*6. *infra hoc eodem titulo*, ibi: *Pero ſi tal coſa fuere fecha, quier en yermo, quier en villa, quier de noche, quier de dia, y ningun o diere querella al Alcalde, el Alcalde de ſu oficio ſepa la verdad por peſquiſa, ò por donde mejor la pudiere ſaber. Porque razon es, que los malos, y deſaguiſados: y malechores no queden ſin pena*, & nuncupatim *ſobre los adiuinos, y ſorteros*, que fiat Inquiſitio *l.*6. *eiuſdem tituli.* 10

Iure autem Canonico per textum *in c. qualiter*, & quando cum ſimilibus de accuſ. ſuper omnibus criminibus indifferenter poſſunt iudices inquirere, & procedere ex officio ad publicam vtilitatem, ſecundum Archid. *in c. fœlicis, §. fin. de pœnis in* 6. Angel. *de malef.* in parte hæc eſt quædam Inquiſitio Ægidi Boſſi *in tit. de Inquiſit. num.*8. eſt communis ſecundum Marian. Socin. *in c. qualiter & quando, num.*108. *in fin. de accuſat.* prout eum refert & ſequitur Iul. Clar. *d. quæſt.*3. *verſic. & licet*, ſequitur alios allegans Farinac. *vbi ſupra n.*8. vbi cum communi, iuxta quem tam de iure Canonico, quam ciuili Inquiſitionis remedium erit extraordinarium. Sed attenta generali conſuetudine erit hodie remedium ordinarium, vt prædiximus. 11

Sed ad hoc vt iudex ex officio procedere poſſit ad inquirendum contra aliquem, debet aliquid præcedere, quod aperiat viam Inquiſitionis, ſcilicet, vel diffamatio, vel querela partis, aut domum citatio, vel aliud huiuſmodi: non enim poteſt à ſe ipſo procedere ad inquirendum, ſiue ad aſſumendas informationes, vel indicia ſpecialiter contra aliquem, niſi quod prædiximus præcedat; aliter enim proceſſus eſſet ipſo iure nullus. Hic eſt textus expreſſus, & capitalis in materia, quem totus mundus in ore habet, ad quem ad hoc allegat *in d. cap. qualiter & quando de accuſat.* vbi habetur: legitur enim in Euangelio quod villicus ille, qui diffamatus erat apud 12





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dominum ſuum, quaſi diſſipaſſet, bona ipſius, audiuit ab illo, *quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris amplius villicare*, & in Geneſi Dominus ait: *deſcendam & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint*: ex quibus locis noui, & veteris Teſtamenti manifeſtè probatur, quod non ſolum cum ſubditus, verum etiam cùm Prælatus excedit ſi per clamorem (& nunc ad rem) & famam ad aures ſuperioris peruenerit, non quidem à maleuolis & maledicis, ſed à prouidis & honeſtis, nec ſemel tantum, ſed ſæpè, quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat, debet coram Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari, vt ſi rei popoſcerit qualitas Canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis, non tanquam idem ſit accuſator & reus, ſed quaſi de denuntiante fama, vel deficiente clamore, officij ſui debitum exequatur, & ibi communiter omnes Doctores *text. optimus in c. Inquiſitionis, §.tertia dubitationi, eodem tit. de accuſat.* vbi quod neque ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto, hoc eſt, quaſdam ſchedulas, procedendum eſt ad Inquiſitionem ſuper contentis ibidem criminibus faciendam, & ibi communis Doctorum, Simanc. *de inſtitut. cathol. tit.44. num.*10. Concil. Tolet. celebratum ann.1565. *action.2. cap.12.* allegatum per addition. Bernard. Diaz *in pract. crimin. cap.6. litt.C. pag.*19. & de hoc latè agit Dominicus à Soto *de ratione tegend. & detegend. ſecr. memb.2. quæſt.6. per totam*, & Maran. *de ordine iudic. 6. part. in princip. in materia Inquiſitionis, num.19. cum ſequentibus*, qui *num.*14. & 32. loquitur in Prælato viſitante Eccleſiam, tunc namque inquirit ex officio de moribus, & idoneitate Clericorum, & iſta Inquiſitio fit ſolum ad correctionem & pœnitentiam imponendam, non autem ad effectum puniendi, de qua ſpecie agit etiam Hoſtienſ. *in Summa, tit. de Inquiſitione, §. & qualiter procedatur*, & Altamir. *in tractatu de viſitatione in verb. Metropolitanis vero num.24. cum ſequentibus, & n.61. cum ſequentibus, & num.87. cum ſequentibus*, & generaliter in quacumque Inquiſitione, Anton. Gomez *vbi ſuprà*, & optimè Roland. à Valle, *conſ.24. n.16. cum ſeqq. lib.1. & iterum, num.89. & 90. idem conſ.57. num.7. cum ſequentibus, lib.4.* nec non & omnes Criminaliſtæ, præcipuè Iul. Clar. *d. quæſt.5. verſic. ſed ſcias, cum ſequentibus, & quæſt.6. in princ.* vbique eſt communis ſententia Doctorum, & communem plures allegans teſtatur Roland. à Valle, *d. conſ.57. num.9 lib.4.* vbique diffamatio debet probari per duos teſtes omni exceptione maiores, alias Inquiſitio non tenet, & Menoch. *de arbitr. iudic. quæſt.78. per totam, lib.1.* Pegnet. *deciſ. crimin.35.* Petr. Gregor. *in ſua ſyntagm. iuris vniuerſ. lib.32. cap.6. in princip.* Tyber. Decian. *1. tom. tract. crimin. lib.5. cap.29. in princ.* Simanc. *d. tit.44. num* 8. & alios allegans Paramo, *d. lib.3. de orig. Inquiſition. q.6. num.*42. Et hæc eſt communis ſententia, vt plurimos eam ſequentes allegans affirmat Farin. *in d. q.1. de Inquiſitione, n.*50. & ex Theologis allegati per Emanuelem Rodriguez *in ſua Summa, c.3. del orden. judicial, n.1. & 2.* vbi exemplificat, Salon *de iuſtitia & iur. quæſt.69. art.2. controu.6. pag.1500. cum ſequentibus.*

13 Quod adeo procedit, vt non præcedente infamia contra aliquem inquiri non poſſit contra eum, etiam ſi ſint vnus, duo, vel tres teſtes qualificati de delicto, *in c. Inquiſitionis, §. tertia, de accuſat.* vbi dicitur, nullus eſt pro crimine, ſuper quo aliquis non laboret infamia, ſeu clamoroſa præceſſerit inſinuatio, puniendus: ergo nec inquiri poteſt contra eum. Sed hoc intelligendum eſt vt dicemus *infrà num.*47.

Imò Inquiſitio, non præcedente fama, nulla & inualida eſt, vt conſtat ex dictis iuribus, eſtque communis ſententia, vt plurimos congerens affirmat Farinac. *in quæſt 9. de Inquiſitione, num.*1. & annullata Inquiſitione omnia contenta in proceſſu inquiſitionali formato corruere videntur, etiam ſi teſtes probent delictum contra inquiſitum, vt cum Socino Iun. Marſilio, & Grato probat Roland. à Valle, *d. conſil.57. num.*29. 14
¶ Addens *num.*50. hoc procedere etiam ſi ſententia tranſiſſet in rem iudicatam, quia adhuc de ineptitudine Inquiſitionis poſſet opponi ex Iaſon *in l. eleganter, §. ſi quis poſt, ff. de condictione indebiti.* Et ratio eſt, quia huiuſmodi exceptio reddit iudicium, & ſententiam ipſo iure nullam, Gratian. *conſil.59. num 5. volumine 2.* & Marſil. *conſil.130. num.*17. Quid autem ſit infamia agemus *infra alia quæſtione.* 15

Ampliatur 1. hæc reg. vt procedat etiam in eo iudice, qui à ſtatuto, ſeu Principe plenum habet arbitrium in procedendo, & puniendo delinquentem: adhuc enim non præcedente infamia inquirere non poteſt, vt *in cap.1.* & ibi gloſſ. *verb. liberam*, & alij DD. *de officio ordin.* & congerit plurimos eos ſequutus Farin. *d. q.9. de Inquiſitione, n.2.* intellige, vt *in 3. limitatione*, de qua *infrà.* 16

Secundo ampliatur, vt procedat non ſolum in iudice delegato, ſed etiam in ordinario, ſecundum communem de qua per Alciat. *in cap.1. num.154. de officio ordin.* & Farin. *vbi ſuprà num.*3. tametſi contrarium voluerit Ang. *in l. ſi vacantia, C. de bon. vac. lib.*10. quia in hoc Ang. communiter reprobatur ſecundum Alciat. *vbi ſup.* Cardin. Alexand. & Foller. relatos per Iulium Clarum, *d quæſt.6. verſic. ſed retenta*, & Farinac. *vbi ſuprà, d. num.*3. 17

Ampliatur 3. vt diffamatio præcedere debeat, ſiue iudex procedat ad partis querelam, & accuſationem, ſiue etiam ex officio, ſecundum communem ſententiam, quam refert, & ſequitur plurimos citans Farinac. *vbi ſuprà num.*4. vbi maiorem videt dubitationem in Inquiſitione formata ad partis querelam, quam Inquiſitionem formatam ex officio, vt ibi argumentatur reſoluens nihilominus, quod in contrarium eſt communis omnium Doctorum opinio, vt patet ex relatis à ſe *ſuprà* auctoribus in quibus omnes vnanimiter, & ſine difficultate diffamationem requiri aſſerunt in Inquiſitione formata ad partis querelam, licet dubitent de formata ex iudicis mero officio. Sed nihilominus vide dicta *infrà limitatione.* 18

Ex quibus reiicienda eſt altera ipſius Angel. ſententia, *in d. l. ſi vacantia, num.177. in verſ. de quinto articulo* tenentis, quod quando Inquiſitio formatur, ex puro, & mero officio iudicis non requiritur diffamatio per textum *in d. cap.1. de offic. ordin.* & ideo inquit ipſe cautos debere eſſe Rectores terrarum, vt cum formant Inquiſitionem contra aliquem ſemper dicant, hæc eſt, quædam Inquiſitio, quam facit, & format talis poteſtas ex puro, & mero officio, & hanc Angeli, ſententiam ſequitur Arimen. in addit. ad eundem Angel. *de malef. in verb. hæc eſt quædam Inquiſitio, num* 57. dicenſque aſſeſſores communiter hoc obſeruare, Alexand. *conſ.120. col.2. volumine 6.* Alex. de Neno, *conſ.86. in princ.* prout 19

eos



eos refert Roland. à Valle, *d. conſ.57. num.7. volumine 4.* & Ioan. Marſil. Monticell. *in pract. crimin. reg.1. num.59. practic.* Contad. *fol.155. verſic.6.* aliique nonnulli relati per Decian. *conſil.8. n.51. volum.1.* verum errant præd. DD. vt conſtat ex ſupra dictis in Prælato viſitante Eccleſiam, & inquirente, ex officio de moribus, & idoneitate Clericorum, & ita contra Angel. in hoc proculdubio eſt magis communis opinio, vt ex aliis affirmat Clarus, *d. quæſt.6. in verſic. idem etiam*: & contra Ang. in hoc eſſe communem ſententiam alios referens profitetur Roland. à Valle, *d. conſil.57. n.28. verſ. non obſtat*, & peſſimè loquitur Angel. in hoc ſecundum Ægidium Boſſium *de Inquiſitione, n.*21. & ideo non eſt recedendum à præd. ampliatione, quæ eſt verior, & communior, vt per Clarum, & Farin. & alios *ſuprà* allegatos, & nouiſſimè eam ſequitur Oſaſcus, *conſ.64. n.3. verſ.* & non obſtat.

20 Saluari tamen poteſt præd. Angel. & ſequacium ſententia, quando non incipitur ab Inquiſitione ſpeciali, ſed generali, in qua teſtes examinati nominant ſpecialiter inquiſitum quo caſu ſubintrant indicia ex depoſitionibus dictorum teſtium, ideo nimirum ſi fama præcedere non debeat, vt alios allegans probat Farinac. *d. quæſtion.9. num.22.* & probauimus *ſuprà in princip. huius quæſtionis, in verſic. Inquiſitio autem, num.*2.

21 Obſeruandum tamen eſt in propoſito, quod fama præcedens Inquiſitionem debet eſſe vehemens, & à clamoroſa inſinuatione procedens ſæpè ad iudicis aures deueniens & talis, quod ſcandalum generaret, niſi iudex inquireret, ſicque non ſufficit, quod ſit fama ſimplex, ita Bart. *in l. congruit de offic. præſid. & in l. fin. ff. de officio præfecti vrbi*, Matant. *de ordin. iudic. 6 p. num.19. in tit. de Inquiſitione*, vbi alios plures refert: eſt communis, vt alios allegans profitetur, Farinac. *d. q.9. n.5.* vbi hoc declarat cum Clar. *d. q.6. verſ. quæro nunc, & verſic. item quæro*, vt procedat in Inquiſitione, quæ formatur contra Prælatum, ſecus ſi contra ſubditum, tunc enim ſufficit ſimplex fama præcedens etiam quod non ſit ſcandaloſa, & periculoſa, ſecundum Cardin. Alex. quia ita communiter tenere DD. dicit *in c. de accuſ. col.28. in fin. de accuſat.*

22 Debet etiam fama præcedens Inquiſitionem ortum habere à fide dignis, & non maleuolis perſonis, aliàs non ſufficit vt ex ea formetur Inquiſitio, *d. cap. qualiter & quando, de accuſat.* vbi Abb. Matant. *de Inquiſitione, num.*21. Emanuel Rodr. *in ſua Summa, c.7. del orden indicial, n.*17. ſequitur plurimos referens Farinac. *d. q.9. num.6. & quæſt.47. n.44. cum ſequentibus* poſt Boſſ. *tit. de Inquiſit. num.38. in princip.* & Maſcard. *de probat lib.2. concl.754. num.*21. & ita eſt tenendum, quidquid dubitet de hoc Boſſ. *vbi ſuprà*, cuius rationi ſatisfacit Farin. *d. q.47. n.45. cum ſeqq. vbique.* Nihilominus quando conſtaret, famam ortum habuiſſe à maleuolis, & non fide dignis viris, tunc non ſufficeret ad inquirendum, ſed in dubio (niſi contrarium probetur) præſumitur famam fuiſſe ortam à fide dignis, non autem à maleuolis ſecundum Boſſium.

23 Et eſt verum vt *ibi* probat. Sed idem Farinac. *d. quæſt.47. num.110. cum ſequentibus*, iterum agens de hoc eodem articulo, & concludens cum communi ſententia quod teſtes probantes famam debeant eſſe expectatæ fidei, & optimæ opinionis, vel vt dicunt DD. omni exceptione maiores, ſecundum quam plures DD. quos *ibi* ad hoc citat, & inter eos Maſcard. *de probat. 2. tom. concluſ.740. num.37. in num.*211. refert etiam eſſe communem ſententiam plures allegans, quod hoc debeat articulari, & probari quinque prædictos teſtes deponentes de fama eſſe maiores omni exceptione, & *n.*112. refert alios tenentes contrarium, & tandem *n.*113. refert Boſſ. *in tit. de Inquiſit. num.38.39. & 40.* diſtinguentem in hoc articulo, nempe vt 1. opinio procedat, quando ſumus in caſu, in quo teſtes ſuper fama deponentes vel plenè probant, vel indicium faciunt ad torturam: tunc namque requiritur quod articuletur, & probetur teſtes de fama deponentes eſſe maiores omni exceptione. 2. vero opinio contraria, vbi tractatur ſolum ad inquirendum tunc id non requiritur. Et *num.*314. ipſe inquit, hanc diſtinctionem Boſſij rationabilem videri, & de iure etiam admittendam in Inquiſit. generali, ſecus in ſpeciali propter maximum præiudicium, de quo tunc agitur; & tandem *num.*15. inquit hoc nunquam vidiſſe obſeruatum in praxi, ſiue agatur ad inquirendum ſpecialiter, ſiue generaliter: ac etiam ſiue ad inferendum torturam, nempè articuli quod teſtes ſint omni exceptione maiores quamuis de iure eſſe articulandum, & probandum magis communiter receptum ſit, vt *ſuprà* deduxit.

Ampliatur 4. vt adeo ſit neceſſarium, quod famam præcedat Inquiſitionem, quod nec credatur iudici aſſerenti Inquiſitionem famam præceſſiſſe, niſi de ea aliunde appareat per teſtes particulariter ſuper fama receptos, & examinatos, Fulgoſ. *conſil.107. col.2. & conſil.136. in 6. col.* eſt communis & magis communis, vt plures citans teſtatur Farinac. *d. quæſt.9. num.7.* tametſi aliqui relati per Clar. *in practic. criminal. q.31. verſ. fama publica*, contrarium aſſeruerint præſertim in iudice ordinario, ex officio procedente, & ita communiter DD. tenere dicant in practica, ſed nihilominus præcedens magis communiter recepta ampliatio ſeruatur indiſtinctè, vbi fama Inquiſitionem præcedere debet, ſecundum Farin. *vbi ſuprà*, quia ſi aliter diceremus, ſecundum Clarum *vbi ſuprà*, eſſet in poteſtate cuiuſlibet iudicis, ſic aſſerentis facere fraudem legi, deſtrueretur que in totum ſupradicta principalis regula, ideoque ab ea non eſt recedendum: quam etiam ſequitur Oſaſcus, *d. conſ.64. n.2. in fine, in verſ. vnde non ſufficit.* 24

Ampliatur 5. vt Inquiſitio nulla ob defectum præcedentis infamiæ non conualidetur, etiamque poſtea teſtes in ea producti plenè probauerint delictum, de quo inquiſitus non erat diffamatus Speculat. *in tit. de Inquiſitione, §. nunc videndum, num.6.* vbi Bald. *in addit.* eſt communis vt plurimos conferens affirmat Farin. *vbi ſuprà d. q.9. de Inquiſitione, num.*8. vbi etiam quod talis Inquiſitio nulla, non conualidatur per ſubſequentem confeſſionem. 25

Ampliatur 6. vt non valeat ſtatutum mandans poſſe de delicto contra non diffamatum inquiri Cardin. *in Clem.1. n.23. de offic. ordin.* Petr. Dueñ. *in reg 298. in 2. ampliatione*, Decian. *conſ.18. n.4. lib.1.* & alios allegans Farin. *d. q.9. num.9.* vbique ideo ſtante ſtatuto, quod in criminalibus poteſtas poſſit liberè inquirere, non per hoc tamen poterit inquirere contra non diffamatum ſecundum communem, & veriorem ſententiam, quam ibi refert. 26

Ampliatur vltimo, quod iudex procedens ad Inquiſitionem, fama non præcedente teneatur inquiſitis in ſyndicatu, ad damna, expenſas, 27

& intereſſe de quibus contra ipſum iuratur in litem, etiamque cum abſoluerit, Amodeus *de ſyndic. n.* 139. Bald. *in rubr. C. de pœna iudic. qui malè iudic. in princ.* Paris de Puteo *de ſyndic. verb. Inquiſitio, num.* 9. Roland. à Valle, *conſ.* 3. *num.* 13. *volum.* 3. *& conſ.* 94. *num.* 30. *volumine* 4. Oſaſcus, *d. conſ.* 64. *num.* 6. quos & alios refert, & ſequitur Farin. *d. q.* 9. *num.* 10.

28 Nunc regula ſupradicta communis limitatur 1. vt non procedat in Inquiſitione, quæ fit ad denunciationem publici Officialis ad hoc deputati, in qua non eſt neceſſe, vt fama præcedat, Bald. & Salic. & communis *in l. ea quidem, Cod. de accuſ.* Bart. *in d. l. congruit, & in l. Diuus, ff. de cuſtod. reorum*, Dueñ. vbi alios refert *in d. reg.* 198. *in* 4. *falla.* & Farin. *d. q.* 9. *n.* 11. imò tenetur tunc iudex inquirere, alias facit litem ſuam, vt per Marant. qui vtrumque ſequitur *de ordin. iud. tit. de Inquiſitione, num.* 24. & Ant. Gomez *d. c.* 1. *de delict. num.* 49.
29 *verſ.* 1. vbi addit, quod quilibet iudex, vel ciuitas, quæ habet merum Imperium poteſt creare Officiales publicos, qui denunciēt maleficia & ibi latè probat.

30 Limitatur 2. vt parte non opponente de infamia non præcedente, valeat & teneat Inquiſitio etiam fama non præcedente, *c.* 2. *de accuſa. lib.* 6. Marſil. *in pract. crim. §. conſtante, num.* 20. Angel. *de malef. verb. quod fama publica, num.* 7. *& in verb. hæc eſt quædam Inquiſitio, n.* 51. Maran. *vbi ſuprà, n.* 7. Cepol. *conſ. crim.* 68. *n.* 3. P. Dueñ. *in d. reg.* 158. *in* 1. *limit.* eſt communis, vt plures allegans affirmat Farinac. *d. q.* 9. *num.* 12. poſt Clar. *d. q.* 6. *verſ.*
31 *vlterius facias.* ¶ Idem eſt, quando ſimiliter pars requiſita non oppoſuit, quod non erant indicia ad inquirendum, tunc namque valet proceſſus, & Inquiſitio ſine legitimis præcedentibus indiciis formata textu *in d. c.* 2. *de accuſat. lib.* 6. & tenet plures referens Farinac. *de Inquiſitione, q.* 1. *num.* 49. *ad fin.*

32 Limitatur 3. in Inquiſitione formata de Principis mandato, & ſcientia motu proprio emanata, ſecus ſi ad poſtulationem partis, iuxta gloſſ. *in c.* 2. *verb. fuerat de accuſ. lib.* 6. eſt communis, ſecũdum Marſ. *in pract. crim. §. conſtante poſt n.* 12. *verſ. ſed hanc*, idemque plures allegans affirmat Farinac. *d. q.* 9. *de Inquiſit. num.* 13. *per totum*, vbi etiam hoc declarat procedere dummodo Princeps expreſsè dicat ſibi de delicto, & eius fama conſtare, ſecus ſi ſimpliciter mandaret inquiri: quia adhuc intelligitur fama præcedente.

33 Requiritur etiam ad hoc, quod Princeps vtatur verbis aſſertiuis nempè dicendo, & quia nobis conſtat talem eſſe infamatum, ſecus ſi vtatur verbis narratiuis, vtputa dicendo, & quia multorum clamor ad nos conuenit, quod eſt infamatus, hoc namque caſu neceſſaria eſt diffamatio, Ioan. And. in addit. ad Speculat. *tit. de Inquſit. §. nunc tractamus verſ. hoc autem notandum*, Petr. Dueñ. alios referens *in reg.* 299. *in* 18. *falla*, & Maſcar. *de probat. tom.* 2. *concl.* 753. *n.* 35. eſt communis, ſecundum Anan. *in c. cum oportet, n.* 2. *de accuſ.* quem refert, & ſequitur Clar. *d. q.* 6. *verſ. præterea ſcias in fine*, & Farin. *d. n.* 13. *ad fin.* vbi quod non ſufficit iſto caſu aſſertio Papæ quam facit per narratiuam partis, ſed debet eſſe ſui ipſius propria aſſertio; habemus pro ſupra dictis bonam *l.* 9. *tit.* 16. *p.* 3. ibi: *à de eſta miſma edad*, ex quibus intelliges *l.* 4. *huius tit.* nempè vt Inquiſitio generalis poſſit fieri, ſine diffamatione ſpeciali, verb. minimè, niſi Princeps aſſertiuè diceret, ſibi conſtare de crimine, vel quod fama deuenit ad eius notitiam per ſupra dicta.

Limitatur 4. in crimine hæreſis, in quo etiam 34
nulla præcedente diffamatione, ad Inquiſitionem iudex procedere poteſt, *text. in c. excommunicamus, §. adiicimus*, & ibi Card. & Ioan. de Anan. *de hæreticis*, & plures referens Dueñ. *in d. reg.* 298. *in* 9. *limita.* Boſſ. *de hæret. num.* 6. Simanc. *in pract. hæreſeos, tit.* 22. *de Inquiſit. ordin. num.* 6. *&* 7. eſt communis, ſecundum Felin. *in d. c. qualiter & quando, in princ. in vltimis verbis*, quem refert Clar. *d. q.* 6. *verſ. item ſcias*, & Farin. *d. quæſt.* 9. *de Inquiſitione, num.* 14. *vbi num.* 15. ampliat hanc limitationem, vt procedat etiam in crimine læſæ Maieſtatis, & etiam in omnibus aliis enormibus delictis ſecundum plures DD. quos ibi ad hoc citat: & quod in crimine hæreſis propter ipſius enormitatem poſſit procedi abſque eo quod præcedat diffamatio, ſed ſufficiat ad inquirendum vehemens ſuſpicio communiter tenetur vt inquit Felin. *in d. cap. qualiter & quando*, Anton. Gomez *d. c.* 1. *de delict. num.* 49. *verſic.* 5. amplians, in crimine læſæ Maieſtatis, falſæ monetæ & contra naturam, vel ſimili, ex iuribus & DD. quos ibi citat Carter. *de hæreſ. num.* 110. Arelat. *de hæret. notab.* 26. *num.* 3. Tyber. Decian. 1. *tom. tract. crim. lib.* 5. *c.* 20. *n.* 18. Rojas *de hæret. in priuil. Inquiſit. num.* 428.

Sed Decian. *d. lib.* 5. *cap.* 29. *num.* 1. hanc limitationem veram intelligit quoad Inquiſitionem generalem nulla præcedente fama, & tandem *num.* 4. reſoluit quod erit Inquiſitio nulla, & per conſequens totus proceſſus, ſi non præcedant indicia, vt *in d. cap. qualiter & quando, & in l. iuſtiſſimos, Cod. de officio rect. prouinc.* & tradit Decius *conſil.* 170. *colum.* 2. *& conſil.* 189. *colum. vltim.* & in terminis conſuluit Crauet. *conſil.* 291. *protector nolle, num.* 1. 5. *&* 6. vbi id ampliat, etiam ſi data eſſet Inquiſitoribus poteſtas procedendi ex arbitrio ſuo, quia ſaltem iuxta diffamationem debet eſſe vnus teſtis, niſi prius abiuraſſet hæreſim, quia tunc leuiora indicia ſufficerent vt per Carter. *de hæret. n.* 80. eandem ſententiam, atque diſtinctionem, contra ſuperiorem limitationem, prius tenuit, & probauit rectiſſimè cum aliis D. Simanc. *de inſtit. cathol. tit.* 43. *de ordine proced. n.* 7. *cum ſeqq.* dicens quod pro Inquiſitione procedunt Inquiſitores plerumque motu proprio ratione officij ſui, & interdum ad vlterius promotionem vel denunciationem, idque, vel generaliter, vel ſpecialiter: generaliter inquirunt quoties Prouinciam viſitant, & generaliter edicta proponunt ad inquirendos occultos, & incertos hæreticos, & hæc Inquiſitio non exigit neceſſario præcedentem infamiam, ſed ratione officij fieri poteſt ac debet in fidei Catholicæ fauorem, & Chriſtianæ Reipublicæ vtilitatem, vt *in d. §. adiicimus, & §. fin. d. c. excommunicamus*, Bart. *in l.* 1. *§. ſi publico, ff. de adult.* ſpecialis etiam Inquiſitio eſt per quam ſpecialiter de certis perſonis, & criminibus inquiritur, & hæc fieri non debet niſi præcedente infamia, quæ vicem accuſationis obtinet: in crimine tamen hæreſis procedi poteſt ad hanc ſpecialem Inquiſitionem propter indicia, & ſuſpiciones veriſimiles, etiam ſi infamia non præcedat, quod cautè & ſecretè fieri debet ac ſine damno cuiuſquam iuxta, *d. §. adiicimus*, qui de fama quæ præcedere debeat meminit, & ad hoc refert Simanc. plures DD. ita tenentes, & ita tenendum, atque obſeruandum cenſeo: ibique agit Simanc. an Inquiſitores procedere poſſint aduerſus hominem bonæ famæ propter literas ſecretas, quibus de illo aliqua crimina hæreſis, vel apoſtaſiæ indicantur.





In crimine autem læſæ Maieſtatis non poteſt procedi per Inquiſitionem abſque indiciis gloſſ. & DD. *in l. ſi quis alicui, Cod. ad l. Iul. maieſt.* tenet plures congerens Roland. à Valle, *d. conſil.* 57. *num.* 12. idem in crimine hæreſis, & proditionis contra Regem vel ciuitatem, vt cum vno teſte poſſit inquiri, etiam deficiente infamia probat Emanuel Rodriguez *in ſua Summa, cap.* 3. *del orden iudiciall, concluſ.* 2. vbi idem cum communi probat in crimine ſimoniæ, & iterum, *cap* 7. *num.* 17. *circa fin.*

35 Limitatur 5. vt non procedat in Inquiſitione, quæ fit contra Officiales, & eorum familiam & miniſtros in ſyndicatu finito officio, quæ & generaliter, & ſpecialiter etiam fama non præcedente indiſtinctè contra eos formari poteſt Paris de Puteo, *in tract. ſyndic. in verb. proceditur autem in ſyndic.* Maran. *de ordine iud.* 6. *p. tit. de Inquiſit. num.* 28. Petr. Dueñas *in d. reg.* 298. *in* 10. *limit.* Clar. *d. q. verſ. cæterum*, & Farin. *d. q.* 9. *de Inquiſit. num.* 16.

36 Limitatur 6. quando aliquis denunciatur de crimine, per aliquem probum virum, quia tunc prædicta denunciatio eſt ſufficiens, vt inquiratur contra eum ſuper infamia tantum, & non ſuper crimine: ſed reperta infamia poteſt inquiri de crimine, Abb. *in c. licet n.* 4. *& in vltim. notab.* & ibidem Innoc. Ancar. & Felin. *num.* 3. *de accuſat.* & Marian. *n.* 19. vbi de communi, Dueñas *d. reg.* 298. *in* 8. *limitatione*, Clar. *d. q.* 6. *verſ. ſcias etiam.* Farin. *d. q.* 9. *num.* 17.

37 Limitatur 7. reg. præd. vt procedat in Inquiſitione ſpeciali, quæ fit contra aliquam certam perſonam, ad quam iudex nullatenus deuenire poteſt, niſi fama præcedente: ſecus autem in Inquiſitione generali, quando iudex informationes in genere aſſumit, quis commiſerit delictum: quia ad hanc generalem delicti informationum aſſumptionem iudex, etiam non præcedente fama, tutè deuenire poterit Innocent. *in c. bonæ el* 1. *num.* 6. *de offic. ord.* Dueñas, *d. reg.* 298. *in* 16. *limitatione*, Bero. *in d. cap. qualiter & quando, num.* 34. *vbique hoc omnes fatentur*, Clarus, *d. quæſt.* 6. *verſic. ſcias etiam.* D. Azeued. *in l.* 1. *num.* 42. *tit.* 1. *hoc lib.* 8. *noua collect.*

38 Idque multo magis locum habebit in Inquiſitione illa generaliſſima de qua *in l. congruit, ff. de officio præſid. & in cap.* 1. *de offic. ordin. & in cap. irrefragabili eodem tit. & in cap. excommunicamus de hæret. & in cap. placuit* 10. *quæſt.* 5. ea ſcilicet, quæ fit non ad inueſtigandum vnum delictum: ſed plura delicta, & facinoroſos in genere, in quo multo minus diffamatio requiritur ſecundum Innocent. *in cap.* 1. *de poſtulat. Prælat.* Abb. *in cap. ad minimam el* 2. *num.* 2. *de iure iur.* Marſil. *in pract. crimin. §. conſtante, n.* 20. Angel. *de malef. in verb. hæc eſt quædam Inquiſitio, num.* 51. Salic. *in l. ea quidem, n.* 30. *C. de accuſat.* Caiet. 2. 2. *q.* 59. *art.* 1. Petr. Dueñ. *in d. reg.* 298. *in* 2. *limitatione*, Marant. *vbi ſuprà, n.* 29. & Farin. *d. q.* 9. *de Inquiſitione, num.* 18.

39 Limitatur & 8. non procedat in caſibus in quibus præceſſit Inquiſitio generalis, quia vt *ſuprà in princ. huius c.* dicebamus ex ea poteſt perueniri ad ſpecialem contra certam perſonam repertam culpabilem in Inquiſitione generali, ad quam non requiritur, quod præcedat famæ pro-
40 batio. ¶ Ex quo generalis illa Inquiſitio eſt præparatoria ad ſpecialem, Bart. *in extrauag. ad reprimendum in verb. Inquiſitionem, & in l.* 4. *§. in mandatis, ff. ad l. Iuliam pecul. & in l.* 2. *§. ſi publico, num.* 6. *ff. de adult.* Dueñ. alios allegans, *d. reg.* 298. *in* 11. *limitat.* Ioan. Marian. Monticel. *reg.* 1. *num.* 54. *in ſua pract. crim.* Et ita eſt tenendum, tametſi Marant. *de ordin. iudic.* 6. *part. tit. de Inquiſitione, num.* 30. *&* 31. dicat, quod ſi hæc limitatio vera eſſet, penitus remaneret deſtructa reg. princip. quia omnes Officiales in princip. ſui regiminis generalem Inquiſitionem, hoc eſt banna contra facinoroſos in genere emittere ſolent, & ſic ſequeretur, quod vigore d. generalis Inquiſitionis ſemper poſſet contra certam perſonam ſpecialiter inquirere fama non præcedente, quod nil abſurdum eſſe videtur, ad hoc namque optimè reſpondet Farinac. *de Inquiſitione, quæſt.* 9. *num.* 19.

¶ Duplicem eſſe generalem Inquiſitionem, vt 41
præmiſimus, vnam quæ fit per Officiales in principio ſui regiminis contra omnes facinoroſos in genere de qua *in d. l. congruit, de offic. præſid.* cuius loco hodie ſuccedunt bannimenta per poteſtatem terrarum emiſſa: alteram quando commiſſo vno particulari delicto ignoratur à quo, iudex inquirit, & aſſumit informationem non ſpecialiter contra certam perſonam: quia hoc regulariter facere non poteſt niſi contra diffamatum, ſed generaliter, quis illud delictum commiſerit, & in hac Inquiſitione nulla requiritur præcedens fama: vtroque caſu, ſi poſt Inquiſitionem hanc generalem, vel ex ea præueniant aliqua particularia indicia poteſt ad ſpecialem contra certam perſonam deueniri, etiam nulla fama præcedente: ſine indiciis autem non, quia indicia ſuccedunt loco diffamationis, vt infra dicemus, & ita diſtinguendo ceſſat omnis abſurditas vt per Marant. *vbi ſuprà d. num.* 31. & Clar. *quæſt.* 5. *in verſic. poterit igitur iudex, ex Innocent. in cap. bonæ el* 1. *num.* 5. *de elect. vbique ita ſeruat totus mundus*, quem ſequitur Bald. *in l. edicta in repetitione Patau. num.* 30. *Cod. de edendo, & in l. ea quidem, num* 42. *Cod. de accuſat.* Anan. *in cap. qualiter & quando, el* 2. *§. debet num.* 9. *de accuſat.* Cardin. Alexand. *in c. de accuſat. col.* 11. *verſ. Inquiſitio generalis*, 2. *quæſt.* 8. ¶ Nominatio enim 42
facta per teſtes examinatos in Inquiſitione generali de ſpeciali delinquente aperit viam iudici ad ſpecialiter contra illum inquirendum, etiam nulla præcedente fama, & etiam quod tales teſtes ſint examinati parte non citata ſecundum Bart. *in d. l.* 2. *§. ſi publico, num.* 9. *de adult.* eſt communis, teſte Aret. *in c. cum oporteat, n.* 14. *in fin. de accuſat.* quem referunt, & ſequuntur Clar. *d. quæſt.* 5. *in verſ. poterit igitur iudex, in fine*, & Farinac. *d. quæſt.* 9. *num.* 18. *ad fin.* ¶ Et quia 43
reperto cadauere, cuius delicti nemo ſit infamatus liceat iudici generaliter inquirere ad veritatem eruendam, quis ſcilicet, cum hominem occiderit non tamen inquirendo de perſona particulari infamia contra eum non præcedente tenent Theologi, quos refert & ſequitur Emanuel Rodriguez *in ſua Summa, cap.* 3. *del orden iudicial concluſ.* 3.

¶ Limitatur 9. præfata communis regula, vt 44
non procedat, quando indicia præcedunt Inquiſitionem, ea enim ſuccedunt loco diffamationis, imò fortiora ſunt indicia quam diffamatio, Ang. *de maleſic. in verb. quod fama publica, colum.* 2. *verſic. & tenementi, num.* 3. & ibi eius additio, & alios referens Marant. *de ordin. ind.* 6. *part. tit. de Inquiſitione, num.* 12. Hippolyt. *in pluribus conſil. relatis in ſummario tabulæ, verb. Inquiſitio formari*: probat latè Anton. Gomez 3. *tom. c.* 1. *de delict. num.* 49. *verſic.* 9. vbi alios allegat, & inquit quod in noſtro regno ita pract. & Ægid. Boſſ. *de*

*Inquiſitione*, *num*.27. idem in indiciis grauibus, & notoriis probat, & tenet cum aliis Emanuel Rodriguez *in ſua Summa*, *cap* 3. *del orden iudic*, *num*.1. Roland. à Valle, *conſil*.24. *num*.18. *cum ſequentibus volum*.1. & *conſil*.3. *num*.15. *volum*.5. & *conſil*.57. *num*.10. *cum ſequentibus volum*.4. vbi ampliat vt procedat etiam in crimine læſæ Maieſtatis, & etiam ſi iudex habeat liberum arbitrium procedendi ſecundum ſuam conſcientiam, Ioan. Maria. Monticell. *in practic. crimin. reg*.1. *num*.40. Menoch. *conſil*.100. *lib*.1. Decian. *conſ*.18. *num*.50. *volum*.1. Dueñas *d.reg*.298. *in* 12. *limitatione*, Iul. Clar. *in pract. crim. q*.20. *verſic. ad formandam*, Eman. Rodrig. *in ſua Summa*, *c*.3. *del orden indic*. vbi latè declarat Farinac. *d. q*.9. *de Inquiſitione*, *num*.10. vbi ampliat, & reſoluit cum aliis in hac ſpecie requiri indicia propinqua, non autem remota ſufficere, niſi ſit vnus teſtis de viſu, quia hic ſufficit ad inquirendum etiam nulla præcedente fama. & ita eſt tenendum quidquid cum Nauar. *in cap. inter verba*, *concl*.6. *n*.116. aduerſus communem præfatam ſententiam, & contra D. Thom. eam tenentem *in* 2. 2. *queſt*.69. *artic*.2. contrarium probet Salon *de iuſtit. & iur. d. queſt*.69. *a r*.2. *controuerſ*.6. *col*.1500. *cum ſeq.* nempe indicia non ſufficere ad inquirendum ſpecialiter contra aliquem non diffamatum, etiam ſi duo, vel tres teſtes iurati omni exceptione maiores aſſerant, ſe vidiſſe hominem illum delictum illud commiſiſſe, hoc namque aduerſus communes, & receptas traditiones eſt, & præterea contra omnem rationem naturalem, quæ namque quæſo maior diffamatio eſſe poteſt, quam quæ reſultat ex duobus teſtibus de viſu deponentibus, dicente domino in Euang. quod *in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum?* denique plenior probatio delicti eſt ad condemnandum ea quæ ſit duobus teſtibus, de viſu deponentibus, quam de fama, fama namque refertur ad communem & publicam æſtimationem, & aſſertionem hominum, quæ plerumque fallax eſt & falſa, non enim affirmat verè delictum à tali certo homine eſſe commiſſum: ſed quod ita fertur, at vero teſtes de viſu deponunt de ipſomet delicto oculis propriis viſo committi. Si igitur hi ſufficiunt ad condemnandum quod eſt plus, quare ſufficere non debent ad inquirendum, quod eſt præambulum ad condemnandum, & minus hoc? Hoc tum intelligendum eſt, præterque, ſi præd. teſtes in ſecreto hoc dixiſſent Prælato vt de remedio prouideat, tunc enim cum reus de eo crimine non ſit infamatus non poterit Prælatus, vel iudex contra eum inquirere, nec publicè eum punire, vt in iuribus de quibus *in d. reg. communi*, ex quibus ita etiam Emanuel Rodrig. *vbi ſuprà d. c*.3. *del orden indic. num*.2. vbi grauiter reprehendit Prælatos Eccleſiaſticos, & regulares contrarium facientes, & docet quid tunc ſit faciendum, & ſic intelligit *cap. Inquiſitionis de accuſat. & cap. qualiter, & quando.*

45 Debent autem indicia Inquiſitionem præcedentia eſſe legitima, vt probant, & indubitanter præſupponunt omnes Doctores de hac re agentes dum dicunt, & reſoluunt requiri ad Inquiſitionem, vt indicia præcedant, & Inquiſitionem formatam, ſine indiciis præcedentibus eſſe ipſo iure nullam iuxta communem omnium reſolutionem, quam infinitos allegans refert, probat, & ſequitur Farinac. *in tit. de Inquiſitione*, *queſt*.1. *num*.4. *cum ſequentibus*, vbi eam ampliat, & limitat pluribus modis: & ibi in terminis *num*.45. quod præd. indicia ad Inquiſitionem debeant eſſe legitima, vt nouiſſimè ſcripſit Flamin. Cartar. *in ſuo tract. de execut. ſententiarum*, *c. fin. n*.56. *per l. iuſtiſſimos*, *C. de offic. rect. & l. milites*, *C. de qq*.69.

Quæ autem ſint iſta legitima indicia requiſita ad inquirendum, variant DD. & relatis in hoc quinque eorum diuerſis opinionibus Farin. *d. q*.1. *n*.45. *ad fin.* rectius probat hoc totum iudicis arbitrio remittendum cum Conrad. Lanzeloto, quem refert *in pract. tit. de Inquiſit. num*.33. hoc tamen arbitrium non erit liberum & abſolutum, ſed iure regulatum. 46

¶ Sufficiunt tamen ad inquirendum ea indicia etiam, quæ non ſunt ſufficientia ad torquendum, & in hoc nemo diſcrepat, cum tortura ſit maioris præiudicij quam Inquiſitio, vt probat etiam Farin. *d. q*.1. *n*.46. & 47. vbi *numeris ſequentibus*, alia in propoſito vtilia in praxi aduertit. 47

Limitatur decimo; quicquid ſit de iure, totum contrarium docet practica, quæ communiter obſeruatur, vt inquit Iulius Clarus, *in ſua practic. criminal. q*.6. *in princip. ibi:* ſed certè vbi etiam quod iudex conſtito de delicto aſſumit informationes in genere, & interrogat primo teſtes, quos putat eſſe de negotio informatos, ſuper veritate criminis, ſcilicet, an ſciant, quis maleficium illud commiſerit, & ſi dicant ſe neſcire, tunc interrogat eos ſuper diffamatione neminem nominando, ſed in genere interrogando, contra quem illius delicti fama laboret, & ſi ex eorum dictis reſultet probatio famæ contra aliquem, tunc contra eum ſpecialiter inquirit & ad vlteriora contra eum procedit, vel per citationem, vel per capturam iuxta qualitatem indiciorum, & ſic eodem contextu iudex aſſumit informationes ſuper veritate criminis, & ſuper diffamatione: ſed ſemper præcedit querela, vel denunciatio, vel aliter aperitur via iudici ad inquirendum, repetit idem Auctor *in d. queſt*.6. *in verſicul. ſcias in fine*, & *in verſicul. ego verò & in fine quæſtionis*, *in verſicul. ergo:* quam proximè *ſuprà* probauimus, & ſequuti ſumus & in Hiſpania credo ſeruari.

Sed hoc videtur contra iura præd. nempè *cap. Inquiſitionis*, §.7. & *c. qualiter & quando el* 2. *de accuſat.* & contra receptiſſimas Doctorum traditiones *ſuprà* relatas: quo fit vt ideo Roland. à Valle *d. conſil*.57. *num*.26. *cum ſequentibus* exiſtimet dictum Clari de quo modo agimus licet magnum ſit, tamen ſpernendum, cum videamus Doctores antiquos, ac modernos concludere, quod diffamatio requiratur, nec ſit aliquis eorum, qui dicat quod de conſuetudine aliter obſeruetur, niſi, ſaluando Clarum. dicamus illud procedere in ſtatu Mediolan. in quo ipſe moram traxit, quod vltra Roland. conſtat ex eodem Claro *d. queſt*.6. *verſic. præterea circa fin. ibi:* qui (vt dixi) hac practica diffamationis apud nos receſſit ab aula. Præſertim quia allegat *cath. conſil*.99. *num*.1. *inter conſil. diuerſ. Doctorum lib*.1. dicentem quod totus mundus ſequitur, quod Inquiſitio non præcedente diffamatione, & non ſumptis informationibus eſt nulla, & quod hac concluſio eſt valde trita, quam omnes conſulentes affirmant. 48

Sed re vera hæc non videntur inter ſe contraria, fatemur enim Inquiſitionem ſpecialem contra aliquem formatam eſſe nullam, ſi fiat non præcedente diffamatione, vel legitimis indiciis: nihilominus tamen incipi poteſt ab Inquiſitione generali, an teſtes ſciant, quis maleficium illud commiſerit, quod ſi neſciant, tunc 49



deueniendum eſt ad diffamationem in genere neminem nominando, ſicque per hoc aperitur via ad inquirendum in ſpecie contra diffamatum: operatur itaque præd. generalis Inquiſitio, vt deueniri poſſit ad ſpecialem, & ſic eſt præparatoria, ſiue præambula ipſius, quæ ſit ad inueſtigandum, non ad puniendum, & iſte eſt eius effectus, ſcilicet, vt per eam poſſit deueniri ad ſpecialem vt plures referens, tenet Anton. Gomez 3. *tom*, *cap*.1. *de delict. num*.49. *verſic. ſecus vero:* idem Clarus *queſt* 50. *verſ. item quia*, at vero iuramenti. præd. atque communis reg. procedunt in Inquiſitione ſpeciali facienda contra aliquem, vt ex eiſdem patet, praxis vero communis id non negat, ſed imò fatetur, attamen habet etiam iuridicè vt incipi poſſit ab Inquiſitione generali abſque diffamatione, vel indiciis eo modo, quo inquit Clarus quod communiter Doctores fatentur, vt reſoluimus *ſuprà limitatione* 8. nempe famam non requiri ad generalem Inquiſitionem, ſed ad ſpecialem tantum. Vnde ſi ex generali Inquiſitione reſultet infamia contra aliquam certam perſonam, vel indicia legitima, hoc ſufficit ad hoc vt deinde contra illam certam perſonam inquiri poſſit alias ſecus, praxis itaque præd. nedum non eſt contra ius, ſed imò iuri ipſi conſona eſt, & ſeruatur prout in terminis tenuit poſt hæc ſcripta viſus Farinac. *de Inquiſitione*, *queſt*.9. *num*.21. *per totum*, & Azeued. *in d. l*.1. *num* 24. *cum ſequentibus iuncto*, *num*.41. *tit*.1. *hoc lib*.8. *noua collect. reg.* & quod ad Inquiſitionem omnino generalem, vt in ea iuridicè interroget iudex nulla requiratur infamia, vel clamoroſa inſinuatio, nullus accuſator vel denunciator probat latè Salon *de iuſtitia, & iur. q*.69. *artic*.2. *controuerſia* 5. *col*.1496. *ad fin. & col. ſequenti*, quod iure regio ex *d. l*.1. & aliis probat Azeued. *vbi ſuprà*, & prædictam differentiam inter Inquiſitionem generalem, & ſpecialem latè probat Salon *vbi ſuprà controuerſia* 7. *col*.1502. *cum ſequentibus*, vbi etiam teſtatur hanc eſſe conſuetudinem vniuerſalem totius orbis Chriſtiani, vt inuento cadauere, & ſi nulla ſit infamia de auctore homicidij, omnes iudices timorati ac prudentes inquirant: ibique latè probat plures allegans iudicem iuſtè poſſe imò, & debere hoc facere ſiue ſecularis ſit, ſiue Eccleſiaſticus, quando crimen graue eſt, vt furtum vel homicidium ſequitur alios allegans Emanuel Rodriguez *in ſua Summa*, *cap*.3. *del orden iudic*, *num*.3. reſoluentes ſecus eſſe in Inquiſitione ſpeciali, contra certam perſonam, quia hæc quamuis delictum publicum ſit, formari non poteſt, niſi præcedente diffamatione præterquam in quibuſdam caſibus ſpecialibus de quibus *ſuprà*, & ibi etiam per eos.

50 Vndecimo limitatur præfata communis regula in Inquiſitione, quæ ſit contra aliquem ſuper ipſa fama, hæc namque fieri poteſt modica diffamatione præcedente, ita Innocent. *in cap. licet in fin. de accuſat.* quem ſequuntur communiter DD. ſecundum Marian. Socin. *ibi num*.9. teſte Claro, *d. q* 6. *verſ. ſcias etiam*, vbi inquit idem dicendum eſſe in Inquiſitione, quæ ſit ad inueniendum ipſum crimen: nam in ea pariter non requiritur, quod præcedat infamia, vt fatentur omnes ex Bero, *in d. cap. qualiter & quando*, *num*.34. & ita obſeruat practic. ſecundum Clarum, vt ſcilicet, ad eam Inquiſitionem, quæ ſit ad inueniendum crimen, vel ad aſſumendas informationes ſuper fama, non ſolum modica diffamatio ſufficiat: ſed imò nulla requiratur quando in genere inquiritur, neminem nominando quod ſupra iam probauimus.

Duodecimo, regula communis amittit officium ſuum, quando delictum eſt notorium, vt ſi quis occidat hominem, vel aliud committat delictum in publico coram populo, vel maiore parte eius, vel in præſentia iudicis ſedentis pro tribunali, taliter quod habeat facti euidentiam, *text. in l. ea quidem verſic. verum*, *C. de accuſat. cap. manifeſta*, & *in cap de manifeſta*, & *in cap. quæ Lotarius*, §. *in manifeſtis*, & *in cap. Deus omnipotent*, §. *quoniam autem* 2. *q*.1. & *in cap. tua nos*, & *in cap. veſtra de cohabit. Clericorum*, & *mul.* cum communi, & Anton. Gomez, *d. c*.1. *de delict. n*.46. *verſic*.3. *vbi & in verſic*.4. idem probat quando quis delinquit coram iudice, vt ſi teſtis falſum teſtimonium dicat vel pars falſos teſtes producat, vel Tabellio, &c. Et hoc quando delictum eſt publicum atque notorium, nec non & delinquens manifeſtus eſt: ſecus ſi occultus ſit, quamuis delictum publicum ſit vt in regula communi de qua *ſuprà*. 51

Decimo tertio limitatur eadem regula communis in delicto occulto proditoriè commiſſo, *ex textu in l*.1. *in principio*, & *in* §. *occiſorum ff. ad Syllan.* Specul. *in titulo de Inquiſitione*, §. *quando autem*, Anton. Gomez *vbi ſuprà*, *verſic*.7. *ſed in hoc idem probo*, *quod reſolui ſuprà num*.34. *in crimine atrociſſimo hæreſis læſæ Maieſtatis*, & *ſimil.* 52

Decimo quarto fallit, quando delictum iam peruenit in notitiam iudicis per accuſationem de eo formatam, & accuſator deſtitit vel mortuus eſt, quia tunc iudex poteſt procedere ex officio & inquirere, & punire *l*.2. *C. de abolit.* & ibi gloſſ. & DD. & *in l. penult. ff. de public. iud.* & ibi Bartol. Speculat. *vbi ſuprà* §.1. *verſ*.2. *ſi accuſator*, Anton. Gomez *vbi ſupra verſic*.8. ſed hoc intelligo, quod procedere, inquirere, & punire poſſit parte deſiſtente, vel mortuo iuridicè & iuxta iuris ordinem. 53

Decimo quinto limitatur communis regula, vt procedat, & intelligatur vbi agitur de delicto iam commiſſo: ſecùs ſi ageretur de delicto committendo, & vt dicitur delicto futuro: quia tunc valebit Inquiſitio, etiam infamia non præcedente, vt cum Barbat. *in cap. cum oporteat in penult. col. de accuſatione* tenet Hippolyt. de Marſil. *conſil*.126. *num*.10. 54

Decimo ſexto, dictum denunciantis maleficium ſufficit ad inquirendum. Hæc eſt communis concluſio, vt cum Boſſio *in tit. de denunc. poſt num*.2. affirmat Clarus *queſt*.7 *in verſic. habes igitur*, vbi eam intelligit veram quoad Inquiſitionem id eſt ad recipiendum indicia ſiue informationes contra eum, qui pro reo nominatur in denunciatione: per hunc namque modum, ſcilicet per denunciationem aperitur via iudici ad inquirendum, quia denunciatio ſuccedit loco diffamationis, vel querelæ, & ſic aperit viam iudici ad inquirendum ex officio contra aliquem, quod alias de iure non poſſet non præcedente querela, vel diffamatione, vt prædiximus adeo quod ita dicitur procedere iudex ex officio quando præcedit ſola denunciatio, ſicut quando præcedit ſola diffamatio, & ideo facta denunciatione, iudex ſuper ea aſſumit informationes, & indicia, & eis aſſumptis format libellum ſiue Inquiſitione in qua narrat, quomodo propter denunciationē, datam per talem Officialem intendit ex officio procedere contra, &c. Vt communiter obſeruatur in practica teſte practic. Papienſ. *in forma* 55

*Inquiſitio*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Inquiſitionis in verb. hac eſt quadam Inquiſitio poſt num.*39. & ita etiam quotidie eſſe in vſu teſtatur Boſſius *in tit. de denunciatione, num.*2. ita referente Iulio Claro *d.quaſt.7. col.*1. hæc omnia intelligens tam in denunciatione, quæ fit ex neceſſitate officij, quam in ea quæ fit ab alio non exercente officium: eandem declarationem, & limitationem principalem hoc eſt, quando proceditur per viam denunciationis, vel per accuſationem partis læſæ tenet in terminis cum Soto, Emanuel Rodriguez *in ſua Summa c.3. del orden iudic. n.5. ad fin.*

56 An autem denunciatio præd. ſufficiat ad tranſmittendam Inquiſitionem contra eum qui de ipſo delicto imputatur (loquuti enim tantum ſumus quoad inquirendum, id eſt, ad recipiendum indicia, ſiue informationes delicti contra eum) diſtinguit latè Iul. Clar. *d.q.7. in verſic. habes igitur*, de quo non eſt noſter præſens ſermo & ideo id alibi dicturus remitto.

57 Decimo ſeptimo declaratur regula communis præfata, vt procedat, quando crimen de quo reus non eſt infamatus annexum non eſt ei de quo infamatus eſt, ſecus ſi ſit illi annexum de quo iam infamatus eſt veluti circunſtantia ipſius, vt ſi inquirendo de infamato cum concubina, deprehendatur eſſe Monialis, vel ad eam alendam furari: quia tunc poteſt iudex de iſto occulto ita
58 deprehenſo inquirere. ¶ Si verò annexum non ſit, & iudex ſolus illud deprehendit, non poteſt de illo inquirere: ſi autem iudex & alij ſimul conficientes proceſſum, & inquirentes de priori illud deprehendant, poteſt de illo inquirere, quia quod à multis in iudicio deprehenſum eſt, in iure cenſetur notorium, ita Soto *de ration. tegendi & detegendi ſecret, memb.2. quaſt.*1. quem refert, & ſibi probabilior videtur hæc diſtinctio Soti, Salon. *de iuſt. & iur, quaſt.69. art.2. col.*1311. *verſic. Soto, & col. ſequenti in verſic. ſed opin.* & ſequitur Emanuel Rodrig. *in ſua Summa de caſos de conſcienc. cap.3. del orden iudic. num.*4. ex quo rectè improbat Salon *vbi ſuprà* aliam diuerſam in hoc ſententiam Nauarr. *in cap. inter verba num.*197. *& 676.*

59 Decimo octauo, limitatur communis regula, vt non procedat, quando ſpecialis Inquiſitio fit contra certam perſonam non ad punitionem, ſed ad ſcientiam an adſit aliquod ſecretum impedimentum, vel inhabilitas ad admittendum, vel excludendum aliquem ad officium vel dignitatem: quia tunc non eſt neceſſarium quod præcedat infamia, *cap. poſtquam, & cap. cum delicto, & cap. nihil de electione, c. fin. de clandeſt. deſponſ.* Innocent. *in c. nihil de exceſſ. prælat.* Emanuel Rodr. *vbi ſuprà, num* 3. *in princ.* & Salon. *de iuſt. & iur. in* 2.2. *q.69. art.1. col.*1509. ibi *tertio, quando inquiruntur merita.*

60 Decimo nono fallit communis regula præfata, quando iudex vidit aliquem delinquere delictumque illud probari poſſe teſtibus à nemine tamen denuntiatur, vel accuſatur, tunc namque poterit ſtatim inquirere, & informationes aſſumere contra præd. delinquentem abſque vlla querela, denunciatione, aut diffamatione præcedente, quoniam ad hoc vt iudex poſſit iuridicè procedere hæc deſiderantur, vt ſi aliquis accuſator, & crimen ſit probabile in iudicio, quæ duo hic concurrunt, præſentia enim iudicis, & aliorum licet paucorum habet vim accuſatoris, & per eoſdem qui viderunt poteſt probari in iudicio, neque enim iudicium eſt occultum, quod per teſtes iuridicè probari poteſt, maximè ſi delictum illud aliis nocet denique, quia ſi aliud diceremus delicta ſimilia remanerent impunita contra bonum Reipublicæ, quod eſſet abſurdum. ¶ Sic etiam videmus, quod 61
procedit Inquiſitio, quando in aliqua cauſa ciuili, vel criminali, quis delinquit coram iudice, vt ſi teſtis falſum teſtimonium dicat, vel pars falſos teſtes producat, vel Tabellio falſitatem committat, aut Aduocatus, vel Procurator dolum, aut fraudem perpetret, quia tunc iudex poteſt, ex officio ſine accuſatore contra eum inquirere ipſoſque punire, *l. nullum, Cod. de teſtibus, l. penultima, Cod. de probation. & l. penult. Cod. qui accuſar. non poſſunt, & in l.1. Cod. de calumniat.* & vtrobique communiter Doctores, Bart. *in l.2. §. ſi publico, num.10. in verſic.4. regula eſt, ff. de adult.* & ibi communis, Anton. Gomez 3. *tom. variar. reſolut. cap.1. de delict. num.49. verſic.4. procedit Inquiſitio*: ergo ita & eodem modo poterit iudex inquirere ex officio ſine accuſatore, vel denunciatore ſuper crimine in ſua præſentia, & aliorum commiſſo ab aliquo contra tertiam perſonam, vel alias, ita tenet Iulius Clar. *quaſt.8. verſic. ſed pone, ibi bene ex eo*, vbi addit hoc caſu dandam eſſe reo copiam proceſſus, & terminum defenſionis prout ille reſcripſit Senatui in cauſa de qua ibi per eum: eandem ſententiam probauit Salon *de iuſtitia & iur. in 2.2. Diui Thoma, quaſt.67. artic.1. col.*1413. *in verſic. ſed quæres aliquis.* ¶ Vbi hinc deducit aliud eſſe in 62
delicto, quod ſolus iudex nouit, vel vidit, nempe vt ſuper eo, ex mero officio procedere non valeat, quia præſentia ſolius iudicis, nec formalis, nec virtualis accuſatoris vicem gerere poteſt, nec eſſe ſimul teſtis, & iudex: ergo reum condemnare non poterit, tametſi propriis oculis eum viderit delinquere, niſi aliter probetur delictum, & ita tenent DD. vt inquit Alber. *in 1. p. ſtatutorum, q.*53. licet enim lex multum de iudice confidat, volt tamen quod ſecundum acta, & probata iuſticia miniſtretur, alias poſſet iudex aliquem ſuſpendi facere dicens, quod ipſe vidit aliquod maleficium ab ipſo committi, quod non eſſet tolerandum, vt in propoſito rectè conſiderauit Iulius Clarus *vbi ſuprà in d. verſic. ſed pone in princip.* & probauit latius, *quaſt.66. in verſic. ſcias autem*: eandem 19. fallentiam ſequitur Salon *vbi ſup. quaſt.69. art.1. col.1509. ad fin. verſic.5. qui, in verſic.6.* quod prædiximus de falſum teſtimonium deponente cum ſimilibus ſupra adductis etiam probat.

Quæro 2. quibus teſtibus, & quomodo fama 63
probanda ſit? Et in hoc communis reſolutio Doctorum eſt, quod fama debeat duobus ad minus teſtibus probari, vt probat Bartolus *in l. de minore, §. plurimum, num.*19. & ibi Hippolyt. de Marſil. *num.52. iuncto, num.121. ff. de qq.* Gandin. *in titulo quomodo malef. cognoſc. per Inquiſit. num.*11. Abbas *in c. veſtra, num.7. de cohabit. Cleric. & mulier.* Salic. *in l. ea quidem, n.115. C. de accuſ.* Decius *in c.1. num.5. de appellat.* & ibi Hieron. Gigas *in addit. littera B. num* 36. Foller. *in pract. criminal. in verbo. dentur capitula quod ſuffocauit vxorem, num.37. propè fin.* eſt communis, ſecundum Villalobos *in ſuo erar. commun. opin. verb. fama, num.*9. vbi alios allegat, & in hoc omnes concordant, eſtque communis ſententia, vt affirmat Iulius Clarus *in practic. crimin. §. fin. quaſt.6. verſic. ſciendum eſt tamen*, & ſecundum Viuium *in ſuis communibus opinionum verſicul. teſtes in his, quæ percipiuntur ſenſu corporeo ad fin.* Maſcardus plures citans *de probat. lib.2. concluſ.*



*concluſ.749. num.*1. & Farinac. *in ſuis quaſt. crim. de indic. & tortur. q.47. num.108. vbi num. ſequenti*, quod teſtis vnus ſuper fama deponens, & conteſtes non habens de falſo ſuſpectus habetur ex rationibus conſideratis per Natam *conſ.671. n.*40. & allegat alios Ioan. Marſil. Monticell. *in ſuo repertorio teſtium, fol.454. col.2. verſ.2. & fol.388. col.1. verſ.5.*

64 Debent tamen teſtes deponentes ſuper fama reddere ſufficientem cauſam ſcientiæ alias non probant Bart. *in d. l. de minore. §. plurimum poſt num.19. ff. de quaſt.* in quo omnes concordant, & communem opinionem eſſe dicit Simanc. teſte Claro *vbi ſupra verſic. illud tamen*, quinimo ſi fuerint interrogati teſtes deponentes de fama, nominare debent eos, à quibus audierunt id quod deponunt eſſe publicam vocem, & famam, ita Bart. *in d. §. plurium, n.*23. poſt Innoc. *in d. c. qualiter, & quando, n.*1. quem ſequuntur communiter Doctores ſecundum Alexand. *conſil.100. poſt num.4. verſiculo ſextus teſtis, volumine* 1. & hæc eſt magis communis opinio, quæ etiam ſeruanda eſt in practic. vt ex Aret. *in cap. cum oporteat poſt num.58. verſic. communiter tamen*, refert, atque affirmat Clarus *vbi ſupra in verſicul. amplius etiam.*

65 Quinimo teſtes deponentes de fama, etiam non interrogati debent rationem reddere ſui dicti, & ſic exprimere cauſas, indicia & coniecturas, quibus orta eſt fama, aliter non probant, vt per Alexand. in addit. ad Bart. *in d. §. plurium poſt num.19. littera D. ff. de quaſt.* Socin. *regula 114. in 2. fall.* Decius *in cap. veniens, num.35. de teſtibus, & in cap.1. num.52. de appellat.* Grammatic. *conſil.42. num.9.* Cornel. *conſ.234. littera D. lib.2.* vbi quod in hoc omnes concordant, *& conſil.216. littera H. lib.3.* ſecundum antiquam impreſſionem Villalob. *in ſuo erar. communium opinionum littera F. verbo, fama, poſt num.7. verſic. requiritur* 3. Viuius *in ſuis commun. opinion. ſub verb. teſtis in his, quæ percipiuntur ſenſu corporeo ante medium, in verſic. idemque videmus*, Michael Craſſus *in communibus opinion. lib.2. cap.19. quaſt.1. verſic. debet enim talis*, vbi teſtatur de communi, eſt etiam communis, ſecundum Clarum, *d. quaſt.6. verſic. illud tamen*, & ita omnes vno ore concludunt, ſecundum Bertazol, *conſil.348. num.3. lib.2.* & ita ſine dubio communiter à Doctoribus receptum eſt quidquid Salic. *in d. l. ea quidem, num.127. Cod. de accuſat.* & alij in contrarium ſenſiſſe videantur, ſecundum Farinac. qui alios plurimos citat, *d. quaſt.47. num.216.* vbi inquit videnda, quæ dixit *lib.3. quaſt.70. num.48. cum ſequentibus.*

66 Illud tamen in propoſito hic examinare libet, quid requiratur ad probandam famam, & quomodo de ea teſtes deponere debeant, ad hoc vt probentur? Quod profectò ſatis controuerſum, & difficile eſt inter noſtrates, Bart. enim *in l. de minore, §. plurimum, num.22. ff. de quaſtionibus*, quem ſequitur Marſ. *num.54. in fin.* cenſuit teſtem dicentem, audiui ita publicè dici, minimè famam probare, niſi adiiciat, audiui publicè à maiore parte hominum huius ciuitatis. Quæ ſententia procul dubio communis, & magis communis eſt, vt plurimos congerens affirmat Farinac. *in ſuis quaſt. crim. 1. p. tit. de indic. & tortur. q.47. num.158. cum ſequenti*, vbi inter cæteros refert Maſcard. *de probat. lib.2. concl.749. num.2. in fin.* & Vulpell. *conſil.5. n.7. & conſil.30. n.10.* vbi de magis communi, & probat contrariam vrbis obſeruantiam, & alios infinitos auctores.

Pro qua ſententia facit alia communis doctrina eiuſdem Bart. *in d. §. plurimum, num.13. & 19. cum ſequentibus*, & ibi Marſilius, *num.49. & 53.* tenentis quod teſtes ſuper fama deponentes debent dicere ſe audiuiſſe à maiore parte populi, & quod aliter non probant, quæ eſt magis communis opinio, vt plurimos citans teſtatur Farin. *vbi ſupra n.*237. qui *numeris ſequentibus*, plurimis modis eam ampliat, & limitat. 67

His tamen nihilominus non obſtantibus, contraria ſententia in quæſtione præmiſſa eſt tenenda, nempe quod etiam ſi teſtis non dicat ſe audiuiſſe à maiore parte populi, ſi tamen dicat ſe ita publicè audiuiſſe ſufficiat, provt tenet Bald. *in c. præterea, num.10. de teſtibus & in c. literas, num.2. de præſumpt. in cap. per tuas, num.1. ibi publicè, de probatione*, cuius opinionem latè defendit Salic. *in l. ea quidem, num.119 & 120. Cod. de accuſat.* ſequitur Gandin. *in Rubrica, qui ad probat. poſſunt, & debeant de iur. admitti, n.*14. Hippolyt. *d. l. de minore, §. plurimum, num.14. verſic. ſed contrarium, ff. de quaſtionibus*, Contadus *in practica titulo de teſtibus, §. dicta teſtium aſſumenda, poſt num.54. verſic. & adde famam probari*, Portius *conſil.19. num.22. & 23.* & hæc opinio communiter in Rota obſeruatur vt teſtatur Caſodor. *deciſione 3. num.7. de probat.* & ita in Curia Romana ſeruatur vt etiam affirmat Paris *conſil.51. in fin. lib.3.* ſequitur Alexand. *conſil. 29. num.17. lib.7.* vbi dicit ſibi videri quod opinio Bart. contrarium ſentientis magis communiter damnatur. Galcani. *conſil.8. num.*11. vbique opinio Baldi contraria eſt communis, & in iudicando ſequenda, Ferretus *conſil.168. poſt num.*19. vbi teſtatur de eadem obſeruantia in Romana Curia, de qua etiam teſtatur Hieron. de Monte *in tractatu de finib. reg. c.56. num.4. & 5.* Quam etiam tanquam communem & ſeruatam ſequuti ſunt Franciſcus Turzan. *in ſuis communibus opinionibus opinione 43. in fin.* & Iul. Clar. *in pract. crim. §. quaſt.6. verſic. debent etiam, in fine*, vbi quod opinio Bartoli contraria eſt multum aſpera, & ſi tenetur in practica vix reperitur ex mille teſtibus vnus, qui rectè ſuper fama publica deponeret, & quod obſeruantiam Romanæ Curiæ debent omnes aliæ Curiæ imitari, provt apud eum, ita etiam indiſtinctè ſeruari teſtatur Ioan. Marcil. Monticel. *in repertor. teſtium, fol.386. col.1. verſic 2. & 3. fol.388. col.1. verſic.2.* & bene probat Hypolit. Riminal. *conſil.363. num.146. volum 4.* Burſat. *conſil.87. num.42.* vbi de magis ſeruata opinione & *conſil.96. num.6. lib.1.* Maſcard. *de probat. lib.1. concluſ.496 num.19. & lib.2. concluſ.749. num.4.* Petrus Ant. à Petra *in tract. de fideicommiſſis q.13. num.110. in fin.* Ludouic. Peguera *deciſione crim.17. num.25. verſic propterea*, Baldum, & alios refert Farinac. *vbi ſupra in prima parte, q.47. num.257. de indic. & tortur. vbi num.*259. hanc opinionem ſequitur dicens, quod ſine dubio propter Rotæ auctoritatem magis obſeruatur in practica, licet contraria videatur magis communis. Et hanc ſecundam ego cum eiſdem probo, declarando tamen vt *infra* licet teſtes de maiori parte ciuitatis non deponant, & ita quoque vidi communiter in practica obſeruari. 68

Declaratur nunc primo hæc ſententia Baldi, & tenenda vt præcedat quando teſtes ſic deponentes adducerent cauſas & coniecturas veriſimiles, ex quibus orta fama; ſecus alias, ſi eas non adducerent, etiamque, dixerit ſe ita publicè dici audiuiſſe, ſic in terminis limitat præfatam Baldi opinionem Hieronym. de Monte *vbi ſupra, d. c.56. num.7.* 69

num.7.iuxta tradita per Aymon.conſil.160.ad du-
bia,num.7.volum.2. quam etiam in terminis alle-
gat Michael Craſſus in communem opinionem
lib.2.c.19. quæſt.15. in fin. in verſic. item opinio,
Bald.poſſet intelligi, Petrus Anton. à Petra de fi-
deicommiſſ. quæſt.13. num.123. verſic. ſed omni
70 caſu, & Farinac. d.47. num.259. ¶ Quod verum
intelligo præter quam ad inquirendum tantum,
ad hoc enim cenſeo ſufficere quod teſtes prædi-
cto modo deponant, licet cauſas & coniecturas
præd. non adducerent; cum tunc agatur de præ-
ſcrutanda & indaganda veritate,cui ſufficit teſtes
præd. modo viam aperuiſſe: cæterum ad con-
demnandum ſeruanda eſt merito prædicta prima
declaratio, quia tunc agitur de magno præiu-
dicio & ideo merito quod teſtes de publico de-
ponentes debeant prædictas cauſas & conie-
cturas veriſimiles ex quibus orta ſit fama ad-
ducere.

71 Secundo declaratur ſecundum nonnullos vt
procedat in foro Eccleſiaſt. & Canonico prout
eſt in auditorio Rotæ, in quo ſeruatur opinio
Bald. ſecus in foro ciuili in quo ſeruatur opinio
Bart.ſecundum Hieronym. de Monte vbi ſuprà
d.c.56.poſt num.7.in verſic.vel etiam, vbi in id al-
legat Pariſ. conſil.67.num.108.volumine 3. quam
declarationem probat in criminalibus, quia in
his ſeruatur ius ciuile, Farinac. vbi ſuprà n.160.
Ego vero eam non probo, ſed potius indiſtinctè
in vtroque foro opinio. Bald. dummodo in cæte-
ris, teſtes deponant de fama, licet de auditu à
maiore parte ciuitatis vel oppidi nuncupatim non
teſtentur.

72 Tertio declaratur,vt non procedat opinio Bal-
di eo caſu in quo fama facit plenam probatio-
nem, tunc namque neque in ciuilibus, nec in
criminalibus, cum ſemper agatur de graui præ-
iudicio,non ſufficit ad probationem famæ, teſtes
dicere ita publicè dici, audiuiſſe, niſi etiam ad-
dant à maiori parte populi; ita in terminis alios
allegans tenet Hieronym. de Monte, d. cap.56.
num. 8. & Michaël Craſſ. d.lib.2.cap.19. quæſt.5.
in fine verſic.poſſet tamen conciliari,Petrus Anton.
à Petra d.quæſt.13.num.123. in verſ.ſed omni caſu,
& Farinac. d.q.47. num.261.

73 Quarto declaratur præfata ſententia Baldi, vt
quamuis iuxta ipſam non ſit neceſſe, quod teſtis
dicat ſe audiuiſſe dici à maiori parte populi, non
tamen per hoc ſupplentur alia ſex requiſita pro-
bationis famæ ſecundum Hieronym. de Monte,
d.cap.56.num.8. in verſic.vel etiam poſſet dici, in-
ferens ex hoc quod non per hoc teſtes probat,
niſi exprimat cauſam vnde fama orta ſit, vt dixi-
mus ſupra in prima declaratione,& niſi etiam di-
cat quod ſtatim orta eſt tempore commiſſi deli-
74 cti, & poſt illud in continenti. ¶ Non enim ſuffi-
cit, quod ex interuallo orta fuit, nempe poſt ac-
cuſationem,Inquiſitionem,vel carcerationem,ita
Gandin. in Rubrica, à quo, vel à quibus poſſit fa-
ma incipere, & num.12. in verſic. prima, quia fa-
ma, quæ ſtatim orta non fuit, Carrer. in practica
criminal. in 2.tract.de indic.& tortur. Hieronym.
de Monte vbi ſuprà c.56.num.3. & Farin. d.q.47.
num.177. vbi num. ſequenti refert Bartol.& alios,
qui videbantur contrarium tenere in hoc. Et re-
tenta etiam eorum opinione reſoluit veram eſſe
doctrinam, quod regulariter fama orta ex inter-
uallo poſt delictum, & multo magis ſi poſt accu-
ſationem,Inquiſitionem,vel carcerationem nihil
valet, niſi cauſa ex quibus ortum habet fama ſu-
peruenit poſt delictum, accuſationem, vel In-
quiſitionem,vel carcerationem, quia tunc quan-
docunque ſuperueniat cauſa famæ poteſt ipſa fa-
ma oriri.

Hanc quartam declarationem ſequitur Vulpel. 75
conſil.30.num.10. in fine, & num.11.& 12. Con-
trariam tamen ſententiam huic tertiæ declara-
tioni tenet Paulus Gramat. Theorem.22. num.6.
vbi quod opinio Baldi, & ſequacium volentium
famam probari per teſtes, dicentes ſe ita publi-
cè dici audiuiſſe, procedat nedum vt dicti teſtes
aliter non teneantur dicere à maiori parte po-
puli, verum etiam, vt nec teneantur nominare
auctores,nec exprimere cauſas, idemque affirmat
Caputaquen, deciſion.7.p.1. Farinac. d.quæſt.47.
num.217.

Has tamen opiniones concordat ibi Farinac. 76
d.q.47. num.146. dicens, quod in caſu quo fama
facit plenam probationem, procedat noſtra præ-
fata quarta declaratio: in caſu vero,in quo fama
non facit plenam probationem, procedit ſecun-
da ſententia modo in contrarium relata,videlicet
ſuppleri per talem teſtem alia requiſita, nempe
expreſſionem cauſarum,& nominationem aucto-
rum,à quibus orta eſt fama,quando ſumus in foro
canonicò, ſecus in foro ciuili, & præſertim in
cauſis criminalibus. Ego vero indiſtinctè verius
credo inquiri nihilominus, quod prædiximus in
prima declaratione ſupra, vt ibi probauimus cum
aliis, & præſertim cum ipſo Farinac. d. quæſt.47.
num.259. præterquam ad inquirendum, vt ibi
quoque obſeruauimus,& nominatio auctorum ſi
de ipſis interrogetur, prout interrogari debet, &
conſuetum eſt, alias ſecus.

Licet enim teſtes ſuper fama deponentes de- 77
beant nominare auctores, & eos à quibus fama
ortum habuit,vt per Bart. in d.l.de minore, §.plu-
rimum,num.23.& ibi Marſil. num.55. cum ſequen-
tibus, eſt communis, vt plurimos referens tenet
Farinac. d. q.47. num.229. etiam ſi teſtis non ſit
interrogatus, vt ibidem, num.230. reſoluit cum
magis recepta ſententia contra alteram commu-
nem opinionem. ¶ Hoc tamen non procedit, 78
quando fama eſſet orta ex probabilibus conie-
cturis & cauſis, vt dicebamus teſtes de his depo-
nere debere, tunc namque cum perſonarum de-
fectus ſuppleatur per argumenta probabilia, te-
ſtes ſuper fama deponentes, ſi exprimant dictas
coniecturas & cauſas, non eſt neceſſe quod no-
minent eos, à quibus dici audiuerint, vt poſt alios
quos allegant, bene demonſtrant Ferrat. Gargiat.
inter conſil.crimin. diuerſ.conſil.126.num.77.lib.1.
Ioan. Marſil. Monticell. in repertor.teſt.fol.387.
col.2. verſ. antepenult. & ſequent. Hieronym. de
Monte, d.c.56. num.9. Maſcard. de probat. lib.2.
concl.749.num.20.& hos referens Farinac.d.q.47.
num.135. vbi num.ſequenti, idem voluit ſimplici-
ter in terminis opinio Baldi,& ſequacium, quam
ſupra probauimus. Sed iuxta à ſe dicta,num.257.
& ſeqq. vſque ad num.265. de quibus ſuprà, ego
probo quod prædixi.

## SVMMARIVM.

1 *Clamoroſa inſinuatio,indicia manifeſta, vel ſemiplena probatio quid ſint, ad hoc vt inquiri poſſit contra delinquentem? De infamia, num.2. De clamoroſa inſinuatione, num.3. & ſequentibus. De indiciis,num.14. & ſeqq.*

7 *Infamia indicium ad inquirendum ſumendum eſt arbitrio prudentis, vt hic.*

8 *Teſtes ad probandam famam, & infamiam quot requiratur? & numeris ſeqq.*

13 Can.



13 *Cap. Inquiſitionis.§.tertia,de accuſation. intellectus.*

17 *Iudex quanta cum maturitate debet procedere ex indiciis ad inquirendum contra criminoſum.*

18 *Indiciorum diſtinctiones ad inquirendum hic referuntur, & num.ſeqq.*

19 *Indicium à lege approbatum dicitur indubitatum.*

20 *Indicium indubitatum oritur ex pluribus indiciis dubitatis.*

21 *Indicia ſunt proxima, & remota, & quæ ſint illa,& hæc?*

22 *Indicia ſunt aliqua leuia grauia,& grauiſſima. Et quæ ſint hæc, n.23.*

24 *Indicium aliud eſt neceſſarium, aliud credibile, ſeu veriſimile,& aliud non repugnans.*

25 *Semiplena probatio quæ ſit?*

26 *Inquiſitio in criminibus occultis quam probationem requirat? & quid in criminibus manifeſtis? n.27.& 28.*

### *Infamia, clamoroſa inſinuatio, indicia manifeſta, vel ſemiplena probatio quid ſint?*

## QVÆSTIO II.

1 QVÆRO. Supra q.1. reſoluimus inquiri non
poſſe de crimine, contra aliquem in ſpe-
cie, niſi præcedat infamia, clamoroſa inſinuatio,
indicia manifeſta, vel ſemiplena probatio, quid
ſint hæc, vt materiam intelligamus, in theorica,
& in praxi?

2 Dico quod infamia eſt, quidam rumor ortus
de aliquo crimine, non à maleuolis, vel maledi-
cis, ſed à probis, & honeſtis hominibus ſparſus
inter multos, & qui non ſemel, ſed pluries pro-
cedit, & hic ſufficit, vt moueat iudicem ad hoc
quod legitime faciat Inquiſitionem,vt colligitur
ex text.in c. qualiter,& quando el 2. de accuſ.& in
c. Inquiſitionis eodem tit.

3 Clamoroſa inſinuatio idem omnino eſt, & pro
eodem ſumitur,quod infamia,ita Innoc. Abb. &
Anania in d.c.qualiter, quando quos ſequitur So-
to lib.de regend. ſecret.memb.2.q.9. dub.3. poſt pri-
mam concluſionem, & Aragon. de iuſt. & iur.q.69.
art.1.& pag.mihi.497.in verſic.quoniam dictum eſt,
colum.1. quidquid Nauar.ab eo citatus poſt Aret.
in d.c.Inquiſitionis n.3.& in d.c.qualiter,& quando
n.76.velit inter iſta diſtinguere, qui in d.c.Inqui-
ſitionis: vt diuerſa ponuntur, dum ibi deciditur
nullum eſſe inquirendum pro crimine,ſuper quo
quo non laboret aliqua infamia ſeu clamoroſa
inſinuatio non proceſſit,& in c.licet Heli de Si-
mon.dicitur per publicam famam,vel inſinuatio-
nem frequentem.

4 Quare ſecundum Nauar. vere iſta inter ſe dif-
ferunt in hoc, quia infamia eſt, quando viri pro-
bi iudicialiter teſtantur eſſe talem rumorem, &
famam de tali crimine non inter maleuolos, vel
maledicos, ſed inter viros probos, & honeſtos.
Clamoroſa vero inſinuatio eſt vox totius populi,
vel publicus rumor inter multos de tali crimine
extra iudicialiter, quod etiam probat, & tenet
frater Michaël Salon de iuſt.& iur.in 22.D.Tho-
mæ q.69.art.2.in prima controuerſ.col.1480.addens
colu.ſequenti cum Soto,quod quando vel aſtrono-
morum indicio,vel alia via iniqua,vel diabolica
de crimine alicuius, vt furto,adulterio,vel ſimili
ſuboritu rumor,nullam habet vim,nec efficit in-
famiam in iudicio.

Sed profecto præd.diff.iure non procedit, nec 5
vera eſt ſecundum Soto, & Aragon, vbi ſup. &
Nauar. dum eam tenet fallitur,necnon & ſequa-
ces:tum quia pro eodem vtrumque nomen vſur-
patur in iure,vt conſtat ex d.c. Inquiſitionis,§.tertiæ
dubitationi, & c.qualiter, & quando el ſecundo de
accuſat.tum quia cum iudex non poſſit procede-
re ad Inquiſitionem faciendam,niſi infamia præ-
cedente,vt communiter DD.concludunt,& deci-
ditur expreſſe in c.cũ oporteat de accuſ. & diximus
ſup.d.q.1.neceſſarium eſt,quod ante iudicium in-
famia exiſtat,atque ex conſequenti non ſolum in
iudicio, ſed etiam extra poterit, & debet eſſe,ſic
vt clamoroſa inſinuatio,quæ licet extra iudicium
ſit, in iudicio tamen probari debeat competenti-
bus teſtibus,idem igitur vtraque eſt.

Infamia ergo in propoſito(ſicut clamoroſa in- 6
ſinuatio, vt per nos) non poteſt certo hominum
numero contineri, ſed eſt rumor ſparſus per ma-
iorem,vel bonam partem Viciniæ,Collegij,Vni-
uerſitatis, vel Conuentus in quo ille (ſcilicet in-
famatus) habitat,ita Soto vbi ſup. adducens pro
ſe Bart. in l.de minore §.tormenta ff.de quæſtio. vbi
ait,quod infamia eſt opinio voce manifeſtata ex
ſuſpicione proueniens de re aliqua mala,& quã-
uis Nauar. nihil tale habere Bart. cenſeat, imo
iuxta ipſum,infamia eſt,Rumor ſparſus inter eos,
quibus communiter incumbit tale ſcire: opinio
Soti probatur ab Aragon vbi ſup. & eſt recepta
communior,& tenenda.Secundum Salon vbi ſup.

Vbi ex ea deducit iudicium infamiæ ſumen- 7
dum eſſe arbitrio prudentis, quando iam opinio
dicitur eſſe communis, nec requiri ad infamiam
teſtes eſſe occultos, ſed ſatis eſſe,quod audierint
à fide dignis,vel habuerint indicia,vel coniectu-
ras ſufficientes.

Inquit tamen Aragon,& Salon vbi ſup.non ſuf- 8
ficere duos vel tres teſtes, cum iuramento aſſe-
rentes eſſe publicam vocem,vel famam talis de-
licti à tali homine commiſſi: quia infamia, ſicut
fama,eſt communis opinio, voce manifeſtata, &
dicitur communis opinio:quia paucorum dicta,nec
bonam, nec malam famam efficiunt: & dicitur
voce manifeſtata:quia interior notitia atque cogi-
tatio, exiſtimatio potius, quam fama appellatur,
quæ eſt quid ſuperius ad famam,& eſt veluti ge-
nus ad illam,quia omnis fama eſt rumor, & non
è contra:quando enim minor pars ciuitatis, vel
viciniæ, de aliquo habet opinionem rumor dici-
tur,quando autem maior pars ciuitatis, vel vici-
niæ loquitur eſt fama.

Hæc autem opinio in eum ſenſum tantum ve- 9
ra eſt,quo intẽditur affirmari, duorum aut trium
hominum teſtimonium maxime iuramento rem
teſtantium non ſufficere ad efficiendam infamiã
in quibus terminis caute, & bene loquitur Ma-
giſter Aragon, non enim duo vel tres aut plures
teſtes efficere poſſunt famam publicam,vel infa-
miam, niſi per maiorẽ vel bonam partem Ciui-
tatis,Oppidi,Viciniæ, Collegij,Vniuerſitatis,vel
Conuentus hoc affirmetur:quia hoc eſt de eſſen-
tia,& ſubſtantia publicæ vocis,& famæ,vel infa-
miæ;alias enim talis eſſe non poteſt, nec nuncu-
patur, quare rectè dictum cenſeo, quod duo vel
tres teſtes etiam iurati (ſi tamen maior, vel bona
pars populi, vel vniuerſitatis hoc non affirment,
vel dicant)famã ipſam,vel infamiã non efficiant:
quia ex dictis paucorum fama non efficitur,quã-
do enim minor pars ciuitatis, vel viciniæ de

aliquo habet opinionem, rumor & dicitur, non vero fama vt dicebamus.

10 At vero fama ipſa, vel infamia, iam orta, & talis effecta per maiorem, vel bonam partem Vniuerſitatis, vel Viciniæ, &c. bene probatur in iudicio, duorum vel trium teſtimonio cum iuramento rem, hoc eſt, ipſam famam, vel infamiam atteſtantium, quidquid contrarium dicat Salon *vbi ſupra*, in quo profectò fallitur ex ſequentibus. Primo quoniam publicitatem hanc, vel famam aut infamiam non à numero teſtium, qui id audierint iudicandum eſſe conſtat, ſed ab audito publico, hoc eſt à pluribus in publico: quare cum *in ore duorum, vel trium ſtet omne verum*, vt in in Euangelio Domini noſtri IESV Chriſti cauetur, refertur, *in c. in omni negocio de teſtibus cum ſimil.* duo vel tres teſtes de hac publica voce, & fama vel infamia in iudicio eam affirmantes præmaxime ad inquirendum ſufficiunt. Secundo quia quodlibet aliud indicium duobus teſtibus probatur, vt infra latius in decurſu huius operis docebimus.

11 Tertio & in terminis, quod famam duobus teſtibus probare ſufficiat omnes cæteri in hoc concordant, eſtque communis opinio, & ſententia ſecundum Iul. Clar. *in pract. crim. q. 6. verſ. ſecundum eſt tamen:* quinimo, & notorium probatur, duobus teſtibus, & ita ſe habet communis opin. ſecundum Salic. *in l. ea quidem n. 28. C. de accuſat.*

12 Quarto etiam in terminis, quia teſtes famam probantes ad minus debent eſſe duo, licet bene duo ſufficiant, hæc eſt communis ſententia, vt plurimos allegantes affirmant Maſcard *de probat. lib. 2. concluſ. 749. n. 1.* & Farinac. *in ſuis quæſtionibus crim. in. 1. p. q. 47. de indic. & tortur. n. 208.* & iterum *num.* 303. vbi nuncupatim loquitur in probanda alicuius infamia, vel bona fama & *numeris ſequentibus* ampliat cum magis communi ſententia, vt ſufficiant ſuper hoc teſtes ſingulares, dummodo ſint conteſtes in ſpecie infamiæ irrogatæ, de quo etiam per eundem authorem, *ibidem n. 265.* vbi *num. ſequenti* eam declarat.

13 Neque obſtat *text. in d. c. Inquiſitionis §. tertia de accuſ.* cui innitebatur Salon *vbi ſup.* ad tenendum contrarium, quia text. ille non agit de teſtibus deponentibus de fama, ſed de affirmatiua, hoc eſt de viſu non tamen præcedente infamia contra inquiſitum, & ſic in criminibus occultis deficiente igitur ſubſtantiali requiſito Inquiſitionis, vt eſt infamia corruit Inquiſitio, at vero cum ipſa probatur duobus teſtibus, aperitur via inquirendi: & ſic aſſumendi teſtes de viſu ad inquiſitionem ſpecialem, & hæc de fama, & clamoſa inſinuatione.

14 Quoad indicia: hæc multis, & diuerſis modis à noſtris diffiniuntur, vt patet ex pluribus authoribus adductis per Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin. in 1. part. q. 31. de indiciis, & tortur. num. 27. cum ſequentibus*, & Aragon. *de iuſt. & iure. q. 69. art. 1. & 2. pag. mihi 502. col. 2. in verſic. de indiciis vbique.* Secundum D. Thomam ibi, vbi infamia non interuenit, non qualiacumque, ſed adeo expreſſa debent eſſe indicia, vt vehementer reum indicent, anteque ius emergat procedendi contra illum: adeo enim ſanctæ famæ, & honori deliteſcentis rei, iura conſulendum cauere, vt maluerint aliqua crimina impunita manere, quam delinquentes occultos à poſſeſſione ſui honoris, & famæ, atque vitæ temere depellere: quod & iuri naturæ valde congruum eſt, atq; conſentaneum.

15 Ex quibus ipſe (vt clare procedamus) coniicio atque deduco: quod indicia ſunt circunſtantiæ, & ſigna ex quibus prudenter, & rationabiliter ſolemus de actionibus, & operibus fratrum noſtrorum iudicare.

16 Quæ triplicia ſunt, quædam certa, & expreſſa: ex quibus quadam certitudine morali, licet coniectare: vt ſi nudus cum nuda inueniatur in eodem lecto, ſignum eſt certum concubuiſſe, ſi quis euaginato gladio, & ſanguine aſperſo deprehendatur iuxta occiſum maxime inimicum ſuum, ſignum eſt certum, violentum atque euidens: alia ſunt non ita certa, ſed probabilia, vt ſi Ioannes Petro minatus ſit, & poſt aliquod tempus reperiatur Petrus occiſus, nec cum nullo alio ipſe Petrus vnquam rixatus ſit, quam cum Ioanne eſt ſignum & indicium probabile, non tamen certum: potuit enim ab alio occidi, alia ſunt leuia, quorum nulla eſt habenda ratio, vt ſi inueniatur cadauer in vno latere viæ, & in alio Petrus tranſiens, aut quid ſimile, de quibus ſingulis generibus indiciorum plurima alia exempla finguntur à Doctoribus noſtris de hoc agentibus, & integros tractatus, iuſtoſque libros de eiſdem conſcribentibus, omnia tamen ad hæc rediguntur.

17 Ex quibus omnibus colligitur, quanta cum maturitate teneantur iudices procedere in Inquiſitionibus contra particulares perſonas factis: ratione indiciorum contra ipſas exiſtentium, nam niſi ſint tot adeoque expreſſa, vt quaſi reddant certum iudicem de malefactore, illis vti nullatenus licebit, vt inquit Aragon. *vbi ſup.* vbiq; Caiet. *in iſta art.* affirmat quod quando D. Thom. dicit indicia debere eſſe manifeſta, id ad tria eſt referendum: primo ad factum, cuius eſt indicium, ita ſcilicet, vt manifeſte indicent tale factum. Secundo ad perſonam: ſic vt indicent, quod ipſa perpetrauerit tale facinus. Nam ſicut præcedens infamia de crimine intelligitur, non de crimine abſolute, ſed de crimine huius perſonæ ita vt perſona ſit diffamata de crimine: ſic etiam in indiciis oportet, quod appareant indicia criminoſæ perſonæ. Tertio ad proceſſum, itaque huiuſmodi indicia manifeſtentur reo, vt ſciat ſe eſſe in tali articulo, conſtitutum: quod teneatur obedire iudici præcipienti, extorquentique veritatem, alioqui cum ipſe reputet ſe eſſe occultum, & illa indicia non ſint iuris, ſed facti, ignorantia facti, quod latet ipſum, niſi iudex illi manifeſtet, excuſabit eum: hocq; verum eſt: & hæc quoad reum ipſum interrogandum iuridice, ſiue legitime de crimine, debent enim ad hoc ſecundum D. Thom. & communes indicia eſſe expreſſa: cæterum ad inquirendum cenſeo ſufficere etiam indicia probabilia de quibus ſupra: ſufficiunt etiam ad inquirendum, hoc eſt, ad aſſumendas informationes ſuper delicto *infra* dicemus.

18 Indiciorum præterea alias diuerſas, ſed in idem penè tendentes, diſtinctiones Doctorum congerit late Farinac. *d. q. 31. n. 35. cum ſequentibus*, quas hic ſummarie referam, vt eas in promptu lector hic habeat. Prima eſt communiter à Doctoribus ab iſto relatis ſequutis Bald. *in l. ea quidem num. 8. de accuſat.* nempe, quod aliud eſt indicium dubitatum, & non plenum, aliud vero indubitatum, & plenum: indicium dubitatum, & non plenum eſt præſumptio fortiter mouens animum ad aliquid credendum, vel diſcredendum, vt tenent plures DD. ibi per Farinac. citati *num.* 38. Indicium vero indubitatum, & plenum, illud eſt, quod arctat, ita vt omnino credat, nec poſſit in contrarium inclinari ſecundum Paulum de Caſtr. *in l. fin. num. 5. C. de probat.* quem ſequuntur Conrad. & Boher. citati à Farinac. *vbi ſup. num. 36.* vel ſic, indicium indubitatum, & plenum eſt demonſtratio rei per ſigna ſufficientia, per quæ animus in aliquo tanquam in proprio exiſtente quieſcit, & plus inueſtigare non curat iuxta Bald. *in d. l. ea, quidem ſub num. 8. C. de accuſat.* & alios plures quos congerit Farinac. *qui ſup. n. 37.* inter quos citat. Menoch. Maſcard. & alios, & exempla indiciorum indubitatorum referunt DD. de quibus aliis quæſtionibus agemus.

19 Illud tamen in propoſito obſeruandum eſt, quod quando aliquod indicium reperitur à lege approbatum, tunc vtique illud dicitur indubitatum, in ſpecie. *l. ſiquis. C. de adult.* ita Brunus *in tractat. de indic. & tortur. par. 1. q. 4. n. 3. & 5.* quem refert & ſequitur Farinac. *vbi ſup. n. 40. vbi n. 41.*

20 Rurſus addit, quod quoties contra aliquem inquiſitum vrgent plura dubitata indicia, tunc pariter, ex illa multitudine indiciorum dubitatorum reſultat vnum indicium indubitatum, ſecundum Brunum *vbi ſup. n. 5.* ſed melius hoc comprobant, & exemplificant Guid. de Suzar. Bolog. Gand. Conrad. & Hippolyt. Rimin. citati à Farin. *d. num* 41.

21 Secunda indiciorum diſtinctio affertur per DD. communiter, de quibus per Farinac. *vbi ſup. num. 44* cum pluribus ſequentibus, nempe quod aliud ſit proximum, aliud autem remotum: proximum dicitur illud, quo poſito, ponitur criminis effectus: & quo remoto illius effectus remouetur: vel quod tangit negotium, vel ipſum delictum, vel quod reſpicit veritatem rei, & delicti immediatè per ſenſum viſus, vel auditus, iuxta ſubiectam materiam: indicium vero remotum eſt illud quod non reſpicit immediatè veritatem, ſed circircunſtantias, vt ibi per eum.

22 Tertia diſtinctio indiciorum eſt leuium, grauium, & grauiſſimorum, vt per Iul. Clar. *in pract. crimin. q. 20. ſub princ.* *Leuia indicia* ſecundum ipſum ſunt, quæ ſufficiunt vel ad capturam, vel ad inquirendum, hoc eſt ad aſſumendas informationes ſuper delicto: *grauia* ſunt illa, quæ ſufficiunt, vel ad tranſmittendam inquiſitionem abſenti, vel ad ipſum torquendum: *grauiſſima* autem, quæ ſufficiunt ad condemnandum: ſed quia hæc diſtinctio Clari reſpicit potius effectum, quam indiciorum ſubſtantium, ideo ſecundum Farinac. *vbi ſup. n. 54. cum ſequentibus*

23 Melius dicendum eſt, quod *indicium leue* eſt illud, vt ſupra dicebamus, quod frequenti, & facile contingit abeſſe, *graue* vero indicium quod frequenter, & facile contingit adeſſe, *grauiſſimum* autem indicium dici poterit illud quod frequentiſſime, & faciliſſime contingit adeſſe, & indicia illa, quæ colliguntur, & ſunt probata, ex propria rei confeſſione ſunt grauiora aliis, vt per Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 15. n. 13.* quem, & alios refert, & ſequitur Farinac. *vbi ſup. n. 57.*

24 Quartam diſtinctionem indiciorum colliges ex Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. caſu 270. n. 7.* ſcilicet, quod aliud indicium eſt *neceſſarium*, aliud *credibile*, ſeu *veriſimile*, & aliud *non repugnans*, de quibus late per Farinac. *vbi ſup. vbi num. 65. cum ſequentibus* refert aliam, & vltimam indiciorum diſt. nempe *facti* & *iuris*, *iuris* tantum, & hominis: necnon & *iuris* & *de iure*, vt ibi per eum.

25 *Semiplena probatio* eſt dictum vnius teſtis ocularis, ac omni exceptione maioris, vt concludunt omnes in diuerſis locis, & nos quoque alibi latius ſigillatim agemus Deo duce, inquit tamen Soto *lib. 5. de iuſt. & iure q. 6. art. 2.* ſemiplenam probationem, tunc tantum tribuere ius iudici interrogandi, tam reum quam teſtem, quando procedit via accuſationis.

26 Nam ad procedendum via Inquiſitionis, neque ſemiplena probatio, imo nec plena duorum, aut trium teſtium ad ſufficiens, tribuere interrogandi ius ex *text. in cap. Inquiſitionis de accuſ.* vbi præcipitur, quod etiam ſi duo, vel plures teſtes iurati affirmarit cuiuſpiam crimen, de quo tamen ille nulla infamia laborat non procedetur in ipſum in via Inquiſitionis.

27 Hæc tamen ſententia Soti ſolum habet verum, & procedit in criminibus occultis, in quæſtionibus: quia iudex procedere non poteſt, niſi præuio accuſatore, vel aliquo eius officium ſupplente, vt prædiximus *d. q. 1.* & ſemiplena probatio, imo & plena vicem accuſatoris non habens fieri non poteſt vt ipſa ſit ſufficiens mouere iudicem ad inquirendum, vt ſupra reſpondimus contra Salon; cæterum in criminibus manifeſtis, quorum ex officio iudicibus incumbit facere Inquiſitionem, vt ſi homo interfectus publice inueniatur, vnus ſolus teſtis eſſet ſufficiens, etiam accuſatore non exiſtẽte (quia publicitas facti viam ſupplet accuſatoris) ad hoc vt contra aliquem in particulari via inquiſitionis procederetur, ipſeque tunc teneretur dicere veritatem: nam ſi indicia ſufficiunt ad hoc, quanto magis probatio ſemiplena, quæ maiorem habet vim quæſtionibus cumque indiciis, ita in terminis, rem hanc declarat Magiſter Aragon, *vbi ſup. d. c. 69. art. 1. & 2.* addens cum Nauar. *in c. inter verba concluſ. 6. corolar. 48. n. 118. cum ſequentibus*, quod in criminibus occultis, nec etiam indicia ſufficiunt, niſi ſimul etiam ſit infamia.

28 Supereſt igitur, vtque *ſup. in d. quæſt.* reſoluimus ſufficere ad inquirendum ſolam infamiam, indicia, vel ſemiplenam probationem procedere in criminibus, & delictis manifeſtis in quibus conſtat de corpore delicti: ſecus vero in occultis, tunc namque, nec ſola indicia, nec teſtes de viſu ſufficiunt, niſi præcedat infamia iuxta *ſup. dicta:* & hæc de ſemiplena probatione per vnum teſtem omni exceptione maiore ad torquendum procedunt, vt infra ſuo loco dicemus. Cæterum, quoad inquirendum & ſic ad recipiendas ſpecialiter contra reum informationes ſufficit vnus teſtis de viſu etiam inhabilis, aut minus idoneus, vt infra in quæſtione ſequenti dicemus.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtis quilibet ad inquirendum an ſufficiat loco diffamationis? & numeris ſeqq. precipuè, num. 5. & 6.*
2 *Quid de teſte corrupto, & periuro?*
3 *Quid in periuro emendato?*
4 *Quid in duobus teſtibus corruptis, vel periuris?*

*An quilibet teſtis ſufficiat ad inquirendum loco diffamationis?*

## QVÆSTIO III.

1 QVÆRO præterea in materia Inquiſitionis, an quilibet teſtis ſufficiens ſit ad inquirendum loco diffamationis? Et in hoc partem affirmatiuam probauit Bald. *in l. ſeruos, verſic. quæſtio ergo, C. de teſtib.* Brun. & Felin. quos refert & ſequitur

Boſſius *in ſua pract. crim. tit. de inquiſit. n. 40. & 41.* vbi quod infamis bene ſufficit ad inquirendum, prout dicunt præfati DD. niſi ſtatutum reſiſteret.

2 § Corruptus tamen, & periurus minimè ſufficit ad hoc per textum *in c. ſicut, de teſtib.* ibi, *aliquatenus non eſt admittendus:* quia licet Feli. *ibi in vltim. notab.* & Aret. *colum.* 3. contrarium videantur velle, non tamen dicunt quod teſtis corruptus & periurus ſufficiat ad formandam Inquiſitionem, ſed quod ſufficit in viam Inquiſitionis formandæ, & ſic quoad Inquiſitionem generalem, & ita intelligit, atque declarat Bald. *in d. l. ſeruos,* quidquid teneat contrarium Eman. Rodr. *in ſua Summa, c. 7. del orden judicial, n. 17.* Et quod teſtis periurus, vel corruptus non ſufficiat ad inquirendum eſt vera & communiter approbata opinio, teſte Boſſio *in tit. de Inquiſitione, n. 42.* & Viui. *in ſuis commun. opinio. lib. 1. verbo, in teſtem,* & Burſat. *conſil. 55. n. 5. & 10. volumine 6.* eoſque & alios plures ad hoc refert Rolandus à Valle, *conſ. 57. n. 16. lib. 4. ibi n. 20.* ampliat vt procedat etiam in periuro emendato. 3 Limitat tamen Boſſius vbi ſupra, 4 *num. 50.* contra Decium in duobus teſtibus corruptis, vel periuris, ipſi enim faciunt indicium ad inquirendum.

5 Sed pro vera intelligentia huius quæſt. diſtinguendum eſt, ant quærimus an vnicus teſtis etiam inhabilis, & minus idoneus, de ipſo maleficio immediatè faciat indicium contra reum quoad inquirendum, id eſt, quoad aſſumendas ſpecialiter contra eum informationes ſuper dicto: aut vero ſuper aliquo indicio. In primo caſu ad inquirendum vnus tantus teſtis de maleficio etiam inhabilis, aut minus idoneus ſufficit, & ita debet intelligi Bald. *in d. l. ſeruos,* loqui in hac ſpecie, vt conſtat ex verbis ipſius dicentis, quod teſtes prohibiti à limine depoſitionis non faciunt hoc indicium, ſed teſtes, qui non ſunt prohibiti à limine depoſitionis, non tamen ſunt idonei ad plenam efficaciam probationis, bene faciunt hoc indicium (quamuis alij eum intelligant loqui de Inquiſitione generali) & hoc appellat Bald. ibi *indicium facti,* ſcilicet, quod dirigat iudicem in viam perſcrutationis ad indagandum an ille talis, qui ab eo nominatur, ſit reus illius delicti, & ſic ad inquirendum ſpecialiter contra ipſum. Cæterum ad hoc, vt teſtis deponens de ipſo maleficio faciat indicium legitimum, quod Baldus ibi appellat *indicium iuris,* requiritur quod ſit integer & omni exceptione maior, id eſt, talis contra quem nulla exceptio opponi poſſit, iuxta communem ſententiam, quam refert & probat Clar. *in pract. crimin. § fin. q. 21. verſic. vnus teſtis,* de qua communi infra latius agemus, hic enim non eſt ſuus locus. ibi tamen Clarus prædicto modo intelligit Bald. *in d. l. ſeruos,* fitque ex hoc, vt ad inquirendum ſufficiat vnicus teſtis, etiam inhabilis & minus idoneus & ſic infamis, quod & ſequuntur cæteri DD. ſupra allegati. Et an procedat in teſte corrupto, & periuro, item & in ſocio crimin. & aliis huiuſmodi poſtea agemus in *quæſtione ſequenti,* expedito prius 2. membro noſtræ diſtinctionis.

6 In ſecundo vero caſu, quando agimus de probandis indiciis ad inquirendum (cum ſupra alia *quæſtione præcedenti* reſoluimus cum communi, indicia probata ſufficere ad inquirendum abſque diffamatione) reſoluendum eſt quodlibet indicium, ſeu adminiculum, maximè ſi ſit remotum à facto, quamuis minimum & leue faciens ad cauſam de qua agitur, ad hoc vt de eo mentio, aut ratio habeatur, de neceſſitate debet ſaltem per duos teſtes probari. Et hæc eſt indubitata in iure concluſio ſecundum Ioann. de Amicis, *conſ. 127. num. 10.* & fuit gloſſæ *in l. fin. verbo vel indiciis, C. famil. erciſc.* quam ſequuntur communiter DD. vt teſtatur Antonius Gomez *in 3. tom. variar. reſolut. c. 13. num. 18.* & Angel. de Caſtro, *inter conſil. crimin. diuerſ.* Doctor. *conſil. 94. num. 16. lib. 1.* Socin. *conſil. 54. n. 2. lib. 3.* Marſil. *conſil. 59. n. 6.* quos tres vltimos refert & ſequitur Clarus *in practic. crimin. § fin. q. 22.* & probat Tiberius Decian. *in 1. tom. tract. crimin. lib. 5. c. 55. n. 20.* & Paulus Paris, *conſil. 151. n. 1. lib. 4.* Didacus Perez, *in lib. 8. tit. 15. lib. 2. ordin. col. 596.* eſt communis, vt plurimos allegans teſtatur Farin. *in ſuis quæſtionibus crimin. in 1. p. tit. de indic. & tortur. q. 37. n. 13. cum ſequentibus,* vbi ampliat hoc procedere etiam in crimine hæreſis, & læſæ Maieſtatis, adde Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 462. n. 18. & 19. & lib. 2. concluſ. 894. n. 1. & 4. & lib. 3. concluſ. 1385. num. 32.* vbi de communi teſtatur & Marc. Anton. Eugen. *conſ. 27. n. 33.*

## SVMMARIVM.

1 *Teſtes ad probanda indicia remota an debeant eſſe omni exceptione maiores? & numeris ſequentibus.*

6 *Pupillus doli capax non facit indicium ad torquendum, ſed tantum ad inquirendum.*

7 *Limitatur vbi alij teſtes haberi non poſſunt actu & habitu.*

8 *In prædicta ſpecie an duo impuberes ſufficiant ad condemnandum? & n. 9.*

10 *Quid requiratur probari ad hoc, vt fidem faciat, & n. 11.*

*An ad probanda indicia remota teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores?*

## QVÆSTIO IV.

QVæro modo in propoſito, an ad probanda indicia remota teſtes debeant eſſe non ſolum duo, vt reſoluimus *in calce quæſtionis præcedentis,* ſed etiam omni exceptione maiores? Quæ 1 quæſtio duas habet inſpectiones, vnam quoad inquirendum, de qua hic opportunè agimus, alteram quoad torturam, de qua etiam agemus veluti per tranſennam, vt veram reſolutionem quoad vtrumque habeamus. Et generaliter quoad probandum indicia remota teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores, eſt communis ſententia, de qua teſtatur Bonacoſa *in 2. p. ſuarum commun. opinio. criminal. verſ. indicia, aut ſunt proxima,* ex Beccio *conſil. 67. num. 11.* refert & ſequitur, & communem dicit Burſat. *conſil. 316. num. 15. volum. 3. & in conſil. 35. n. 2. volum. 1.* ex Boſſio *in ſua pract. crim. tit. de cōſid. ante tortur. n. 18. cum ſequentibus,* Iul. Clar. alios allegans *in pract. crim. § fin. q. 64. verſic. dixi quinimò,* idem Burſat. *conſil. 346. num. 8. lib. 4. & conſil. 146. num. 6. volumine 2.* Oſaſcus *deciſione Pedemon. 79. num. 16.* Anton. Gomez *in 3. tom. variar. reſolut. cap. 13. de tortur. reorum n. 18. in fine in verſic. ſed certè eorum opinio, & n. 19.* Bertazol. *conſil. 39. num. 15. lib. 2.* Maſcard. alios adducens *de probat. 2. tom. concluſ. 894. num. 1.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 91. num. 5. & 6.* vbi eam probabiliorem dicit, ex rationibus ab Anton. Gomez. *vbi ſupra* adductis. Hanc defendit Hippolyt. Riminald. *conſil. 361. n. 39. cum ſequentibus, vſque ad num. 46. volumine 4. & ibi n. 32. & 33.* late reſpondet ſigillatim contrariis Doctorum quorundam authoritatibus, & ampliat vt procedat etiam in atrociſſimis, licet Clarus ab eo citatus contrarium dixerit. Sed is ſecundum ipſum loquitur non de iure communi, nec de generali conſuetudine, ſed tantum de obſeruantia illarum Prouinciarum, in quibus Clarus conuerſatus eſt, quæ ad alias Prouincias extendi non debet, vt in iuribus *ibi* per Riminald. citatis.

2 Sed contrariam ſententiam, imò quod ad probandum indicia remota ſufficiant, & admittantur teſtes etiam non maiores omni exceptione, imò & infames, ſeu aliàs inhabiles, videtur probare gloſſa *in l. inuiti la ſegunda in verbo, ſed nec pupillus in fin. ff. de teſtib.* quam ſequitur Socin. *conſil. 54. n. 9. volumine 3.* Bald. *in l. cunctos populos, n. 5. in fi. C. de ſumm. Trinit. & Fide Catholic.* Hippolyt. de Marſil. *in ſua practic. crimin. § diligenter, n. 8.* vbi dicit eſſe notabile verbum, & perpetuo menti tenendum in practica, ſequuntur etiam relati per Roland. à Valle, *conſ. 24. n. 5. lib. 1. vbi n. 5.* limitat, ſi teſtes ſint inimici, vel quando agitur contra clericum: & quod teſtis inimicus etiam cum tortura non ſufficiat ad inquirendum tenet Innoc. *in c. cum P. de accuſat.* quem refert & ſequitur Boſſius, *tit. de Inquiſitione, n. 52.* Eandem ſecundam ſententiam principalem contra priorem ſequitur alios adducens Nouel. *in ſua pract. in Rubr. de teſtib. in materia crim. n. 15.* & Matth. Gribal. *in ſuis reg. crimin. inter communes opiniones diuerſ. in verſ. licet ad faciendam ſemiplenam probationem,* vbi affirmat ſic tenere communiter DD. *in d. l. cunctos populos in fine,* Brunus inter *conſ. crimin. diuerſ. 115. n. 38. volumine 2.* Bertaz. *inter eadem conſ. crim. diuerſ. conſ. 70. n. 30. eodem volumine, & inter ſua conſil. volumin. 1. conſ. 341. n. 10.* Paulus Meren. *inter eadem conſ. crimin. conſ. 90. n. 42. volumine 2.* Carrer. *in pract. crim. 2. tract. de indic. viſo ergo quid ſit indicium, n. 7.* Paul. Granut. *Theorem. 23. n. 13.* & præſertim, quando teſtes ſuper remotis deponentes deponunt veriſimilia, ſi infamiam per torturam purgauerint, vt cum aliis probat Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 894. n. 14.* & idem quando teſtes ſunt plures, quaſi quod ex numero teſtium illorum inhabilitas ſuppleatur, vt cum aliis Maſcard. *vbi ſupra, n. 13.*

3 Quid tenendum? Ego profecto in primis animaduerto, non omnino eſſe fidendum allegationibus pro vtraque parte *ſupra* citatis: comperi enim aliquas earum deficere, quia nec id tenent, nec communem profitentur, quamuis ad id per modernos citentur, tametſi negari non poteſt quod articulus hic ſit difficilis, & controuerſus.

4 Deinde eum ita definio reſoluens, Quod ad inquirendum ſufficiunt duo pluresve teſtes, etiam inhabiles & minus idonei, deponentes de indiciis remotis. Boſſ. *vbi ſupra, n. 51.* Tiber. Decian. *1. tom. tract. crimin. lib. 5. c. 35. n. 8.* ſecus vero ad torturam, quia duo teſtes probantes indicia remota ſufficientia ad torturam debent eſſe habiles, & omni exceptione maiores, vt contra prædictam gloſſ. & ſequaces probauit Ant. Gom. *d. 3. tom. c. de tort. reorum n. 18. in verſ. ſed certè eorum, qui hanc diſtinctionem & reſolutionem,* & Blancus *de indic. ad l. fin. ff. de quæſtionibus, n. 347.* Marſil. *in l. de minore ſub n. 42. ff. eodem,* cum aliis per Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 88. n. 14.* & ſimiliter Brun. Gribal. Nouel. & Carrer. *vbi ſupra d. n. 10. allegati,* & plures alios citans, ita etiam reſoluit Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin. 1. p. de indic. & tort. q. 37. n. 25.* cum pluribus ſeqq. *vbi n. 30. cum ſeqq.* idem probat contra Clarum etiam in atrociſſimis & enormibus atque exceptis criminibus, quoad torturam, nempè, requiri teſtes deponentes de indiciis remotis, eſſe omni exceptione maiores.

5 Gloſſa autem *in d. l. inuiti la 2.* quæ contra priorem communem ſententiam adducitur, non probat quod ad probandum indicium ad torturam ſufficiūt teſtes aliàs inhabiles, ſed quod pupillus proximus pubertati, etiam ſi ſit doli capax, non erit per hoc teſtis in criminalibus, ſed quod faciet aliquod indicium. Quo fit, vt DD. eam allegantes & ſimpliciter ſequentes alio non expreſſo non ſint contrarij noſtræ ſententiæ. Quando quidem non ex eo, quod huiuſmodi pupillus faciat aliquod indicium, conſequitur ſufficiens id eſſe ad torturam: ſunt enim pleraque indicia, quæ ad id non ſufficiunt, vt conſtat ex DD. de re hac agentibus & præcipuè ex præcitatis. Quando quidem quædam ſunt indicia, quæ ſufficiunt ad inquirendum, quæ ad torquendum non ſufficiūt, ad hoc enim grauiora, & vrgentiora requiruntur, quam ad illud; ad torturam namque indicia debent eſſe clara in genere ſuo, & de iure probata, ex quibus iudex quaſi certus reddatur probabiliter concludere, Rolandus à Valle, *conſ. 24. n. 23. lib. 1.* Beccius, *conſ. 85. n. 1. cum ſequentibus lib.* ſicut aliæ probationes in cauſis criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores, vt *in l. fin. cum ſimil. C. de probat.* non ſic ad inquirendum. Denique indicia ad torquendum, quæ ſint ſufficientia relinquitur arbitrio iudicis, Beccius *d. conſil. 85. n. 18. vbi n. 21.* quod hoc intelligitur de arbitrio regulato à iure, de quo agemus latius *infra ad fin. libri in materia indiciorum.* Et quamuis idem probandum ſit à fortiori in indiciis ad inquirendum, negari tamen non poteſt, quin leuioribus facilius mouendus ſit iudex ad inquiſitionem formandam, licet ſufficientibus in genere ſuo, quam ad torturam imponendam.

Fit igitur ex ſupradictis, vt gloſſa illa dicens, quod pupillus proximus pubertati, & doli capax faciat aliquod indicium in criminalibus, minimè probet, id eſſe indiſtinctè ſufficiens ad torturam, ſed quod iuxta ſupra d. regulam ſit: & ita gloſſam illam in hunc ſenſum allegat, & ſequitur Angel. *in tractatu malef. verbo comparent dicti inquiſiti, n. 13.* & ibi cuius addit. plures allegans dicit in noſtris terminis, hoc indicium non eſſe plenum, ſed qualequale ad inquirendum, non vero ad torquendum, vel condemnandum, Carrer. *in practic. crim. in cap. incip. vltimo, n. 15.* eandem gloſſam quod faciat indicium ſequitur Salic. *in l. fin. C. de his quib. vt indign.* & quale indicium faciat refert plures DD. Paris de Put. *in tract. ſyndic. verb. an teſtis, § 11. n. 10.* ſequitur etiam illam gloſſam alios allegans Brun. *in tract. de indic. & tortur. 1. p. q. 2. n. 16. cum ſequentibus* intelligens gloſſam illa velle, quod huiuſmodi indicium non ſit ſufficiens ad torturam, tametſi Ioann. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de teſte, § 1. in verſic. item quod eſt impubes,* & Bald. *in d. l. inuiti, & in l. ſeruos, C. de teſtibus,* & alij velint tenere contrarium, eandem gloſſam ſequitur etiam Decius, *in l. 2. § item impuberes, n. 10. ff. de regul. iur.* & probatur, *l. regia contra tit. 16. p. 3.* ibi: *Mas ſi recibieſſen teſtimonio de menor de veynte años ſobre pleyto criminal, ò del que fueſſe menor de catorze años en otros pleytos, dezimos que como quiera ſu dicho no empeceria acabadamēte, aquel cōtra quiē teſtiguare. Pero ſiēdo de buē entendimiēto,*

à tales menores farian gran preſumpcion al fecho ſobre que fueſſe el teſtemonio, vbi Gregor. Lopez in gloſſa gran preſumpcion, citat gl. illam in d.l. inuiti, & Bald. in l. fin. C. de his quibus vt indignis.

6 Reſoluo ergo in propoſito gloſſ. in d. l. inuiti, pupillum proximum pubertati, dolique capacem regulariter indicium non facere ad torturam neque ad condemnandum, ſed ad inquirendum tantum, iuxta ſupra dicta contra Ioan. Andr. & Bald. vbi ſupra, nec non & contra Iaſ. in d.l. fin. num. 6. C. de his quibus vt indign. vt cum Marſil. probauit rectius Carrer. vbi ſupra, Anton. Gomez, & cæteri ad hoc præcitati, cum gloſſa prædicta eiuſque ſequaces contrarium non dicant nec probent, & probat late cum aliis Farinac. de oppoſit. contra teſtes, quæſt. 58. num. 18. & melius, num. 48. & 49. vbi plures allegat. & n. 50. ſi inquit, quod quamuis Iaſ. vbi ſupra, & alij quos citat teneant contrarium, non tamen per hoc recedas à propoſita limitatione, quæ non ſolum magis communiter à Doctoribus recepta eſt, ſed etiam & verior omnino apparet, quinimo pro hac ſententia expendo d.l. 9. tit. 16. p. 3. dum dicit teſtimonium minoris 20. annis in criminalibus & minoris 14. annis in aliis litibus magnam præſumptionem facere, ſi minor ſit doli capax. Ex quo clarè deducitur id locum non habere in criminalibus in minore 14. ann. ſed tantum in ciuilibus, quaſi propriè velit illa lex, quod ita demum dictum minoris 20. ann. in criminalibus faciat magnam præſumptionem, ſi & dummodo non ſit minor 14. ann. ſed maioratat verò dictum minoris 14. ann. & doli capacis in ciuilibus tantum.

7 Hæc tamen noſtra ſententia limitatur, vt non procedat, quando veritas aliter haberi non poteſt, quia ex natura negotij alij teſtes haberi non poſſunt actu & habitu attento communi concurſu: tunc enim huiuſmodi teſtis ſufficiens eſt ad torturam, alias ſecùs vt probat Alberic. in l. teſtimonium, num. 2. verſic. & maximè ſi aliter veritas, &c. ff. de teſtib. & plures allegans Farinac. vbi ſupra num. 20. cum ſequentibus, vbi num. 30. inquit eſſe ita tenendum contra Decium, & alios: quia non ſolum hæc limitatio communiter recepta eſt à Doctoribus, ſed etiam veriſſima, Marſ. in l. infans, n. 42. cum ſequentibus, ff. ad l. Corne. de ſicar.

8 Carrer vbi ſupra n. 16. vbi etiam ex Alber. in d.l. teſtimonium, ff. de teſtibus, quod in iſta ſpecie duo impuberes ſufficerent ad condemnandum, Marſil. conſil. 127. num. 12. vbi ſe refert aliis in locis. Iaſ. in l. fi. C. de his quib. vt indign. quod vltimum verum non credo ex additione ad Decium, verbo, ad teſtium in l. 2. §. item impuberes ff. de reg. iur. eſt enim contra communes regulas, & iuris traditiones, vt etiam probat Farinac. vbi ſupra, n. 54.

9 Præterea gloſſa illa ad d. l. inuiti, intelligi debet, quando iudex procedit ex officio, ſecùs ſi ad inſtantiam partis, vt cum Guidon. de Suza, & Florian. tenet Angel. de maleſic. vbi ſupra in verſiculo, item minor, & Bertus vbi ſupra, nec non & Carret. num. 15. vbi hoc verum intelligit in adulto, non vero in impubere, is namque etiam ex officio procedendo non facit indicium (intellige ſufficiens ad torturam) niſi alia concurrant, ſecundum Blancum Modern. quem refert in l. fin. verſicul. minor ſub num. 349. ff. de quæſtionibus, eandem declarationem ad d. gloſſam ſequuntur communiter DD. & eos referens Farinat. d.q. 58. num. 37. cum ſequentibus, contra Alex. & Cagnol. vbi quod eſt veriſſima, intellecta tamen non quoad plenam probationem, ſed tantum quoad indicium, & præſumptionem faciendam vt latius probat num. 44. ¶ Debet tamen præfata qualitas defectus aliorum teſtium, & probationum in primis conſtare aliunde, quam ex dictis ipſorum minorum, qui putà examinati dicant alios in facto non interfuiſſe, nam non creditur ipſis ſic volentibus ſanare nullitatem eorum depoſitionum, vt docuit eleganter Alex. conſil. 64. num. 6. lib. 1. & alij plures, quos refert Maſcard. de probat. concluſ. 1246. n. 8 lib. 3. & Farinac. vbi ſupra, n. 35. vbi quod de veritate huius ſublimitationis ſunt videnda, quæ in ſimili, & generaliter dixit infra de teſte inhabili, q. 62. n. 27. & 69. 10

Et præterea requiritur quod ex natura facti, & delicti actu, & habitu veriſimiliter alij teſtes interuenire non potuerint, vt in delicto domi commiſſo, nemore, proſtibulo & ſimilibus. Vnde ſecus erit ſi ſolum alij teſtes non interuenerint dummodo veriſimiliter interuenire potuerint, vt cum Alex. & aliis in terminis probat Farin. de oppoſit. contra teſtes d.q. 58. n. 36. 11

SVMMARIVM.

1 An Reus interrogari poſſit de ſociis, & num. 2. 3. 4. 5.

6 Inquiſitio an formari poſſit ex dicto ſocij criminis? & numeris ſeqq. per totam quæſtionem

*An Inquiſitio formari poſſit ex dicto ſocij criminis?*

## QVÆSTIO V.

QVÆRO vlterius, an Inquiſitio formari poſſit ad aſſertionem, vel ex dicto ſocij criminis? Et vt hanc quæſtionem perfectius abſoluamus, primo agendum eſt, an reus inquiſitus, vel accuſatus poſſit interrogari de ſociis? 1

In qua quæſtione regula vera, & communis eſt quod regulariter reus accuſatus, vel inquiſitus, ſi eſt ſeruus indiſtinctè poteſt interrogari de ſociis: ſi vero eſt liber confeſſus crimen non poteſt de ſociis interrogari, niſi contra eos adſint indicia ad id ſufficientia, præterquam in caſibus ſpecialibus à iure expreſſis. & tunc debet interrogari non quidem particulariter, & in ſpecie de hoc, aut illo, ſed generaliter, qui fuerint eius ſocij, vel complices in delicto, vt latè probat, & reſoluit de iure Ant. Gom. in 3. tom. cap. 12. de probat. delict. num. 17. qui num. præcedenti enumerat caſus præd. ſpeciales, nempe in crimine hæreſis, læſæ Maieſtatis humanæ, falſæ monetæ, in maleficio, & mathematico, in crimine nefando contra naturam, in furto famoſo, & in aliis caſibus poſitis & collectis per gloſſ. & DD. in l. fin. C. de accuſat. & in crimine aſſaſſinij probat cum aliis Tiber. Decian. 2. tom. tract. crim. c. 30. n. 40. eandem reſolutionem, & ſententiam teſtatur communem omnium Ioan. de Amicis, conſ. 27. n. 1. prout ex eo refert Iul. Clar. in pract. crim. lib. 5. § fin. q. 21. verſi. dictum ſocij, eamque ſequitur etiam in foro interiori Nau. in man. lat. in c. 18. n. 39. 40. & 57. eſt communis etiam, vt per Maſcard. lib. 3. de probat. concl. 151. n. 1. & Farin. in quæſt. crim. 1. p. tit. de indic. & tort. q. 43. n. 3. vbi eam latè iure & ratione probat plures allegans, & in num. ſeqq. pluribus modis eam ampliat, limitat, & ſublimitat, examinã ſingulos caſus exceptos, pleniuſq; alios: hanc etiã in effectu probat citans Theologos, & alia obſeruãs Emanuel 2



Emanuel Rodriguez in ſua Summa cap. 10. del orden iudicial, n. 8. & eam probo, & quod etiam in caſibus in quibus reus de conſociis interrogari poteſt, non debeat reus in ſpecie contra aliquem interrogari, ſed tantum in genere, niſi contra eumdem adſit aliqua præſumptio, ſeu aliquod indicium de delicto de quo interrogatur, teſtatur communem plures referens D. Franciſcus Monald conſil. 3. n. 65.

3 Vnde reiicio diſtinctionem Bart. in l. repeti, §. 1. ff. de quæſtionibus, dicentis quod aut agitur de delictis quæ non committuntur principaliter in offenſam, vel odium alicuius, ſed in commodum ipſius delinquentis, vt falſam monetam, furari, &c. Et tunc poteſt delinquens de ſociis interrogari: aut agitur de delictis, quæ principaliter committuntur in odium, vel offenſam alterius vt eſt homicidium, adulterium, &c. Et tunc non poſſit delinquens, licet de ſe confeſſus de ſociis interrogari quamuis Auguſtin. de Arimi. in addit. ad Angel. de malef. in verbo, fama publica, poſt num. 105. dicat quod hodie aſſeſſores communiter videntur obſeruare hanc doctrinam, & eam ſequantur plures alij relati à Farin. d. q. 43. n. 105. ſed tamen eam acerrimè impugnat Salic. in d.l. fin. num. 9. C. de accuſat. cuius opinio contra Bart. eſt magis communis, & vera, & in practic ſeruatur, vt ex aliis probat Farinac. vbi ſupra num. 106.

4 Reiicio etiam opinionem Salic. in d. l. fin. n. 7. in princ. C. de accuſat. vbi latè diſtinguens concludit quod in his criminibus, quæ regulariter non ſolent committi ſine ſociis, poteſt delinquens de ſociis interrogari, cuius conſiderationes ſeruantur in effectu, ſecundum Boſſium in tit. de indic. n. 143. & refert Iul. Clar. vbi ſupra, & eſt communis hæc opinio Salic. ſecundum Anton. Gomez, d. 3. tom. c. 12. de probat. delict. num. 16 quam etiam ſequitur, & communem profitetur plures alius allegans Farinac. d.q. 43. n. 107. & 109. vbi nu. 110 ampliat, ſed contrarium tenent Nata, conſil. 198. num. 2. ad medium verſic. quamquam hæc doctrina, & Peguer. deciſ. 5. num 8. Ego vero has opiniones tantum probo quatenus, & in his in quibus conſonant atque conueniunt cum priori ſententia, & reſolutione communi, & ſuis limitationibus.

5 Condemno tamen aliorum opinionem dicentium quod, quicquid ſit de iure, hodie ex conſuetudine interrogantur rei in omni caſu, vt teſtantur plures, quos citant Clar. vbi ſupra dicens quod hæc conſuetudo in illo dominio non ſeruatur: niſi in furibus, fraudatoribus ſalis, vel bladorum, aſſaſſinis & latronibus, qui in viis publicis graſſantur: in cæteris autem ſemper vidit ſeruari ius commune, & quod ideo laudabile eſſet ſuo iudicio adhærere iuri communi, vbi in ſpecie non vigeret talis conſuetudo, & Farina. d. q. 43. n. 123. poſt Maſcard. lib. 3. de probat. concluſ. 1131. n. 51. in fine, vbi plurimos referunt teſtantes de præd. conſuetudine, & inquit Bertazol. conſil. 341. num. 8. lib. 2. quod quidquid alij dicant, ita obſeruatur de eadem generali conſuetudine Italiæ, & quod hæc opinio, tanquam communis eſt amplectenda, ſed contrarium cum Iul. Clar. vbi ſupra, & aliis probat Farinac. vbi ſup. n. 123. & præcipue ex eodem Bertaz. conſil. 40. n. 10. volumine 1. vbi ſentit præfatam conſuetudinem minimè eſſe obſeruandam, per textum in l. ſed licet, ff. de officio præſid. vbi habetur quod non id, quod fit Romæ, ſed quod fieri debet ſeruandum eſt, adde ad idem eundem Bertaz. conſil. 225. poſt num. 19. eodem lib. 1. & conſil. 559. n. 20. in fin. & ſequenti lib. 2. vbi declarat d. conſuetudinem interrogandi reum ſuper aliis locum habere in diffamatis, & inquit Farinac. d. n. 124 quod ipſe in vrbe, ac in pluribus locis ſtatus Eccleſiaſtici in quibus verſatus eſt, non vidit reos de ſe confeſſos fuiſſe à iudicibus de conſociis interrogatos, niſi in caſibus à iure permiſſis, & ſic non contrariam aſſeram conſuetudinem, ſed ius commune ſeruatum ſemper vidiſſe, & ita de iure ſeruari debere, quod ipſe quoque aſſirmo.

Nunc vero agamus, an ad aſſertionem ſocij criminis poſſit procedi ad inquiſitionem contra ſocium, & complicem eiuſdem criminis? Quæ eſt noſtra quæſtio principalis in propoſito. Et ſufficere dictum ſocij criminis ad inquirendum eſt communis ſententia Doctorum, etiam in caſibus non exceptis, quam tenet Alex in d l. repeti, § 1. ff. de quæſt. Brun. & Angel. quos refert, & ſequitur Boſſius in tit. de inquiſitione, num. 44. vbi inquit, quod ita ſeruatur, & quod maxime etiam locum habebit ſi procederetur ſola facti veritate attenta, quod tunc quilibet poſſet interrogari, vt per Corneum, conſil. 241. col. 3. volumine primo, dicit communem in titul. de indiciis, num. 182. Paris de Puteo in tractatu ſyndicatus, in verbo tertius c. 1. incip. an ſtetur dicto torti num. 25. ad med. verſic. licet, ſit ſufficiens ad inquirendam, Angel. de malef. in verbo, hæc eſt quedam inquiſitio, num. 22. & Auguſtin. de Arim. in additionibus ad eundem Angel. in verbo, quod fama publica, poſt num. 31. in verſic. & ideo Angel. vbi ex Romano teſtatur de communi opinione. Brun. in indic. & tortur. 1. p. q. 5. num. 25. ad fin. in verſicul. vbi etiam quis, Blanch. in l. fin. num. 387. ff. de quæſtionib. in tract. de indiciis, vbi etiam dicit communem, quam etiam communem profitetur Carrer. in practic. crimin. in 2. tractat. de indiciis, & tortur. §. eſt enim indicium, num. 21. in fin. nec non & Thom. Grammat. conſil. 21. num. 8. & 10. in verſic. & quod quando, & conſil 37. numer. 14. & conſil. 67. in fine, Conrad. in practic. in titulo de negatione crimin. in torment. num. 13. in fin. Nata conſil. 298. poſt num. 3. lib 2. Ioan de Amic. conſil. 17. num. 3. & 5. Crot. in tract. de teſt. in 3. p. num. 95. & 96. Anton. Gomez in 3. tom. variar. reſol. 12. de probatione delicti num. 17. in verſiculo, ego tamen credo vbique, etiam ſufficiat ad capturam perſonæ, & ita dicit tenere communiter DD. in cap. 1. de confeſſio. Villalob. in ſuo Theſauro communium opinionum littera C. num. 103. vbi de communi teſtatur; eſt etiam communis, ſecundum Iul. Clar. in practic. crimin. § fin. q. 21. verſic. dictum ſocij ibi ſi tamen & ibi; reuenta igitur, de communi etiam teſtatur aliis relatis Bona coſa in ſuis commun. opin. in verſic. ſocius criminis ſolum facit indicium ad inquirendum, & tenent relati per Menoch. de arbit. iudic. lib 2. caſu 472. num. 14. in principio iuncto num. 41. & Bertazol. conſil. 341. num. 22. in principio lib. 2. Decian. conſil. 18. num. 60. in verſicul. attamen aduertendum, & num 62. & ſequenti lib. 1. vbi teſtatur de veriori, & communi opinione, & num 68. & 69 vbi reſpondet contrariis, & Menoch de præſ. lib. 1. q. 88. num. 21. in verſic. quartum indicium, eſt etiam communis, vt plures allegans teſtatur Maſcardus de probatione, lib 3. concluſio 1311. num. 10. & 25 & inquit Peguera deciſ. crimin. 5. num. 3. per totum, quod ita ſe habet magis communis, & apud eum ſeruata opinio, prout eos, & alios refert Farin. d quæſt. 43. n. 125. & quod in caſibus in quibus licita eſt interrogatio de ſociis inquirat iudex contra eos, Maranta de ordin. iudic. tit. de inquiſitione 6

*tione,num.*178.idque indiſtinctè habet hæc communis opinio.

7 Contraria tamen ſententia, imò quod dictum ſocij criminis non faciat indicium ad inquirendum eſt etiam communis, & magis communis quam tenet Fulgoſ.*conſil.*136.*in fin.*Anania, *conſ.* 59.*col.*2.& alios referens Roland à Valle *conſ.*16. *n* 6.*cum pluribus ſequentibus,& conſil.* 51.*n*.25.*volumine* 1 *& conſil.*57.*nu.*23.*volumine* 4. Hippolyt. de Marſil.*in ſua pract.crimin.*§.*diligenter,n.*67. *& conſil.*78.*n.*17.Gramat.*conſil.*35. *n.* 52. vbi etiam loquitur in duobus ſociis criminis, Ruin. *conſil.* 147 *n.*1.*in fin.lib.*5.vbi dicit communem opinionem eſſe, vt ſocius criminis nullum faciat indicium,nec ad inquirendum, neque ad procedendum,ſiue ſponte depoſuerit,ſiue ad interrogationem iudicis, Conrad. *in pract. tit. de teſtib.*§ *perſonas teſtium aggrediendo num.*39 *in fin.* Ioan. Bapriſt.Plot. *inter conſil.crim. diuerſ.conſil.* 151. *n.*3. vbi alios adducit & teſtatur de communi opinione veriori, & receptiore Roland.à Valle, *d conſ.*16. *n.* 4. *in verſic. ſed tamen his non obſtantibus,& numeris ſequentibus lib.*1.*& conſil.* 73. *n.*1. *cum ſequentibus eodem volumine* 1.*& conſil.*5.*n.*31. *cum ſequentibus volumine* 3. Cephal. *conſil.* 462. *num.*8. *&* 10. *volumine* 4. relati per Menoch. *vbi ſupra d.caſu* 474.*n.*14.*verſ. verum ab hac opinione*, Math. Gribal. *in ſuo regul.crim.in verbo, aſſertio ſocij inter communes opinion.diuerſ.tom.*3.vbi etiam teſtatur de vera & communi opinione, eandem ſententiam pluribus defendit tanquam magis communem, & magis à Doctoribus approbatam, Laurent. Kicho *in ſuis communibus opinion. centur.* 4. *concl.* 33. communem etiam profitetur Viuius *in ſuis communibus opinio. in verſ. teſtis non admittitur ſocius criminis*, Bertaz. *conſ.*241.*n.* 22.*in verſ.& quod non eſt etiam ſufficiens indicium ad inquirendum, & n.*23. *verſ. cum igitur lib.*1. *& conſil.*556.*n.*9.*&* 10 *lib.*2.Burſat.*conſ.*239. *n.* 37. *lib.*3.vbi etiam communem profitetur,& teſtatur communem plures relati per Maſcard. *d. concl.* 1511.*n.*9.& hanc opinionem & veriorem,& receptiorem dicit Olaſcus *conſil.* 64. *n.* 4. & de communi etiam teſtatur Flamin. Cartar. *in titul. de exeq.ſentent.capto bannito,cap.fin. num.* 74. *cum ſequentibus*, vbi inde infert, quod ſtante motu proprio Pij V.volentis legitima ad inquirendum debere procedere indicia ad hoc vt ſentētia contra contumacem bannitum lata exequi poſſit, non poterit talis ſententia exequi, ſi lata fuit ſolum ex inculpatione ſocij criminis, vt præd.refert Farin.*d.q.*43 *n.*126.

Quid tenendum in quæſtione adeo controuerſa? Ego profectò cum Farin. *vbi ſupra n.* 127. *cum ſeq.*poſt alios,quos ibi refert, probo nempe, vt ſi dictum ſocij criminis ſit adminiculatum indiſtinctè, ſiue ſimus in exceptis, ſiue non exceptis ſemper faciat indicium ad inquirendum ſecundum magis communem ſententiam, & pro

8 adminiculo erit infamia rei, vel aliud leue indicium,non tamen ſufficit leuiſſimum,vt per Maſcard.vbi ſupra,*n.*11 *&* 13.*in princ. & n.* 14. poſt alios quos citat: ſi vero dictum ſocij criminis non ſit adminiculatum,& tunc indiſtinctè etiam ſufficit ad inquirendum,hoc eſt, ad aſſumendas informationes ſuper delicto: ſecus quoad formandam inquiſitionem ac illam tranſmittendam in criminibus non exceptis, in exceptis tamen, & in quibus à iure permiſſa eſt interrogatio de conſociis ſola nominatio ſocij criminis ſufficit etiam ad tranſmittendam inquiſitionem. Et hoc modo concordari poſſunt opiniones contrariæ ſupra relatæ,ſecundum Clar. *vbi ſupra d.q.*21.*in verſic ſi vero quæris*, vbi ex allegatis per eum non ſolum teſtatur de communi opinione, ſed etiam ſemper ita vidiſſe ſeruari, & Bonacoſſ,& alij plures quos refert, & ſequitur aduerſus alios cum magis communi ſententia Farin. *vbi ſupra, n.* 130. ſed ſi ſocius criminis ſit periurus non ſufficit nec ad inquirendum, vt cum aliis tenet Monalib.*d.conſil* 1.*n.*76.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitionis remedium an ſit ordinarium,vel extraordinarium? & n. ſeqq.*

4 *Inquiſitionis remedium ceſſare debet ſuperueniente accuſatore, & numeris ſeqq. Et quid in praxi & vſu ſeruatur? n.*6 *cum ſeqq.*

11 *Iudex inquirens debet officio requirere partem offenſam, an velit accuſare, & ei terminum præfigere cæteraque ſeruare, de quibus hic, n.* 12.*& ſeqq.*

## *An remedium inquiſitionis ſit ordinarium, vel extraordinarium.*

## QVÆSTIO VI.

QVÆRO etiam an remedium inquiſitionis ſit ordinarium,vel extraordinarium? Effectus eſt maximus:quia ſi lex, vel ſtatutum loqueretur de remedio ordinario, non comprehenderet remedium inquiſitionis, ſi eſſet extraordinarium. Præterea ſi eſſet huiuſmodi, ſuperueniente accuſatore ceſſaret iudicium inquiſitionis tanquam extraordinarium argumento, *l. in cauſæ,l.*2.*in princ.ff.de minorib.& in l.in prouinciali in princ.ff.de non.oper.nunciatione.* 1

In hac quæſtione *Bart.in l.*2.§.*ſi extraneus, ff. de adul.*vult quod inquiſitio ſit remedium extraordinarium,niſi ſtaret ſtatutum præcipiens,quod omni caſu eſſet permiſſa inquiſitio: quo fit vt cum iure ciuili ſit regulariter prohibita inquiſitio,& iure canonico permiſſa, vt ſupra reſoluimus *q.*1.de iure ciuili erit remedium extraordinarium, de iure vero canonico ordinarium vt tenent DD.quos refert, & ſequitur Tiber. Decian. 1.*tom.*1.*tract.crimin.lib.*2.*c.* 21. *n.*12. eſt communis,ſecundum Iul.Clar.*in pract.crimin.q.*3. *in verſic.debet autem:*eandem ſententiam videtur tenere, aut ſaltem pro vera præſupponere Marant. *de ordin.iudic.*6.*p.in princ.tit de inquiſit.n.*38. *cum ſeqq.*ex qua communi infertur, quod cum hodie iure noſtro Regio attento, & communi praxi huius Regni inquiri poſſit regulariter ſuper quolibet delicto vt *ſupra in præd.* 1. *q.* reſoluimus, indiſtinctè hodie remedium inquiſitionis erit ordinarium non vero extraordinarium. 2

3 Nihilominus tamen de iure, communis opinio eſt, quod inquiſitio eſt remedium extraordinarium indiſtinctè, ſiue loquamur attento iure canonico, quo ſimpliciter eſt permiſſa inquiſitio, vel etiam de iure ciuili, exiſtente ſtatuto, quod omni caſu poſſit formari inquiſitio(vnione idem erit iuxta hanc communem opinionem etiam attento iure noſtro Regio, & praxi communi, quibus idem permittitur) ſecundum Boſſium, *tit de inquiſitione,num.*17.& ante eum Alciat. *c.*1. *n.*14.



*n.*14.*de offic.ordin.* & Menoch. *conſ.* 160. *n.* 259. *cum ſeqq.lib.*1.& eſt magis communis,ſecundum Clar.*vbi ſupra*,qui illam probat & ſequitur alioſque refert: eſt etiam communis ſecundum Canter.*in ſuis quæſtionibus crimin. tit. de quæſt. tangentibus accuſat.*2.*qu.num.*19.*pag.* 52.& Farin. *in ſuis quæſtionibus crimin.*1.*p.q.*1. *tit. de inquiſitione, num* 8.

4 Ex qua communi ſententia infertur quod ceſſare debet remedium inquiſitionis ſuperueniente accuſatore, prout in noſtro propoſito DD. omnes fatentur,& ita communiter ſeruari inquit Alberi. *in* 3.*p.ſtat.q.*57. vt refert Clar. vbi ſupra, & Bald.in additionibus ad Speculator *in tit. de ſum.col.*17.prout eum refert Boſſ.*de inquiſit.n.*19. dicentem practicam eſſe, quod ſi plenior eſt accuſatio ſuper ea proceditur, & pronuntiatur non eſſe procedendum ſuper inquiſitione, eandem illationem ſequitur Maran.*de inquiſitione, n.* 38.*ad fin.*vbi *numeris ſeqq.*congerit nouem limitationes eiuſdem illationis.

5 Sed in hoc ſemper recurritur ad longam diſtinctionem Salic.*in l.ea quidem n.*14. *C. de accuſ.* duo membra diſtinguentis,quod ſcilicet, aut accuſator ſuperuenit ante receptas probationes aut poſt: 1.caſu,aut poteſt imputari negligentia accuſatori, & non ceſſat inquiſitio, ſed accuſator repellitur, ſi vero ei culpa imputari non poteſt, tunc auditur,ſi ſuam,vel ſuorum iniuriam proſequatur, & ceſſat inquiſitio, niſi eſſet ſuſpectus de colluſione,quod ſi neque ſui ne ſuam iniuriam proſequatur non eſt audiendus accuſator. Secundo caſu principali,ſcilicet,quando accuſator ſuperuenit poſt receptas probationes, tunc ſi delictum eſt probatum repellitur accuſator,aut non eſt probatum, & tunc admittitur. Hæc diſtinctio Salicet. communiter tenetur, ſecundum Felin. *in d.c.qualiter & quando,*§.*licet autem in fin.verſic. de accuſat.* & cum eo Marant. *de inquiſitione,num.* 38. Boſſius *eodem titul. num.* 18. vbi *in fin.d.num.* inquit, & ita paſſim, & indifferenter tenet cum Salicet.Bernard.Diaz *in practic.criminal.c.*6.*num.* 9.*verſic.nam ſi inquiſitionem*,Clar.*d. q.* 3. *in verſic. ex hac autem circa fin.* qui omnes teſtantur eam communiter teneri,quidquid nouiſſime aliter velit diſtinguere Cantera *q.*8.*criminal.*

6 Sed cum hodie attento iure noſtro Regio, & communi praxi huius Regni, pro quocunque delicto licitum ſit iudici procedere ex officio, & ſic ad inquiſitionem ſeruatis ſeruandis, vt reſoluimus *ſupra q.*1. videtur, quod inquiſitionis remedium ſit ita ordinarium, prout eſt remedium accuſationis, quod quaſi omnes ſequuntur, ex Andr.de Piſis relato per Bald. *in l.* 1. § *in initio, poſt n.*7.*verſic ſed nunquid ff. de officio præfect. vrb.* ſecundum Ioann. de Anania, *in d. c. qualiter & quando,*§.*licet autem n.*9.& affirmat Clarus,*d. q.*3. *in verſic.ſed certe,ibi, & ſi hac conſuetudine attenta*, vbi refert,quod in aliquibus locis remedium inquiſitionis factum eſt ordinarium & remedium accuſationis factum eſt extraordinarium, prout eſt in Regno Neapolitano, in quo nullus admittitur ad accuſandum, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur: & in Francia, vbi, quod plus eſt, per ordinationes Regias prohibita eſt accuſatio, etiam ſi quis velit ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequi, ſcilicet, quantum ad vindictam publicam, ſed dumtaxat permittitur pro ſuo intereſſe ciuili, & ſic in omnibus cauſis proceditur per ſolam viam inquiſitionis, ſecundum Guiller.benedict.& pract.Millei, quos refert; & præterea in Flandria,ex inolitis iam ſtylo & conſuetudine, pars offenſa non poteſt concludere ad pœnam criminaliter, ſed tantum fiſcus, vt atteſtatur pract.Iocod *fol.* 68. *n.* 13. *de iure communi;* & in his Regnis Hiſpaniæ,ſecùs eſt, vt latè per Ant.Gom.3.*tom. var. c.* 1. *de delict. num.* 28. *cum ſeqq.* & quod hodie cum inquiſitio formari poſſit in omnibus delictis, hoc remedium inquiſitionis dicatur ordinarium ex generali conſuetudine, quidquid ſit de iure, tenent quam plurimi authores,eſtque communis ſententia; vt reſoluit Farin.*d.q.*1.*n.*10.poſt Clar.*vbi ſupra.*Ant.Gomez *d c.*1.*n.*49.*in fin.pract.*Conrad.*de inquiſitione, n.*2. Ioan.Mar.Monticell.*in pract. reg.* 1.*n.*61. & Decianus,*conſil* 18.*n.*195.*& ſequentibus, lib.*1. diximus *ſupra q.*1.

Ex quibus ipſe Clarus *ibi in verſic. hinc infertur*,deducit, quod licet de iure accuſatio, & inquiſitio non poſſint ſimul cumulari, vt concludunt omnes teſte Romano, *in l. edita poſt num.* 138.*C.edend.* ſed accuſatio facit ceſſare inquiſitionem iuxta diſtinctionem Salic.*vbi ſupra*,communiter approbatam, nihilominus attenta præd.generali conſuetudine, vnum ex iſtis duobus remediis,accuſationis,ſcilicet, & inquiſitionis, non facit ceſſare alterum, ſed ambo ſimul concurrunt, ſeu concurrere poſſunt in principio, medio, & fine totius iudicij criminalis, & ideo etiam ſi iudex procedat ex officio pro aliquo delicto,quandocunque ſuperueniat pars, quæ velit querelare ſemper admittitur: & è conuerſo, ſi pars ab initio querelat, non propterea ceſſat iudex ex officio accipere informationes, & examinare teſtes etiam non productos, nec ſubminiſtratos à parte, adeo quod modus procedendi, qui hodiernis temporibus obſeruatur, eſt quidam modus in quo poteſt concurrere mixtura, ſeu cumulatio vtriuſque remedij, ſcilicet, ex officio & ad inſtantiam partis, & vnum ab altero non impeditur, quinimo multoties concurrunt denunciatio,inquiſitio, & accuſatio in eodem proceſſu, & quod hic modus procedendi à conſuetudine introductus conuenit opinioni, quam tenebat Nicolaus de Matharel. 7

In Hiſpania vero, vt prædiximus, iudex cum primum ad ſuam notitiam peruenerit aliquod delictum eſſe commiſſum ex officio, & ad petitionem partis tenetur omnibus viis, quibus melius poſſit inquirere veritatem ſuper illo delicto,& audita parte procedere ſummariè ne delicta maneant impunita,vt *in noſtra l.*1. *&* 6. *infra hac tit.*1.*lib.*8.*noua collect.reg.* Eademque ratione credimus verum eſſe & conſuetudine in praxi obtentum, vt etiam ſi adſit pars accuſans iudex ex officio poſſit inquirere pro verificatione delicti, teſteſque examinare à parte non productos, etiam ſi non timeatur de colluſione, non tamen eo caſu promotorem fiſcalem nominat, nec iubet eum ad accuſandum exire, nec ei cauſam defert ſtante accuſatore offenſo,ſed ex officio,& ad inſtantiam partis examinat teſtes, ne duplici iudicio ſuper eodem reus moleſtetur, aut vexetur, præterquam ſi iudex iuſtè timeat partem accuſantem colludere, vel eo prætextu negligentem eſſe in accuſando & cauſam proſequendo: tunc enim,ne delicta maneant impunita,poterit fiſcalem conſtituere,cui referat cauſam, & eam agat nomine iuſtitiæ,atque teſtes producat cæteraque neceſſaria peragat, quæ iudex ex officio multis negotiis præpeditus ita commode ſine fiſcali perficere non poteſt: quo caſu non debere iudicem ceſſare ab inquiſitione probauit Maran. *de inquiſ.n.*45. 8

Quinimo

10 Quinimo iudex ex officio ſuo modo procedat
ad inſtantiam partis modo per viam inquiſitio-
nis poteſt in quacumque parte proceſſus,& litis
vſque ad ſententiam, etiam poſt publicationem,
& concluſionem in cauſa inducere, & recipere
teſtes,& omnes alias probationes ad offenſam, &
punitionem ipſiuſmet delinquentis, vt latè iure
comprobat Ant.Gomez 3.*tom, var. reſolut.c. 13.*
*de tortur.reorum*, *n.* 34. ne delicta remaneant im-
punita, vt addidimus, cum ſequuti *ſupra lib.*1.
*pract.q.*70.*num.*5.vbi *n.* 6. hinc fundari atque ot-
tam videri praxim communem diximus,quæ ha-
bet vt ſi fiſcalis,vel pars accuſans, non ratifica-
uerit teſtes ſummariæ informationis in cauſis
criminalibus, ipſæque ſint concluſæ abſque
præd.teſtium ratificatione, ipſe iudex ex officio
prius quam ſententiam diffamatinam proferat
iubet præd.teſtes ratificari,eoſque ratificari facit,
ne delicta remaneant impunita.
11 Oportet tamen quod iudex procedens ex of-
ficio requirat prius in actis offenſum,vel conſan-
guineos qui poſſunt accuſare proſequendo ſuam
vel ſuorum iniuriam, vt ſi velint accuſare com-
pareant intra certum terminum accuſationem-
que proponant iuxta gloſſam *in c. presbyter ſi a*
*plebe* 2.*q.*4.Maran.*de inquiſi.n.*48.vbi quod ſi iſta
citatio non fieret prius, tunc quandocumque in-
terueniente accuſatore ceſſabit inquiſitio:allegat
alios Boſſius, *titul.de inquiſitione*, *n* 68. dicit ta-
men non ſeruari in illis partibus: ſed quod eſt
malum,quia melius veritas elucebit, idem credit
loquens in iudice Eccleſiaſtico, vt debeat par-
tem offenſam requirere an velit accuſare ante-
quam ex officio, vel ad fiſcalis petitionem pro-
cedat,Bernard.Diaz de Lugo,*in practic. criminal.*
*c.* 6.*num* 9.*in verſic. Ego tamen ſemper intellexi*, &
Anton.Gomez. *d c.* 1. *num.* 17. vbi quod ita pra-
cticatur in noſtro Regno à peritis iudicibus,
quam praxim refert etiam Alexan.in Apoſtill.ad
Bart *in l.* 2. §. *ſi publice*, *poſt numerum* 2. *in verbo,*
12 *modum inquiſitionis*, *ff. de adult.* Eamque ſequun-
tur communiter DD.vt ex Blanco,refert Clarus,
*d.q* 31.*in verſic.* & conſequenter, & nos quoque
ita quotidie in praxi obſeruari vidimus, & vide-
mus, eſt enim de iure indubitatum, quod iudex
poſſit, & debeat ſtatuere parti terminum ad ac-
cuſandum, & quod vbi in eo termino, non ac-
cuſauerit, non eſt poſtea audienda, textus *in l.*2.
§.*fin.verſic.in tantum ff.de adult.*& ibi Alberic. &
alij DD.antiqui,Bart.*in l.Papinianus*, §. 1.*num.*1.
*ff.de inoffi cioſo teſtamento*, probat latè alios alle-
gans Anton.Gomez 3.*tom.var.reſol.c.* 1. *de delict.*
13 *num.*12.& hæc opinio communiter tenetur, ſe-
cundum Clarum vbi ſupra, quod verum eſt, &
procedit ſi poſt terminum elapſum iudex protu-
lit ſententiam interlocutoriam, in qua pronun-
tiauit partem non eſſe audiendam: quia tunc
amplius non auditur, secùs ſi talis ſententia non
ſit prolata, quia tunc adhuc res dicitur integra
& author,vel accuſator eſt audiendus, & poterit
agere vel accuſare iuxta textum, & ibi commu-
niter DD *in l.Titia ff.de accuſ.* teſte Anton. Gom.
*vbi ſupra*, *num.* 25. qui alios allegat, vbi addit,
quod quando tempore aſſignationis primi ter-
mini iudex interloquendo dixit, quod eo elapſo
actor,vel accuſator amplius non audiantur, tunc
non requiritur alia ſententia interlocutoria iux-
ta Angel.& alios,quos *ibi* ad hoc refert, & quod
prædictis non ſeruatis, pars contra quam impo-
ſitum fuit ſilentium poteſt appellare, quia cen-
ſetur ſententia interlocutoria habens vim diffi-
nitiuæ,cum poſtea alio remedio non poſſit repa-
rari, vt *in d.l. Titia*, & ibi Bart.& communiter
DD.quod ſi iudex antequam inquireret interro-
gaſſet offenſum an vellet accuſare, & ille dixiſ-
ſet,quod non,& iudex cepit inquirere, non po-
teſt poſtea offenſus, accuſare, & impedire pro-
ceſſum inquiſitionis, vt cum Bald.& aliis probat
Marant.*tit.de inquiſ n.*42.& Bernard. Diaz *in ſua*
*pract.c.*6.*num.*10.
Inquit tamen Clarus *vbi ſupra*, præd. praxim 14
eſſe ſuperfluam cum ex generali conſuetudine
poſſit iudex omni caſu inquirere:ſed nihilominus
vtilis eſt atque valde opportuna factis ſumma-
riis informationibus,vt proceſſus fiat cum parte
legitima, quæ etiam officium iudicis inquirentis
adiuuet, & ita vidi ſæpiſſime practicari, & eſt
communiter obſeruari conſuetum in his Re-
gnis:quinimo inquit idem Clarus *q.* 11. *in verſic.*
*ſed quid*, quod ſi pars querelauit, de neceſſitate
citanda eſt: ſi vero non querelauit quamuis ne-
ceſſario citari non debeat, cauti tamen & iuſti
iudices illam ſemper citationem faciant ad ſub-
miniſtrandum indicia, ſi quæ habet ad coadiu-
uandam intentionem fiſci, & quod ita ſeruatur
in illo ducatu, etiam ſi procedatur per inqui-
ſitionem.
Quod ſi offenſus nolit accuſare, vel deſiſtere 15
ab accuſatione propoſita, iudex tenetur proce-
dere ex officio ſuo,inquirere, & accuſare vt *in l.*
*congruit ff.de officio Præſid.*& ibi notant Bartol. &
Doctores,*l.penultim.titul.*1.*p.*7.*l.* 3. *cum ſequenti-*
*bus,titul.*17.*p.* 3.Bartol.*in d.l.*2. §. *ſi publico*, *ff. de*
*adult.*communis,ſecundum Anton.Gomez,*d.c.*1.
*de delict.num.*10.vbi ampliat vt procedat, etiam
in caſu quo perſona offenſa non poſſit accuſare,
vt quia ſeruus, & ſibi facta ſit iniuria cauſa &
ratione perſonæ non domi, *ni l.item apud Labeo-*
*nem*,§ *ſi quis ſic fecit ff.de iniuriis*, & ibi Bartol. &
communis. Ex quo infertur in praxi, ſecundum
Anton. Gomez *vbi ſupra*, quod in caſu in quo
iudex poteſt contra delinquentem, ex officio
procedere, poterit creare & conſtituere fiſcalem,
qui accuſet,& quod ita quotidie practicatur, vt
probat *l.*2.*C.de delat.lib.*10 & ibi Bart.& commu-
niter DD.& Paris de Puteo, *de ſyndicatu in parte*
*accuſatio*, *num.* 12.

## SVMMARIVM.

1 *Conſtare de delicto debet prius quam procedatur*
*ad inquirendum & torquendum, & multo for-*
*tius ad condemnandum vt in num.*4. *diſtin-*
*guitur,n.*2.*&* 3.*ampliatur multis modis n.*5.
*cum pluribus ſequentibus*, *& limitatur mul-*
*tipliciter.n.*12.*cum ſeqq.*
28 *Corpus delicti in crimine veneni probatur indi-*
*cio medicorum,& n.*29.
29 *Teſtes licet bene poſſint deponere ſuper ſignis ve-*
*neni,ſi viderint corpus antequam ſepeliretur,*
*non poſſunt tamen dicere illum mortuum, vel*
*non mortuum veneno, quia hoc eſt peritorum*
*medicorum & non teſtium.*
30 *Corpus delicti in crimine veneni, non cenſetur*
*probatum ex atteſtatione medicorum aſſe-*
*rentium ſimpliciter, quem mortuum ex*
*veneno; niſi addiderint ex veneno dato, &*
*non ingenito.*
31 *Medici atteſtare debent, aliquem mortuum fuiſſe*
*ex veneno dato, non tamen poſſunt formare*
*in hoc caſu iudicium ſuum ex quo veneno*
*quis obierit an ſcilicet ingenito, an ex dato,*
*niſi aliquo alio extrinſecus apparente, vt in*
*exemplo de quo hic.*
32 *Veneni crimen non dicitur probatum in genere*
*ex probatione continui vomitus, vel liuore*
*corporis aut ex ſpumis ore fluentibus, ratione*
*de qua hic.*
33 *Iudex ſtante confeſſione delinquentis, quod ali-*
*quem venenaſſet debet interrogare huiuſmodi*
*reum,de qualitate, & quantitate potionis da-*
*ta, & ſuper habita reſponſione recurrendum*
*eſt ad iudicium medicorum,&c.vt hic.*

---



## *An ad inquirendum contra aliquem de delicto commiſſo, debeat prius de ipſo delicto conſtare?*

## QVÆSTIO VII.

1 QVÆRO, an ad inquirendum contra ali-
quem de delicto commiſſo debeat prius
conſtare, de ipſo delicto(hoc eſt)fuiſſe commiſ-
ſum? & in hoc communis regula eſt affirmatiua
tex.quem omnes communiter DD. ad hoc alle-
gant, licet loquatur reſpectu torturæ imponen-
dæ,*in l.* 1.§.*item illud ff. ad Sylan.* cuius verba ſunt
hæc:*item illud ſciendum eſt,niſi conſtet aliquem eſſe*
*occiſum non haberi de familia quæſtionem:liquere*
*igitur debet ſcelere interemptum, vt Senatus conſul-*
*to locus ſit*,ſeu ad inquirendum,idem probat Bart.
*ibi,& in l fin.col.*1.*ff de quæſtionibus*, vbi admonet
iudicem, vt faciat videre mortuum, vel vulnera
adhoc vt poſſit poſtea inquirere: idem probat
Angel.*de maleſ.verbo,fama publica,n.*108.*in verſi.*
*duodecimo*, & ibi Auguſt.*de crimin.* & late Paris
de Puteo *in tract.de ſyndicat.verſic.confeſſio*, vbi in
tantum dicit hoc procedere, quod etiam ſi quis
confiteatur ſe occidiſſe hominem in nemore non
debet iudex prius illi credere, niſi præmittat ad
inquirendum: ſi homo fuit ibi occiſus, & debet
etiam facere exhumari hominem, ad videndum
ſi fuit vulneratus, ſi homicidium eſt de recenti,
vel ſi ſaltem reperiuntur ibi oſſa ſepulta, quem
refert, & ſequitur Marant. *de ordin. iudic. in* 6.*p.*
1.*in princ.tit. de inquiſi. n.* 17. *&* 18. & quoad in-
quirendum ſola querela, vel denunciatio ſuffi-
cit,eaque habita tenetur iudex procedere, & in-
quirere,alias iudex puniri poteſt ſecundum Bald.
*in l.mancipia n.* 1. *C. de ſeru. fugit.* Amodeus *de*
*ſyndicatu n.*72.Clarus *in practic. crimin. q.* 4 *in ſi.*
*princip.* quare ſecundum Catum *inter conſilia*
*crim.conſ.* 99. *poſt n.* 7. *verſic.* 2.*etiam lib.*1 ab ipſo
relatum, practici aſſeſſores ita ſemper faciunt,
nempe vt conſtet ſemper de delicto, & hæc eſt
communis omnium ſententia, vt plures allegans
profitetur Farinac. *in ſuis quæſtion. criminal.* 1.
*part.q.*1.*n.*6.*ſub titu de inquiſit.* & iterum *q.*2.*n.*1.
vbi quod non ſolum hæc eſt communis, & pra-
cticata opinio, ſed quod ab ea nemo(quem vide-
rit)diſcrepat, & quod ita omnes DD. exclamant,
& allegat vbi plurimos.
2 Sed obſeruandum eſt in propoſito, quod ſi
quidem delictum ſit tale,quod ſolo animo perfi-
citur vt hæreſis, vel etiam tale, quod licet facto
committatur,eius tamen facti nulla ſolent rema-
nere veſtigia,vt eſt adulterium,& alij coitus, qui
ſine fractura committuntur,furtum pariter, ſine
fractura percuſſiones,quæ fiunt alapa, vel bacu-
lo ſine liuore,iniuriæ verbales, vel ſimilia, tunc
non requiritur ad inquirendum alia inueſtiga-
tio delicti,ſed ſtatim porrecta querela poteſt, &
debet iudex inquirere contra delinquentem aſ-
ſumendo contra eum informationes, & habitis
indiciis illum incarcerari, vel citari facere prout
qualitas delicti requiret, alias enim præd.delicta
remanerent impunita:& hæc pars nullam habet
difficultatem, & ita in his delictis eſt intelligen-
dum,quod prædiximus ſolam querelam, vel de-
nunciationem ſufficere,&c.
Si vero delictum ſit facti permanentis, cuius 3
certa remanent veſtigia, nempe homicidij cada-
uer, incendij locus combuſtus, & ſimilia, tunc
etiam porrecta querela, vel denunciatione, non
dicitur conſtare de delicto,niſi prius iudex, ſeu
curia corpus ipſum, ſeu locum incendij, & reli-
quias combuſtionis oculis ſubiiciat, & in furto
videatur fractura facta in arca,oſtio, vel pariete,
in ſtupro illato puero, vel vi illata puellæ, vt
inſpiciantur partes pudendæ per obſtetrices, vel
Chirurgos,vel alias perſonas, vt quotidie fit, &
eorum relatione affirmatiua recepta in actis, ſa-
tis dicitur conſtare de delicto,quoad hoc vt con-
tra delinquentem procedi poſſit,& hæc eſt com-
munis practica totius orbis, vt ex aliis refert, &
ſequitur Clarus *d.q.*4.*in verſ.quando vero*,vbi alia
plura admonet facienda,nempe quod debet cog-
noſci cadauer per teſtes, qui dum interfectus in
humanis erat illum cognouerunt: ſi id fieri po-
teſt, alias debet per veſtes, & ſigna deſcribi, &
particulariter adnotari omnia vulnera, vt do-
cent omnes ſecundum Follet. & quod procedit
inquiſitio contra furem narrando quod furatus
eſt contra voluntatem domini, licet non ſit ali-
quis dominus nominatus, etiam ſi ignoretur no-
men delinquentis vel offenſi, & quod præd.di-
ſtinctio ſeruanda ſit, quoad inquirendum tenet
etiam Farin. *vbi ſup.*
Quod ſi hoc ita verum eſt, quoad inquiren- 4
dum multo fortius, quoad condemnandum pro-
cedit, vt minime noceat, niſi verificetur præd.
confeſſio,diſtinguendo,*vt ſup.* reſoluit late idem
Clarus *q.*55.*verſ. poteſt etiam*, idem quoad tor-
quendum vt *in d* §.*item illud*,& Clar. *q.* 64. *verb.*
*debet autem*,eſt communis, vt alios allegans tenet
Farinac *d q.*2.*n.*3 & ante eos agit de hoc late Iaſ.
*in* 6. *iuſiurandum, quod ex coniurat.* §. *ſi. num.* 20.
vbi idem probat *ff. de iur. iur.* Bernard. Diaz de
Lugo *in reg.*125.vbi duobus modis limitat,& ibi
eius additio alios DD. refert, Cepola *in authen.*
ſed nouo iure *num.*79.*C. de ſeru. fugit.* Hippolyt.
*conſil.*14.*n.*17. Gandin.*de præſumpt. & indiciis nu.*
6.*fol.mihi* 175.Ciſuent.*in l.*79.Taur.*in verſ. nono*
*requiritur*.Meneſ.*in l.error. num.* 18. *C. de iur. &*
*fact.ignor.* Becius *conſi.*7.*n.* 3. *cum ſequentibus*, *&*
*n.*11.late Brunor à Sole *in ſuo conſil.crimin.n.*175.
*cum ſequentibus*, vbi loquitur tam ad torquen-
dum, quam ad condemnandum pro homicidio,
furto, & cuſione falſæ monetæ, nempe vt con-
feſſio de delicto non verificata, & ſic non con-
ſtito de ipſo delicto non noceat: & prius *n.* 50.
*cum ſequentibus* latiſſime id probauerat, quoad
torturam, vt non ſufficiat, quod de delicto con-
ſtet per confeſſionem rei confitentis ſe occidiſ-
ſe hominem,& proieciſſe in mari,niſi de corpore
ad aſpectum conſtet, vel ſaltem per famam pro-
batam legitime, & quod in materia furti requi-
ritur probari rem de qua quæritur tunc fuiſſe in
loco,vnde dicitur ſubtracta tempore aſſerti com-
miſſi furti, & quod aliter non probatur, etiam
quando adeſſet fractura capſæ,& loci,& inſuper,
quod fuit ſtatim auditus ſtrepitus,ſeu clamor vel
acclamatio, vel quod dominus ſtatim conque-
ſtus

ſtus eſt, ſecundum Marſil. & alios plures DD. quos refert: hoc autem intelligendum eſt iuxta diſtinctionem prædictam, in his nempe delictis facti permanentis quorum certa remanent veſtigia, adde Ant. Gom. *in tit. de capt. reorum n.* 1. & Oſaſc *conſ.* 66 *n.* 20. *lib.* 1.

5 Ampliatur primo hæc communis regula, vt non conſtito de corpore delicti non poſſit ad capturam perueniri, vt probat Marſil. *conſil.* 12. *num.* 34 *& in practic. crimin. in princ.* Ant. Gom. *in titul. de capt reorum n.* 1. Brunor à Sole *n.* 13. *& in ſuis quæſtionibus legalibus q.* 30. *n.* 20. eſt communis ſecundum Bonacoſam *in ſuis communibus opin. par.* 2 *verſi. captura vt valeat*, & Farin. qui alios allegat. *d. q.* 2. *n.* 2. vbi idem probat etiam nuncupatim in Clerico, vt capi non poſſit, niſi prius conſtet de corpore delicti, communis ſecundum Corneum, *conſi.* 325 *littera C. lib.* 4. refert, & ſequitur Clarus *q.* 28. *ſub verſi. quæro nunquid*, idem Farin. *ſub tit de carcer. quæſt.* 27 *num.* 74. vbi *num.* 125. quid ſi reus fuerit de fuga ſuſpectus an poſſit capi non conſtito de delicto, ac illius corpore.

6 Ampliatur ſecundo eadem communis regula, quoad torquendum, vt prædiximus. Ampliatur tertio, Vt non ſolum debeat conſtare de delicto ſed etiam de illius qualitatibus, & circunſtantiis & propterea practica eſt, vt iudex vadat, vel mittat officialem ad viſitandum cadauer, & ex eo deſcribat, ac etiam in actis referat, quod percuſſiones, quot vulnera, punctim, vel cæſim, & in qua parte corporis habeat, & an ſint mortalia necne, & cumquo genere armorum illata, & ſimilia vt prædiximus, & proſequitur latius Farinac. *q.* 2. *num.* 4. plures allegans, vbique ita ſeruat mundi conſuetudo.

7 Ampliatur quarto communis regula præmiſſa, Vt procedat etiam ſi Princeps motu proprio mandaret contra aliquem inquiri, adhuc namque intelligi debet ſi conſtet de delicto, & non alias, ita Brunor. à Sole *vbi ſup. n.* 143. & Farin. *d. q.* 2. *num.* 1. *ad fin.*

8 Ampliatur quinto, Vt de delicti corpore debeat conſtare, non quidem per coniecturas, & præſumptiones, ſed liquide, & per plenas probationes, ita probat tex. *in d. l.* 1. §. *item illud ibi liquere igitur debet, ff. ad Syllan. & in l. ſi quando C. vnde vi in verbo patefacta, & ibi* Bald. *num.* 2. Iaſ. *num.* 4. *in* 4. *notab.* Boer. *deciſ.* 188. *num.* 2. *in fin. in verſ. ſi vero agitur de maximo præiudicio*, Aymon Crauet *conſil.* 144. *in princip.* & plures referens Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 830. *n.* 5. Oſaſc. *conſi.* 66. *n.* 10. & Farinac. *d. q.* 2. *n.* 6. *vbi in verſic. niſi in delictis*, hoc limitat in delictis, in quibus vel non remanent veſtigia, vel in his, quæ ſunt difficilis probationis, prout eſt furtum; in quo caſu intelligit dicta Boſſij & Becij, qui alias videbantur loqui contra præfatam quintam communem ampliationem; at vbi ceſſat difficultas probationis, & vbi poſt factum remanent veſtigia, tunc ſine dubio ad probandum corpus delicti indicia, & coniecturæ non ſufficiunt, ſed probatio debet eſſe liquida, & plena, nempe per teſtes, vel euidentiam facti, vbi late probat ſub. *d. n.* 6. *in ver. liquide autem, per totum.*

9 Ampliatur ſexto, vt conſtat ex iis, quæ diximus in principio huius quæſtionis, Vt procedat, etiam ſi quis confiteatur homicidium commiſiſſe, adhuc namque non poteſt ex hac ſolum confeſſione condemnari, niſi aliter de homine occiſo conſtet, vt etiam Bart. *in l. Diuus ff. de milit. teſtam.* eſt communis, vt plurimos congerens profitetur eam ſequutus, & rationem aſſignans Farinac. *d. q.* 2. *n.* 7. vbi cum communi etiam ampliat, vt procedat in confeſſione ficta inducta à ſtatuto, vel conſuetudine volente, contumacem haberi pro confeſſo.

10 Ampliatur ſeptimo, Vt niſi conſtet de corpore delicti, non valeat etiam confeſſio dicentis ſe occidiſſe hominem ignotum in nemore, vel prope litus maris, & illum in mare proieciſſe, vt ſup. diximus, & tenent plurimi ex Clar. *q.* 55. *verſ. quomodo autem*, & Farin. *q.* 2. *n.* 8. vbi quod ex illis apparet, ita à Doctoribus eſſe communiter receptum, *& n.* 9. quod in iſto particulari caſu ſufficiat de delicto, & homine occiſo conſtare per famam, vt tenent plures, quos ſibi ad hoc citat, & nuncupatim Maſcard. *de probat vol.* 1. *concluſi.* 354. *n.* 5. dummodo fama ſit de aliqua certa perſona interempta, ſecus de incerta ſecundum eoſdem. Debet præterea intelligi præfata ſeptima ampliatio, vt procedat in eo, qui fatetur ſe occidiſſe, & proieciſſe in mare hominem ignotum: ſecus ſi hominem cognitum, & certum de cuius vita facile liquere poteſt. Ruin. *conſi.* 80. *colu. fin. verſ. tertio reſpondetur vol.* 4. Alex. *conſi.* 19. *co.* 2. *vol.* 7. Ant. Gabriel *concl.* 17. *n.* 5. *lib.* 7. hoc namque caſu, ſi non reperiatur ille de cuius vita liquere poteſt, dicitur ex neceſſaria conſequentia liquere de eius morte; & propterea ſequi poteſt condemnatio confitentis, ſe illum occidiſſe, & in mare proieciſſe iuncto tamen aliquo adminiculo ſecund. Clar. *in practic. q.* 55. *verſic. quomodo autem*, vbi exemplificat in ſanguine reperto in loco vbi confitetur ſe occidiſſe, Boſ. *in tit. de delict. num.* 15. vbi pariter pro adminiculo inducit famam, quod ille qui non reperitur fuerit occiſus: iſto namque caſu fama dicitur certa, & ideo probat corpus delicti, ſequitur Farinac. *d. q.* 2. *num.* 10.

11 Similiter etiam ſunt, quam plurimi DD. qui tenent, vt hæc ſeptima ampliatio non procedat in hominibus malæ famæ putà in aſſaſſinis, & malandrinis, qui prope litus maris verſantur, & ſimilia facere ſoliti ſunt, qui ſi confitentur etiam homines ignotos occidiſſe, & in mare proieciſſe poſſunt ex hac confeſſione damnari, etiam aliter non conſtito de corpore delicti ſecund. Angel. *in l. certum ff. de confeſ. & in l. vnic. col.* 2. *C. eodem tit.* Iaſ *vbi ſup. verſi.* 2. *limita*, Bernard. Diaz, *in reg.* 124 *in prima limitat.* Ruin. *conſ.* 80. *col. pen. verſi.* 2. *reſpondetur vol.* 4. Marſi. in Rubr. *de probat num.* 103. Auguſt. Arimi in addit. ad Angel. *de malef. in verſ. & veſtem cæleſtem num.* 26. Blanc. *in pract. crim in princ. n.* 2. Ant. Gabr. *d. concluſi.* 17. *n.* 12. *lib.* 7. Foller. *in practic. crim. in verſi. & ſi confitebuntur n.* 34. nec ſufficiens ſecundum ipſos iſto caſu huiuſmodi confitentes eſſe malæ famæ, niſi etiam ſint ſoliti verſari, & ſimilia facere prope litus maris, idem probat Brun. *de indic. part.* 2 *q* 6. *n.* 11. *&* 12. & Ioan. Mar. Montic. *reg. crimin.* 19 ſed contrarium rectius probarunt, & tenent Boſſ. *in tit. de delict. num.* 15. *in verſic.* & hæc opinio eſt vera Brunor à Sole. *d. conſ. crimin. num.* 50. & Farinac. *d. q.* 2. *ſub n.* 11. vbique niſi ad probationem corporis delicti concurreret vel fama, vel aliquod aliud adminiculum, numquam condemnaret iſtos, ita confitentes præſertim, ſi in tortura fateantur ſaltem in pœnam ordinariam.

12 Nunc autem regula ſupradicta communis, ſicut vidimus ampliata limitanda eſt, vt non procedat in delictis occultis, & difficilis probationis, quorum de corpore ſufficit conſtare per coniecturas





cturas vt in terminis etiam Boſſius *tit. de delicto n.* 20 Foller *in practic. crim. verbo, capiat informationem n.* 78. *verſi.* fallit tamen, vbi loquitur in coniecturis validis à iure approbatis, Ant. Gabr. *d. concluſi.* 17. *n.* 14. *lib.* 7. Clarus *in pract. crimin. q* 66. *in princ.* vbi quod iſto caſu minores probationes ſufficiunt Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 58. *n.* 2. & hoc omnes admittunt teſte Farinac. *d. q.* 2. *n.* 12. vbi hanc limitationem iure comprobat ex altera receptiſſima Doctorum ſententia, quæ habet quod in occultis delictis, & quæ ſunt difficilis probationis præſumptiua, & coniecturata probatio habetur pro plena, & concludenti probatione.

13 Limitatur ſecundo in delictis, in quibus poſt factum nulla remanent veſtigia, in his enim ſufficit probatio corporis delicti per indicia, Boſſius *in tit. de delict. num.* 19. *&* 13. *in fin.* vbi quod ita quotidie ſeruatur tradit Maſcar. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 830. *n.* 7. & Farin. *q.* 2. *n.* 13. vt diximus *ſuprà*.

14 Tertio pro limitatione præfatæ communis regulæ ſolet aſſignari crimen furti: in quo DD. communiter maxime ſibi ipſis contradicunt, vt patet ex late adductis in propoſito per Farinac. *d q.* 2. *n.* 14. *cum ſequent.* vbi tandem *n.* 15. reſoluit, quod ad inquirendum, aſſumendumque informationes ſuper furto, de quo quis querelatur, & illis aſſumptis, ſi extant legitima indicia ad capiendum, & torquendum, coniecturæ, & indicia abſque alia inueſtigatione delicti ſufficiunt, puta querela furati iuncta eius bona fama, acclamationes, & in continenti factæ conqueſtiones, fractura oſtij, ſeu capſæ, fuga famuli, & alia: verum etiam ſi ſequatur confeſſio, ad condemnandum non debent mouere præcedentia indicia, ſed credit debere aliter conſtare de furto confeſſato, & propterea quod deueniendum eſſet ad verificationem confeſſionis, & ſi furtum conſiſteret in pecunia, ſeu aliis rebus furem interrogaret, quid de dicta pecunia, ſeu rebus fecerit, & ſi eius reſponſio verificatur poterit in pœnam ordinariam condemnari: aliter ſecus, vt tenent plurimi, quos ibi ad hoc refert, *& num.* 16. *cum ſequentibus* ſeptem coniecturas refert & ponit, quibus probatur corpus delicti furti.

15 Quarto limitatur præfata communis regula, Vt non procedat in crimine falſi, quia cum hoc crimen ſit difficilis probationis, & ſuſpiciones, ac præſumptiones ad illius plenam probationem ſufficiant, idem pariter de illius corpore ſufficiet conſtare per indicia, & coniecturas, vt cum communi reſoluit Farinac. *d. q.* 2. *n.* 21. *vbi n.* 22. obſeruat hanc limitationem non procedere in crimine falſæ monetæ, in cuius delicti corporis probatione, non ſufficiunt indicia, & coniecturæ, ſed de illo euidenter, & per inſpectionem oculorum conſtare debet; quia circa hoc nulla adeſt difficultas probationis, & ideo confitens ſe falſam monetam fabricaſſe, niſi de ea euidenter appareat, condemnari minime poteſt, Cephal. *conſ.* 230. *n.* 11. *vol.* 2. Brunor à Sole *in ſuo conſil. crimin. num.* 176.

16 Quinto limitatur, vt non procedat in crimine adulterij de cuius corpore ſufficit conſtare per coniecturas, & indicia, cum ex eo nulla remaneant veſtigia Boſſius *de delict. n.* 19. *& num.* 32. *in fin.* Plot. *conſil. crimin. diuerſ.* 132 *num.* 26. *vol.* 1. *in magn.* Foller. *in practic. crimin. in verbo, capiat informationem, num.* 20. vbi loquitur etiam in aliis fornicationibus, & Clar. *in practic. crimin. q.* 4. *in verſ. ſcias tamen*, vbi quod in crimine adulterij, ex ſola querela tenetur iudex inquirere, & aſſumere informationes contra delinquentem, & ſequuta rei confeſſione præcedente prædicta querela, ſeu illius loco aliqua alia informatione, ſequi etiam poteſt condemnatio, ſequitur Farin. *d. q.* 2. *n.* 23.

17 Ampliatur hæc quarta limitatio, vt procedat etiam in crimine ſodomiæ, quod pariter eſt delictum facti tranſeuntis, & difficilis probationis, vt per Plotum *d. conſ.* 132. *n.* 22. Foller. *d. num.* 20. Boſſ. *in tit. de delict. d. n.* 19. 18 ¶ Bene verum eſt, quod in ſtupro commiſſo cum puero, ſicut cum virgine probari poteſt corpus delicti etiam per dictum obſtetricum, quæ eos viderint, & ita puerum, ſeu puellas ſtupratas dixerint ſecund. Foller. *vbi ſup. n.* 20 Plotum *d. conſil.* 132. *num.* 22. & Clar. *d. q.* 4. *verſi. quando vero in fi.* & Farin. *d. q.* 2. *num.* 24.

19 Sexto limitatur eadem communis regula, vt non procedat in crimine hæreſis: quia cum ſit delictum quod ſola voluntate perficitur, ideo ex ſola voluntate quæſtionis poteſt damnari, etiam quod de delicto aliter non conſtet, ita tenet Bald. *in l. ſi quis non dicam rapere, circa princip. in verſic. venio ad oppoſitiones. ibi, iſtud tamen fallit in hæreſi. C. de Epiſc. & Cler.* congerunt plurima idem ſequuti Clar. *in pract. crim. d. q.* 4. *in verſic. ſcias tamen & q.* 55. *verſic. quomodo autem*, & late, & pulchre Arnald. Abb. *de agnoſc. aſſert. Cathol. & hæret. q.* 25. *in primo dubio n.* 1. *cum ſequentibus*, vbi etiam ampliat in confeſſione extraiudiciali Maſcard. *de probat lib.* 2. *concluſi.* 859. *num.* 1. *cum ſequentibus*, vbi alia in materia, & Farinac. *vbi ſup. n.* 25. 20 Idem eſt in crimine lamiarum, quæ eo ipſo, quod dicunt ſe proceſſiſſe ad ludos poſſunt abſque alio condemnari, vt alios allegans tradit Farinac. *vbi ſup. n.* 26. dicens ſecus eſſe ſi lamia fateatur occidiſſe infantes, vnum vel plures ſuis maleficiis, vel alias: tunc namque non eſt ei credendum, niſi vere, & realiter conſtet illos fuiſſe occiſos aliter, quam per eius confeſſionem.

21 Septimo limitatur, vt ſufficiat, quod de delicti corpore conſtet per famam, ita Ant. Gabriel *concluſ.* 17. *n.* 11. *lib.* 7. Sed debet intelligi dummodo fama ſit certa, & de certa perſona, ac in delictis de quibus poſt factum nulla remaneant veſtigia, ſecus in fama de incerta perſona, ſeu in aliis delictis, vt cum Foller. Blanc. & Boſſio tenet, & declarat Farinac. *d. q.* 2. *nu.* 27. dicens quod in hac ſpecie poterit probari contraria fama per validiores probationes, quod ſcilicet, mortuus ſit, non ex delicto, ſed ex ſe, vel propter infirmitatem vel alia ſimili de cauſa, & quod quando fama probat corpus delicti intelligitur, ſi eſt legitime probata, alias ſecus, Brunor. à Sole *in d. ſuo conſi. crimin. n.* 50.

22 Octauo, limitatur, quia ſi conſtat de homine occiſo licet illius nomen ignoretur, procedi poteſt, & valet inquiſitio *gloſſ. in l. ſi. cum exceptione, §. in hoc verſi. ignorantia ff. quod met. cauſa & in c. fin. § libellorum* 22. *q.* 8. Clar. *d. q.* 4. *verſi. quando vero*, & plures referens Farin. *d. q.* 2. *num.* 28. 23 ¶ Vbi cum aliis ampliat, vt procedat, etiam in crimine furti, ſi conſtat de furto etiam ſi ignoretur nomen illius, cuius res fuerit ſubtracta, Maſcardus *de probationib lib.* 2. *concluſion.* 89. *num* 8.

24 Nono, limitatur in delictis, quæ habent ſe etiã ad ſpeciem non delictorum, & quæ poſſunt euenire, aut facto hominis, & ſic cum ſcelere, in



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

his namque ſufficiunt indicia, & coniecturæ ad probandum illius corpus, vt in homine, qui ſuffocatus reperitur, vt per Boſſ. *de delicto n.* 10. *&* 11. Clar. *d.q.4. in verſ. fin. & hoc nullam credit difficultatem habere*, Farinac. *vbi ſup.n.*29. vbi ponit duas coniecturas, vnam publicam vocem, & famam adeſſe, quod talis fuerit ſtrangulatus, vel in puteum ab aliquo præcipitatus, alteram ſi medici viderint ſigna ſuffocationis, & ſtrangulationis in gutture, & de eis fidem fecerint, & admonet medicos, in hoc cautos eſſe debere: quia ſubitanea mors, & naturalis ſuffocatio ſolet etiam cauſare talia, & peiora ſigna in gutture, & alia parte corporis, & tandem late agit *in verſi. ſublimitu quid dicendum ſit, ſi nulla apparent indicia ſeu coniectura*, & ſic quando ſumus in dubio, an illud factum fuerit cum ſcelere, & delicto commiſſum, an vero ſine eo, an tunc poſſit per Curiam procedi, & an præſumatur illud, vel hoc & tandem relatis opinionibus in hoc contrariis reſoluit totum, hoc boni æquique, non vero iniqui iudicis arbitrio remittendum eſſe, qui ſemper ad coniecturas, & præſumptiones recurrat, & ſi de corpore delicti, quod videlicet illud factum fuerit cum delicto commiſſum præſumptiones habeat, ad vlteriora procedat, vt habetur præfata nona limitatione, ſin minus ſileat proceſſus: quia in dubio pro non delicto, vt in ſpecie ſenſit Clar. *d. q.* 4. *verſi. fin.* & in dubio etiam pro minori delicto vt in caſu, in quo conſuluit Vulpell. *in ſuo primo reſponſ. crimin. num.* 21. *cum ſequentibus.*

25 Vbi ad hoc ne ſuccedat confiſcatio bonorum illius, qui in fonte publico fuit repertus ſuffocatus, dicitur in dubio præſumi, quod vel ab alio fuerit in illum fontem impulſus, vel quod ex ſua inſania ſe ibidem præcipitem fecerit, potius quam ex metu patrati ſceleris, vt d. confiſcatio euitetur, & ſic in dubio pro non delicto, vel pro minori delicto, vt pœna de qua diſputatur locum non habeat, & conſequenter erit in dubio ſemper præſumendum id, quod pœnam excludit, & hanc credit eſſe puram veritatem Farinac. *d. num.* 29. *in fin.* diximus *lib.*2. *canon. quæſtionum, c.*3. *n.*15. *cum ſequent.*

26 Decimo, & vltimo limitatur communis regula in crimine veneni: quia cum id ſit difficilis probationis, coniecturæ, & indicia probant illius corpus, vt late probat Farin. *d q.* 2. *n.*30. *cum ſequen.*

27 ¶ Signa autem veneni nemo eſt, qui melius exprimat iuxta venenorum diuerſitatem, & cum medicorum authoritatibus, quam Foller. *in practic. crim. verbo, capiat informationem num.* 26. *per totum.*

28 ¶ Corpus igitur delicti in crimine veneni probatur iudicio medicorum, & ſic quem fuiſſe interemptum veneno, vel non, Boſſius *de delictis, numero* 6. *& nono*, vbi ampliat etiam, quod deponant de credulitate, & Foller. *vbi ſup. n.*24. vbi etiam, quod debent deponere cum iuramento, & quatenus opus ſit ſcindere, & aperire cadauer, Ant. Gom. 3. *tom. var. reſ. titul. de homicid. n.*8. Plaza *de delictis, c.* 20. *num.* 11. Clarus *in practic. crimin. q.*4. *verſi fin.* Maſcard. *de probat. l.*1. *conc.*134. *n.*7.

29 ¶ Teſtes autem licet bene poſſint deponere ſuper ſignis veneni, ſi viderint corpus antequam ſepeliretur, & in hoc ſint idonei teſtes, vt per Foller. *vbi ſup. d. num.* 24. *in fine*, non tamen poſſunt dicere illum mortuum, vel non mortuum veneno: quia hoc eſt peritorum medicorum, & non teſtium, vt per Foller, *vbi ſupra, in verſ. itemque ſororem venenauit num.* 14.

30 Quinimo ex atteſtatione medicorum aſſerentium ſimpliciter, aliquem mortuum ex veneno non cenſetur probatum in hoc crimine corpus delicti, niſi addiderint ex veneno dato, & non ingenito: quia ſæpe contingere poteſt, quod quis moriatur ex veneno in corpore, ex humorum malitia, & non exhibito, & ſigna veneni ingeniti à natura ſunt eadem, ac illa veneni dati, vt pulchre exponendo venenorum genera, cum medicorum authoritatibus demonſtrat, Foller. *d. verſ. capiat informationem n.*6. *&* 27.

31 Ideoque medici, in hoc caſu, non poſſunt formare iudicium ſuum, ex quo veneno quis obierit, an ſcilicet, ingenito, an ex dato, niſi alio aliquo extrinſecus apparẽte, putà, ſi poſt aſſumptionem cibi immediate, quis incidiſſet in maximam mutationem ſtatus, tunc poſſent iudicare eſſe venenum introductum, & non per ſe ortum, ex quo venenum in corpore natum non tam repente operatur, ſicut venenum datum, & ex quo cibus ille non potuiſſet producere ex ſe tale accidens: ſed ſi huiuſmodi intrinſeci actus non interueniant, non poſſunt medici aliquid firmare, ita Boſ. *in tit. de delict. n.*6. Foller. *in pract. in parte, item quod ſororem venenauit n.*4. 13. *&* 19.

32 ¶ Vbi quod non dicitur probatum veneni crimen in genere ex probatione continui vomitus, vel ex liuore corporis, aut ex ſpumis ore fluentibus: quia hæc ſigna poſſunt etiam ex peſtifera febre, aut acuto morbo, citra veneni cauſam oriri, & refert prædicta. Farin. *d.q.*2. *n.*34.

33 Ex quibus deducitur vtiliter in praxi, quod ſi quis confiteatur, ſe aliquem venenaſſe, & ex illo veneno mortuum, debet per iudicem interrogari de qualitate, & quantitate potionis datæ, & ſuperhabita reſponſione recurrendum eſt ad iudicium medicorum, qui ſi dicant illam potionem non fuiſſe aptam ad occidendum, talis confeſſio tanquam erronea non ſufficit ad capitaliter condemnandum, Alexan. *con.* 106. *in cauſa inquiſitionis vol.* 3. Franciſcus de Poncibus, *in tract. de lamiis n.*7. Boſſius *de delict. n.* 8. ſecus ſi medici deponerent fuiſſe aptam ad occidendum: quia tunc ex tali confeſſione, poteſt ſequi condemnatio in pœnam ordinariam, vt per Ant. Gom. *tit. de homic. n.*8. & Plazam. *d.c.*20. *n.* 10. quod ſi de nulla medicorum fide appareat, tunc in hac confeſſione nullum poteſt fieri fundamentum, & ideo ſequi non poteſt ex ea condemnatio, vt per Hippolyt. *in l.* 1. *§. præterea n.* 37. *in verſi & in quantum ff. de ſicar.* Foller. *in pract. verſi. itemque ſororem venenauit n.*15. *& n.*27. *in fin. & in verſ. & ſi confitebuntur in* 1. *parte, tertia partis princip. num.*37. *& in eodem verſi. & ſi confitebuntur in tertia parte, tertiæ partis princip. n.* 80. & Ant. Gomez, *vbi ſupr.* & Ioan. Mar. Monticell. *regul. crimin.* 19. *num.* 8. *in fin.* quos refert, & ſequitur Farinac. *d. q.* 2. *num.* 35. *per totum* contra Boſſ. *numero* 8.

## SVMMARIVM.

1 *Copia nominum, & dictorum teſtium ſummariæ informationis, an ſit danda reo? & numeris ſequent. per totam quæſtionem. Et de praxi, quæ ſeruanda eſt in hoc n.*16.

2 *Copia indiciorum danda eſt reo criminis, cum termino ad ſe defendendum n.* 3. *Et iudex ad hoc tenetur ex officio, vt in n.*4.

5 *Copia teſtium cum nominibus danda eſt reo, non ſolum facta publicatione proceſſus, ſed etiam cum ſit onus vel culpa ipſi, vel notificatur ei querela, vel accuſatio partis, vel fiſcalis, cum termino competenti, vt ſe defendat.*

6 *Copia teſtium, & nominum ſummariæ informationis, danda eſt reo contra addit. Bern. Diaz. Et quid ſi aduerſarius ſit potens n.*7.

8 *Copia teſtium, & nominum in cauſa hæreſis, non eſt danda reo. Et limitatur, n.*9.

10 *Copia teſtium, & nominum eorum, an ſit danda reo, quando agitur de eius tortura, etiamſi non petatur: & num.*11.

12 *An reus poſſit validè renuntiare defenſionibus ſuis & quando.*

13 *Copia dictorum, & nominum teſtium pro ingreſſu Collegii, vel obtinenda dignitate, an ſit danda oppoſitori eam petenti, vt iterum repetatur teſtium examen?*

14 *Copia, & nomina teſtium, an ſint dãda reo præſenti propter abſentiam aliorum reorum? & n.*15.

17 *Copia proceſſus inquiſitionis generalis non eſt publicanda.*

## *An reo ſit danda copia nominum, & dictorum teſtium ſummariæ informationis?*

## QVÆSTIO VIII.

1 QVÆRO an reo inquiſito, vel accuſato cuiuſcumque delicti, ſit danda copia nominum, & dictorum teſtium ſummariæ informationis contra eum factæ ſtatim, cum ſibi datur copia inquiſitionis, vel accuſationis, hoc eſt. *Quando ſe le haze cargo de officio de la culpa, que contra el reſulta del proceſſo, y ſe le manda dar copia, o tranſlado del, ò de la acuſation de la parte, ò del fiſcal, y del proceſſo.* Et quod copia quoque nominum dari debeat eſt tex. expreſſus *in c. qualiter, & quando el ſegundo, §. debet de accuſat.* cuius verba ſunt hæc: *debet igitur eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi ſuper contumaciam abſentaret, & exponenda ſunt ei ea capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi ſe ipſum, & non ſolum dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium, vt quid, & à quo ſit dictum appareat, &c.* & ibi DD. reſoluimus late plures allegando *in noſtra iuris allegatione* 13. *per totam*, vbi diximus ita communiter ſeruari, & iudices aliud facientes lædere conſcientiam propriam: idem poſt nos late probauit D. Segura Aualos *in ſuo direct. iud. Eccleſi.*1. *part. cap.* 14. *num.*1. *cum ſequentib.* quia alias eſſet tollere inquiſitis ſuas defenſiones, quas princeps tollere non poteſt, cum ſint de iure naturali, & hæc eſt communis Doctorum opinio, vt plures allegans teſtatur Farinac. *in quæſtionibus crimin. in* 1. *par. quæſt.* 39. *de indic. & tortur. num.* 85. & hic eſt communis ſenſus *d. § debet ad literam ſecund.* Aret. *ibid.* & inquit Boſſius, *in tit. de inquiſi. n.*70. quod cum de hoc habeamus text. *in d. §. debet*, non videtur aliter dubitandum.

Nihilominus tamen ipſe Boſſius, ibi inculcans materiam addit, quod ille text. procedit antequam formetur inquiſitio, vbi proceditur aliquo inueſtigante, vel querelante: ſecus ſi ex officio puro: quia hoc caſu non eſt neceſſarium oſtendere indicia, nec diffamationem præciſe: tandem *num.*71. *&* 72. hoc declarat, vt ſi procedatur iudicialiter, ideſt, parte citata ante inquiſitionem, habeant locum prædicta, quæ non poſſunt euitari, & quod ita loquitur *d. §. debet*, aut extra iudicialiter ad inſtructionem curiæ, vt ſolet fieri, & tunc ceſſent prædictæ. Denique pro maiori ſui claritate reſoluit *d. num.* 72. quod non ſit conſtituenda differentia, an ex officio, procedatur, vel non: ſed an iudex procedat, citata parte, ante inquiſitionem, vt tunc ſiue ad inſtantiam partis, ſiue ex officio procedat *d. §. debet*, ſecus ſi non citata parte, procedat ad ſe informandum hæc tenet pluribus verbis Boſſ. *vbi ſup.*

Profecto Boſſium ſemper iudicaui peritiſſimum, attamen virum confuſum, & plura inculcantem, quæ ſæpe nebulam quandam, & obſcuritatem potius, quam claritatem ante oculos obiicerent, non ſicut Iul. Clar. qui vere nomine, & opere clariſſimi ingenij eſt.

Ad rem igitur, noſtra quæſtio tantum verſatur in eo, an reo inquiſito, vel accuſato debeat dari copia nominum, & dictorum teſtium, vt ſe defendere poſſit, quoties ſibi præcipitur, vt reſpondeat, & ſe defendat intra certum terminum, in qua ſpecie non eſt opus diſt. præd. an iudex procedat citata parte, vel non citata, tunc namque incipit fieri, & fulminari proceſſus cum parte, & ideo ei eſt danda copia nominum, & dictorum teſtium, vt, ſe recte defendere poſſit. non vero agimus antequam negotium perueniat ad hunc caſum, & ſtatum, nempe cum primum iudex informatus de delicto commiſſo incipit recipere informationes teſtium pro eruenda, & inueſtiganda veritate, ſiue ex officio, ſiue ad inſtantiam partis, nemine citato prout vere tunc temporis non eſt citandus, quo vſque fiant informationes ſummariæ, & ſciatur quæſtionis delictum quis commiſerit. Hoc enim totum fit ad inquirendum ſine citatione partis, quod nemo ignorat ex notat. Bald. *in l. mouemur in fi. C. de delat. lib.* 10. quem refert, ita affirmans Bern. Diaz de Lugo *in ſua practic. crimin. cap.* 120. *in fin. in nouis*, & ita communiter in praxi obſeruatur, & ideo nulla copia, tunc eſt danda: quia eo tempore iudex tantum procedit ad ſui informationem, & ad inueſtigandam veritatem, vt ea ſic indagata poſtea incipiat contra partem noxiam procedere, & cum inceperit aduerſus eam procedere dare debet eidem copiam actorum nominum, & dictorum teſtium, vt ſe defendat, hic eſt, text. capitalis, & expreſſus *in d. §. debet, & l.*4. *noſtri tit.*1. *lib.*8. *nou. coll. reg. ibi pero ſi, & l.* 1. *verſi. por ende, eodem tit. & l.*11. *tit.*17. *p.*3. & in crimine nefando contra naturam *l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 8. *nouæ collect. reg.* Emanuel Rodrig. *in ſua ſumma c.* 10. *del orden judicial, n.*3. *ad fin.* & Ant. Gom. 3. *tom. var. reſ. c.* 1. *de del. n.*50. & Greg. Lop. *in d. l.* 11. & procedit etiam ſi per viam inquiſitionis procedatur, vt patet ex *d. §. debet, & tenet direct. iud. Eccl. vbi ſup. n.*4. *&* 5. & Simanc. *tit.*64 *de teſt. n.*29. *vbi n.* 30. quod hæc multo magis locum habere debent, in inquiſitionibus, & viſitationibus, quæ aduerſus iudices, & eorum miniſtros fiunt.

Hæcque iuſtiſſima iuris deciſio comprobatur ex eo: quia defenſionis facultas, quæ iure naturali omnibus conceſſa eſt, nulli vnquam deneganda eſt, nec iudicem eam denegantem excuſare valet zelus puniendi maleficia: eſt enim prauus, & non ſecundum conſcientiam, crudelis profecto, & iniquus iudex, qui contra diuina, & humana iura hominem inauditum torquet, aut condemnat, vt late iure comprobat D. Simanc. *de inſt. Cath. tit.*65. *de torment. n.*17.

2 Hinc eſt, vt copia indiciorum reo danda ſit, atque dilatio concedenda ad ea diluenda, & ſuam innocentiam probandam, id enim, & natura æquum eſt, & iure probatur, & ab omnibus iuris peritis traditur *l. vnius §. cognitorum, ff. de quæſtionibus*

*Praxis Criminalis.* C 2

nibus l.3.§.ſi ad diem de re milit. Clem. paſtoralis de re iud.c.1.de cauſa poſſ. & prop. Siman. vbi ſup. n. 16 late Campeg. in addit. ad Zanchin. de heret. c.9. Ant.Gom.3 tom.var.c.13.de tort.reo.n.21. vbi quod iſta eſt vera, vtilis, & iuridica practica in iſta materia, vt ibi per eum Boſſ.de indic. & conſid. ante tortur.n.74.vbi quod ita ſeruatur, & forenſis praxis recipit Segur. Annal. in ſuo direct. iud. eccleſ. 2.p.c. 14. n. 53. cum ſequentibus, Cantera q.9.per totam, vbi ampliat, necnon & Boſſ. vbi ſupr.num.73. & 80.& hæc regula, ſine dubio nedum eſt communiter recepta, ſed etiam non habet contradictorem, vt late plures allegans eam iure probat Farinac.d.q.39.n.1.& numeris ſeq.vbi vſque in fin.eam pluribus modis ampliat,& limitat,& melius quam omnes materiam declarat.

3 Et quod reo danda ſit copia cum termino ad ſe defendum eſt communis, vt ex Ripa, in l. 2. num.8. C. de edend. & Villalob. in ſuo erar. commun.opin lit.I.n.12. refert, & probat Iulius Clar. in practic crimin.§ fin. quaſt. 49. ſtatim in princip. vbi in verſ. 1. inquit quod hæc concluſio nullam habet difficultatem, ſi reus petat copiam ſibi dari: nam regulariter etiamſi contra aliquem procedatur per viam inquiſitionis danda ſunt inquiſito nomina teſtium contra eum productorum, necnon & dicta ipſorum eo petente publicanda ſunt ad effectum, vt poſſit ſe ipſum defendere, & ſuas exceptiones opponere aduerſus eorum dicta, & perſonas vt colligitur ex d. §. debet, quod ita firmant ſcribentes omnes, ſecund. Pariſ.conſ 2. num. 155. lib. 4. & ita tenere communiter DD. atteſtatur Cæpola conſ. crimin. 65. circa fin. & conſ. 66. in verſi. 5° probatur, & direct. indic. Eccleſ.q 2.p.c. 14. nu.9. vbi etiam ampliat.

4 Quinimo iudex ex officio etiam reo non petente tenetur indiſtinctè ei copiam indiciorum, & terminum defenſionis præbere non ſolum ante condemnationem, ſed etiam ante torturam, licet enim in hoc art. adſint duæ communes opiniones contrariæ Doctorum,& quædam concordia, hæc tamen ſententia, & opinio affirmatiua eſt magis iuri,& æquitati conſona, ac rationi, illi præſertim, quæ ab omnibus vnanimiter, & communiter recepta eſt, quod ſcilicet iudex ex officio, ac etiam parte non petente, tenetur rei defenſiones quærere, ac veritatem inueſtigare, vt habet communis omnium ſententia de hac re ſcribentium: cur ergo non debet pariter teneri ex officio ipſi reo commoditatem ſe defendendi præbere, & conſequenter copias indiciorum decernere, ac defenſionis terminum concedere? licet reus ſit Doctor iuris peritus, prudens, & ſagax,& talis perſona, vt veriſimiliter ſciat petere copiam, & ſuas defenſiones facere, ſiue non, vt hæc omnia latiſſime rem excutiens, & adducens præfatas duas opiniones communes contrarias, & concordiam probat Farinac. d. quaſt. 19. num. 90. cum ſequentibus, qui prius num. 55. hanc eandem ſententiam magis communiter à Doctoribus receptam appellat, & etiam à iudicibus in praxi ſeruatam eamque ibi, & num.40. probat aduerſus aliam quandam diſtinctionem Boſſij, eandem tenet Greg. in l.11. tit.17.p.3 in gl. 1. & confirmat Menoch. de arbit. iud.lib.1.q.8. n. 5.& direct.iud. Eccl.2.p.c.14.n.10.

5 Itaque non ſolum in plenario iudicio facta publicatione proceſſus danda eſt reo copia ipſius, cum nominibus teſtium, ſed etiam cum ſit onus, vel culpa ipſi, vel notificatur ei querela, vel accuſatio partis, vel fiſcalis cum termino competenti, vt ſe defendat, vt patet ex omnibus ſuprad.

6 Itaque ad hoc vt reo dicatur conceſſa facultas ſui defendendi: debet ei decerni & concedi copia indiciorum ex proceſſu contra ipſum laborantium, alioqui oppreſſus & circumuentus diceretur, ita tenent in ſpecie Amad. de ſyndic. num. 223. verſic. quoad quartum. Angel.de maleſic. in verb. quod fama publica, praced.num.37.verſ.item aduertas,& ibi Aug. in fine Additionis, in verſic. vnde concludo, Marſil.in l.1.in princ.num.12.ff. de qu. vbi multos adducit concordantes & conſ.8.n.23. & ſeqq. Brun.de indiciis prima parte, q.2.num. 9. & rationem reddit fuſiſſimè Blanc. de indic. ad fin. n.29.ſeq.ff.de q. vbi & ipſe in propoſito conſiderat rationes. Roland. de Curte inter conſ. criminal. diuerſ.conſil.75.n.21. & 22. & ibidem Marc. Angel.conſ.30.n.1. Angel. Aret.conſ.72. n. 11. & 12. Plot.inter eadem conſilia conſil.72.n.44.vol.2. Alex. conſ.65.habita ſuper contentis n.1 lib. 1. Carrer. in pract in 2.tractatu de indic.§ circa quintum, num.8. Foller.in pract.crimin.verbo, detur copia capitulorum, n.1 fol.mihi 269. & in verb. etſi confitebuntur, in 3.parte 3.partis, n 51. fol.324. Nouell.in tractatu ad defenſam, Corrad. in pract.tit. de negat. crimin. n.5.fol.289. Dec.in l.2 n.15.C.de eden. Ant. Gom. var.reſ tom 3.c.13.de tortur.reol. n.21. Iul. Clar. in pract. § fin. q. 49. in princ. vbi dicit hanc ſententiam eſſe communem ex multis aliis, quos ſequitur. Rurſus idem Clar.in d.q.49.ſub verſ. ſed quid ſi ille, vbi pariter teſtatur de communi & Abb. in l vnius §.cognitorum, n.5 ff. de qu. quem etiam refert Iaſ. in conſ.75.col.fin. verſ. ſecundo allego, & multos alios adducit concordantes. Imo quod ſi prædictæ indiciorum copiæ à reo petantur iam torturæ alligato, negari minimè debent, affirmant Burſat.conſ.201.n.70.vbi etiam dicit de communi Tib.Dec.conſ.8.n.101.vol.1.& conſ.93. n. 131. vol.2. Bertaz conſ.130.n.1. Idque etiam habetur ex Bulla Pauli III. ordine 38. illius Pontificis generaliter loquenti.

7 Quæ quidem defenſiones & indiciorum copiæ ita neceſſariæ ſunt, vt neque à iudice habente quodcunque liberum arbitrium,& abſolutum denegari poſſint, vt per gloſſ. in clem ſæpe, §. non ſic tamen in verb. defenſiones & ibi Card. Zabarell. col.1.verſ quæro, de quib. de verborum ſign. Anchar. conſ.11. aliique complures ab eodem relati: nec vero etiam ab eo qui habet facultatem procedendi ſine iuris ſolemnitate, ita aſſerunt Menoch. de arbit.q lib.1.q.77.n.1.& ſeqq.& q.78.n.5. Carrer.in pract. crimin. in 2. tract. de indiciis §. circa quintum n.17. Afflict.deciſ.391.poſt num. 2. & ibi Vrſill in addit. pariter, poſt num.2.verſ.in iudice habente liberum arbitrium. Ioan.Mar.Montic.reg.crim. 14.n.8.9.& n.11.vbi alios adducit concordantes, & exemplificat maximè quando aduerſarius eſt potens, & vis ſeu fraus aliqua timetur.

8 Amplia autem hanc regulam, vt procedat etiam in atrociſſimis, in quibus adhuc reo minime eſſe denegandas defenſiones & indiciorum copias ſcripſerunt Carrer.in pract.crim.in.2. tract. de indic.& tort.§.circa quintum, n. 16. vbi allegat Grammat.voto 30.n.2.iunct.n.31. Ioan.Mar.Monticel.reg.crim.14.n.3. Boſſ.in tit.de ind. & conſider. ante tortur.n.77.& ſeqq. Roland.conſ. 12. n. 58 in fin.& n.61.verſ. non obſtat. Et hinc eſt quod licet crimen hæreſis atrociſſimum ſit, in eo tamen non ſunt denegandæ defenſiones, ſecundum Balb. in conſ.95.vol.1. quem refert & ſequitur Boſſ. in tit. de indic.& conſid.ante tort.n.78.propè fin.& in tit. de hær.n.9. Roland.d. conſ. 12.n. 61. vol. 3. Pariſ. conſ.2.n.155.& ſeqq.lib.4. Vulpell. conſ.21.num.3. Franc.Perſon.in tr.de indicib n.22.





9 Limitatur tamen hæc concluſio, vt non procedat in crimine hæreſis ad hoc ſcilicet vt nomina teſtium reo edantur. Ratio eſt quia ſi nominum publicatio fieret, pauci reperirentur, qui liberè teſtimonium perhiberent, ita ſentiunt Simanc in tr.de hær. c.61.n. 9. & Clarus q 49. verſ. habetque locum, in fin. Qua de re etſi nonnulli Doctores dubitarint, controuerſia videtur ſublata per Bullam Pauli III. in ordine 38. vbi dum tradit copiam teſtium & indiciorum reo eſſe tradendam, nominatim excipit crimen hæreſis, in quo teſtium nomina publicari non debent.

10 Quod autem copia indiciorum, & teſtium reo ſit danda, quando agitur de eius tortura, probatur per textum in l.deſertorem, §. ſi ad diem, ff. de re militar. imo nec poterit torqueri denegatis defenſionibus per textum, qui magis in ſpecie id probare videtur ad literam in l. vnius, §.cognitorum ff.de q.Cognitorum, item ex text. in l.defenſionis facultas danda eſt his quibus aliquando inquietudinem fiſcus infert. Itemque ex iure Canonico habetur textus etiam, in cap. cum inter, ibi, duximus reſpondendum quod prædicto nobili legitima defenſio in iudicio reſeruatur, extra de except. & text. in clement. Paſtoralis, ibi per conſequens & indefenſum: Et Paulo infra ibi, per quæ de crimine præſertim ſic graui delata defenſionis, quæ à iure prouenit naturali, &c. & ibidem hoc communiter notant omnes ſcribentes, de de ſent. & re iudic. & text. in cap. qualiter & quando il.2 ibi, & exponenda ſunt ei capitula, de quibus fuerit inquirendum. Ex quibus & aliis quampluribus Doctorum auctoritatibus, quæ in propoſito allegari poſſent, patet ſine dubio opinionem propoſitam non ſolùm communiter eſſe receptam, ſed etiam non habere contradictorem.

11 Veram autem eſſe eandem, etiam ſi à reo non petatur copia indiciorum, eſt communiter à Doctoribus receptum eſt, & in practicâ à Iudicibus ſeruatur, ſicut etiam ſic in ſpecie affirmarunt Put. & Marſil. relati per Boſſium in tit. de confeſſione, poſt num.6.verſ. contrarium tenet &c. alioſque plures in idem refert Foller. in practic. criminal. in verbo & ſi confitebuntur, prima part. 3. partis num.64. in diſcurſu per totum, vbi præſertim ex Angel de malef. in d. verbo, qui iudex dictis inquiſitis &c. in princip. dixit, quod practica omnium Criminaliſtarum eſt, quod detur copia hæc ſiue petatur, ſiue non.

12 An autem reus renuntiare poſſit defenſionibus ſuis, & ſi renuntiauerit, an huiuſmodi renuntiatio valeat, affirmarunt Doctores nonnulli relati per Angel. de malef. vbi infra, in verbo, qui verbo, qui iudex dictis inquiſitis, poſt num. 3. & n. 14. & per Marſil. in pract. §.examinanda, num.1. verſic. ſed contrariam partem, & per Dueñ. reg. 190.in 4 limitat. in princip & alios. Communior tamen eſt ſine dubio Doctorum opinio quæ affirmat, Reum nec defenſionibus ſuis renuntiare poſſe, nec ſi renuntiet, eam renuntiationem valere, argum. tex. in l.non tantum & ibi gloſſa in verbo, acquieſcit, ff. de appellat & expreſſe hoc voluit gloſſa in l.pactum inter heredes, in verb. cum liceat, in verſ item pactum ne quis ſe defendat &c. poſt medium ipſius gloſſæ, ff. de pactis, quam in propoſito ſequuti ſunt Bart in l cuſtodiam, in fine, §. de public. indic.& in l.quidam ſunt ſerui pœna, ff. de pœnis, & in d.l. non tantum, ff. de appellat Iaſ. in l.ſi quis in conſcribendo, n.18.C.de pact. Pariſ.de Put. in tract. ſyndic. in verbo condemnatio, cap. 4. incip. an Poteſtas, qui miſit ad ſupplic.num. 6. in princip. verſic. quæ ſunt etiam vera. Angel. de malef. in verbo, qui index dictis inquiſitis, & cuilibet eorum ſtatuit terminum &c. num 5 in princ. Afflict. dec. 391. verbo, fuit ſub dubitatum, poſt n 9.verſic. hunc dicimus, Brun. de indiciis & tort.2.p.q. 5.poſt.n.51. Foller. in practic crim.in verbo, etſi confitebitur, in 5. part. 3 partis. Anton. Gomez variar.reſolut.tom.3. c.13. rubr.de tortura reor.ſub num 53. in fine verſic. poterit probare innocentiam & defenſionem ſuam; vbi in idem plura iura addocit, & plurimos Doctores allegat eandem tuentes ſententiam. Quæ quidem ſententia locum habet non modo in criminibus enormioribus, ſed etiamſi eadem renuntiatio Rei fuiſſet iuramento firmata, vt per Foll. Dueñ. & alios ſup.cit.loc. allegatos comprobatur.

Et licet renuntiationem defenſionis ſuæ à Reo factam, allatâ causâ cur renuntiet, multi Doctores ſatis probabiliter valere tenuerint; vt Bald.in l.raptores, in 4.notab.num 4. ff. de Epiſc. & cler. per gloſſam, in l. 1. ff. de furibus balnearum, quem ſequutus eſt Angel. de malef in d verbo, qui index dictis inquiſitis,& cuilibet eorum, n. 5. verſ. dicit tamen Baldus. Vbi teſtatur ſe ſemper practicaſſe dictum Baldi in d.l.raptores, dicitque quod hac practica vtuntur hodie Aſſeſſores, quia ſcilicet faciunt damnandos renuntiare termino, adiecta cauſa, nullam habent defenſionem; Bonacoſa in communib.opinionib.crim. 1.par. verſ defenſione perſonæ, allegans in eadem ſententia concordantes Follec. Marſil. Socin. Sen. & alios. Contrarium tamen verius ego cenſeo, quòd immo nec talis renuntiatio, hoc modo concepta valeat, & quod malè faciant iudices inducendo reos ad renuntiandum ſuis defenſionibus, ſub prætextu quod defenſionem nullam habeant; & in caſu bene conſuluit Angel. vbi ſupra in d.l.ſed & ſi quis, in verbo, qui index dictis inquiſitis, & cuilibet eorum, num.14.verſic.clamat enim. Marſil. in pract. § examinanda, num.12.in fine, Rub. Alexander in tractat. de poteſtat procurat §.publicè.ff. de procur. num.29. Anton. Gomez var. reſolut tom. 3. cap.13. rubr.de tortur reorum, ſub num.53. Corrad.in pract.d. tit. de proceden.ante diffinitiuam, & defenſionem poſt num. 55. Clar. quaſt. 49. verſ. quæro nunc, in fine. Menoch de arbitr.quæſt.lib.1 quæſt.7.n.10. Bonacoſ. in ſuis comm.opin crim p. 1. verſ defenſionem autem competentibus, fol.mihi 48.col.1.

Limita tamen hanc vltimam & veriorem ſententiam, vt primò procedat in delictis notoriis, vel quando Reus deprehenſus eſt in flagranti crimine, tunc enim poſſe reum defenſionibus ſuis renuntiare præter Bald. Rom.alioſque, ſcripſerunt Angel. de malef. Marſil. Foller. Corrad. Bonacoſ. in locis ſupr. cit. Secundò non procedit in reo confeſſo, qui ſi poſt confeſſionem ſuam defenſionibus renuntiabit, valebit renuntiatio, vt præter ſupra cit. auctores, aſſerit Cæſ. Vrſil. in addit. ad Afflict.deciſ.351.n.2.col.2.vbi teſtatur de communi, & quod totus mundus eam ſeruat. Tertiò nō procedit in famoſo latrone, aut aſſaſſino, quem poſſe ſuis defenſionib. renũtiare ſuprad. auctores communiter concludunt. Quarto, non in pœnis pecuniariis & non corporalib. nec in defenſionibus à iure tãtum inductis vt ex eiſdẽ euidenter liquet.

13 Quæres an in aliis caſibus quàm criminalibus; v. g. pro ingreſſu collegij aut dignitate aliqua ſit danda oppoſitori eam petenti copia teſtium? Reſpondeo affirmatiue ob eaſdem rationes de quibus in numeris ſuperioribus; valent enim æqualiter vtrobique. Neque dicas iniuriam fieri teſtibus, ſi eorum nomina edantur oppoſitori, quem inimicum poſtea ſint habituri, paucoſque teſtes inueniẽdos qui nomina ſua non

propalare recuſent, propter periculum, quod ab inquiſitis eis ſequi poteſt. Nam vltra reſponſionem ſupra huic difficultati aſſignatam, facile (inquit) eſt ei iterum reſpondere, nempe quod teſtium nomina, ſi expedire viſum fuerit occultentur: dicta autem eorum ſolummodo publicentur, vel inquo defectus conſiſtat detegatur, vt errori, vel falſitati occurratur, vel inquiſitionem repeti iubeatur.

14 Quòd ſi proceſſus criminalis ſimul fulminetur contra præſentes, & abſentes reos, vt ſæpiſſime in praxi contingit fieri, non debet differri proceſſus rei præſentis, donec illi qui ſunt contumaces condemnentur. Communis & iuridica ſecundum Boſſ. *in titu. de ſentent. n.* 85. ſed non ſeruatur in practica ſecundum ipſum *ibi, & in tit. de delict. n.* 46. nec in Prouincia Clari ſecundum ipſum *d. q.* 49. *verſ. ſed pone*, dicentem, quod in ea nunquam publicatur proceſſus offenſiuus præſenti, niſi prius contumacibus condemnatis, & quod, ita omnino ſeruandum eſſe in facti contingentia, Senatus expreſſe reſcripſit prætoribus Fontanellæ, & Romanenghi. 11. Auguſti 1558 & quod iudicio ſuo eſt optima practica, ne (ſi publicetur proceſſus) poſſint contumaces inſtrui de indiciis contra eos exiſtentibus, & ſubornare teſtes, & deinceps comparere. Ipſis autem contumacibus condemnatis fit publicatio proceſſus quoad præſentes, daturque eis copia deletis tantum prius, quantum commode fieri poſſit, nominibus contumacium, atque his omnibus, quæ ad eos pertinent: quatenus tamen, quæ ad præſentes per huiuſmodi deletionem non tollatur vel in minimo facultas defenſionis; ſed hæc practica non videtur iuridica ſecundum Boſſium *vbi ſupra*, & ideo aliter diſtinguit, vt ibi per eum.

15 In Hiſpania autem, ſimul contra abſentes, & præſentes reos criminum proceditur, nomina tamen abſentium, nec eorum culpæ leguntur, nec dantur præſentibus, ſed vel ipſa non exemplantur, vel non leguntur reis præſentibus, eorumque aduocatis & agentibus, & deinde prius condemnantur abſentes, poſtea vero præſentes, & ita ſæpiſſime fieri, & obſeruari vidi in praxi.

16 Eſt igitur iuris certiſſima concluſio, & communis praxis, vt in criminalibus nemo debeat condemnari, niſi prius data copia indiciorum, & termino competenti ad faciendas ſuas defenſiones, etiam ſi fuerit delictum ipſum ſponte confeſſus. Et hanc practicam ſeruat totus mundus, ſecundum Salice. *in l.* 2. *n.* 7. *C. de cuſt. reor.* Angel. *de Malef.* & alios practicos, eoſque referentem Clarum *d. q.* 8. *in verſ. eſt igitur.*

17 Proceſſus autem, qui fit ſuper inquiſitione generali ad inueſtigandum, quis fuerit delinquens, minime publicari debet: cum enim in eo non ſit adhuc aliquis reus certus, non eſt alicui danda copia indiciorum, ita obſeruat conſuetudo, vt ex Anton. de Canar. *de quæſtion. in ſecundo memb. n.* 52. *in fin.* affirmat Clar. *vbi ſup. in verſ. hæc autem omnia*, dicens notandum, quia plerumque ſolent fieri quædam comparationes præuentoriæ, petendo copiam indiciorum, &c. Cum tamen adhuc non ſit formatus proceſſus informatiuus, ſiue inquiſitio ſpecialis, vt eludant iudices imperitos: debet igitur iudex prius formare ipſam inquiſitionem ſpecialem, ſiue proceſſum offenſiuum, & deinde ſeruatis ſeruandis poterit dari copia inquiſito.

## SVMMARIVM.

1 *Reo interrogato à iudice de crimine, an liceat in conſcientia veritatem negare, & numeris ſequentibus, per totam quæſtionem, & quando dicatur legitime interrogari? num.* 4.

17 *Reus inique interrogatus ordine non ſeruato, vel à iudice non ſuo, qui ius interrogandi non habet, licet non teneatur reſpondere, & ſi coactus reſponderit, an iuſte, & ſine vitio poſſit fallere iudicem, & verbis ambiguis reſpondere?*

18 *Seruo an liceat fugere à domino, vt à ſeruitute liberetur.*

19 *Teſti ab alio producto an liceat contra ſe reſpondere.*

21 *Bellum ex vtraque parte iuſtum non datur.*

23 *Reus legitime interrogatus à iudice, an teneatur credere, antequam reſpondeat, vel petere copiam proceſſus, ad hoc vt ſibi conſtet an iuridice interrogetur.*

---

## *An liceat reo in conſcientia veritatem negare, per quam condemnaretur?*

## QVÆSTIO IX.

1 QVÆRO, an liceat in conſcientia reo inquiſito, vel accuſato veritatem negare? Et in hoc omnes conueniunt, quod quicumque iuridice, hoc eſt, legitime ſecundum iuris ordinem interrogatur de ſuo crimine, tenetur illud ſub peccato mortali manifeſtare.

2 Quod liceat interrogare probatur ex Sacra Scriptura, Ioſue ſeptimo, vbi ſic interrogauit Ioſue Acham, vt confiteretur ſuum crimen: *Fili mi da gloriam Deo Iſrael, & confitere, ac indica mihi, quid feceris, ne abſcondas.* Dare autem gloriam Deo tenetur quiſque iuxta illud 1. ad Corint. 10. *omnia in gloriam Dei facite:* & Ionæ 1. Cum ob peccatum alicuius tempeſtatem illam ortam intelligerent illi viri, & iacta ſorte deprehenſus eſſet Ionas, Iure naturæ gubernator nauis, qui eo caſu erat legitimus iudex illius cauſæ, interrogauit Ionam, *quid feciſti?*

Quod ſit etiam neceſſarium medium aliquando probatur: nam exiſtente delinquente infamato, vel ſi habeatur contra eum ſemiplena probatio poteſt, & debet iudex procedere ad punitionem, quod tamen fieri non poteſt niſi per interrogationem, & confeſſionem delicti: non enim licet aliquem condemnare aut punire, qui non ſit confeſſus, vel conuictus per text. *in cap. nos in quemquam,* 2. *quæſtione.* 1. *& in cap. iudex, eadem cauſa & quæſtione*, quia iudex agit de bono publico, quod pacifice conſeruari non poſſet, niſi crimen puniretur: & hoc fieri nequiret, niſi iudex teſtimonio, & confeſſione rei cauſam cognoſceret.

3 Cum hoc igitur ita ſit, iudex habet ius interrogandi reum in hac ſpecie: ergo reus etiam tenetur ſub peccato mortali confiteri veritatem: alias enim darentur duæ contradictoriæ ſimul veræ, bellumque ex vtraque parte eſſe iuſtum, quod eſſe non poteſt. Denique inferior



inferior tenetur ſub mortali obedire ſuperioris mandatis licitis, & honeſtis in rebus grauibus, ad Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, & qui poteſtati ſuperioris* (intellige, iuridice procedentis) *reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit:* ſed in noſtra ſpecie ſupponimus iudicem iuridice procedere: ergo reus tenetur ei obedire, ſicque veritatem confiteri. Deinde noſtra aſſertio probatur *in cap. cum dilecti, de accuſat.*

4 Iuridice autem tunc procedit iudex in propoſito, adhoc vt reus teneatur confiteri veritatem, quando præcedit infamia, vel eſt notorium factum contra reum, vel adeſt ſemiplena probatio per vnum teſtem omni exceptione maiorem aſſertiue deponentem, vel per indicia ſufficientia in criminibus publicis, iuxta reſoluta per authores *infra* citandos.

5 His autem deficientibus minime tenetur reus contra ſe confiteri veritatem, ex text. *in cap. quis aliquando de pœnitent. diſt.* 1. vbi Beatus Chryſoſtomus inquit: *non tibi dico vt te prodas in publicum, neque apud alios te accuſes, ſed obedire te volo prophetæ dicenti, Reuela ante Deum viam tuam*, vt infra dicemus *in quæſtione ſequenti*, & prædictam ſententiam affirmatiuam tenet D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 1. & 2. receptus communiter *ibi*, & alibi per omnes, vt patet ex Caietan. & cœteris ſcribentibus ſuper eum, & Soto *de ratione tegend. & detegend. ſecret. in ſecundo membro. quæſt.* 7. *concluſ.* 1. & 2. *& de iuſt. & iur. lib.* 5. *quæſt.* 6. *art.* 1. & 2. *quæſt.* 7. *art.* 1. Nauar. *in man. cap.* 25. *num.* 35. & eſt communis opinio Doctorum vtriuſque iuris, vt plurimos referens teſtatur Anton. à Cordub. *lib.* 1 *ſuar. quæſtion. quæſt.* 43. *fol.* 350. *col.* 2. & D. Thom. in hoc eſt communiter receptus, vt teſtatur nouiſſime cum ſequutus Ludouic. Vela *in reſponſio. ad caſus conſcientiæ, caſu* 52. Et eſt doctrina communis vt teſtatur eam ſequutus Ludouic. Carbo *de reſtitutione quæſt.* 51. *in verſiculo, poſtrema.* & in eam conueniunt omnes fere Theologi, vt plurimos congerens teſtatur Petr. à Nauarr. *lib.* 2. *de reſtitutione, cap.* 4. *num.* 138. & ex noſtris eam plures allegans tuetur D. Couarruuias, *in practicis quæſtionibus, cap.* 18. *num.* 7. *ad finem, & lib.* 1. *variarum, reſolutionum, cap.* 2. *num.* 1. Nauarr. *in cap. inter verba, corollario* 46. 11. *quæſtione* 3. Gregorius Lopez, *in l.* 4 *per text. ibi, tit.* 29. *partit.* 7. in gloſſa, *iurar que diga la verdad.* vbi late Rode. Suar. *in l.* 4. *titu. de las iuras, num.* 15. *lib.* 2. *fori legum*, Antonius Gomez, 3. *tom. variarum reſolutionum cap.* 12. *de probat. delict. num.* 5. Bernardus Diaz de Lugo *in practic. crimin. cap.* 126. *in nouis num.* 4. nos idem ſequuti *lib.* 1. *canonicarum quæſtionum cap.* 11. *num.* 39. & *cap.* 15. *num.* 15. & latiſſime eam probat, & ſequitur plures allegans, & dicens quod eſt communis, & receptiſſima ſententia Theologor. & Canoniſt. Salzedo in addition. ad Bernardum Diaz, *vbi ſupra*, & eam omnes tam Theologi, quam Canoniſtæ communiter fatentur ſecundum D. Segura *in ſuo inſtructor. iudic. Eccleſiaſtic.* 2. *parte cap.* 24. *num.* 29. vbi quod alias non eſt abſoluendus reus, eamque ſequitur, & late probat plures allegans Magiſter Aragon ſuper D. Thom. 2. 2. *quæſtione* 69. *artic.* 1. & 2. *pag.* 495. *in verſic. mihi ex his, columna.* 2. *cum ſequenti*, & late Vega *lib.* 2. *caſuum conſcientiæ, caſu* 307. iuxta impreſſionem Complutenſ. *ann.* 1594. *fol.* 83.

6 Et procedit hæc ſententia, etiam ſi ſine iuramento, reus à iudice legitime interrogetur: quod patet ex fundamentis prædictis, quæ non nituntur in vi iuramenti, ſed ex iure, quod habet iudex ad interrogandum, & ex obedientia, quam inferior debet ſuperiori iuridice procedenti, ita Soto, & Salon *vbi ſup.* ſcilicet *de iuſt. & iur. column.* 1472. *in fine, & in principio ſequentis*, & iterum *colum.* 1563. *controuerſ.* 10. *in* 2. *concluſ.*

7 Sed quamuis præfata opinio D. Thom. receptiſſima ſit, Abb. tamen *in cap.* 2. *colum. penultima de confeſ.* Syluester, *verſic. confeſſio delicti, quæſtion.* 1. Angel. *eadem verb.* Armil. aurea, *quæſtion.* 8. Alcocer *in ſumma, cap.* 26. *§. incip. el Reo*, necnon, & Nauar. ab eo citatus ita in propoſito diſtingunt, vt ſi quidem reus ex confeſſione timeat pœnam temporalem poſſit negare veritatem, ſiue iudex procedat ex mero officio, ſiue ad inſtantiam partis. Si vero pœna imponenda non ſit temporalis, ſed ſpiritualis, vt excommunicatio, & ſimil. teneatur ſub peccato mortali delictum confiteri. Sed eſt falſa hæc opinio, & diſtinctio, & contra omnium Theologorum ſenſum (vt vidimus) ideo non eſt tenenda.

8 Eſt & alia nouior tertia opinio quorundam Recentiorum pie, & probabiliter exiſtimantium, non vniuerſaliter (vt ſecunda dicebat opinio) ſed in cauſa criminali præcipue capitis, poſſe reum in conſcientia veritatem ſecluſo mendacio verborum inuolucro contegere, ita Petrus à Nauarra, *libr.* 2. *de reſtitutione, capit.* 4. *num.* 142. *cum ſequentibus*, & Ignatius Salzedo, in addition. ad Bernard. Diaz, *in practic. crimin. cap.* 126. *verſic. nono denique*, & Pater Frater Emanuel Rodericus, *in ſua Summa de caſos de conſciencia, cap.* 10. *del orden iudicial, numer.* 1. vbi idem probat quoties agitur de magno honore, quorum hæc ſunt fundamenta.

Primum naturalis æquitatis dictamen, ac vehemens inclinatio, quam natura dedit ad ſui conſeruationem: à qua naturali æquitate proficiſcitur ius aliena ſurripiendi pro ſuſtentatione neceſſaria in extrema neceſſitate: ſimiliter inimicum inuadentem occidere, & ſeruo licet fugere à domino vt liberetur à ſeruitute eius, quæ mors ciuilis eſt: ergo multo fortius natura permittente licebit reo tacere veritatem, quæ probari non poteſt, vt ſuam quiſque vitam ſaluare poſſit.

9 Secundum fundamentum huius opinionis eſt, quoniam in iure habetur quod conſanguineus compelli non poſſit contra conſanguineum ad teſtificandum, vt *in l.* 4. *cum ſeq. de teſtibus ff.* nec ſimiliter quando magnum aliquod diſpendium timet teſtis in ſe ipſo: non enim poteſt interrogari teſtis, nec ipſe tenetur reſpondere ſuper his interrogationibus, per quas turpitudo ipſius teſtis detegitur, ex ratione *text. in d. cap. quis aliquando, §. non tibi dico, prima diſtinct.* & ideo nec an crimen commiſerit, quod ei obiicitur, ad eruendam eius teſtimonij fidem, cum eſſet iniqua, & iniuſta interrogatio, etiam ſi crimen ſit publicum, vel ſit ipſe teſtis eius cauſa publica nota inſignis, quem vulgo dicimus infamatum, vt ex Innocentio, & probat Couarruuias *in practicis quæſtionibus capit.* 18. *numer.* 17. Quis autem eſt magis propinquus conſanguineus quam quiſque ſibi? aut quod maius diſpendium, quam mortis? Nec dicatur quod *in d. l.* 4. ſolum agitur de criminibus occultis, in quibus nec indicia, nec infamia, neque ſemiplena probatio præceſſerunt: nam ſi hoc ita eſſet, nullum ibi inueniretur beneficium legis conſanguineis conceſſum, cum nec etiam

extranei tunc compelli poſſent ad teſtifican-
dum de ſimpliciter occultis : & tamen certum
eſt, ex mente omnium, aliquid ſpeciale in ea
lege propinquis concedi, ac etiam teſtibus in
proprio crimine, quod aliis in communi non eſt
conceſſum.

10 His tamen non obſtantibus, nec aliis huiuſ-
modi, quæ excogitati poſſint ad colorandam
hanc opinionem, ea falſa eſt, ac proinde reii-
cienda omnino, ac non tenenda, nec conſu-
lenda reis, aliiſve, vtpote contra ſalutem ſuam
ſpiritualem : ſed potius amplectenda eſt prima
ſententia D. Thomæ, quæ eſt veriſſima commu-
nis, & receptiſſima tam Theologorum, quam
vtriuſque iuris Profeſſorum : quis ergo timora-
tæ conſcientiæ audebit ab ea diſcedere? Funda-
menta profecto eius ſupra relata eam veriſſi-
mam reddunt etiam in cauſa criminali, capita-
li, & honoris, vt deducitur ex mente D. Tho-
mæ, & ſequacium vtrumque caſum compre-
hendente.

11 Quandoquidem generaliter, & ſimpliciter
loquuntur in quacumque cauſa criminali : &
nuncupatim, quod reus legitime interrogatus
à iudice de crimine iam iuridice notorio tenea-
tur illi confiteri veritatem, etiam ſi videat cer-
to, & euidenter ex tali confeſſione imminere
ſibi mortem, tenent. D. Soto *de iuſtitia, &
iure, lib. 5. quæſt. 6. artic. 1. in prima concluſio-
ne*, & Salon *de iuſtitia, & iure, in 2. 2. D.
Thom. quæſt. 69. artic. 2. controuerſia*, 10. *colum-*
1561. dicens hoc conſtare ex D. Thom. *in primo
artic. illius quæſtionis*, vbi probauit in re gra-
ui, qualis eſt hæc : eſſe peccatum mortale in-
trinſece ex ſuo genere mentiri iudici iuſte in-
terroganti, & quod hæc eſt communis omnium
Doctorum nemine diſcrepante præter impe-
ritum vulgus; qui vitam corporis ſaluti huma-
næ ſolet præferre. Eandem doctrinam D. Tho-
mæ, *ſupra citati*, & communiter recepti ſic in-
terpretatur Nauar. *in Manuali, cap. 25. nume-
ro* 35. Ludouicus Vega *vbi ſuprà, dicto caſu* 32.
*in princip.* ibi, quamuis ob id ſit morte ple-
ctendus, & communiter omnes ita volunt ac
ſentiunt, & nouiſſime Carbo *vbi ſuprà*, admo-
nens confeſſarios vt caueant ne abſoluant reos,
qui nolunt veritatem fateri cum iuridice inter-
rogantur, nec eos cogant, cum non recte inter-
rogantur.

12 Quinimo ipſi Doctores probant teneri quem
iure diuino, & humano, etiam de proprio
crimine reſpondere, quoties iure fuerit inter-
rogatus ſecundum Innocentium, *in cap. 2. de
confeſſis*, & ibi Doctores, Diuus Thom. *in ſe-
cunda ſecundæ, quæſtione* 62. *artic. 1. & quæſtio-
ne 76. artic.* 1. Soto, & alios quos in id ipſum
citat Diuus Couarruuias, *in practicis quæſtioni-
bus, dicto cap.* 18. *numero 7. circa finem.* Si er-
go ad hoc tenetur reus iure diuino, & huma-
no quis quæſo interpretum, præcipue iunio-
rum, audet diſtinguere inter crimen, & cri-
men? nonne in vtroque idem ius ligat : & ita
merito contra Petrus, à Nauarr. *vbi ſuprà*, dicit
eſſe longe probabiliorem ſententiam, eam ſe-
quutus, & bene probans cum quampluribus
authoribus quos refert Magiſtrat. Aragon. *vbi
ſuprà.*

Et quia deſtructo fundamento corruit ædifi-
tium, vt *in cap. cum Paulus*, 1. *quæſtione* 1. Ad
primum fundamentum Modernorum, hoc eſt,
naturalis rationis dictamen, ac vehementem
inclinationem, quam natura dedit ad ſui con-
ſeruationem, reſpondemus, Primo hoc pro-
cedere, dummodo non agamus alias contra
aliud ius naturale ac diuinum, præcipiens non
eſſe mentiendum, nec iurandum nomen Dei
in vanum, & ſic dum non faciamus contra
conſcientiam : quia qui contra eam facit ædifi-
cauit ad Gehennam, & potius debemus omnia 13
mala pati, quam peccato conſentire, text. *in
cap. ſacris, de his quæ vi, metuſve cauſ. fiunt,
cap. inquiſitiones, de ſententia excommunicatio-
nis*, & ibi gloſſa *verbo humiliter ſuſtinere, cap.
ita ne*, 32. *quæſt.* 5. & mendacium adeo eſt in-
trinſece malum, vt nullo modo poſſit bene fieri,
aut honeſtari ex aliqua circunſtantia, vt bene
probat Salon *de iuſtitia, & iure, columna* 1473.
*in finem.*

Secundo poteſt procedere contrarium funda-
mentum, quando reus de occulto crimine, &
ſic non iuridice, nec legitime interrogatur,
quo caſu reus non tenetur confiteri veritatem,
ſed poteſt eam verborum inuolucro contexe-
re, vt *ſuprà*, aſſeruimus, & *infra* latius proba-
bimus.

Ad primum corollarium, quod ex illo pri- 14
mo fundamento elici videbatur, nempe, vt
pro ſuſtentatione vitæ neceſſaria in extrema ne-
ceſſitate poſſit quis aliena ſubripere : Reſpon-
detur, ideo hoc tunc licere : quia tempore
neceſſitatis omnia ſunt communia : res enim,
quæ homini redundant, pauperum ſuſtentatio-
ni iure naturæ debentur. Et D. Ambroſius (vt
*in Decreto habetur 47. in diſtinct.*) ait : *Eſurien-
tium panis eſt, quem tu detines, nudorum in-
dumentum eſt, quod tu recludis miſerorum re-
demptio, & abſolutio eſt, pecunia, quam tu in
terra defodis.* Ratio autem naturalis ſic col-
ligitur : nullum ius gentium, aut humanum,
naturali poteſt, aut diuino derogare, cum hæc
ſuperiora ſint; iure autem naturæ diuinaque
prouidentia inſtitutum eſt, vt res inferiores
hominum neceſſitati ſubueniant, propter quos
conditæ ſunt : ergo vbi res huiuſmodi redun-
dantes poſſeſſori non ſeruiunt, nullo iure hu-
mano vetari poſſunt, quominus in egentium
vſum veniant. Quo fit, vt in extrema neceſ-
ſitate, putà, vbi euidens, & ingens eſt, tunc
calamitoſus ille licite poſſit alienis rebus ſibi
ſuccurrere, ſiue clam ſublatis, ſiue palam : quo
niam, tam innatum eſt homini ius ſeruandi
ſeſe, vt illi alia cuncta cedant, vt probat
Dominic. à Soto *de iuſtit. & iur. libro quinto,
quæſtione tertia, articulo quarto*, at vero in ſpe-
cie noſtræ quæſtionis reſpondendi iudici com-
petenti, iuſte, & legitime interroganti reo,
non inuenitur vllo iure permiſſum menda-
cium, aut occultatio veritatis : nec enim pro
conſeruatione corporis, quæ eſt res mino-
ris valoris, licet animam perdere, quæ eſt
bonum ſupremi valoris : ita enim hæc inter ſe
differunt, quantum ſpiritualia diſtant à tempora-
libus.

Quinimo non licet vti falſitate, vel menda- 15
cio ad mortem euitandam, *text. in cap. nequis
cum ſequentibus*, 22. *quæſt.* 2. ex Auguſtin. *in* 5.
Pſal. *& lib. contra mendacium cap.* 17. & ita peccat 16
aduocatus, qui in iudicio, etiam contra aduer-
ſarij cauillationes, iudicem, vel eundem aduer-
ſarium mendacio, aut falſitate decipit, D. Tho-
mas, 2. 2. *quæſt. 71. artic. 3. & quæſt. 40. artic.* 3.
communis, vt ex aliis probat D. Couar, *lib. 1. va-
riar. reſol. cap. 2. num. 1. vbi num. ſequenti* in no- 1
ſtris propriis terminis probat, quod licet inique
interroga



interrogatus ordine non ſeruato, vel à iudice
non ſuo, qui ius interrogandi non habet, non
teneatur reſpondere : & ſi coactus reſponderit,
iuſte & ſine vitio, valeat ipſum iudicem verbis
ex communi ſignificatione ambiguis fallere, mē-
tiri tamen nullo pacto debet, alioqui peccato ſub-
ditur, & hoc cum D. Auguſtino, Thom. Caietan.
Adrian Sot. Nauar. & Gineſio à Sepulued. quos
ibi refert. Ergo cum reus iuridice interrogatur
iudicem fallere non poteſt, nec vti aliquo men-
dacio, aut veritatem contexere : præſertim : quia
quādo iudex iuridice procedens ita interrogatio-
nibus (vt ſolent practici, & periti iudices) premit
reum, vt abſque mendacio veritatem occultare
nullo modo poſſit, quid proderit ei præfata no-
ua, ſed falſa opinio modernorum.

Ad ſecundum corollarium prioris fundamen-
ti, nempe quod pro conſeruatione ſui liceat, cui-
que inimicum, inuadentem occidere. Reſponde-
mus id licitum eſſe, ac recte procedere eodem
iure naturali, nullo alio iure in contrarium exi-
ſtente, nempe : quia vim vi repellere licet cum
moderamine inculpatæ tutelæ, eſt enim defenſio
de iure naturali. Quinimo hoc argumentum con-
tra ipſos retorquetur : ſi enim in hoc moderami-
ne inculpatæ tutelæ vtendum eſt, vt liceat inua-
dentem occidere, inde fit non licere mentiri, aut
veritatem occultare iudici iuſta interroganti :
quia non ſeruatur prædictum moderamen, cum
perdat animam.

18 Ad tertium corollarium adductum in con-
trarium de quo *ſuprà, num.* 8. *ad finem*, de fu-
ga ſerui, quod licita ſit, &c. Reſpondemus
contrarium, vt patet ex traditis nouiſſime per
Molin. Theolog. *de iuſt. & iur. tractat. 2. diſ-
put. 37. colum.* 294. *cum ſequentibus*, & per Ara-
gon. *de iuſtit. & iur. quæſt. 66. artic. 1. & 2. pag.* 396.
*colum.* 2.

19 Ad ſecundum principale fundamentum par-
tis contrariæ, quod conſanguineus non poſſit
compelli ad teſtificandum contra conſangui-
neum, *lib. 4. cum ſimilibus, ff. de teſtibus.* Reſpon-
detur non facere ad propoſitum : quia vendicat
ſibi locum text. ille, quando certum eſt iudici,
ſocerum, generum, cæteraſque perſonas ibi ex-
preſſas : quia delicto adfuerunt, depoſituras ad-
uerſus ipſum reum, vt conſtat ex ipſo text. in
illis verbis *vt teſtimonium litis dicat aduerſus ſo-
cerum*, &c. Hic autem non agimus magis in in-
certo, ſcilicet, quando iudex, vt ſibi veritas in-
noteſcat, poſt alias probationes non omnino eui-
dentes conquiſitas reum interrogat, qui niſi ve-
ritatem exponat peccati mortalis reatum incur-
ret, &c.

20 Similiter minus obſtat, quod teſtis ab alio,
productus non teneatur contra ſe reſpondere,
nempe, ſuper iis interrogationibus, per quas
turpitudo eius detegitur, ex ratione, text. *in di-
cto capite, quis aliquando, §. non tibi dico, vt
te prodas, etiam ſi crimen ſit publicum* : quia in
illa ſpecie iudex non procedit contra teſtem
tanquam contra reum, ſed cum examinat, vt
teſtem productum. Tenetur igitur cum iuri-
dice teſtis interrogatur crimen alterius, quod
ſcit detegere, non vero ſuum : quia non iu-
ridice de ſuo crimine interrogatur, cum ſit
teſtis, ſimmo eſt iniuſta, & iniqua ea interro-
gatio.

21 Nec ſatisfacit reſponſio Nauarr. *de qua ſu-
pra, num.* 3. ad rationem factam pro communi,
nempe iudicem iuridice, ac legitime interro-
gare, præcipue cum iuramento, veritatem ſibi
manifeſtari, & tamen reus legitime eam abſ-
condit : quia vterque iure ſuo vtitur, iudex per-
contando ob commune bonum, & reus celando
ob bonum propriæ vitæ. Nec mirari (inquit)
quiſquam debet, quod detur iſtud veluti bel-
lum iuſtum ex vtraque parte, ſecluſa ignoran-
tia inuincibili : ſiquidem conſtat licitum eſſe
iudici damnato ad mortem præcipere, vt è car-
cere non fugiat, & tamen ipſe parere non te-
netur, Damnato etiam ad mortem in abſentia
iudex legitime præcipit, vt compareat, & ta-
men ipſe in abſentia venire non tenetur, & ſic
in ſimil. Hæc namque reſponſio nulla eſt, ſem-
per enim eſt implicatio in adiecto, quod detur
bellum iuſtum ex vtraque parte : quod contin-
geret ſi Prælato iuridice, ac legitime interro-
gante de crimine, poſſet reus illud licite cela-
re, præmaxime quod ex iure, quod Superiores
habent ad aliquid præcipiendum, euidenter
colligitur obligatio ſubditi ad obediendum : non
enim fieri poteſt quod ſubditus habeat ius ad
non obediendum, & quod illud habeat Supe-
rior ad præcipiendum, cum hæc ſint correlati-
ua, mutuoque ſe conſequantur, vt conſtat ex
Paul. ad Romanos decimo tertio. *Qui reſiſtit
poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, qui autem reſi-
ſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* Nec ob-
ſtant exempla in contrarium adducta : quia in
illis, cum inclinatio, quam habent homines
ad tuendam propriam vitam, atque libertatem,
ſit valde naturalis atque vehemens, fit vt non
habeant iudices poteſtatem præcipiendi, ne
condemnatus ad mortem fugiat ſi poteſt, vel
quod abſens compareat, quamuis habeant ius
ad illud ſuſpendendum : eſſent enim huiuſmo-
di præcepta valde rigida, & iure gentium nul-
la. Quare, dum damnati fugiunt, vel citati
non comparent, nec faciunt iniuriam mini-
ſtris iuſtitiæ, nec illis reſiſtunt, aut violen-
tiam inferunt, ſed tantum cauſam ſuam deſe-
runt diffidentes de illa, præſentiamque ſuam
negant, quam vt ſupponimus ex iure gentium
exhibere non tenentur ad mortem, quam in-
de ſibi vident imminere. Et eadem ratio eſt de
ſeruo, qui ſe non vendidit, quantum ad recu-
perationem propriæ libertatis. At vero qui iam
præſens in iudicio legitime cogitur reſpondere,
faceret iniuriam iuſtitiæ, illique reſiſteret, non
reſpondendo, ſicut & qui fugit reſiſtendo, aut
qui iuſſus aſcendere patibulum, vel collum gla-
dio iuſtitiæ exhibere, id facere non vult, ita op-
time reſpondet Aragon *vbi ſuprà, pag.* 496. *co-
lumna* 1. & 2.

Quibus fit, vt nullo iuris colore defendi poſ- 22
ſit opinio contraria Modernorum aduerſus D.
Thomam, & cæterorum receptiſſimam omnium
ſententiam, audaciam prioris, Petri nempe Na-
uarræ, omnes merito reprehendent : quia cum
eſſet Theologus leuiter diſceſſit à doctrina D.
Thomæ præceptoris communis, tantorumque
Patrum communi recepta, ſecuriorique animæ :
& eo magis, quod aliis auſam præbuerit à ve-
ritate, & ſolida doctrina deuiandi, incedendi-
que via laxiori cum periculo ſalutis anima-
rum, niſi horum poſteriorum factum quoque
increpemus, cum eadem ratione non deberent
à doctrina veriſſima, & receptiſſima declinare,
ſequuti iunioris nouam, ac periculoſam, quæ
potius gratia diſputationis, quam vt in actu
practico ſequeretur, dicta, aut ſcripta cenſenda
merito foret. Sed miror quoque Ignatum Sal-
zedo, qui cum eſſet vir perdoctus, & ſenex, ac
in

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in florentiſſima Theologorum Academia Complutenſ. exiſtens, & publicus profeſſor Sacrorum Canonum, illam ſingularem opinionem Nauarræ ſequutus fuerit, ſibimet directo contrarius *in verſiculo, paulo præcedenti, incipit. quamuis opinionem contrariam*, *ibi* ſed primam opinionem tanquam veriorem amplectimur, appellans eam communem apud Theologos, & receptiſſimam. Igitur de Emanuele Rodriq. amico noſtro quid dicam. Nihil profecto, niſi quod cum valde Religioſus, & doctus ſit, publicuſque profeſſor doctrina Sancti Thomæ, ab eius prædicta ſententia approbatiſſima diſcedere non deberet, vt vulgo imperito placeret. Hi tamen tres Socij eam ſolum habere poſſunt excuſationem, nempè, quod ita putauerint iuxta proprias conſcientias poſſe defendi: non tamen debuiſſent id palam docere, nec publicis ſcriptis mandare, ne rei deinceps, eorumque aduocati, & conſiliarij ſuum ſequuti iudicium faciant reos, contra quos iuſte, & legitime proceditur, veritatem occultare, ne dicam etiam negare.

23 Sed vtrum ad hoc, vt reus teneatur iudici reſpondere veritatem legitime interroganti (vt ſupra viſum eſt) ſit neceſſarium quod iudex prius ei notificet contra ipſum eſſe infamiam, indicia, vel ſemiplenam probationem, vt ſic ſciat ipſum iuridice interrogare, an vero teneatur ſtatim ei fidem adhibere, credereque, quod iuridice interrogat, vt veritatem illico manifeſtet: egimus late *lib. 1. Canonic. quæſtionum, cap. 11. num. 43.* Vbi retulimus duas opiniones contrarias affirmatiuam, quæ habet iudicem teneri prius reo notificationem prædictam facere, & negatiuam, quæ contrarium dictat, nempe vt non ſit neceſſarium, quod id reo conſtet, ſed debeat pro iudice præſumi, quod legitimè procedat, & interroget, adhoc vt reus eidem teneatur reſpondere veritatem. Et hanc diximus communiter practicari, & ſequuti fuimus, dum de oppoſito non conſtiterit ſufficienter. Cenſuimus tamen, *num. 44.* quod reo poſtulante debeant illi edi atque legi dicta teſtium ad hoc, vt ſciat an veritatem fateri teneatur, & quod ſi hoc à iudice denegetur non tenebitur reſpondere: idem nunc quoque probamus. Tametſi Magiſter Aragon, *vbi ſuprà, pag. 497. colum. 1. in principio*, opinionem priorem præfatam affirmatiuam probet, nempe, quod quamdiu reus dubitat, an ſint inditia ſufficientia, infamia, vel ſemiplena probatio contra eum, vt ſæpe accidit: quia iudices frequenter leui rumore, & leuibus inditiis moti glorioſum ſibi exiſtimant, ſi ſub iuramento minis, & aliis vexationibus mille artibus vtentes à reo veritatem extorqueant de crimine occulto, quod commiſſum ſuſpicantur, non tenetur reſpondere veritatem, quamuis non debeat mentiri. Nec pro iudice eſt præſumendum quamdiu de reo non conſtat, vel rationabiliter conſtare debet, quod ipſe legitime procedit, maxime in rebus grauioribus, & potiſſimum in his, quæ vitam in diſcrimen obiiciunt. Sed quod in rebus leuioribus poſſunt, quidem ſubditi Prælatis fidem adhibere, & non omnibus, ſed illis quos probos, prudentes, ac ſcientiæ peritos cognouerint, cum tamen in rebus grauioribus ius habeant vitam, & proprium honorem tuendi, quouſque ſibi contrarium rationabiliter conſtiterit. Addit præterea, quod ſibi dicta opinio negatiua contraria nimis dura videtur. Sed cum in dubio pro iudice præſumendum ſit, adhuc ſuſtineri poteſt prædicta opinio negatiua, cum eam ſequantur alij Authores, & quidem graues, præſertim quando reo alias conſtat contra ſe eſſe probatam infamiam, indicia, vel eſſe ſemiplenam probationem. Non tamen condemnare poſſumus eos, qui prædictam opinionem affirmatiuam ſequuti delictum iudici non propalauerint, neque eorum conſultores: ſiquidem authoritate tantorum Patrum, & probabilitate quoque eſt munita, & præterea in fauorem teitimo ſecuros eos eſſe cenſerem, dummodo reo non conſtiterit prædicta eſſe probata in proceſſu, quamuis ei iudex id non notificauerit. Cæterum proculdubio procederet opinio præfata affirmatiua, ſi reus certo ſciret, vel bona fide crederet contra ſe nihil poſſe probari: ſi quidem delictum omnino occultum fuit. Quod ſi poſſet probari, & dubitat an contra ſe ſit ſemiplena probatio, vel infamia, aut indicia probata, petat à iudice proceſſus copiam antequam reſpondeat: quo facili medicamento auſteritas, & durities negatiuæ ſententiæ viſa Cordubæ, & Aragon mollitur; quod ſi iudex eam reo negauerit, tunc reus ſecure non tenebitur iudici veritatem manifeſtare, cum ceſſet iam pro eo prædicta præſumptio, ex quo iudex per id ſuſpectus efficiatur reo.

## SVMMARIVM.

1 *Reus an teſtis à iudice, non iuridice interrogatus, quid debeat an poſſit reſpondere? & num ſeqq.*

3 *Mentiri non licet reo, etiam ſi iudex contra ordinem iuris interroget, & de aliis in propoſito, num 4.*

6 *Teſtis debet legitime interrogari ſicut reus. Et quæ ſunt neceſſaria ad hoc in reo, in teſte quoque deſiderantur. Fallit quando proceditur via accuſationis, vt in n. 9. & 10.*

7 *Interrogatus legitime à iudice negans veritatem peccat contra iuſtitiam, & tenetur de damnis inde ſecutis.*

*Teſtis, qui fraude, aut dolo ſubducit ſe ne à iudice in teſtem vocetur ad liberandum proximum ſuum ab iuſta morte, pœna, vel infamia, an peccet, & an aliquam reſtitutionem teneatur num. 7.*

9 *Teſtis, qui ſolus vidit committi delictum, quando proceditur via accuſationis, tenetur interrogatus dicere veritatem, & n. 10. & 11. Et idem quando plures teſtes viderunt committi delictum, vt in n. 12. & 13.*

14 *Teſtis contrarius interrogatus an licitè poſſit reſpondere iudici, ſe factum neſcire?*

15 *Teſtis tenetur teſtificari, etiam ſi non interrogetur iuridice, quando in crimen eſt in fieri, aut inſtat, vel vergit in damnum notabile Reipublicæ, vel proximi.*

16 *Præterquam in confeſſione vere Sacramentali, vel ſecreto commiſſa, quia hæc nullomodo ſunt manifeſtanda n. 16. & 17.*

18 *Infamia ad interrogandum reum, vel teſtem, an ſatis ſit de facto, vel requiratur, quod ſit de perſona, vt in exemplo de quo hic?*

De



*De reo, vel teſte non iuridice à iudice interrogato quid facere tunc debeat, ac poſſit?*

## QVÆSTIO X.

1 QVæro, quid dicendum ſit, ſi iudex de occulto crimine, vel alieno illegitime, hoc eſt, non iuridice interroget reum, vel teſtem, ſcilicet, quando non præcedit infamia, nec eſt notorium factum, nec adeſt ſemiplena probatio, vel indicia, vel ſi non ſit proprius iudex, & ſic contra ordinem iuris interrogetur?

2 Et quidem in hac ſpecie reſpectu rei omnes conueniunt, ipſum reum non teneri ad aperiendam veritatem, etiam ſi ſub iuramento interrogetur: ſed poſſe eam occultare vtendo quacumque amphibologia, quam vſitatus ſermo citra mendacium ferre poſſit: nam ſi alia verba nullàtenus ſenſum admitterent, mendacium pateret.

3 Mentiri autem nullo modo licet etiam ſi contra ordinem iuris iudex interroget, vt docent S. Thom. 2. 2. *quæſt. 69. art. 1. & 2.* & communiter Theologi, & Canoniſtæ.

4 Quoniam mendacium adeo eſt ſua natura malum, & iniquum, vt nullam ob cauſam qui illud protulerit incolumis à culpa ſit. ¶ Tametſi, quando iniuſte, ac citra iuramentum interrogatur quis, mendacium illud non ſit mortale: quia non pernicioſum, ſed odioſum eſt, ſecus ſi ſit periurium, ita Soto *lib. 5. de iuſtitia, & iure, quæſtione 6. artic. 1. in tertia concluſione*, ſupra dictam etiam concluſionem in reo tenent plerique ex præcitatis *in quæſtione præcedenti*, & Soto etiam, *vbi ſup. art. 2. in verſic ſi vero: & de ratione tegend. ſecret. membr. 3. quæſtion. 3. concluſione 4.* D. Couarr. *lib. 1. variar. reſolut. cap. 2. num. 7.* & cœteri omnes de hac re agentes: ex quibus conſtat hanc eſſe receptiſſimam ſententiam Theologorum, & Canoniſtarum de quo latius *infra* agemus *in q. ſtatim ſequenti.*

5 Quod autem maiorem habet difficultatem, eſt reſpectu teſtis an interrogatus à iudice teneatur ei aperire veritatem. Et in hoc ſit generalis concluſio, quod vbi iuſta præceſſit accuſatio ſecundum debitam iudicij formam, tenetur homo Superiori ſubiectus teſtimonium ferre, in occultis autem de quibus infamia non præceſſit minime, & præcipuè Superiori non ſubiectus. Hæc eſt concluſio D. Thomæ, *quæſt. 2. 2. 70. art. 1.* & omnium ſcribentium *ibi*, ſuper eum præcipuè Soti *lib. 5. de iuſtitia & iure, quæſtion. 70. art. 1.* & Salon *eodem tractatu de iuſtitia, & iure in D. Thom. 2. 2. quæſt. 70. artic. columna 1622. cum ſequentibus*, & ibidem Magiſter Aragon, *pag. 518. columna. 2. in verſic. his conſtitutis*, vbi quod ſicut certum eſt, quod tenetur reus dicere veritatem quando legitime à iudice interrogatur, ita etiam eſt certum de teſte, & quæ requiruntur ad hoc, vt iudex legitime interroget reum, ſunt etiam neceſſaria ad legitimam teſtis interrogationem, vt etiam alij DD. argumentatur.

6 Ex quo inferunt, quod qui legitime interrogatus à iudice, de aliqua veritate, vel eam negat, aut occultat, peccat contra iuſtitiam, & tenetur de damnis inde ſequutis: idemque eſſe in eo qui fraude, aut dolo ſubducit ſe, ne à iudice in teſtem vocetur, ſecus, ſi nec vocatus, nec interrogatus tacet ea quæ neceſſaria ſunt ad libe- 9
randum proximum ab iniuſta morte, pœna, vel infamia, vel quouis alio nocumento, tunc enim quamuis delinquat grauiter ad nullam tamen reſtitutionem tenetur: quia non contra iuſtitiam, ſed tantum contra charitatem peccat, vt cum Beato Thom. probat, & tenet Aragon *vbi ſup.* In occultis autem & de quibus infamia non præceſſit non ſolum teſtis poteſt occultare veritatem, ſed imo tenetur, ſi ſit in præiudicium tertij vt conſtat ex prædictis.

Illud tamen Reperio apud DD. in propoſito 8
differre inter reum, & teſtem, quod in his, quæ ſunt in damnum alterius, reus non tenetur ad reſpondendum iudici, niſi exiſtat ſemiplena probatio, quando proceditur per viam accuſationis, vel infamia, quando proceditur per viam inquiſitionis. Teſtis vero etiam ſi prædicta non exiſtant tenetur ad teſtificandum, quo fit vt ſi accuſatio ſit iuſta in vtroque foro, vel in foro tantum exteriori teſtis tenetur reſpondere iudici interroganti, eique veritatem aperire, vt probat latè Salon *vbi ſupra controuerſ. 1. column. 1617. cum ſequenti*, dicens ſe attigiſſe, *quæſt. 69. artic. 2. ſed ibi column. 1519. in verſic. ad quartum* videtur ſibi contrarius, dum ſupponit debere eſſe ſemiplenam probationem, vel indicia manifeſta, ad hoc vt iudex iuſte interroget, quando proceditur per viam accuſationis, quam vt teſtis teneatur reſpondere. Recte tamen inſpectus ibi hoc non requirit de neceſſitate, ſed tantum dicit non requiri infamiam, quando eſt accuſator, ſed ſufficere accuſatorem cum ſemiplena probatione, vel indiciis manifeſtis, & clarius *in d. vltimo loco* ex propoſito probat, & tenet, quod prædiximus, ſed nihilominus eadem ſunt neceſſaria in teſte, quæ in reo, vt diximus *ſup. num. 6.*

Ex quibus deducitur, quod ſi quando proce- 7
ditur per viam inquiſitionis, teſtis, qui vidit cum aliis conteſtibus committi homicidium, interrogatus à iudice non teneatur reſpondere, niſi vel infamia præceſſerit, vel indicia iuxta *ſupra* tradita: ſi tamen procedatur via accuſationis etiam ſi ſolus videris committi delictum, teneris adductus in teſtem teſtimonium ferre. Reus autem tunc interrogari iuſte non poteſt abſque vno præuio iuratoque idoneo teſte, ita nuncupatim tenet Soto *d. lib. 5. de iuſt. & iur. quæſt. 7. art. 1. circa fin.* ibi, *item vidiſti*, quem refert & ſequitur Don Ludouicus Peguera *deciſione crimin. 5. numer. 11.* quæ opino probabilis eſt, ex ſupradictis, & propter authoritatem Soti, eam tenentis.

Nec his obſtat generalis concluſio Beati Tho. 10
communiter recepta ſup. relata, dum loquitur etiam præcedente iuſta accuſatione, vt tunc teſtis de occultis non teneatur reſpondere: quia reſpondemus cum eodem D. Thom. 2. 2. *quæſt. 68. art. 1. ad tertium*, non eſſe omnino ſecretum (ſaltem iuridice) quod per ſufficientes teſtes poteſt probari. Vnde quando D. Thom. *q. 70. art. 1.* ait iudicem iuſte interrogare in criminibus manifeſtis, vel de quibus eſt infamia, ſic eſt explicãdus, vt via accuſationis liceat interrogare de criminibus manifeſtis, aut multis, aut ſaltẽ his, per quos probari poſſit in iudicio: ſunt enim varij gradus manifeſti, quorum vnus eſt, quod per ſufficientes teſtes poteſt probari in iudicio; ita Salon *vbi*

*ſuprà*

*ſupra d. Controuerſ. 1. ſuper quaſt. 70. D. Thom. art. 1. col. 1629. in princ.*

11 Quod ſi iterum inſtes dicendo, quod vbi accuſatio non eſt iuſta in foro exteriori iudex iuſte non interrogat teſtem: ergo ei tunc non tenetur reſpondere, ſed quando delictum non poteſt probari, niſi per vnum teſtem, quia ille tantum, & non alius vidit illud committi, accuſatio non videtur iuſta: quia non eſt probabilis eo modo, quo ſufficiat ad condemnationem, cum ad minus requirantur duo teſtes ad condemnandum, iuxta illud Euangelij, *in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum*, tranſumptiue, *in cap. nouit, de iudic.* idque omni iure eſt proculdubio, præcipuè: quia accuſatores in accuſatione ſe offerunt ad iuridice probandum, quod adimpleri non poteſt, quando vnus teſtis tantum vidit committi delictum: non igitur eſt iuſta accuſatio, nec iudicis interrogatio teſti facta: ergo non eſt vera præcedens proxima deductio Soti, prout re vera non deſunt, qui hoc autument ſentientes contrarium verius eſſe. Quod ego probabile quoque iudico, & ſecurius, licet opinionem Soti, de qua agimus probabiliorem eſſe exiſtimem.

Qua retenta, non obſtat iſta vltima replica: quia licet vnus teſtis de viſu non ſufficiat ad condemnationem, ſufficit tamen ad torquendum, & eruendam veritatem per torturam, modo ſit omni exceptione maior. Probabilis ergo, ac iuſta eſt accuſatio in hac ſpecie in eum ſenſum, vt vnico huiuſmodi teſte poſſit poni ad torturam, & ſi confeſſus fuerit condemnari debet: ergo in ordine, & via ad torturam dici non poteſt huiuſmodi accuſatio iniuſta in foro exteriori, alias enim compelleremur dicere ſublatam eſſe totam materiam tormentorum, cùm tamen ipſa iuſtiſſima ſit, & neceſſaria in Republica (ſeruatis ſeruandis) pro eruenda veritate, & punitione criminum iuſta: alias enim tota flagraret criminibus, & nemo in hoc æuo tutus viuere poſſet. Denique raro, aut nunquam continget eſſe tantum vnicum teſtem de viſu, quin etiam ad ſint alia indicia, quibus magis probari, ac iuſtificari poſſit accuſatio.

Reſoluo igitur ex ſupradictis, probabiliorem videri opinionem Soti, maximè concurrentibus aliquibus indiciis.

12 Quod ſi duo aut plures teſtes viderint committi delictum in damnum tertij, qui de eo accuſat reum, proculdubio tunc iuſta erit accuſatio, & ideo iudex iuſte tunc interrogat teſtes illos, ipſique tenentur reſpondere, & veritatem aperire, cum omnino non ſit ſecretum: quia per ſufficientes teſtes poteſt probari, vt inquit S. Thom. communiter receptus *ſupra* relatus.

13 Obſerua igitur ſufficere poſſe crimen probari per ſufficientes teſtes, quando proceditur per viã accuſationis, & ſic aptitudo: ideoque non excuſabitur, primus teſtis à iudice interrogatus ab aperienda veritate hac in ſpecie, ſi dixerit nullum alium hoc depoſuiſſe in iudicio, cum ſufficiat poſſe probari per ſufficientes teſtes, licet non ſint examinati, nec vllus eorum. Et multo minus excuſabuntur ſecundus, cum iam primus de delicto depoſuerit, & ſic ſit ſemiplena probatio: diuerſa igitur cauſa eſt in hoc inter reum ipſum principalem, & teſtem, vt vidimus.

14 Dubium tamen in propoſito eſt commune, atque ſcitu digniſſimum an teſtis contra ius interrogatus licitè poſſit reſpondere iudici ſe factum neſcire. Hanc quæſtionem, vt grauiſſimam late examinat Magiſter Aragon *de iuſtitia, & iure, queſtion. 70. artic. 1. pag. 518. colum. 2. adfin. verſic. 1. concluſio ibi, ſed dubitauit, & columnis ſequentibus*, vbi eam reſoluit duabus concluſionibus. Prima eſt, quod ad tegendum ſecretum confeſſionis licitum eſt, vbique ſacerdoti dicere, ſe illud neſcire de qua re ibi late agit. Secunda concluſio eſt: teſtis qui præter ius de occulto crimine interrogatur, nec ſe poteſt defendere, tacendo, vel alia conuenienti via: ſimpliciter poteſt reſpondere ſe neſcire, quam concluſionem late ibi probat cum Adriano, *quodlibet.* 11. & Syluestro, *verſic. mendacium* §. 6. & multis aliis, dicens eam ſe non tam compertam habere, nec tam certam haberi vult, quàm primam; licet non ignoret grauiſſimos Doctores, incunctanter affirmantes fas eſſe Sacerdoti dicere *neſcio*, quamuis dubitent de aliis ſecretis ſecularibus noſque idem affirmamus, quod Aragon, vt dicemus *infra quaſt. ſequent.* ſed ſi iudex iniquiſſimus homo teſtem interroget hoc modo, *dic mihi, quid ſcis de hac re, quantumcumque ſit ſecretum, nec reuelari iure poſſit*, reſpondetur adhuc eſſe valde probabile, quod poteſt dicere *neſcio*, vel quia tunc forte ea reſponſio ſcilicet *neſcio*, non caret mendacio, ſolum eſſet obiurgandus interrogans tanquam indignus, cui reſponſum reddatur, ſecundum Aragon, *vbi ſup. pag. 521. col. 2. in fin. in verſ. ſed eſt dubium, & in princ. columna ſeqq.*

15 Illud præterea erit obſeruandum, quod cum crimen eſt in fieri, aut inſtat vel vergit in damnum notabile Reipublicæ, vel proximi, tenetur quis teſtificari, etiam ſi non interrogatur iuridice: quia in his caſibus, quiſque debet accuſare, vel denunciare, vt probat Ludou. Carb. *de teſtit. quaſt. 51. in verſic. 1. regula:* quod procedit etiam ſi homini ſub ſecreto commiſſum fuerit; in his enim, quæ pertinent ad correctionem multitudinis ſpiritualem, vel corporalem, vel in graue damnum alicuius perſonæ, vel ſi quid aliud eſt huiuſmodi, quod quis propalare tenetur, vel teſtificando, vel denunciando, tunc tenetur quis ſtatim cum ad ſuam notitiam peruenerit manifeſtare, nec poteſt contra hoc debitum obligari per ſecretum commiſſum: quia in hoc frangeretur fides, quam alteri debet: ſecus in his quæ quis prodere non tenetur: quia tunc poteſt obligari ex hoc, quod ſub ſecreto ſibi committitur, & nullo modo tenetur ea prodere, etiam ex præcepto ſuperioris: quia ſeruare fidem eſt de iure naturali, & nihil poteſt præcipi homini contra id, quod eſt de iure naturali, ita D. Thom. communiter receptus 2. 2. *quaſt. 70. art. 1. ad ſecundum*, vt alios allegando reſoluimus *lib. 1. Canonic. quaſt. cap. 11. num. 47.* cum imo in hoc vltimo caſu, non ſolum quis non tenetur, ſed neque poteſt reuelare ſibi commiſſa ſub ſecreto, quando non ſunt in alicuius damnum, vt probat Salon *vbi ſup. q. 70. art. 1. col. 1615.*

16 Secreta verò commiſſa in confeſſione vere Sacramentali, quæcumque illa ſint nullo modo ſunt manifeſtanda, etiam ſi in damnum totius mundi vergerent ſecundum D. Thom. *vbi ſup. d. queſtione 70. art. 1. ad ſecundum, in princip. & in 4. diſtinct. 21. queſt. 3. art. 1. quaſtiuncula ſecunda, ad ſecundum* Paludan. *in 4 diſtinct. 29. queſt. 1.* Scotus *eadem diſtinct. queſt. 2. littera. E.* Grandenſ. *quodlib. 9.* D. Antonin. 2. *part. titu. 1. cap. 19.* §. 7. Sot. *de tegend. ſecret. numer. 1. queſt. 2.* Syluest. Caiet. Victor & omnes diſcipuli D. Thom. Nau. plures referens *in c. inter verba concl. 6. num. 300. diximus*



*diximus vbi ſupra num. 46.* & probat nouiſſimè dicens, quod in hoc omnes conueniunt Salon
17 *vbi ſupra col. 1625. verſic. ex hac.* ¶ Addens columna ſequenti, ex Innoc. Panormit. & aliis quod quando accedit aliquis non ad confitendum ſua delicta, ſed ad reuelanda aliqua ſecreta, etiamſi flectat genua, & præmittat ſignum crucis, ac confeſſionem generalem, non eſt tunc confeſſio Sacramentalis, nec obligat, niſi ſub ratione ſecreti naturalis.

18 Illud denique in propoſito noſtræ quæſtionis principalis maiorẽ habet difficultatem, eſt, an ſatis ſit, quod infamia de qua *ſuprà* ſit de facto, vel potius etiam requiratur, quod ſit de perſona? Verbi gratia, inuenitur corpus hominis occiſi, nec aliqua perſona in particulari notata eſt infamia, quod illud occiderit, vtrum ſit licitum iudici per viciniam diſquirere, quis illius fuerit interfector, qua in re omiſſis diuerſis authorum ſententiis atque opinionibus, quas refert Magiſt. Aragon *de iuſt. & iure, queſt. 69. art. 1. & 2 pag. 497. cum ſequentibus* verior, & probabilior, atque tenenda ſententia eſt, quod in præmiſſa ſpecie criminis publici, atque manifeſti de cuius facto, & corpore notorie, & vere conſtat, licitum eſt iudici inquirere, imo tenetur id facere reſpectu certæ perſonæ, in generali tamen interrogando, quis crimen commiſerit, non autem in ſpeciali an hic, vel ille, nec poterit iudex facere inquiſitionem interrogando indiſtinctè quoſcumque voluerit, ſed tantum illos de quibus poteſt eſſe aliqua probabilis opinio, quod poterunt aliquid ſcire: vt ſi homo ſit interfectus in aliquo itinere poterit interrogare quoſcumque, qui illic tranſierint, tenebunturque tunc teſtes, quæcumque ſciuerint patefacere; nam cum iudex legitime eos tunc interroget, propter bonum commune conſeruandum, propter bonum erunt etiam ipſi adſtricti dicere veritatem, quamuis aliàs, crimine occulto manente, malefactorem nec accuſare, nec manifeſtare tenerentur: facta autem huiuſmodi generali inquiſitione: ſi ex ea indicia aliqua, vel ſemiplena probatio, aut infamia contra aliquem in particulari reſultauerint, vel oriantur, tunc poterit contra eum particulariter procedi, & inquiſitio fieri iuxta à nobis reſoluta *ſupra. qu. ſt. 1.* & præterea probatur modo hæc noſtra ſententia, quæ profecto, & aliorum eſt, ex *l. 2. tit. 17. part. 3.* & clarius *in l. 3. eiuſdem titul.* ibi. *Si fueſſe vn hombre muerte, y no ſupieſſen quien le matara, quier ſea hecho de dia, quier de noche, porque vienen muchos males dello, y grandes daños, deuen ſer las perſonas peſquiſadas, ſolo que no ſea de algunas perſonas ciertas, ca eſtonce non ſi podria facer* & l. 6. hoc tit. lib. 8. nou. collect. reg. ibi. *Si la tal coſa fuere fecha, quier en villa, quier en yermo y ninguno pidiere querella al Alcade, el Alcalde de ſu officio, ſepa la verdad per peſquiſa, o por donde meior pudiere, por que raçon es que los males, y deſaguilados, y malefactores no queden ſin pena*, quibus & aliis rationibus, hanc ſententiam poſt alios, quos citat latius probat & tenet Aragon, *vbi ſuprà pag. 498. col. 1. verſ. 4 ſententia cum ſeqq.*

## SVMMARIVM.

1 *Reus, vel teſtis contra iuris ordinem interrogatus, & tractus præciſe reſpondere, an poſſit*

Praxis Criminalis.

*directè negare veritatem? & num. ſeqq.*

6 *Reus, vel teſtis inique interrogatus, ſi extra iuramentum neget veritatem cum aliquo mendacio, peccat tantum venialiter.*

7 *Reus tunc demum tenetur iudici iuridice interroganti reſpondere veritatem cum certior factus eſt, iure interrogare ipſum iudicem.*

8 *Iacturam vitæ, & bonorum non tenetur quis facere, donec aliud ſibi innotuerit, maxime in grauioribus, &c. vt hic.*

9 *Reo danda eſt copia indiciorum, & ſemiplenæ probationis, ad hoc vt veritatem propalare teneatur, ſed num 10. quod contrarium ſeruat conſuetudo, iudiciumque authoris inſinuatur hoc dicto, num. 10.*

---

## *Reus vel teſtis contra iuris ordinem interrogatus, coactus præciſe reſpondere, an poſſit directè negare veritatem?*

## QVÆSTIO XI.

1 QVÆRO de dubio ſæpe in praxi contingente: quid miſer reus ſit facturus, quando iuris ordine non ſeruato interrogatus à iudice, qui ita eum, vel teſtem premit, vt nulla admiſſa euaſione reſpondeat, an delictum illud commiſerit, vel viderit perpetrari, an tunc poſſit reſpondere reus ſimpliciter *non feci*, & teſtes, *non vidi, vel neſcio, quis illud perpetrauerit?* Et quamuis de teſte iam *ſuprà quaſtione proxima* diſſeruimus, nonnulla hic etiam de eo dicemus, quia DD. de reo agentes, de teſte quoque loquuntur.

2 Et in hac re Adrian. *in 4. ſententia, in queſtion. de ſigill. confeſſ.* tenet quod reus contra ius interrogatus poteſt etiam iuratus reſpondere, non ſolum nihil de ea re nouiſſe, verum interrogatus an fecerit poteſt (inquit) ſecundum DD. reſpondere, *non feci*, habendo intentionem *non feci crimen quod poſſis à me iuridice inquirere*: ſic Caiet. *in opuſcul. 16. reſponſione 5.* ait inquiſitum præter ius de occultis complicibus, reſpondere poſſe, non habere complices: ergo & de ſe quoque iniuſtè interrogatus reſpondere poteſt, *non feci*.

3 Superuenit Dominic. à Soto, vir quidem religioſiſſimus, & magnus Theologus, qui *in lib. 5. de iuſtitia & iure, quaſt. 6. art. in verſic. attamen, vſque in fin.* latiſſime indubius probat contrarium, & ſic non licere dicere tunc reum *ſe non feciſſe*, cùm reuera fecerit, nec teſtem *non vidi*, cùm viderit: nullumque eſſe in hac ſpecie remedium, ſed miſeris eſſe mortem, velut martyres perpeti, antequam ius naturale, & diuinum mentiendo tranſgrediantur. Et inquit neſcire, qui ſint illi omnes Doctores, quos Adrian. aſſerit contrarium tenere, quia ipſe neminem vidit præter Caiet. *vbi ſuprà.* Et Soti opinionem ſequitur Gines Sepulued. *in opuſculo de ration. reddend. teſtimon.* & hanc ſententiam vt veriorem in reo non legitimè interrogato (licet opinio Caiet. ſua non careat probabilitate) probat & tenet, atque ita inquit Aragon, *de iuſtitia & iure, queſt 69. art. 2. ad fin. & queſt. 70. art. 1. pagi 521. col. 2. ad fin. & col. ſequenti*, vbi in teſte aliud dicit, nempe, adhuc eſſe valde probabile quod in præmiſſa ſpecie poſſit dicere *neſcio*, quamuis tunc ea reſponſio non careat mendacio:

atque ideo ſolum eſſe obiurgandum interrogantem, tamquam indignum cui reſponſum reddatur, vt retulimus *ſupra in quæſtione proxime præcedenti.*

4 Qui tenendum? Profectò prior ſententia Adriani probabilis eſt, atque teneri poteſt, eamque latiſſimè comprobat Salon *de iuſtitia & iure in 2.2. Diui Thom. quæſt. 69. art. 2. controuerſ. 11. in c. incip.* Magiſter Soto, *in verſiculo oppoſitum docet* Adrian. *col.* 1573. *cum ſequentibus*, allegans alios eam tenentes. Et inquit, ſe neſcire qua ratione dicat Soto neminem vidiſſe in hac ſententia, cùm opinionem ipſius nemo ſequatur prætérquam Gines Sepulued. *vbi ſupra*, & opinionem Adrian. ſequantur Soto, Caiet. Anton. à Cordub. & Nau. in locis de quibus ibi per eum, & omnes ferè recentiores, vt ipſe inquit. Fatetur tamen opinionem præmiſſam Caiet. non eſſe vſquequaque certam, quin ad maiorem ſecuritatem animæ ſit optimum de tali negatione confiteri. Et opinionem Caiet. probat etiam Ludouicus Carbo, *de reſtitutione, q. 51. verſic. vro etiam*, & eſt recepta ſecundum Emanuel Rodriguez *in ſua Summa de caſos de conciencia, cap. 11. del orden iudicial, concluſione* 4.

5 Non enim mentiri videtur tunc reus, vel teſtis iniuſte preſſus, quoniam reſponſio in iudicio non debet eſſe ſecundum iniquam mentem iudicis, ſed ad ſenſum, quem iuridice nata eſt habere interrogatio illius, qui eſt, an commiſerit crimen, quod iuridice inquiri poſſit: ergo reſponſio rei, vel teſtis ſumi debet ibi eodem ſenſu, ſcilicet, *non feci, aut non vidi crimen, quod tu legitimè inquirere poſſis, & ergo tenear tibi manifeſtare.* In hoc ergo ſenſu huiuſmodi reſponſio eſt vera, & fundamentis Soti reſpondet Salon *vbi ſupra.*

6 Illud tamen certum eſt apud omnes, tam reum, quàm teſtem iniquè interrogatum, ſi citra iuramentum negent veritatem cum aliquo mendacio, peccare tantum venialiter, quia illud mendacium non eſt cõtra ius, vel iudicium etiamſi in re graui, cum iudex contra ius procedat. Neque eſt nociuum, ſed officioſum tantum, ſicut cum adultera interrogata à viro an commiſerit adulterium (citra iuramentum) negat, mendacium illud veniale tantum eſt, quia eſt officioſum & maritus non eſt eius iudex, ita Salon *vbi ſupra col.* 1569. *in verſic. denique.*

7 Omnia ſupradicta in quæſtionibus circa obligationem rei manifeſtandi veritatem, quoties à iudice iuridice procedente interrogatur, procedunt quotieſcumque reus certior factus eſt, iudicem ipſum iure eum interrogare: non enim compellendus ſtatim videtur eam manifeſtare, ſed
8 quouſque illi conſtet iuridice interrogari. ¶ Etenim, qui bona ſua, honorem, & vitam iure poſſidet, quouſque aliud ſibi innotuerit, quod debeat illorum iacturam facere, non adſtringitur illa dimittere, aliàs prodigus eorum eſſet, maximè in grauioribus: ſed in his potiſſimum, quæ vitam in diſcrimen obiiciunt: nam in leuioribus debet ſubditus fidem Prelato adhibere, illi tamen prorſus, quem probum nouit & ſcientiæ peritum, ita Dominicus à Soto, *d. quæſt. 6. art. 2. in verſic. ex his autem lib. 6. de iuſtitia & iure, & de ration. tegend. ſecret. membro*, 2. *quæſt. 7. concluſione* 3, idque latiſſimè pluribus allegatis probat Salon *de iuſtitia & iure, in 2.2. D. Thom. quæſt. 69. art. 2. controu.* 7. ſiue iudex procedat per viam accuſationis ſiue inquiſitionis generalis, vel ſpecialis, & Ludouic. Carb. *quæſt. 5. verſ. poſtremo*, & Ludouic. de Veja, *d. caſu 32. verſ. tertium*, Bernard. Diaz, *numer.* 4. & ſuper eum Salced. in addit ad eundem, *in practic. crimin. Canonica, cap. 126. in verſic. illud vero ſcire oportet*, ſequitur practic. Papienſ. *in forma inquiſit. verbo, fama publica, num.* 8. dicens male hoc in practica ſeruari, & late agens pro, & contra Anton. de Cordub. *lib.* 1. *quæſt.* 47. *per totam.*

9 Danda igitur eſt reo copia indiciorum & ſemiplenæ probationis, vt inde veritatem propalare adſtringatur, aliàs enim regulariter non teneretur verum dicere, vt ex communi Doctorum ſententia, quos citat profitetur D. Segur. Aualos *in ſuo direct. iudic. Eccleſiaſt. cap. 14. num. 30. qui numer.* 31. credit omnes vtriuſque fori iudices in hoc errare, quia nunquam indiciorum copiam delinquentibus decernere ſolent, ante eorum confeſſionem recipiendam *& num.* 31. inquit, quod vt reus conſtituatur in mala fide ad veritatem iudici propalandam putaret ipſe, quod iudex verbaliter illi dicat delictum eſſe notorium, aut ſemiplene probatum, niſi indiciorum copia ipſi reo, eiuſque aduocato decernatur: verbo namque iudicis non ſtatur, niſi quatenus legitimis documentis probauerit, *c. quoniam contra falſam in fin. de probationibus.*

10 Sed quidquid ſit de iure, conſuetudo tamen ſeruat totum oppoſitum, quod, ſcilicet, reus interrogetur & examinetur ante datas defenſiones, & copiam indiciorum, & ita quotidie practicari dicit Follet. *in pract. crimin. Canonica, fol. 165. num.* 9. Practic. Conrad. *fol.* 255. *in 6. limitatione*, hunc etiam dicit eſſe receptum ſtylum, vſum, & conſuetudinem practic. Iadoc *fol. 24. num.* 18. vt refert Iul. Clar. *lib. 5. §. fin. practic. crimin. quæſt.* 45. *verſic. ſed quid ſi reus*, addens quod, ſtante hac generali conſuetudine, malefaceret iudex, qui aliter obſeruaret in practica. Quæ praxis communis eſt in hoc Regno, vt ſemper vidi obſeruari, & ita affirmani, *lib. 1. Canonic. quæſtionum cap. 11. numer.* 43. quæ forenſis conſuetudo & ſi duriſſima videatur Anton. de Cordub. *vbi ſupra*, iuuari poteſt apud nos Hiſpanos *ex l. 4. tit. 29. p.* 6. vbi eam ad hoc expendit Gregor. Lopez *in gloſſa magna in final. verbis* dicens, ſub dubio tamen, forte quod ſtante illa Regia conſtitutione iudex iuſte interrogare poteſt, non data reo inquiſitionis copia, quem refert, & ſequitur Salced. ad Bernard. *vbi ſupra littera C.* vbi tamen inquit quod ſibi ſemper placuit ea forenſis practica, qua Eccleſiaſtici & ſeculares iudices Deum timentes vti ſolent, vt ante confeſſionem receptam minime præcipiant informationem receptæ copiam dari, ſed tantum tabellioni, vel notario præcipiunt, quod teſtium depoſitiones abſque eorum nominibus coram reo legant, vt inde compertum habeat, quod contra ipſum probatum ſit, & veritatem fateatur.

Ego laudo hanc poſtremam practicam ſi ita ſe habet, ipſam vero nunquam vidi ſeruari, ſed quam prædixi: exiſtimo tamen, quod etiam hac ex parte, ſi reus antequam reſpondeat poſtulauerit, copiam prædictam, debeat ſibi dari, vel legi dicta teſtium, ad hoc vt ſibi conſtet an iuridice procedatur contra ſe, ita vt veritatem fateri teneatur. Quod ſi id à iudice denegetur, non quidem tenebitur reſpondere, nec ad id compellendus erit à iudice, quia nõ iuſte procedit. Et in hac ſpecie & ſenſu intelligi poſſunt DD. tenentes de iure partem affirmatiuam, nempè, quod reo debeat dari copia indiciorum, vel cæterorum ad hoc vt ipſe reſpondere teneatur, ſcilicet, hoc reo



reo poſtulante, aliàs ſecus, & ita procedit opinio negatiua contraria, & praxis communis, ſcilicet, reo non poſtulante prædictam copiam. Reus namque prædictam copiam non petendo videtur iuri ſuo cedere, & per conſequens niſi eam petat iudici iuridice procedenti, atque interroganti (prout in dubio præſumitur, niſi aliud conſtet, vel copia petatur) tenebitur reſpondere, atque veritatem fateri. His adde, quæ circa eundem articulum prædiximus *ſupra quæſtione præcedenti ab hinc 2. ad finem.*

## SVMMARIVM.

1 *Confeſſarius an debeat abſoluere reum, qui in iudicio iuridicè interrogatus crimen negauit, nec ne? quouſque veritatem aperiat, & num. ſeqq.*

---

### *An Confeſſarius debeat abſoluere reum, qui in iudicio iuridicè interrogatus crimen negauit, vel ne.*

## QVÆSTIO XII.

1 QVÆRO non abs re in propoſito, quid facere debeat Confeſſarius cum reus captus ſibi ſacramentaliter confitetur, ſe commiſiſſe crimen illud, quòd in iudicio iudici competenti iuridicè procedenti & interroganti negauit, an debeat eum abſoluere nec ne, quouſque veritatem aperiat? Videtur namque huiuſmodi Confeſſarium in agone conſtitutum eſſe, & anxium nimis. Pro parte namque affirmatiua inſtabit liberatio hominis, atque ipſius defenſio & conſeruatio, quæ naturali æquitati innititur, maximè tenendo opinionem fauorabilem reo quorumdam Modernorum, de qua *ſup. in q. 9. n.* 8. permittentem in criminalibus in quibus pœna corporalis, vel magni honoris timetur, vel ſperatur, verbis amphibologicis veritatem contexere, atque occultare, etiam ſi iudex legitimè procedat, nam hinc facilè Confeſſarius adducetur, ſi opus fuerit, & aliter euadere manus iudicis reus non poſsit, reum abſoluere, qui verum crimen negauit. Denique & ſecundo, quia ſi reum huiuſmodi non abſoluat niſi veritatem fateatur, timebit periculum irregularitatis incurrendæ, ſi ob id capite, vel membri mutilatione reus veniat plectendus: ergo eum abſoluendum putabit.

2 Pro parte vero negatiua vigebit, quod nullus in peccato perſeuerans eſt abſoluendus ſacramentaliter, ſed legitimè interrogatus non reſpondens iuxta formam interrogationis, & mentem interrogantis peccat mortaliter, quia tunc pertinet ad gloriam Dei veritatem detegere, vt cum Sancto Thomas, & communi & recentiſſima, atque tenenda ſententia reſoluimus *in d. quæſtione præcedente*, & perſiſtit in illo peccato, cùm non habeat propoſitum dicendi veritatem: igitur non poteſt abſolui, & ſi abſoluatur committitur ſacrilegium, quia impertitur Sacramentum impœnitenti, eritque nulla abſolutio, quia datur venia non merenti, *c. peccati venia, de reg. iur. in 6. & in c. legatur*, 24. *q.* 2. *cum ſimilibus.* Præterea conſiderabit Confeſſarius, quod reus condemnabitur conuictus, & non confeſſus, & quod ſic irrogat grauem iniuriam iudici, cui non reddidit ius ſuum fatendo veritatem: quam iniuriam cùm poſſit & debeat, dum eſt in iudicio reſarcire, niſi illam reſarciat manet in mortali, & non meretur abſolutionem. Infamat etiam reus iniuſtè negando veritatem, iudicem, & teſtes, præbens occaſionem populo ſe commouendi, & ſcandalizandi, vtpote credenti à iudice reum iniuſtè occidi, & teſtes falſum dixiſſe, quibus non ſatisfacit per ſupplicium, ſed confitendo manifeſtè crimen ſuum, cùm iuſtè, & iuridicè interrogatus fuerit: licet enim probatio per teſtes ſufficiat ad condemnandum, vt per Anton. Gomez *de delictis 3. tom. cap. 12. num.* 9. & pro iudice ſemper præſumitur quod præcedentibus legitimis probationibus reum condemnauerit: negari tamen videtur non poſſe, quin adhuc iniuria fiat iudici interroganti, ex eo quia reus confeſſus & conuictus iuſtiùs condemnatur, nec auditur appellans, *l. 2. C. quor. appellat. non recip.* Iulius Clarus *in pract. crim. q. 51. in princip.* Ecce maxima anxietas, & conturbatio animi Confeſſarij.

3 Nihilominus tamen Confeſſarius ſit vir prudens, fortis, & conſtans, vt animam illam Deo lucretur, nullatenus abſoluendo reum in Sacramento Pœnitentiæ, quin veritatem in iudicio declarare promittat, etiam illam qua in mortem adigitur: ſi ſibi certo conſtat iuridicè & legitimè fuiſſe de ea à iudice competente interrogatum, hoc eſt, præcedente vno ex tribus requiſitis ad id neceſſariis, de quibus *in quæſtionibus præcedentibus.*

4 Debet tamen Confeſſarius conſiderata maturitate tunc vti, ne calamitoſum morti temere addicat; ſciens in re dubia propendendum eſſe potiùs in fauorem rei, & ideo niſi meridie clariùs lex illos cogat, non ſunt miſeri rei cogendi maximè in cauſa capitali, aut honoris, aut famæ, dum ex altera parte non agitur de tanto periculo alterius tertiæ perſonæ, ſed debet prius rimari an iudex legitimus ſit, an reus ſit aliquo priuilegio exemptus, putà quia clericus, an denique plenè conſtet cuncta legis merita fuiſſe ſeruata. Ea præterea debet eſſe confeſſarius prudentia præditus, vt, & ſi reus nolit eius auſcultare ſentẽtiam, diſſimulatiſſimè is ipſi extra confeſſionem celatam rem ſeruet: ſolent namque ſæpè iudices de Confeſſarij facie, & vultu delictum expiſcari. Quocirca Confeſſarius partim à reo, partim ab aduocato (ſi fieri poteſt) qui totius proceſſus eſt conſcius, diligenter inquirat, ſit ne aliquis defectus in illo proceſſu, aut circa authoritatem iudicis, aut circa dicta teſtium, aut alias probationes, aut circa ordinem iuris. Et propoſita tanta grauitate rei, quanta eſt imminere illi reo, vel mortem corporis, ſi confiteatur, vel animæ ſi neget, quod debet fateri, conteſtetur aduocatum & reum, vt ipſi vere & aperte, quæ ex proceſſu conſtant aperiant: & videant an aliqua via ſecundum ius reus ille poſſit liberari, vel non, reſpondendo, vel per appellationem, vel per aliquam obiectionem teſtium accuſatoris, vel probationum, vel quid ſimile. 5 Quod ſi omnibus explanatis, quæ in illo proceſſu exiſtunt, omnibuſque tentatis videat Confeſſarius, nullam eſſe viam, qua tutâ conſcientia poſſit reus ille non reſpondere, ſed eſſe perſpicuum & euidens ac luce meridiana clarius iudicem iuſte procedere, nec crimen eſſe occultum, ſed ex illis, quæ tenetur reus manifeſtare, tunc nõ abſoluat, niſi



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

niſi manifeſtet, quia non manifeſtando manet in ſuo peccato,& ideo non abſoluendus, vt eſt probatum, ita tenet Soto, *d.lib.5. de iuſtitia & iure, q.6.art.2. in verſ.ex his autem,ibi,quo circa reus:& de ratione tegend.ſecret.memb.2.q.7.* & Nauar. *in man.c.25. num.36.*

6 Quod ſi aliqua fuerit prudens, & iuſta cauſa ad dubitandum,an iudex inde procedat, tunc incliner in fauorem rei, & abſoluat illum etiam ſi non manifeſtet, ita probat Salon *vbi ſuprà, q.69. artic.2. col.1564.* qui neceſſario ſunt intelligendi in reo capto loqui durante proceſſu, & iudicio ante ſententiam, ita vt neque per ſententiam iudicis, neque per fugam, nec alia via ſit liberatus, vt expreſsè hoc probat & declarat Salon *vbi ſupra, colum.1563. circa fin. cum ſequenti, & ſimpliciter loquentes*, idem probant Ludouic. Carb. *d. quæſt.51. in verſicul. poſtremo in fin.* & Veja *d.caſu 32. in verſic. his ſic declaratis, 1 part. col.51.& 3.part. caſu 17.fol.311. cum ſequentibus*, & Salced.ad Bernard.Diaz *in pract.crimin.c.126. verſiculo ſecundo*,probat Salon *vbi ſuprà,col.1565. in verſiculo, ex his in teſte durante iudicio*, cum conſtat in hoc caſu iudicem iuſtè procedere, & crimen non eſſe occultum: tenetur namque ad veritatem dicendam, etiam cum periculo vitæ illius rei.

7 Si vero iam reus ex legitimis probationibus damnatus ſit, quamuis ipſe legitimè interrogatus delictum negauerit,& in hoc peccauerit mortaliter, tamen dum damnatus ad ſupplicium ducitur, non tenetur amplius verum fateri, quia confeſſio ſua iam nullus erit momenti, ſiquidem fuit conuictus, & iure permittente condemnatus fuit, niſi notabile aliquod damnum inde alicui probabiliter ſequeretur, cum ad eius animæ ſalutem ſufficiat tunc legitima confeſſio cum abſolutione Sacramentali, ita & rectè tenet Nauar. *vbi ſupra, d.c.25. n.38.* cuius ſententiam ſequitur & probat eum defendens ab errore, & contradictione eorum,quæ dixerat *num.36.* Ioan.Segur. Daualos *in ſuo inſtructor.iudic. Eccleſiaſt. 2 part. c.14.n.36.* & Ignat. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz de Lugo *in practic. crimin. Canonica,c.126. verſiculo tertio*,& Emanuel Rodrig. *in ſua Summa de caſos de conſciencia,c.10.del orden iudicial,n.2.* aduerſus Barthol. à Medina *in ſua Summa in tractat. confeſ. c.14.num.35.* & Anton. à Cordub.*in ſuo quæſtionar.q.64.aliud cenſentes.* Quorum ſententia fortè procedere poſſet, quando reus iniuſtè fuit condemnatus, nempe abſque legitimis probationibus: tunc namque merito exigi videtur confeſſio veritatis rei legitimè interrogati per ſupradicta, ſecus verò ſi legitimè condemnatus fuerit, vt probauimus cum Nauar. *d.num 38.* Ignat.Salced.Segura,& Emanuel Rodrig. *vbi ſuprà*: quia vt praxis quotidiana docet,fermè omnes quotquot deliquerunt conuicti potius quam confeſſi paſſim condemnantur, nec iudici ob id iniuria aliqua irrogatur, ita Segura *vbi ſuprà, num.38. ad fin.*

Modo non obſtant ſupra conſiderata in fauorem abſolutionis in priori caſu,ſcilicet, ante ſententiam: quia ipſa non ſunt vera nec iuridica, vt *ſuprà in quæſtione præcedenti* oſtendimus,nec tunc Confeſſarius negando abſolutionem irregularitatis periculum timere debet, quia per hoc non datur cauſa propinqua deformationis. Dicitur enim ea in propoſito dictum vel factum licitum, directum ſufficienter in deformationem inde ſequutam, ita vt ex natura ſua, vel ex intentione operantis non generali, ſed ſpeciali in deformationem tendat,vt latè vltra alios explicat Nauar. *in Manual. cap.27.num.211.* & inter hoc applicat Ludouic. Veja *vbi ſuprà, in verſic. nec Confeſſor, d.caſu 32.*

8 Si vero reus iam euaſit iudicium, vel per fugam,vel quia ſuperauit tormenta, & mentitus eſt iudici,& ſic ab eo eſt abſolutus & dimiſſus, tunc poteſt abſolui à Confeſſario impoſita ei pro illo mendacio pœnitentia ſalutari: nec eſt obligandus adire ad iudicem & manifeſtare illi veritatem,quia iam eſt extra poteſtatem iudicis, vt bene probat Salon *vbi ſuprà in vltima concluſione, col.1565.* Veja *vbi ſuprà.*

SVMMARIVM.

1 *Reus diffamatus de vno crimine, an poſſit de aliis occultis interrogari? & num. ſequentibus.*

*An reus diffamatus de vno crimine, poſſit de aliis occultis interrogari.*

## QVÆSTIO XIII.

1 QVÆRO an reus diffamatus de vno crimine poſſit de aliis occultis interrogari? Et poſſe affirmat Petrus de Palude *in 4. diſt.19. q.4.* Ratio enim, ob quam non licet de abditis iudicare, non ſumitur ex eo, quod peccatum ſit occultum, ſed inde quod ſecretus ſit peccator,qui ideo per vnius delicti confeſſionem detectus,interrogari deinceps poteſt, ac debet qualia commiſerit: quam opinionem ſequitur Syluestr. *in Summa, verbo, Inquiſitio,1.q.3.dicto 4.*& Anton.*2.p.tit.9.c.7.§.5.*

2 Sed contrarium regulariter eſt tenendum, atque in praxi obſeruandum: nam vt etiam in ſuperioribus quæſtionibus iure probauimus vtriuſque infamia requiritur, ex qua ius inquirendi naſcitur, & delicti & delinquentis. Poteſt enim quis adulterij infamia obſcurati, qui tamen circa furtum, aliaque ſcelerum genera ſerenum habeat nomen,ita tenet D.Thom. 2. 2. *quæſt.70. artic.1.* & ſequuntur Adrian. *quodlib.11.* & Caietan.2.2. *quæſt.69.art.2.* Dominic.à Sot.*lib.5. de iuſtitia & iure, quæſt.6.art.2.in verſic. naſcitur autem, & de ratione tegendi & detegendi ſecret.memb.2.quæſt.6. art.2.* idem probat Nauar. *lib.2. de reſtitutione, cap.4. num.171.* & Emanuel Rodrig. *in ſua Summa,cap.10.del orden iudicial, num.5.* eſt communis, vt latiſſimè cum Maſcard. & aliis probat Farinac. *in ſuis quæſtionibus criminal. 1.p. quæſt.43. num.3.* vbi *numeris ſequentibus* latè eam ampliat & limitat.

3 Limitat Soto hanc ſententiam duobus modis: primo quando notum crimen indicium eſt alterius, vt ſi quis infamatus eſſet, conuictúſque de adulterio, & adulteræ coniux reperiretur in ſuo lecto necatus, interrogari poſſet an reus eſſet talis homicidij. Secundus caſus eſt, quando vnum crimen alterius eſt circunſtantia, vt qui de conſuetudine cum puella conuincitur, iure interrogatur an ipſam deflorauerit. Tertio modo limitat Emanuel Rodrig.in delictis eiuſdem ſpeciei,nempè, vt confeſſus furtum poſſit interrogari an alia furta commiſerit, & ſic de ſimilibus. Hoc tamen



tamen verum intelligunt, & locum habere putant Nauar. & Rodriguez præcitati, quando ille ex infamia,vel ex inſinuatione clamoroſa crederetur frequens in eodem peccato,ſeu crimine, vt in famoſo latrone. Quia ſi de vno crimine tantum ſit ſuſpectus & conuictus,minimè poterit de alio etiam eiuſdem ſpeciei interrogari cùm omnino ſit occultum, nec infamia laboret, aut indicio alterius de quo rogatur criminis. Quod probo:non enim ſufficit in propoſito de quo agimus illa generalis præſumptio,quod ſemel malus præſumatur malus in eodem genere mali,cùm ad hoc vt poſſit quis interrogari de aliquo crimine requiratur vnum de tribus,aut diffamatio in ſpecie illius delicti, vel quod adſint indicia ſufficientia contra eum eiuſdem delicti, vel ſemiplena probatio vnius teſtis omni exceptione maioris, vt *ſuprà* reſoluimus, *quæſt.1.*

Limitatur etiam prædicta communis ſententia in caſibus exceptis, vt prædiximus *vbi ſuprà*, & latè reſoluit eos enumerans Farinac. *vbi ſuprà.*

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio criminalis an præſcribatur ſpatio 20.annorum, ſicut accuſatio? & numeris ſequentibus. Et omnes actiones ciuiles, quæ ex crimine deſcendunt, quo tempore durent?n.3. vbi & numeris ſequentibus quando incipiat currere prædicta præſcriptio quoad iudicem? Et an ea completa poſſit iudex alia maleficia non præſcripta aggrauare, & maiori pœna punire? num.7.*

*An ſicut accuſatio criminalis, ita etiam Inquiſitio præſcribatur ſpatio 20. annorum.*

## QVÆSTIO XIV.

1 QVÆRO denique, an ſicut accuſatio criminalis (hoc eſt)ius accuſandi, præſcribitur ſpatio viginti annorum, vt *in l.querelam,C.de falſ.* communis ſecundum Abb.*in c.cum haberet, num.4. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult.* Anton.Gomez *in l.76.Taur.n.5.* & Iul. Clar. qui alios allegat *in practic. crimin. quæſt.51.in princ.*vbi quod ita in facti contingentia obtentum fuit in praxi reis in pace dimiſſis: eſt etiam communis vt plurimos citans teſtatur Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin. in 1. part. quæſt.10. de Inquiſitione, num.1.* vbi numeris ſequentibus pluribus modis eam ampliat & limitat, & vltra eum latè idem probat Ant. Theſaur. *deciſ.Pedemont.108. in princ.*& per totam: ita vt etiam iudex ex officio non poſſit de ipſo delicto poſt huiuſmodi tempus viginti annorum inquirere, vel procedere.

2 In qua quæſtione gloſſ. *l.1 in d.l.querelam ſub verbo fortè*, tenet quod non præſcribatur officium iudicis inquirentis, niſi ſpatio triginta ann. Sed verius eſt, & communiter Doctores fixo pede tenent contrarium: imò quod officium iudicis inquirentis præſcribatur quoque dicto ſpatio viginti annorum reprobata communiter gloſſa contraria, ſecundum Iaſ. *in l.1.n.8.in fin. ff.de iuriſd.omn.iudic.* & hanc opinionem contra gloſſam illam teſtatur communem plures alios citans & eum ſequutus Iul. Clar. *vbi ſupra, in verſ. & hæc omnia*,& Farinac.*vbi ſupra,n.5.& num.26. & q.1. num.68.* eſt communis ſecundum Anton. Theſaur. *vbi ſuprà, num.1.* quia cum Inquiſitio procedit loco accuſationis merito vt ſublato iure accuſandi cenſeatur etiam ſublatum ius inquirendi.Et in hoc omnes concordant, vt inquit Angel. de Caſtro *inter conſil. criminal. diuerſ. Doct. conſil 94.n.16.lib.1.*relatus per Clarum *vbi ſuprà*,

3 vbi quod licet criminalis actio, vel Inquiſitio præſcribatur ſpatio 20.ann. nihilominus omnes actiones ciuiles, quæ ex crimine deſcendunt durant vſque ad 30.annos, ſecundum communem ex Igneo *in l.cognitione,n.185.ff.ad Syllan.* quam etiam refert & ſequitur Farinac. *d.q.10. num.34.* vbi eam ampliat,vt ibi per eum. Quod ſi terminus ab ſtatuto præfigatur iudicibus ad inquirendum, dubitari maximè ſolet an incipiat currere à die commiſſi delicti, an à die ſcientiæ? Bartol. namque *in l.eum, qui, §.in popularibus, circa fin, ff.de iniur.* tenet quod non currat niſi à die ſcientiæ, & inquit Auguſt. ad Angel. *de maleſ. in verbo, inchoata, &c.* quod iſte paſſus eſt valdè dubius,cum DD. ipſimet varient, quia in vno loco vnum dicunt,& ipſimet in alio loco contrarium dicunt,& quod vidit doctiſſimos aduocatos multum magnifacientes & exclamantes illam Bart. doctrinam, eamque dicit communem Natta *conſil.215.num.2.*Nihilominus tamen contraria opinio eſt magis communis,ſcilicet,vt currat ſtatim

4 à die commiſſi delicti, ſecundum Alexand. *in d. §. in popularibus, num.12.* quem refert Carol. Ruyn. *conſil.27. poſt num.6. verſic.2. iſtud, lib.4.* Hippolyt. *in practic. crimin. §.conſtante,num.85. & ſequenti, & conſil.87. num.15.* quos in hoc citat idem ſequutus Clar. *d. quæſt.51. verſic. ſed quæro*, quia regulariter omnes præſcriptiones currunt ignoranti, vt per ipſum *lib.7. §.præſcriptio.*

5 Pro qua quidem communi ſententia facit altera communis & vera Baldi,& Salic. *in l.fin. Cod, de dol.* & aliorum communiter, quæ habet quod tempus 20. ann. quo præſcribuntur delicta publica & priuata non à die ſcientiæ accuſatoris, ſeu fiſci,ſed commiſſi delicti currit.Quæ eſt communis, & magis communis ſententia, vt ex plurimis quos ad hoc citat & congerit teſtatur Farin. *d.quæſt.10,num,12.* vbi quod procedit nedum de iure communi, ſed etiam in præſcriptione ſtatutaria,ſecundum Bart.Tege. *in pract.crim.part.16. num.47.* Boſſ. *in tit. quomodo proced. per action. in delict.num.22 & 24.* & Clar.*d.q.51.verſ. ſed quæro ſi ſtatutum*,& alios ferè omnes, qui generaliter vtroque caſu loquuntur. Quam limitat Gar- 6

6 ſias *conſ. crimin. diuerſ.124. num.18.* vt procedat quando delictum eſt taliter occultum & clam commiſſum,taliterque ignoratur,quod nihilominus faciliter per generalem & diligentem Inquiſitionem Curiæ, ſiue accuſatoris potuiſſet in notitiam Curiæ deuenire:quia tunc ſi tale delictum non deuenit in notitiam, ac ignoretur, currit præſcriptio etiam ignoranti; quia imputet ſibi Curia & accuſator quod noluerũt facere diligentiam inquirendi, quod licet occultum erat,poterat tamen pateſieri per diligentem Inquiſitionem. Sed ſi delictum erat taliter occultum, quod per quamcunque diligentem inueſtigationem non poterat de eo notitia haberi, tunc cum nihil ſit, quod poſſit fiſco, ſeu accuſatori imputari præſcriptio minimè curret à die delicti, ſed ſcientiæ,

Quam limitationem pro tunc credidit eſſe veram Farinac. *vbi ſuprà num.*13. mihi nimis videtur ea reſtringere præcedentem communem ſententiam, quæ indiſtinctè tenet quod prædiximus: ideo neſcio an ſit vera, nec tenenda prædicta limitatio, ſed potius credo tenendam eſſe indiſtinctè communem: quia ſi toto tempore 20.ann. delictum fuit occultiſſimum, nec in eo fuit propoſita querela, ſiue accuſatio partis, nec aliquis iudex ex officio proceſſit, quare reus poſt 20 annos debet moleſtari ſuper eo?

7 Obſeruandum eſt tamen, quod ſecundum nonnullos ex maleficiis, de quibus obſtante curſu temporis non poteſt cognoſci, nihilominus poterit iudex alia maleficia, de quibus cognoſcere poteſt aggrauare, & maiori pœna punire: communis ſecundum Iaſ. *in l.§ idem cum eodem, ff. de iur. omnium iudic.* quem ad hoc refert Villalpand. *in repetitione, l.*21. *cap.*8. *poſt num* 4. *tit.*1. *part.*7. & ita communiter tenetur ſecundum Nellum *de bannitis in* 2. *part. primi temp. quæſt.*6. vbi dicit quod ita communiter ſeruatur per aſſeſſores, quamuis de iure id fieri non poſſit: & quod rectores illud ſeruant in animarum ſuarum perniciem, vt refert Clar. *vbi ſuprà in verſ. vnum tamen*, & prius *quæſt.*59. *in verſic. pro complemento.* Sed ego id non obſeruarem, nec conſulerem obſeruandum: quandoquidem præſcriptione viginti annorum, omnino ſublatum eſt ius inquirendi, & puniendi prius delictum tam principaliter, quam accumulatiuè, & aggrauatiuè aliorum.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitionis requiſita, vt iuſtè fieri poſſit.*

2 *Inquiſitionis locus & tempus requiritur. Declaratur & ampliatur, num.*3. *cum ſequentibus, limitatur pluribus modis, num.*4. *cum ſeqq.*

16 *Inquiſitio debet fieri à iudice competente, aliàs erit nulla.*

17 *Inquiſitio formata per iudicem ſecularem contra Eccleſiaſticas perſonas eſt nulla, & inualida.*

18 *Iudices ciuiles, qui non habent merum imperium non poſſunt criminaliter inquirere, & quid ſi incidenter veniat cauſa criminalis, & non principaliter? num.*19. *Et quid è conuerſo, num.*20.

21 *Inquiſitio ſuper vulnere an valeat, ſi ex eo contingat mors, vel ſit neceſſaria alia inquiſitio? Limitatur pars affirmatiua tribus modis vt hic, & num.*22. *&* 23.

---

## *Ad Inquiſitionem quæ requirantur.*

## QVÆSTIO XV.

1 QVÆRO etiam quæ requirantur ad hoc, vt iudex rectè inquirere poſſit, & ſit Inquiſitio ſpecifica & certa? Et plura requiri conſtat ex ſupra reſolutis quæſtionibus præcedentibus: vltra quæ etiam requiritur quod Inquiſitio ſit certa, & clara, continens in ſe omnes delicti qualitates & circunſtantias, taliter quod reo defenſio non tollatur: & ideo Inquiſitio obſcura, generalis, & incerta minimè valet, *l. libellorum, ff. de accuſat.* & tradit latè poſt alios quos refert Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin.* 1. *part. quæſt.* 1. 2
*de Inquiſitione, num.*11. *per totum*, vbi *num.*12. hoc ampliat in tantum eſſe verum, vt requiratur quod in Inquiſitione exprimatur locus & tempus, putà annus & menſis commiſſi delicti, aliàs erit nulla & inepta, *l. libellorum, ff. de accuſat. & in cap. fin. §. libellorum,* 2. *quæſt.*8. Quæ iura licet loquantur in libello accuſationis, idem tamen eſt in libello, ſeu capite proceſſus Inquiſitionis, quia Inquiſitio ſucceſſit loco accuſationis, *l. penultim. ff. de public. iudic. l. congruit, ff. de officio præſid.* & ſolemnitates requiſitæ in accuſatione (excepta ſubſcriptione ad pœnam talionis, quæ tamen & hodie non eſt in vſu) requiruntur etiam in Inquiſitione, iuxta gloſſam, & Doctores *in l. ea quidem, Cod. de accuſat.* Bart. *in l.*2. *§. ſi publico, col.*4. *num.*2. *ff. de adult.* vbi in terminis tenet quod in Inquiſitio requiritur expreſſio temporis: cuius dictum communiter teneri dixit Præpoſit. *in c. de accuſationibus,* 2. *quæſt.*8. *col.*25. provt eum refert Foller. *in practic. crimin. Canonica, in verbo, aut Inquiſitione formata, cap.*6. *ſub num.*39. & communem dicit Boſſius *in tit. de Inquiſitione, n.*90. *&* 91. & per totum mundum de conſuetudine ſeruari dixit Angel. *in l. ea quidem, num* 3. *Cod. de accuſat.* quos & alios refert & ſequitur Iulius Clarus *in pract. crimin. quæſt.*31. *in verſic. quod de anno præſenti*, vbi quod in practica hæc concluſio non habeat aliquam difficultatem, eandem plures alios referens ſequitur, & communem dicit Farinac. *vbi ſuprà num.*12. *& numeris ſequentibus* 3
hoc ampliat, vt procedat etiam in falſitate & periurio commiſſo per teſtem falſum deponentem: tunc namque exprimendus eſt locus & tempus in Inquiſitione, ſecùs in falſitate commiſſa à notario, ſeu alio, iuxta communem opinionem plurimorum, quam ibi probat *num.*13. aduerſus Boſſium, & alios. Item *num.*14. quod procedat etiam in Inquiſitione formata contra mandatorem, qua ſi ſequutum fuerit delictum exprimi debet locus & tempus non mandati, ſed ſequuti delicti, vt per Bart. & alios, quos ibi refert: & *num.*15. cum communi ampliat vt in Inquiſitione ſit exprimendus locus & tempus, etiam parte non opponente, & quod aliàs erit ipſo iure nulla Inquiſitio.

Limitatur tamen pluribus modis hæc prima 4
ampliatio. Primò, vt non procedat in Inquiſitione generali, in qua non eſt neceſſaria expreſſio loci & temporis, vt tenent plures Doctores, quos refert, & ſequitur *ibi* Farinac. *n.*16.

Limitatur ſecundò ſtante ſtatuto derogante ſo- 5
lemnitatibus iuris poſitiui, vt per ipſum Farinac. *ibi num.*17.

Limitatur tertiò, ſecundum ipſum ibi plures 6
alios allegantem, vt procedat in delictis, quæ temporis momento committuntur: ſecùs in his, quæ habent tractum ſucceſſiuum, & in quibus locus, & tempus eſt incertus & indeterminatus.

Limitatur quartò, vt non ſit neceſſaria expreſ- 7
ſio diei, nec horæ, textus expreſſus *in d. l. libellorum*, & ibi gloſſa, Bartol. Alberic. & communiter Doctores, & *in l. penultima*, vbi pariter Doctores communiter *C. de accuſat.* ſecundum Anton. Gomez 3. *tom. variar. in tit. qualiter formetur accuſat. num.*4. *in fin.* Boſſium *de Inquiſitione, n.*19. *in fin.* & Gigant. *de crimine læſæ Maieſtatis lib.*1. *tit. qualiter in crimin. læſæ Maieſtatis proced. q.*3. *num.*2. & Farinac. *vbi ſuprà num.*18. vbi *numeris ſequentibus*, aliquibus modis ſublimitat hanc quartam limitationem, & *num.*30. agit, quid ſi in Inquiſitione apponatur dies commiſſi delicti, an debeat ſequi condemnatio, ſi eo die appoſito non fuerit probatum.



8 Ampliatur ſecundò, & principaliter prima concluſio huius primi requiſiti expreſſionis qualitatum, & circunſtantiarum in Inquiſitione: quod ſi vna qualitas exprimatur, & non probetur (puta, ſit Inquiſitio de vulnere cum cicatrice, probatur vulnus, ſed non cicatrix) ſequi non poſſit condemnatio pro vulnere tantum, nec reus iſto caſu condemnandus, ſed abſoluendus ſit, niſi pendente iudicio fiat detractio illius qualitatis, textus *in l. in delictis, § ſi detracta, ff. de noxalib.* & ibi Bartol. & Doctores, Clar. *in practic. crimin. quæſt.*66. *in verſic. ſed quid ſi pro parte*, & plurimos referens Farinac. *d. quæſt.*1. *num.*23. vbi quod & ſi alij contrarium probent, ipſe tamen diſcedere non auderet ab opinione primo loco relata, quæ non ſolum communis eſt, ſed & magis communis, vt teſtantur Rom. Anton. Gomez, Marſil. Corneus, Hippolyt. Rimin. & eam ſequuntur Seraph. de Seraph. & Oſaſcus ibi ab eo relati.

9 Sed nihilominus contraria ſententia, & ſic ſecunda aduerſus communem in his Regnis, potiſſimum in quibus ſecundum veritatem iudicandum eſt, verior eſt & tenenda in iudicando, & conſulendo, ſi quidem de vtroque fuit accuſatus reus. Vnde ſi vnum tentum probetur, ſuper eo ſequi poteſt & debet condemnatio in illo eodemque iudicio, & de alio abſolutio, etiam ſi pendente iudicio non fuerit detractio facta illius qualitatis non probatæ, quia de veritate facti conſtat, & vt lites ſupputentur, præcipuè appoſita clauſula illa ſalutifera in libellis, communiter apponi ſolita, *ſuper quo, vel quibus omnibus peto mihi iuſtitiam miniſtrari*; multoque melius ſi illa quoque adderetur, *non me adſtringens ad probationem ſuperfluam*: vel ſi diceretur, *auida dełła mi relacion por verdadera la parte que baſte*, aut quid ſimile. Sicque vidi ſemper in praxi obſeruari in criminalibus, vt ſententia feratur *por la culpa que del proceſſo reſulta*; licet in aliis probatio deficiat, cùm ſuper cæteris in accuſatione, vel Inquiſitione deductis, culpa contra reum probetur. Et ita merito hanc ſecundam ſententiam probarunt quamplures, quos refert & ſequitur Anton. Gomez *in* 3. *tom. variar. reſolut. in tit. qualiter formetur accuſat. num.*7. & Blanchus *in praxi crimin. § viſis indiciis, num.*76. *cum ſequentibus, fol.*50. & alij relati per Ioan. Marſil. Monticell. *in ſua practica reg.*1. *ſub n.*62. *in verſ. contrarium tamen.*

Et retenta hac ſecunda, & veriori ſententia, ex ea ceſſant & non ſunt neceſſariæ pleræque illationes, quas ex contraria communi deduxerat Farinac. *vbi ſupra num.*24. *cum ſequentibus*: imò conſtat de veritate, & præciſa obligatione tenendi & obſeruandi præfatam noſtram ſecundam ſententiam ex latè adductis inferius per d. Farin. *d. quæſt.*1. *num.*32. *cum ſequentibus*, vbi cum communibus & receptis noſtrorum traditionibus limitat communem ſupradictam contrariam ſen-
10 tentiam, quam ipſe ſequitur, & nos obiicimus probando ſecundam. Primò, quando in Inquiſitione adeſſet clauſula, *ſuper quibus omnibus, & ſingulis, & annexis petiit ſibi ius & iuſtitiam miniſtrari*; operatur enim hæc clauſula, vt etiam non probata qualitate in Inquiſitione deducta ſequi poſſit condemnatio, quia iſto caſu inquirens non ſe adſtringit ad omnia, ſed inquirit de ſingulis. Quæ clauſula, vel æquipollens communiter apponi conſueuit in libellis, igitur, &c.

Secundò limitat præfatam communem ſen- 11
tentiam Farinac. *vbi ſupra num.*35. quando procederetur ſola facti veritate inſpecta, vt tenent quamplures Doctores quos ibi refert, inter quos Ant. Gomez *vbi ſuprà, n.*6. *& in fin.* & alios. Sed in his Regnis hoc modo procedi mandatur eius legibus igitur, &c.

Tertiò igitur Farinac. *num.*34. idem eſſe quan- 12
do in libello adeſſet clauſula, *omni meliori modo, &c.* vt cum omni ibi probat. Sed hæc etiam clauſula communiter adiici conſueuit in libellis, ergo.

Limitat præterea Farinac. *num.*36. quando in 13
Inquiſitione adeſſet clauſula *non ſe adſtringens, &c.* vt diximus *ſuprà*, & tenet Bart. *in l. D. Adrianus, col. fin. ff. de acquir. hæred.* Anton. Gomez *d. num.*6. *verſic.*2. *limita*, Clar. *in practic. crimin. q.*12. *in verſic. ſed quid ſi accuſator in fin.* & alij relati ab eiſdem.

Limitat etiam Farinac, *num.*35. *in verſ. limita* 5. 14
vt non procedat quando delictum probaretur ex confeſſione rei.

Tandem limitat, *num.*38. *cum ſequenti*, vt quid- 15
quid ſit de iure, hodie de conſuetudine contrarium ſeruetur ſecundum quam ſequitur condemnatio etiam non probata qualitate in Inquiſitione deducta, de qua conſuetudine teſtes ſumus, nec non & prius alij grauiores & antiquiores practici, quos ibi citat Farinac. à quibus nullo modo recedendum eſt in practica, licet adhuc Farinac. *vbi ſuprà*, contendat quod prædicti Doctores de conſuetudine teſtantes fundant ſe in præallegatis clauſulis, & non ſimpliciter in conſuetudine: ideoque vbi in Inquiſitione tales clauſulæ non adeſſent conſuetudo ceſſaret, & hanc putat meram veritatem, cum qua nouiſſimè inquit concordare Hippolyt. Rimin. *conſ.*349. *n.*5. *lib.*3. Sed nihilominus tenet quod prædiximus, præcipuè in his Regnis Hiſpaniæ, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, vt *in lib.*10. *titul.*17. *lib.*4. *nou. collect. reg.* ibi: *Anſi en los pleytos ciuiles, como criminales*, & ibi: *Seyendo hallada y probada la verdad del fecho por el proceſſo.*

Requiritur etiam quod Inquiſitio formetur à 16
iudice competenti, aliàs erit nulla, Angel. *de maleſ. in verbo, hæc eſt quædam Inquiſitio, in verſiculo, quarto principaliter requiritur*, Marant. *de ordin. iudic. part.*6. *num.*102. & latè Oſaſcus, *conſil.*64. *num.*7. Boſſius *tit. de Inquiſitione, num.*6. & Farinac. *d. quæſt.*1. *de Inquiſitione, num.*53. vbi *numeris ſequentibus*, plura hinc infert. Primò, quod reus, contra quem inquiritur, debet eſſe ſuppoſitus iuriſdictioni inquirentis, aut ratione loci, originis, domicilij, vel delicti, *l.*1. *Cod. vbi de crimin. agi oport.* aliàs iudex non poteſt contra eum inquirere, ſecundum Angel. *vbi ſuprà, num.*50. Boſſ. 67. Couarr. *rub. in practic. quæſtionibus, cap.*11. *num.*6. Oſaſcus *d. conſil.*64. *num.*7. Farinac. *d. quæſt. num.*54. & declarat latius idem *in quæſt.*7.

Secundò infertur, quod Inquiſitio formata per 17
iudicem ſecularem contra Eccleſiaſticas perſonas eſt nulla & inualida, vt cum aliis probat Farinac. *d. quæſt.*1. *num.*55.

Tertiò, idem auctor ibi *num.*56. dicit hinc eſſe, 18
quod non omnes iudices criminaliter inquirere poſſunt, ſed illi tantum qui merum habent imperium, & propterea ciuiles iudices, qui cauſæ criminalis cognitionem non habent, & qui nec cor-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

rigere, nec punire poſſunt, inquirendi poteſtatem minime habent ſecundum Doctores, quos
19 ibi citat, & *num.57.* hoc limitat cum aliis, vt non procedat in cauſis criminalibus incidentibus in cauſa ciuili, coram ciuili iudice, in quibus ſi ciuiles iudices inquirendi & procedendi poteſtatem habent, vt in caſu *leg. quoties, Cod. de iudic.* vbi quod qui principaliter poteſtatem non habet incidenter eam conſequitur. Quæ lex procedit in cauſa incidenti, quæ tamen taliter eſt principaliter connexa, vt ſine ea eadem cauſa principalis diffiniri non poſſit, alias ſecus ſecundum Monachum, *lib.1. de arbitr. iudic. quæſt.91. num.9. per l.1. Cod. de ordin. cogn. & in l. ſi quis a liberis, §. ſi vel parens, ff. de liber. agnoſc.* & ſequitur Farinac. *d. quæſt.1. num.58.* qui *num.58.* inquit exemplum huius limitationis ponere Doctores in teſte fal-
20 ſum deponente coram ciuili iudice, & ibi *cum numeris ſequentibus* latè examinat & declarat, an poſſit & quando eodem iudice puniri. Sed an è conuerſo, ſicut iudex ciuilis poteſt de criminali cauſa coram eo incidenter cognoſcere, ita pariter, licet criminales iudices non poſſint de ciuilibus cauſis cognoſcere, poſſint tamen in incidentibus cauſis ciuilibus ſe intromittere ratione connexitatis, nempe ad reſtitutionem rerum furatarum, ſeu damnorum & intereſſe paſſorum ſimul cum pœna delicti & furti criminaliter, agit latiſſiméque declarat Farinac. *d. quæſt.1. num.62. cum pluribus ſequentibus vſque ad num.68.*

21 Requiritur etiam ad Inquiſitionem quod ſuperueniente aliqua noua qualitate aggrauante delictum principale in Inquiſitione deductum, putà ſi poſt Inquiſitionem factam de vulnere ſuperueniat mors vulnerati, noua fiat Inquiſitio ſuper morte, & homicidio: Inquiſitio namque præcedens facta de vulnere euaneſcit, nec ex ea poteſt ſequi condemnatio pro homicidio in pœnam mortis: eſt communis ſecundum Farinac, qui alios allegat, *d.q.1. num.70.* vbi *in numeris ſeqq.* eam limitat tribus modis. Primò, in Inquiſitione facta de vulnere mortali, ſeu illato animo occidendi, in qua etiam morte ſequuta poteſt abſque alio proceſſu, ſeu noua Inquiſitione de homicidio & morte ſequi condemnatio, & hoc attento iure communi; ſecus hodie de conſuetudine. Quam diſtinctionem approbat, & communem dicit Ant.
23 Gomez *3. tom. var. reſolut. tit. de homicid. num.31.* Secundò limitat in Inquiſitione, in qua adeſt clauſula ſuper dependentibus & connexis, Angel. *de maleſ. in verbo, in platea communi, num.29.* & Boſſ. *de Inquiſit. num.105. 107. & 108. in princip.* Limitat & tertio in Inquiſitione, in qua iudex expreſsè proteſtatur quod intendit etiam ſuper morte inquirere quatenus ſuccedat, & quod in euentum mortis imponet pœnam homicidij ordinariam, iuxta communem opinionem Doctorum de qua per Anton. Gomez *d. num.31. prope fin.*

## SVMMARIVM.

1 *Inquiri an poſſit is contra mandantem, non conſtito de mandatario?*
2 *Teſtis depoſitio contra mandantem non valet, niſi etiam de mandatario deponat, & n.3.*
3 *Et an ſufficiat quod de delicto principali conſtet per indicia, & præſumptiones? n.4.*

---

*An poſſit contra mandantem inquiri, non conſtito de mandatario.*

## QVÆSTIO XVI.

1 QVÆRO an poſſit contra mandantem inquiri de mandato, non conſtito de mandatario, & ſic de principali delinquente? Hanc quæſtionem optimè abſoluit Farinac. *in ſuis quæſt. crim. in 1 part. de Inquiſitione, quæſt.3. per totam*, vbi inquit omnes, nemine quem viderit diſcrepante, negatiuè reſpondere per textum, quem neſcire eſſet maximum dedecus (teſte Boſſ. *in tit. de delict. num.35.*) ſcilicet, *in l. is qui rem la ſegunda, §. ſi in Titium*, & Bart. *in l. fin. ff. de furt.* Et hanc eſſe communem opinionem plures allegans, & quod ita omnes ſequuntur & practicantur affirmat Farinac. *d. quæſt.3. num.1.* Et *num.2.*
2 *& 3.* duas rationes à Doctoribus aſſignatas huius concluſionis refert: & ampliat, vt depoſitio teſtis contra mandantem aliquid teſtificantis non valeat, niſi etiam de mandatario deponat, ſecun-
3 dum Bald. & alios plures, quos refert. Ampliat etiam *num.4.* prædictam regulam negatiuam procedere nedum in mandante, ſed etiam in auxiliatore, contra quem pariter de auxilio procedi non poterit, niſi conſtet de principali delinquente, ſecundum Bart. *in d. §. ſi in Titium, & in conſ.181.* & alios plures quos ibi refert teſtantes de com-
4 muni. Et *num.5.* quod debet de delicto principalis delinquentis plenè conſtare verè, & certè, non autem per præſumptiones & indicia: adeo quod ſecundum communem ſententiam plurimorum, quos ibi refert, non ſufficiat ac hoc ficta confeſſio per contumaciam, vigore ſtati volentis contumacem haberi pro confeſſo. Ipſe tamen Farinac. rectius, & pluribus probat ibi contrarium tam attento iure communi; quam practica communi omnium tribunalium Romæ; imò quod ſufficiat conſtare de mandatario & principali delinquente per indicia, & nominationem ipſius, vel ſententiam in contumaciam latam. Et *num.6. cum ſequent.* duobus modis limitat præfatam communem regulam negatiuam, in quibus omnibus rectè meo iudicio loquitur Farinac. *vbi ſuprà*, ideoque eum ſequor nihil aliud addens.

## SVMMARIVM.

1 *Sortilegium quid ſit? & de aliis in materia, & de Aſtrologis, & numeris ſeqq.*
5 *Sortilegiorum ſpecies multæ, & diuerſæ ſunt, ſecundum diuerſas hominum profeſſiones & formas.*
6 *Sortilegiorum duplex eſt profeſſio, tacita ſcilicet, & expreſſa, vt hic.*
7 *Sortilegiorum, quædam ſunt quæ ſapiunt manifeſtam hæreſim, & puniuntur pœna hæreſis, quædam vero quæ hæreſim non ſapiunt manifeſtam, & hæc aliis pœnis puniuntur, vt hic.*
8 *Sortilegij crimen in ſecunda ſpecie manifeſtam hæreſim non ſapiens eſt mixti fori.*
9 *Sortilegia hæreticalia quæ dicantur, & quæ non hæreticalia? num.10. & 11.*
12 *Aſtrologi quando dicantur & puniantur vt hæretici.*

13 Chiro



13 *Chiromantici qui dicantur, & quando puniantur?*
14 *Aſtrologia vti quando ſit licitum? & num.15. 16 & 17.*
18 *Aſtrologiæ artem contra exercentes adeſt Bulla Sixti V. Pontificis maximi, de qua hic.*

---

*De Sortilegio quid ſit, & de aliis in materia, & de Aſtrologis.*

*In l.5. tit. lib.8. nou. collect. Reg.*

## QVÆSTIO XVII.

1 QVÆRO circa *l.5. titul.1. hoc lib.8. nou. collect. Reg.* qua cauetur, *que los adiuinos y ſorteros, y los que vſan de Aſtrologia, y aquellos que los creen deuen ſer reputados por hereges, y manda à las juſticias Reales que de ſu oficio hagan peſquiſa ſobre ello, y que ſean caſtigados ſegun ſe contiene en las leyes de las ſiete partidas, &c.*

2 Quid ſit *ſortilegium*? In quo dicemus, quod ſortilegium in genere ſumptum, & vt comprehendit omnes ſortilegiorum ſpecies, duplici modo poteſt deſcribi. Primò, quod ſit ſuperſtitio quædam illuſoria, & ſummè noxia, qua vtitur homo dæmonis miniſterio, vt patet ex *c. in ſumma 26. quæſt.5. & ex cap. qui ſine Saluatore, 26. quæſtione 2. & ex cap.1. & 2. de ſortileg. & ex l. nemo, & leg. multi, Cod. de maleſic. & mathemat.* & ex Diuo Thoma *2. 2. quæſt.95. artic.4. titul. de ſuperſt.*

3 Secundò *ſortilegus eſt*, qui diabolicam religionem profeſſus, noxia quæque ſuperſtitioſa, aut eluſoria dæmonis inſtructione componit. Et hic ſecundus modus differt à primo potius verbis quam re: ita Proſper. Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin. 1. p. quæſt.20. num.73.*

4 Dicuntur autem largè ſortilegia omnes Magorum vanæ obſeruationes, vt ex Plinio, *lib.28. natur. Hiſtor. cap.4.* docet Petrus Gregorius *lib.3. ſyntagm. cap.1. num.11.* Et in hac larga ſignificatione comprehenduntur *los adiuinos, bruxos, hechizeros, y encantadores*, & ſi qui ſunt alij, qui cum dæmone, aut tacitam, aut expreſſam locutionem habent, vt inquit Don Ioan Vela *in ſuo tractat. de pæn. delict. cap.34. de ſortilegij pœna*, de quibus plura tradentes allegant Diuum Thomam *vbi ſupra, artic.8.* Syluestr. *in in ſumma, verſiculo ſuperſtitio, quæſtione 9.* Abb. *in cap.1. & fin. de ſortileg.* Alphonſ. à Caſtro, *lib.1. de iuſta hæret. punit. cap.13.* Paul. Ghirlland. *in tract. de ſortileg.* Simanc. *de inſtitutionibus Catholic. titul.62. & 63.* Plaçam *de delict. cap.20.* Menochium *de arbitr. caſu 388.* & Petrum Gregorium *vbi ſupra*, omnino videndum, & D. Paz *in ſua practic. 3. tom. 8. part. cap.1. num.12.* Bernard. Diaz *in ſua practica crimin. in Canonica, cap.107.* & ibi eius additionat. Clar. *§. hæreſis, num.25.* Auiles *in cap.53. prætor. verbo, adiuinos*, Auend. *de exequend. mandat. reg.2. part. cap.32.* Didacum Perez *in l.9. tit.1. lib.8. ordinament.* Sed ego omnium optime de hac re agentem allego nouiſſimum Farinac. *vbi ſuprà cum pluribus, numeris ſequentibus*, à quo non verebor pleraque meliora decerpere, vti doctiſſimo interprete & magno practico.

5 Sortilegiorum autem ſpecies multæ ac diuerſæ ſunt, ſecundum diuerſas hominum profeſſiones & formas. Principaliores vero ac magiſtrales, & ad quas cæteræ aliæ tanquam ſubalternæ reducuntur, ſunt tres ſecundum Paulum Ghirlland. *vbi ſuprà, quæſtione 2. num.1. cum ſequentibus, Diuinatiua, Amatoria, & Venefica. Diuinatiua* eſt illa, per quam ſortilegi futura quædam, præſentia, vel præterita nobis ignorata vaticinari conantur, de quibus fit mentio *in canon oportet, 26. quæſt.5. & in cap. ſortilegi, 26. quæſt.1. & in l. nemo, Cod. de maleſic. & mathemat. Amatoria* ſpecies ſortilegij, eſt illud, quod fit propter amorem libidinoſum, & vt plurimum adflectendum animos pudicos ad libidinem tam mulierem quam virorum, de quibus alia iura loquuntur. *Venefica* autem ſeu malefica ſortilegia, quæ cæteris aliis pernicioſiora reputantur, ſunt illa, per quæ diuerſæ fabricantur infirmitates, morbi & calamitates in humanis, ac brutorum corporibus, ex quibus vel mors ſtatim cauſatur, vel corpus maleficiari paulatim conteritur, vitrus debilitatur, & poſt longas & luctuoſas querelas, & lacrymabiles fletus tandem perit & conſumitur, vt latè proſequitur Farin. *vbi ſuprà, n.74. & 75.* & ante eum latè de his agens Azeued. *in hac l.5. num.18. cum ſeqq.*

Sortilegiorum præterea duplex eſt profeſſio, 6
*Tacita*, ſcilicet, & *Expreſſa*. Sortilegi enim profitentes Deum Saluatorem relinquunt illius nomen, Baptiſmum, & reliqua Sacramenta Eccleſiæ abnegant, dæmoni adhærent, eidem perpetuam obedientiam ſpontanea voluntate promittunt, addito etiam iuramento & homagio. Et quando hæc promiſſio per hos ſortilegos fit dæmoni ipſi, vel ſolemniter & publicè, tempore, quo idem dæmon in maieſtatis ſuæ, vel potius tempeſtatis ſolio reſidens more Principis coadunari fecit vniuerſalem congregationem ſtrigarum, maleficorum, necromantium, & cuiuſcumque generis ſortilegorum, certis nocturnis horis, locis & temporibus, de quibus per Ghirlland. *in tractat. de ſortileg. quæſtione 3. numero 5.* & latiùs *quæſtione 7. per totam*, præſertim *numero 28 & 29.* vel etiam priuatè ipſi dæmoni ſolum abſque illa vniuerſali ſortilegorum congregatione, & ſtrigarum multitudine, tunc propriè dicitur facta *expreſſa* profeſſio. Quando vero hæc promiſſio non ipſimet dæmoni facta eſt, ſed alicui alteri ſortilego magiſtro hanc promiſſionem nomine dæmonis recipienti, tunc non *expreſſa*, ſed *tacita* ſolum dicitur facta profeſſio. Et vtroque caſu dicitur contracta amicitia, vel potius peſtifera quædam ſocietas inter ſortilegum & ipſum dæmonum, qui è contra ſuo vaſſallo ſubdito & ſortilego ipſum illudendo & decipiendo promittit, quod in poſterum ſemper ſe facilem reddet in obſequendo illius appetitui & voluntati, quod multa mirabilia eius medio in vita ſua in mundo conficiet, theſauros inueniet, de ſuis inimicis vindictam ſumet, præſentia, futura, præterita dignoſcet, cuiuſuis pulchræ mulieris amore quo captus fuerit fruetur, dummodo fide Chriſti abnegata ipſum adoret. Et ij, qui ſunt de *expreſſa* profeſſione, ſunt multo chariores & dilectiores dæmoni, quam illi qui ſunt in *tacita* profeſſione: nihil enim expreſsè profeſſi ſortilegi petunt à dæmone, quod ab eo denegetur ſi facere poteſt, & ſi petunt ea, quæ facere non poteſt, fingit ſe illa facere, & per multas illuſiones eos decipit, ſortilegiaque & maleficia conſtricta ab illis ſortilegis expreſsè profeſſis ſunt multo grauiora

&

& atrociora iis, quæ conſtruuntur à ſortilegis tacitæ profeſſionis, qui licet etiam ipſi ſua exerceant maleficia dæmonis miniſterio, nihilominus non habent eandem vim & poteſtatem, ſicut ij qui ſunt expreſsè profeſſi, ita hæc omnia ponit & declarat Ghirlland. dicta quæſtione 3. num. 6. & 11. & refert Farinac. prima parte, de delict. & pœn. quæſtione vigeſima, num. 77. & 78. nec non & Azeued. in dicta leg. 5. num. 25. cum ſequentibus, vbi numero vigeſimoſexto, quod illi iudicantur habere pactum cum dæmone, qui defunctorum animas euocant, & qui excitent pueros, & dæmones familiares circunferunt & qui (vt dicitur) ſpiritus paſcunt in vitro, per quos ſe prophetare mentiuntur, & qui illuſiones & phantaſmata edunt, & miracula quædam circulatoriis artibus ludunt, ſecundum Simancas de inſtitutione Catholic. titul. 63. numero vigeſimonono.

7 Sortilegiorum præterea quædam ſunt, quæ ſapiunt manifeſtam hæreſim & puniuntur pœna hæreſis; quænam vero, quæ hæreſim non ſapiunt manifeſtam, & hæc aliis pœnis puniuntur, vt notant Paulus Ghirllandus vbi ſuprà, quæſtione 11. Simancas dicto titul. 63. Didacus à Perez vbi ſuprà, & ab ipſis Inquiſitoribus in priori ſpecie, vt docet Abbas in capite 1. de ſortileg. Simancas & Didacus Perez vbi ſuprà, quos refert & ſequitur Don Ioan. Vela vbi ſuprà, dicto capite 34. in verſiculo, huius autem, idem tenet Azeuedo in hac leg. 5. num. 13. vbi quod in hoc omnes concordant, & iterum ſub num. 44. in verſiculo deuen ſer reputados por hereges, vbi etiam & num. 46. idem probat quoad credentes prædictis ſortilegis, diuinatoribus, auguribus, & Aſtrologis hæreſim ſapientibus, quoties iſte talis credens credit abſque dubio ſupradictos vera dicere, & ab eis prædicta eſſe omnino euentura, vel eueniſſe: nam tunc vt hæretici eſſent tales credentes eis reputandi. In ſecundo vero prædicto caſu iuriſdictio non ſpectat ad Inquiſitores, ſed ad Ordinarium, qui in hoc crimine poteſt eſſe tam ſecularis quam Eccleſiaſticus, ſecundum Iulium Clarum lib. 5. recept. ſentent. §. hæreſis, in verſiculo, ſucceſ-
8 ſinè quæro. ¶ Crimen namque ſortilegij in hac ſecunda ſpecie eſt mixti fori, ita vt vterque iudex poſſit procedere, vt tenuit Abbas in cap. 1. numero tertio & quarto, de ſortileg. Auiles cap. 53. prætor. in gloſſa (caſtiguen) numero primo, communis ſecundum Auendañ. ſecunda parte, dicto c. 21. numero primo, quem refert & ſequitur Clarus vbi ſuprà, dicens notandum, quia in Parlamento Franciæ fuit ſuper hoc diuerſimodè iudicatum, vt refert Papo lib. 22. artic. 5. Arreſto 1. & 2. & quod ſit mixti fori hoc crimen, & ſit locus præuentioni inter Eccleſiaſticum iudicem & ſecularem tenet etiam D. Azeued. in dicta lege 5. num. 51.

9 Illa autem ſortilegia dicuntur hæreticalia, quando in illis imploratur auxilium dæmonis ad cognoſcendum & faciendum ea, quæ de ſui natura ſcire, aut facere ipſe dæmon non poteſt, cum ſummus Deus omnium creator illa ſibi in priuilegium reſeruauerit, nullique alteri creaturæ etiam Angelicæ conceſſerit, vtpote hominem verum & naturalem creare, vel creatum in melius, aut deterius reformare, aut in aliam ſpeciem commutare, vt habetur Geneſ. cap. 1. & 5. D. Thom. in prima parte, tractat. quæſtionum in titulo de potent. gener. & de creatur. quæſtione 2. artic. 6. & quæſtione 3. articul. 1. 2. & 4. Item mortuum reſuſcitare, ita vt verè & naturaliter viuat, ſicut fuit reſuſcitatus Lazarus, vt habetur Ioann. 2. & ſicut etiam fuit ſuſcitatus filius illius viduæ, dum in feretro ducebatur ad ſepulturam, vt habetur Matthæi 18. Item futura ſcire ex vera & perfecta ſcientia, vt dicitur Iſaias cap. 41. Item cœli motum ſiſtere, vt inquit Diuus Thomas in tractat. quæſtionum in prima parte, quæſt. 1. artic. 5. & 6. Item ſecreta cordis humani cognoſcere, cum ſolus Deus ſit perſcrutator cordium, vt habetur Matthæi cap. 22. In his & ſimilibus caſibus, quibus dæmoni denegata eſt potentia, ſi in ſortilegiis illius auxilium imploratur, proculdubio ſic implorans ſortilegus hæreticus eſt, & pagano deterior qui attribuit creaturæ quod eſt proprium creatoris, ita Ghirlland. de ſortileg. q. 10. num. 1. 2. 6. & 19. Clarus in pract. §. hæreſis, verſiculo, ſucceſſiuè quæro, ſequitur Farinac. d. quæſt. 20. num. 79. ad fin.

Illa vero ſortilegia non dicuntur hæretica- 10
lia, in quibus dæmon inuocatur ad faciendum, ſeu cognoſcendum ea, quæ ipſe facere & cognoſcere poteſt (diuina virtute non reprimente) provt eſt homines ad peccata & libidines tentare, vt habetur in Apocalypſi 2. Geneſ. 3. Matthæi 4. Marc. 1. Lucæ 4. & tradit Diuus Thomas ſecunda ſecundæ, diſtinctione 95. quæſtione 2. in titul. de ſuperſtitione. Item naturalium & ſuperiorum rerum virtutes cognoſcere, ex quibus medicamenta mirabilia ad ſanandum, & atrociora veneficia ad cauſandas diuerſas infirmitates confici poſſunt, vt per eundem Diuum Thomam in tractatu quæſtionum prima parte, quæſtione 5. & eodem lib. quæſtione 16. articulo 7. de dæmon. Item præſentia, occulta, & præterita ſcire, & ſic furta iam facta reuelare. Ita in his caſibus, & ſimilibus, ſi dæmonis in ſortilegiis imploretur auxilium, non dicitur ſortilegium hæreticale, quia nihil dæmoni tribuitur quod ipſe (Deo non reprimente) agere non valeat, ſecundum gloſſam, Archidiac. & alios in capite accuſatus, §. ſanè, de hæretic. in 6. Oldrad. conſilio 210. regularis habet traditis in fin. Ghirlland. in tractatu de Hæretic. quæſtione 10. numero tertio & decimo, Gemin. conſilio 54. Matth. de Afflict. ſuper prima parte, conſtitution. Regni, Rubrica 2. num. 17. Abbas in Rubrica de Hæretic. num. 13. vbi quod propterea aliàs fuit iudicatum in Romana Curia in cauſa talionis, quæ fiunt ex cauſa amoris non eſſe Hæreticales, Tiraquell. de pœn. tempera. cauſ. 4. num. 3. Clarus dicto §. hæreſis, ſub eodem verſiculo, ſucceſſiuè quæro. Tametſi Barbat. conſilio 55. lib. 1. teneat quod ſortilegia, quæ fiunt ad ſciendum furta commiſſa, ſapiant hæreſim manifeſtam: ſed eum reprobat Clarus vbi ſuprà. Ad Barbatij tamen opinionis defenſionem faciunt eleganter ſcripta in fratre Bartholomeo Spineo in Apologia 4. in poncinibus, eundemque tutatur Pegna indirectò, quæſt. 2. comment. 67. provt eos ad hoc refert Farin. vbi ſuprà, num. 80. ad fin.

Verùm pro declaratione præcedentium ob- 11
ſeruandum eſt primo, quod omnia ſortilegia, quæ fiunt à ſortilegis, qui ſunt de expreſſa profeſſione, de quibus ſupra, ſunt hæreticalia etiam quod in illis dæmon non inuocetur, in his, quæ facere poteſt. Licet enim iſto caſu non poſſint dici hæreticalia reſpectu operis, dicuntur tamen hæreticalia reſpectu operantis, qui cum ſit de expreſſa dæmonis profeſſione, verè & propriè dicitur hæreticus, ex quo relicto Deo pro-



prio creatore dæmonem tanquam vnicum Deum adorat. Inquit namque Oldradus vbi ſuprà, in ſortilegiis dæmonem inuocari duplici modo, vel per modum imperij & ſuffragij, vel per modum adorationis, & cultum latriæ. Primò caſu dæmon inuocatur à ſortilegis tacitæ profeſſionis, qui nondum penitus ſe remouerunt à diuino cultu, & Chriſtiana Religione, nec dæmonis cultum per diabolica ſacrificia, & adorationes celebrant: & iſto caſu ad iudicandum an ſortilegia ſint hæreticalia, necne, attendenda eſt diſtinctio, de qua ſuprà. Secundò caſu, ſcilicet, per modum adorationis, & cultus latriæ dæmon inuocatur à ſortilegis expreſſæ profeſſionis, qui expreſsè abnegarunt Chriſti fidem, & iterum ſe baptizarunt in nomine Beelzebub: & iſto caſu indiſtinctè omnia ſortilegia ab iſtis confecta erunt hæreticalia, ſequitur etiam Geminianus in dicto capite accuſatus, §. ſanè, Paulus Ghirllandus in tractat. de ſortileg. quæſtione 10. num. 4. 5. 10. 11. & 18. vbi etiam quod indiſtinctè ſunt hæreticalia omnia ſortilegia, in quibus interuenit aliquis hæreticus, vel rebaptizatur aliquis puer, vt per gloſſam in dicto §. ſanè, Clar. loquens in rebaptizatione pueri in dicto §. hæreſis, in verſiculo, ſed hic incidenter quæro, vbi ſic dicit eſſe peritorum omnium communem ſententiam, teſte Simancas in tractat. de Hæretic. capite 30. numero 9. refert & ſequitur Farinac. vbi ſuprà, dicta quæſtione vigeſima, num. 81. & 82. vbi numero 83. & 84. cum ſequenti latè agit quid quando in ſortilegiis miſcetur hoſtia ſacrata, vel non ſacrata, oleum ſanctum, aqua, candelæ, vel rami oliuarum benedicti, pars lapidis ſacrati, purificatorij calicis, aut alia res ſacrata, vel benedicta: & numero 86. quid quando ſortilegi in ſortilegiis imagines cereas vel cretæ conficiunt, illaſque baptizant ſub nomine Beelzebub: deinde vocato dæmonis præſidio, eas vel igni adurunt, vel acu perforant, vt dolores, tormenta, & ægritudines inferant perſonæ repræſentatæ per illam imaginem. Et ſecundum ſupra reſoluta intelligenda ſunt, & declaranda verba generalia noſtræ legis quintæ in principio, dum inquit, que los adiuinos y ſorteros, y los que vſan de Aſtrologia; y aquellos que los creen deuen ſer reputados por hereges: diſtinguendum eſt enim iuxta ſuperiora.

¶ Nunc de Aſtrologis dicemus pro declaratione eiuſdem legis, de quibus ita reſoluendum eſt.

12 Aſtrologi, qui ex ſignis cœleſtibus, & aſtrorum curſu futura prædicunt, ſi ſic futura prædicunt ex certa ſcientia, quaſi quod ſigna illa, per quæ futura conſectantur, ſint cauſæ rerum imponentes futuris rebus neceſſitatem, ſunt hæretici, & vt hæretici puniendi ſunt: quia futurorum notitia certa, provt eſt in eſſe rei, eſt ſolius Dei, vt in capite conſuluiſti, 2. quæſtione 4. & in capite ſciendum, 26. quæſtione 3. Signa autem cœleſtia non ſunt cauſæ rerum finales imponentes neceſſitatem humanis rebus agendis, aut homini; ſed ſunt ſigna quædam inclinatiua rerum futurarum, ſecundum communiter accidentia per quaſdam regulas & naturas corporum cœleſtium, quæ multoties fallunt, & quibus non ſubiicitur neceſſario natura humana, quin poſſit illas euitare, & vti liberi arbitrij poteſtate, Abb. in cap. 2. de ſortileg. & Ioan. Lect. in ſumma confeſſ. eodem titulo, quæſt. 5. Si vero eadem futura iſta Aſtrologi & diuinatores prædicunt demonſtratiuè, præſumptiuè, ſeu inclinatiuè, & non per modum neceſſitatis, tunc non peccant, nec puniuntur, Abbas in dicto cap. 2. & optimè latéque Paul. Ghirlland. vbi ſuprà, quæſtione 11. numero 16. & 22. & in quæſtione 5. num. 13. & 14. nec non & Alphonſ. à Caſtr. dicto lib. 2. de iuſta hæretic. punit. cap. 13. per totum, præcipuè in verſiculo, ad hunc modum, columna mihi 1125. cum ſequenti, & Ignac. Salced. ad Bernard. Diaz de Lug. in pract. crimin. Canonica, cap. 107. verſiculo, nec caret, & late Emanuel Rodriguez in ſua Summa 1. tom. cap. 7. de los adiuinos y hechizeros, concluſione 1. & Azeued. in præſenti, leg. 5. num. 38. ad fin. & num. 37. vbi hoc modo concordat opiniones contrarias, quas ibi late fundauerat pro vtraque parte, & ſequitur Farinac. dicta quæſtione 20. num. 111. vbi num. 112. cum Ghirlland. vbi ſuprà 13
eadem diſtinctione vtitur in Chiromanticis, qui per lineamenta manus futura, vel præterita ſe dignoſcere profitentur: ſi enim præterita enarrant, quæ euenerunt illi, cuius manus intuentur, iſto caſu nec peccant, nec puniuntur: ſi vero prædicunt futura per modum inclinationis, & demonſtratiuè, & tunc pariter nec peccant nec puniuntur; ſecus ſi per modum neceſſitatis, quia tunc vt hæretici puniuntur, D. Thom. ſecunda ſecundæ, diſtinct. 95. quæſt. 27. artic. 5. & per Ioan. Lect. vbi ſuprà quæſt. 2. 3. & 5. & Farinac. dicta quæſtione 20. numero 112. Sed culpam eſſe vti arte Chiromantiæ ad effectum diuinandi, quia eſt ars prohibita, dicunt plures auctores, & conſtat ex Catalogo librorum prohibitorum per Sanctum Officium Inquiſitionis, quos refert & ſequitur Emanuel Rodriguez vbi ſuprà in dicta prima concluſione, vbi id limitat cum Alcocer, quando por burla y paſſatiempo ſe miran las rayas de las manos, porque eſto es ſolamente pecado venial.

14 Vti tamen Aſtrologia, para ſaber los mouimientos de los cielos, planetas, y eſtrellas, las conjunciones y opoſitiones, y otros aſpectos, y los eclypſis, y crecimiento de los dias, y todas las otras coſas pertenecientes a la Theorica de la Aſtrologia, leer, y eſtudiar eſtas materias, y vſar de los inſtrumentos neceſſarios para ellas, licito es y prouechoſo, por no auer en eſtas coſas coſa mala ni ſuperſticioſa, antes aprouecha ſu conoſcimiento para conjecturar la humedad, ſequedad, frio, calor, eſterilidad, y fertilidad del tiempo, vt ex D. Thom. & aliis colligit & affirmat Emanuel Rodriguez vbi ſuprà concluſione 2. & prius probauit Caſtro vbi ſuprà, idem
dicens de medicis, qui prænuntiant de morte, 15
aut conualeſcentia infirmorum. In quibus rebus aliquando prædicunt vera, aliquando falluntur. Hæc namque prænunciatio non poteſt dici diuinatio, quia limites naturalis cognitionis non excedit.

16 Sed Emanuel Rodriguez in concluſionibus ſequentibus plura alia in propoſito declarat an ſint licita, nec ne? Como es por el naſcimiento de alguno conjecturar ſu phiſonomia, eſtatura, hermoſura, complexion, inclinacion, virtudes, ò vicios, ò ciertas artes, habilidad, ſanidad, y enfermedad, porque eſto (dize) es licito. Però dezir con certidumbre lo que depende del libre aluedrio, como que fulano ſerà ladron, luxurioſo, homicida, murmurador, limoſnero, humilde, ſufrido, templado, amado de los Reyes y Principes, es vanidad, ſuperſticion y peccado mortal. Y que tam bien lo ſerà diuinar por la dicha Aſtrologia, que fulano morirà muerte

*muerte de agua, ò de fuego, ò en batalla, ò en deſafio: porque eſtas coſas, ò ſemejantes no dependen de cauſas naturales, como lo tienen Santo Thomas, y otros.*

17 *Y que anſi miſmo es ilicito, y pecado mortal vſar de interrogaciones Aſtrologicas, ſi parecieran las coſas hurtadas, y que la arte magica eſta prohibida, y que los que tienen libros della no han de ſer abſueltos haſta que los quemen: y que las mugeres, que vſan de oraciones licitas conformes a la Sagrada Eſcritura, y doctrina de los Santos, no mezclando en ellas algunas palabras vanas, ſi ſon honeſtas, y prudentes, y de buena fama, no pecan. Empero que los confeſſores las deuen auiſar que no vſen de ellas, ſi de tal vſo toman otras mugeres ſimples ocaſion para las dezir con alguna ſuperſticion*, como lo tiene Nauarro *in Man. cap.11. num.36. Y otras muchas coſas trae alli Fray Manuel Rodriguez, como ſon del vſo de las nominas, quales ſe pueden traer, y quales no, y en materia de hechizeras.*

18 Vltimo obſeruandum eſt, quod hodie habemus Bullam Sixti V. Pontificis maximi particulariter editam contra exercentes Aſtrologiæ iudiciariæ artem, & alia quæcumque diuinationum genera, ſub data Romæ die 5. Ianuarij, 1585. Quæ in omnibus eſt ſeruanda in caſibus occurrentibus, vbi innumeris niſus rationibus & auctoritatibus Sacræ paginæ, ac Sanctorum Doctorum, inquit huiuſmodi.

Hac perpetua valitura conſtitutione Apoſtolica auctoritate ſtatuimus & mandamus, vt tam contra Aſtrologos, Mathematicos, & alios quoſcumque dictæ iudiciariæ Aſtrologiæ artem (præterquam circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam) in poſterum exercentes, aut facientes iudicia & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus ſucceſſibus, fortuitiſque caſibus, aut actionibus ex humana voluntate dependentibus, aliquid euenturum affirmare audent, etiam ſi id ſe non certo affirmare aſſerant, aut proteſtentur, quam contra alios vtriuſque ſexus, qui ſupradictas damnatas, vanas, fallaces, & pernicioſas diuinandi artes, ſiue ſcientias exercent, profitentur & docent, aut diſcunt, quive huiuſmodi illicitas diuinationes, ſortilegia, ſuperſtitiones, veneficia, incantationes, ac præmiſſa deteſtanda ſcelera & delicta, vt præfertur, faciunt, aut in eis ſe quomodolibet intromittunt cuiuſcumque dignitatis, gradus, & conditionis exiſtant, tam Epiſcopi & Prælati ſuperiores, ac alij Ordinarij locorum, quam Inquiſitores hæreticæ prauitatis vbique gentium deputati, etiam ſi in pleriſque ex his caſibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentius inquirant & procedant, atque in eos ſeuerius Canonicis pœnis, & aliis eorum arbitrio animaduertant. Deinde prohibet omnes & ſingulos libros, opera & tractatus huiuſmodi iudiciariæ Aſtrologiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Aëromantiæ, Pyromantiæ, Oenomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, artis magicæ, aut in quibus ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, execrabiles incantationes, ac ſuperſtitiones continentur, ac vt in indice librorum prohibitorum ex decreto ſacri Concilij generalis Tridentini confecto interdictos ſub cenſuris, & pœnis in eo contentis à quibuſcumque Chriſtianis legi, aut quomodolibet retineri, ſed illos Epiſcopis, & ordinariis locorum, vel Inquiſitoribus prædictis præſentari & conſignari debere: & quod idem Inquiſitores liberè & licitè procedant & pœnis condignis punire & coërcere poſſint contra ſcienter legentes, aut retinentes libros & ſcripta huiuſmodi, ſeu in quibus talia continentur, non obſtantibus, &c.

Iuxta igitur hanc Pontificiam deciſionem omnia ſupradicta, & leg. noſtræ deciſio intelligenda, redigenda, ac obſeruanda ſunt in poſterum.

## SVMMARIVM.

1 *Sortilegi, Augures, Aſtrologi, & his credentes, quibus pœnis puniuntur iure ciuile & Canonico, atque Regio? & numeris ſequentibus, vbi per concluſiones proceditur.*

---

*Sortilegi, Augures, Aſtrologi, & his credentes, quibus pœnis puniantur.*

## QVÆSTIO XVIII.

QVÆRO circa eandem *lib.5.* dum in ea 1
cauetur, *que los adiuinos, y ſorteros, y agoreros, y los que vſan de Aſtrologia, y aquellos que los creen, ſean caſtigados ſegun ſe contiene en las leyes de las ſiete partidas*, quibus pœnis hi feriendi ſint? Et quidem iure diuino, ciuili, & Canonico, tam contra clericos, quam laicos curioſè & latiſſimè agit Petrus Gregorius *in ſua ſyntagma iuris vniuerſ. lib.34. cap.15. per totum,* & de iure ciuili, & Canonico latè prius Paulus Ghirlandus *de ſortileg. quæſt.11. per totam*, Bernard. Diaz de Lug. *in ſua practica criminali Canonica, cap.107. & 108. in nonis*, Auendañ. *2. parte cap.31. prætor. num.2.* Auiles, *cap.53. prætor in gloſſa (caſtiguen) num.3.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib.2. centuria 4. caſu* 388. & Azeued. *in dicta leg.5. num.47. cum ſequentibus*, Don Ioan Vela *in ſuo libell. de pœnis delictor. capit.34. per totum*, & latiſſimè omnium Proſper. Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin. prima parte, quæſt.20. num.80. cum pluribus ſequentibus*, vbi latiſſimè de hoc agit per 16. concluſiones. Deinde Regio per noſtros regnicolas ſupra citatos, ex quibus tam in iure, quam in praxi deduco ſequentes concluſiones magis præcipuas, cæteræ per ipſos videri poterunt.

Prima concluſio. Sortilegi, qui hæreticalia 2
conficiunt ſortilegia, cum pro hæreticis habeantur, vt hæretici puniendi ſunt indiſtinctè, ſiue ſortilegia ſint ad amorem, ſiue ad præſciendum futura, ſiue ad infirmitates inferendas, Ghirllandus *de ſortileg. quæſtione 11. num.1. & num.16. in principio, & num.9.* Menoch. *vbi ſupra, num.4.* Farinac. 87.

Secunda concluſio. Sortilegi de iure ciuili, cu- 3
iuſcumque generis ſint, & quomodocumque faciant ſortilegia, pœna mortis naturalis, & bonorum confiſcatione puniuntur, *leg. nemo, & leg. multi, & leg. & ſi excepta, & in leg. eorum, Cod. de maleſic. & mathemat.* Ghirlland. *de ſortileg. quæſtione 2. numero decimo, & quæſtione 11. num.5. 7. 11. 12. & 27.* Menoch. *vbi ſuprà, numero 5.* & Farinac. 88. poſt Clarum *in practic. §. fin. quæſtione 68. verſiculo ſortilegi, & maleſici, & cæteri omnes.*

Tertia concluſio. De iure Canonico in foro 4
pœnitentiali ſortilegi conficientes ſortilegia non hæreticalia, ſiue laici, ſiue clerici ſint, & ſiue ſortilegia fiant ad amorem, ſiue ad præſciendum



ſciendum præterita, vel præſentia occulta, ſiue etiam ad veneficandum homines, puniuntur pœnitentia 40. dierum, vt *in cap.1.* & ibi omnes, *de ſortileg.* Ghirlland. *vbi ſupra quæſtione 11. numer.2. 6. & 9.* Don Ioan Vela *vbi ſupra*, poſt Menoch. *dicto caſu 388. numer.6. & 7.* vbi etiam quod hodie fortè iſto caſu pœna erit arbitraria, cum Sacerdotibus omnes pœnitentiæ ſint arbitrariæ, & cum eis tranſit Farinac. *vbi ſupra n.90.* Et hanc tertiam concluſionem probant cæteri omnes.

5 Quarta concluſio. De iure Canonico, & in foro contentioſo clericus, qui bono zelo & ſimplicitate abſque dolo conficit ſortilegia non hæreticalia, vt in caſu *cap.2. de ſortileg.* ſuſpenditur à diuinis & miniſterio altaris per annum, & vltra iudicis arbitrio ſecundum facti & facinoris qualitatem & turpitudinem, quo termino elapſo ſtatim ipſo iure ad priſtinam adminiſtrationem reuertitur, vt dicto cap.2. & ibi gloſſa, verbo viſum, Abbas, *num.4. in fin.* Ghirlland. *dicta quæſtione 11. numer.5. & 4.* Menoch. *vbi ſupra numer. 8. & 9.* quo caſu quando clericus peccat deceptus, vel ſimplicitate, aut alia ſimili iuſta cauſa, mitius punitur iudicis arbitrio, Ghirlland. *quæſtione 14. numer.3. & quæſtione 17. numer.4. & 5.* Farinac. *vbi ſupra num.91. 94. & 101.* & Don Ioan Vela *vbi ſupra, verſic. hodie vero*, Azeued. *in d.l.5. num.49. & 51.*

6 Quinta concluſio. De iure Canonico in foro contentioſo clericus, qui non bono zelo, ſed dolo malo conficit ſortilegia non hæreticalia, deponitur ab ordine Sacro, omnibus beneficiis priuatur, & perpetuò in Monaſterium includitur, *cap. ſi quis Epiſcopus, 26. quæſtione 5.* & ibi gloſſa Abbas *in d. cap.2. de ſortileg.* Ghirlland. *d. quæſtione 11. numer.3. 8. & 10.* Menoch. *vbi ſupra numer.10.* Berber. *in ſuo viator. iur. tit. de ſortileg. num.11.* Farinac. *vbi ſupra, num.92.* & Don Ioan Vela etiam *vbi ſupra*, & efficitur infamis, vt *in cap. quiſquis, 2. quæſtione 8.* & antequam deponatur tonſuratur, in capite decaluatur in modum ſtultorum, & eorum veſtes ante & retro ſcinduntur, iuxta textum *in cap. de benedicto, 32. quæſtione 1.* Foller. *in practic. crimin. Canonica capit.33. num.49.* vbi quod iſto caſus clericus degradatur, verbaliter ſcilicet, non autem realiter, vt ibi per eum & ſequitur Farinac. *vbi ſupra, numer.92. & q.19. n.49.* & Don Ioan. Vela, *vbi ſupra*, ibi vnde textus.

7 Sexta concluſio. De iure Canonico in foro contentioſo laicus conficiens ſortilegia non hæreticalia pro prima vice excommunicatur, & ab Eccleſia remouetur, *cap. ſi quis Epiſcopum, & in c. aliquanti, 26. quæſt.5.* Si vero monitus iterum in eiſdem ſortilegiis perſeuerauerit, ſi eſt vilis perſona debet publicè fuſtigari, vel mitra dehoneſtari & ad triremes mitti. Si vero ſit perſona honeſtior, vel relegatur, vel perpetuo carceri mancipatur, *cap. contra idolorum, 29. quæſt.5.* quem textum ſing. dicit Roman. *ſing.660. tu ſcis quod iſti*, & tenent, Ghirll. *d. quæſt.10. & 11. n.4. & 10.* Menoch. *num.18.* & Farinac. *num.93. vbi ſupra*, Don Ioan de Vela, *dicto cap.34. ſub verſic. Pontificium*, & Azeued. *in d.l.5. n.12. & 49. ad fin.*

8 Sed hodie tam in clericis quam in laicis pœna ſortilegiorum non hæreticalium etiam de iure Canonico erit arbitraria, ſecundum Abb. *in dicto cap.2. de ſortileg.* quem ſequitur Ghirll. *d. q.11. num.7. in verſic. & circa præmiſſa, & n.10. in fin. & n.23. in fin. & n.26. verſic. Abbas tamen, & q.16. n.3. in fin. & q.17. n.4. cum ſeqq.*

Sed hoc arbitrium debet regulari in dubio à 9
ſupra dictis, & infra dicendis concluſionibus. Neque vnquam iſtis ſortilegis eſt minuenda pœna ſtatuta à Canonibus, niſi adſit aliqua iuſta cauſa, putà vel quod decepti, vel ex ſimplicitate peccauerint, vt cum aliis probat Farinac. *d.q.20. num.94.*

Septima concluſio. Licet de iure ciuili non 10
puniantur ſortilegi, qui ſortilegia exercent ad bonum finem, vtputa ad ſanandum ægrotos, maleficiatos, ad ſoluendum aliorum ſortilegorum facturas, ad incantandum imbres ne noceant ſegetibus, arboribus, animalibus & ſimilia, *vt in l. eorum. §.1.* & ibi notat Bart. *C. de maleſic. & mathem.* de iure tamen Canonico ſecùs eſt, quia Eccleſia ſummopere abhorret iſta remedia ſortilega, etiam quod fiant ad effectum recuperandæ ſanitatis, cùm non liceat inuocare auxilium dæmonis etiam pro mille corporum ſanitatibus: quia minus detrimentum eſt quod
pereant mille corpora, quam quod pereat vna 11
anima, *vt in capite admoneant, 26. quæſtione 7. cap. nec mirum, §. ad hæc autem 26. quæſtione 5.* & Diuus Auguſtinus *lib.10. de ciuitate Dei*, cuius verba ſunt relata *in dicto capite, nec mirum*, per Diuum Thomam 2. 2. *quæſtione 95. artic.3. verſiculo, dicendum*, ſequitur alios allegans Farinac. *dicta quæſtione 20. num.95.* vbi reſoluit propterea iſtos ſortilegos puniendos eſſe, iuxta ſupradicta *in concluſionibus præcedentibus*, nempè 5. & 6.

Hanc concluſionem ampliant quamplures 12
Doctores, quos refert & ſequitur Farinac. *numer.96. cum ſequentibus, vbi ſupra*, etiam quod ſortilegi prædicti in ſpecie dictæ concluſionis 7. miſceant in illis aliquas ſanctas & deuotas orationes Dei, Beatæ Virginis Mariæ, & Sanctorum, vel etiam ſi illas eaſdem orationes mandauerint dici per ipſum maleficiatum: quia ſolent iſto caſu ſortilegi aliquando aliqua extranea verba publicè, vel ſecrete dicere, quæ non ſolum non videntur congruere illis religioſis & deuotis orationibus, ſed quæ naturaliter ad illud opus ſanitatis non tendunt, nec poſſunt naturaliter talem effectum operari. Et aliquando etiam adiungunt nomina quædam ignota & characteres, ſeu alias diuerſas obſeruationes, quas manifeſtum eſt naturaliter efficaciam ad ſanitatem habere non poſſe. Et aliquando etiam mandant deferri ad collum maleficiari aliquas, ſchedulas, breuia, & ligaturas continentes aliquod extrinſecum, ſeu extraneum ſignum, characterem, aut nomen aliquod, quod naturaliter non tendit ad opus illud ſanitatis, ad quod finguntur dici per ſortilegium illas deuotas orationes. Et ſic, cum hæc & ſimilia extranea verba, nomina, ſigna, characteres, ſchedulæ, ligaturæ, & breuia ſint de ſe ſuperſtitioſa, nec fieri poſſint abſque ſuffragio, & inſtructione diaboli, reddunt propterea totum opus ſuperſtitioſum & punibile, vt ſupra. Vnde cauendum eſt ab his, & ſimilibus.

Octaua concluſio. Vbicunque ex ſortilegiis 13
ſequuta eſt mors maleficiati, tunc proculdubio ſortilegus tenetur pœna leg. Corneliæ de ſicariis, quia plus eſt hominem veneno occidere quam ferro necare, *l.1. C. de maleſic. & mathem.* & idem in terminis probat cum aliis Farinac. *dicta quæſt.20. num.102.* vbi quod iſto caſû ſortilegus comburendus eſt, & *numer.103.* idem probat, quando in ſortilegiis naturalem in viris, ac mulieribus generandi vim ſortilegus impedit,

impedit, aut efficit ne mulier concipere poſſit, aut grauida parere, aut lac nutricis deſiccat, aut alia ſimilia maleficia in corpore per cibum, & potum, aut extra corpus conficit, is namque ſortilegus vt homicida tenetur, *cap. & ſi aliquis*, & ibi DD. *de homicid. l. ſi quis aliquid*, §. *abortionis*, & ibi DD. *ff. de pœn. l. eorum C. de maleſ. & mathem.*

14 Si tamen Epiſcopus, vel Inquiſitor Apoſtolicus habeat in manibus Hæreticum ſortilegum, qui confeſſus eſt in ſortilegiis feciſſe homicidium, vel aliud grauiſſimum delictum, per quod ſecundum leges ciuiles deberet damnari vltimo ſupplicio, non poteſt de iure talem reum iudici ſeculari tradere, vt illum morti condemnet, quando pœnitens eſt paratus publicè abiurare, & condignam ſubire pœnitentiam, ſed debet illum volentem puro & non ficto corde ad gremium Eccleſiæ redire, beneficio, abſolutionis ab excommunicatione ſibi impenſo, & abiurata primitus hæreſi, iuxta textum in capite vt officium inquiſitionis, §. *ſi vero, de heret. 6.* ad reconciliationem admittere, vt latiſſimè probat, tenet, & ab aliis defendit Arnald. Alber. *in tractat. de agnoſc. aſſertio. Cathol. & heret. q. 25. num. 66. cum ſeqq.* ſequitur Farinac. *d. q. 10. num. 105.*

15 Nona concluſio. De iure noſtro Regio partitarum, de quibus loquitur noſtra l. 5. huius tituli 1. habemus, *l. 3. tit. 23. par. 7.* qua cauetur, *que puede cada vno del pueblo acuſar delante del juzgador a los agoreros, a los ſorteros, è a los otros baratadores, de que hablan las leyes de aquel titulo. E que ſi les fuere prouado por teſtigos, ò conoſcencia de ellos miſmos, que fazen, è obran contra tal defendimiento alguno de los yerros ſobredichos, deuen morir por ende, è los que los encubrieren en ſus caſas à ſabiendas deuenſer hechados de la tierra del Rey para ſiempre*, idem probat *lib. 5. & 6. titul. 3.* infra hoc *lib. 8.* vbi loquitur etiam *en los que vſan de herb. zerias y adiuinanças, y agoreros, y otras coſas defendidas*, de quibus ibi & *in dicta l. 5.* imponitur etiam pœna medietatis bonorum fiſco applicata.

16 Decima & vltima concluſio. Quidquid ſit de iure; de conſuetudine tamen in noſtra Hiſpania hæc rigoroſa pœna mortis & confiſcationis bonorum non ſeruatur; ſed ſortilegi conficientes ſortilegia non hæreticalia, vel fuſtigantur, ſecundum Auendan. *2. par. cap. 32. numer. 2. prat. folio mihi 259.* vel ſecundum alios ducuntur in publicum cum mitra depicta in capite, & deinde eiiciuntur, vt teſtatur Barbat. *in ſuo tractat. viator. iur. in rubrica de ſortileg. circa finem*, prout eum refert Iulius Clar. §. *hereſis in fine.* Eandem conſuetudinem huius Regni, nempè, vt qui ſcelus hoc admiſerint publicè fuſtigentur, ducanturque per vias publicas cum mitra, melleque vncti, & plumis circundati, vel circa Eccleſiam, vel domum Epiſcopi in ſcala collocentur, vt ab omnibus deludantur ex Abbate *in cap. 1. de ſortileg. per textum in capite Epiſcopi, 26. quæſtione 5.* ibi: *Et ſi aliquem virum, aut mulierem huiuſmodi ſceleris ſectatorem inuenerint, turpiter dehoneſtatum de parochiis ſuis deiiciant*, refert & affirmat ita receptum eſſe conſuetudine Salzed. ad Bernard. Diaz *in practica criminal. Canonica, capite 107. in fin.* quod & perſæpe obſeruatum vidi, & obſeruari feci in praxi, prout vidit etiam ſeruari, & ſeruauit in praxi Auiles *vbi ſupra, numer. 3* quem refert Azeued. *in hac lib. 5 numer. 50.* Eandem praxim refert & ſequitur Don Ioan Vela *in dicto capite 34. ad fin.* dicens, quod hæc pœna habuit ortum à *dicto capit. Epiſcopi*, & ex *leg. 4. titul. 31. partit. 7.* ibi. *O le deſnudan haziendole eſtar al Sol, vntandole de miel, porque le coman las moſcas, alguna hora del dia.* Eandem conſuetudinem priorem Hiſpaniæ refert etiam Farinac. *dicta quæſtione 20. num. 89.* vbi, quod vel alia arbitraria pœna plectuntur, prout in vrbe apud ſe ſæpe ſeruatur, & vidiſſe affirmat in diuerſis ſuperſtitioſis ſortilegis, qui vel fuſtigati fuerunt, vel banniti, vel ad triremes tranſmiſſi, vel pecuniariter mulctati, iuxta ſortilegij & ſortilegorum qualitates. Et iuxta Platonis ſententiam, & leges 12. tabul. hanc pœnam pariter arbitrariam eſſe teſtatur Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 388. numer. 1. cum ſequentibus.* Et inquit Iulius Clarus *in practica criminal. quæſtione 83. in verſiculo, punitur etiam*, quod extra ordinem puniuntur illi, qui ſuperſtitione numinis alios terrent, vt in exemplis ibi per eum poſitis, quem referunt & ſequuntur Menochius *vbi ſupra, numer. 19. in fin.* & Farinac. *d. num. 89. ad fin.*

17 Pœnam autem mortis, de qua *in dictis legibus Regiis*, credit Auiles *vbi ſupra* imponendam eſſe, quando ex iſtis ſortilegiis & diuinationibus aliquis moritur, ſecùs autem ſi non moriatur, quia tunc debet verberari, & mitrari, & exulare. Quod etiam probauit Azeued. *vbi ſupra, dicto numer. 50. & 51.* vbi quod in lamiis, vulgo *Bruxas*, nihil eſt de conſuetudine abrogatum, ſed concremantur, ſecundum Doctorem Didacum Perez, & Canteram, quos refert: inquit tamen videndum de hoc Simanc. *de inſtitutione Catholic. titul. 37. numer. 16. cum ſequentibus.*

# AD TITVLVM SECVNDVM,

## *De los Iudios y Moros.*

### SVMMARIVM.

1 *Impediens Iudæos, & Mauros, volentes ſe ad noſtram fidem Chriſtianam conuertere, qua pœna puniatur, & numeris ſeqq.*

2 *Impediens conuerſionem Iudæi ad noſtram fidem Catholicam quod crimen committat?*

3 *Saluari poteſt quis ſine baptiſmo in re, ſed tantum in voto, deficiente eius copia, & numer. 4.*

5 *Perſuadens nouiter conuerſos, vt relinquant Catholicam fidem, qua pœna puniatur?*

7 *Iudæus tentans, vel tractans hominem alterius ſectæ, vt Iudæus efficiatur, qua pœna puniatur.*

8 *Inquiſitores fidei procedunt contra Iudæos, Sarracenos, vel alios Infideles non baptizatos, circuncidentes pueros, & alia prohibita facientes, vt hic, & in num. 10. & 12. de delictis, quæſt. 19.*



---

*De crimine impedientium Iudæos, & Mauros volentes ſe ad noſtram fidem Chriſtianam conuertere, & de eorum pœna.*

## QVÆSTIO XIX.

1 QVÆRO circa *l. 1. huius tit. 2. lib. 8. nou. collection. Reg.* qua cauetur, *que los Iudios y Moros, que ſe quiſieren tornar Chriſtianos, no ſean detenidos ni embargados por perſona alguna, ſo pena que ſe proceda contra los que contra ello vinieren à las mayores penas ciuiles que ſe hallaren por derecho.*

2 Quod crimen iure communi hac in ſpecie committatur? In quo inuenio Bald. *conſ. 315. Iudæis tutela cum ſequenti*, cui ſe plures ibi ſubſcripſerunt *volumine 1.* dicentem, quod ſi Iudæus animum Iudæi inclinatum ad fidem Chriſti dolis, mendaciis, & blanditiis ſubuertat, vel ſi illum de loco tuto in quo erat, & in quo libere poterat libertatem animi ſui exercere, ad locum non tutum, in quo non poterat baptizari traduxerit, vel ſi quo quomodo fuerit ei impedimento ne Chriſtianus fiat, punitur. Et quod hoc crimen dicetur eſſe publici iudicij, quia in publicam Chriſtianorum iniuriam committitur. Et quod in hoc facto plurima crimina verſantur, falſa ſcilicet prædicatio: ſecundo diabolica ſuggeſtio: tertio ſimonia, ſi forte interuenit pecunia ne fiat Chriſtianus: quarto ſacrilegium maius, quia abſtulit ſacrum de ſacro, videlicet animam, quæ ſacra eſt, de Eccleſia Dei, & de theſauris Ieſu Chriſti. Idem etiam tenet Zabarel. *in Clementina 2. de heret. in verſic. Inquiſitoribus, in fine*, ſequitur Tiber. Decian. *1. tom. tractat. crimin. lib. 5. c. 12. num. 8.* qui *num. 9.* eam adiungit rationem quia Iudæus habens propoſitum ſumendi baptiſmum iam baptizatus eſt flamine Spiritus ſancti, & ideo ſi in eo propoſito moreretur, cœleſti patria vti Chriſtianus potiretur (intellige, vbi copia baptiſmi haberi non poteſt) *cap. baptiſmi vicem, de conſecratione diſtinctione 4. cap. 2. de preſbyter, non baptizatum*: ergo talem impediens, nec cùm effectu tranſeat ad fidem, dicitur impedire non Iudæum ſimpliciter, ſed iam Chriſtianum voto.

3 Poteſt enim quis ſaluari ſine baptiſmo in re, ſed tantum in voto, deficiente eius copia, ſecundum Bernard. Epiſtola 77. ad Hugonem Magiſtr. *in 4. & 1. ſententiar. diſtinct. 4.* probat optimè & latè Magiſter Soto *in 4. diſtinctione 5. quæſtione vnica, articulo 2. in 2. concluſione*, & Candelabr. aureum ſeptem Sacramentorum *de baptiſmo, quæſtione 67.* Concil. Trident. *ſeſſione 6. cap. 4.* vbi docetur poſt Euangelium promulgatum neminem transferri ab ſtatu peccati in ſtatum gratiæ ſine lauacro regenerationis aut eius voto, exponens verba Chriſti Ioann. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non poteſt introire in Regnum Dei*: & iterum *ſeſſione 7. canon. 4. de Sacrament.* ibi *Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua, & ſine eis, aut eorum voto per ſolam fidem, &c.* Nec obſtat quod definitum ſit, Sacramentum baptiſmi eſſe neceſſarium ad ſalutem; quia reſpondemus, ob id dici neceſſarium, ſecundum Soto *vbi ſupra*, quia abſque baptiſmo in re, vel in voto nemo poteſt ſaluari. Vbi ergo quis deſiderio baptiſmi tenetur, quem adipiſci non poteſt, nihil aliud Deus ab eo exigit, ſed eius voluntatem pro facto reputat.

4 Perfecta igitur conuerſio ac pœnitentia rectè baptiſmus flaminis dicitur, & baptiſmum aquæ ſaltem in neceſſitate ſupplet, quia perfecta conuerſio & pœnitentia includit veram contritionem & charitatem, & ſimul etiam deſiderium, ſeu votum baptiſmi, cùm non ex contemptu, ſed ex neceſſitate ſine baptiſmo aquæ aliqui decedunt, vt probat Bellarmin. *in 2. tom. controuerſ. Chriſtianæ fidei, 1. par. cap. 6. de Sacramento baptiſm. lib. 1. in verſiculo, ſecunda propoſitio*, & Suarez, *in 3. par. de Sacrament. ſectione 2. diſputatione 27. per totam, fol. 353.* vbi optimè id probat.

5 Pœna igitur contrauenientibus noſtræ l. Regiæ merito erit grauiſſima: quandoquidem tot & tam grauia crimina ſimul committuntur, ſed tamen arbitraria. Quod ſi Bald. *vbi ſupra num. 2.* eſſe pecuniariam citra ſanguinem & mutilationem membri, putà carceris, exiſtimauerit: ego multum hac grauiorem imponendam eſſe cenſeo Chriſtiano huiuſmodi immane ſcelus committenti: grauius namque multo delinquit in hoc quam Iudæus.

6 Quod ſi quiſpiam nouiter conuerſos perſuaſerit, vt deſerant Catholicam fidem, is vltimo ſupplicio lege regia, *pragmatica* 11. puniendus eſt, vt inquit Doctor Simanc. *de inſtitut. Cathol. titul. 47. num. 81. ad fin.* vbi etiam ad hoc citat *Eccleſiaſt. 8.* Strobeum *ſermone* 110. Chryſoſtom. in dictum Apoſtol. *habentes autem eundem ſpiritum, ſermone 3.*

7 Denique *l. 6. titul. 1. lib. 1. nouæ collect.* cauetur, *que ningun Iudio deſtos Reynos no ſea oſado de tentar ni tratar, que ningun Moro, ni Tartaro, ni hombre de otra ſeta ſe torne Iudio circuncidandolo, ò haziendo otras ceremonias Iudaicas, por ſer en gran vituperio y menoſprecio de nueſtra Fè Catholica, ſo pena que el que lo contrario hiziere, y los que anſi ſe tornaren à ſu ley ſean cautiuos.*

8 Et ſic Inquiſitores fidei procedunt contra Iudæos, Sarracenos, vel alios Infideles non baptizatos, circumcidentes pueros, & contra hæreticorum receptatores, & contra compellentes aliquem vt fidem abneget, vel inducentes illum ad eorum ritus, & publicas ceremonias aut ad alia ſimilia in offenſam diuini nominis, & opprobrium noſtræ fidei Chriſtianæ, vt eſt text. *in cap. nonnullis de Iudæis, & Clementina vniuerſa eodem tit.* & tenet Oldrald. *conſ. 36.* & ſequitur plures alios allegans, & latè id probans aduerſus D. Simanc. & alios Ioann. à Roias *de heret. 1. par. num. 556. cum ſequent.* vbi *num. 564.* indubitatum exiſtimat per Principes, & iudices ſeculares poſſe Iudæos, ſeu Infideles in huiuſmodi delinquentes puniri, *lege nullus, l. Iudæos, C. de Iudæis, lege 1. & l. nemo, C. de pagan. cap. ſicut Iudæi Iudæis*: nam ratione delicti efficiuntur de eorum iuriſdictione, vt ibi iure probat.

9 Poſſunt etiam procedere Inquiſitores contra impedientes Iudæum baptizari, vt in ſpecie

noſtræ l.1. & contra Chriſtianum ſi fiat Iudæus, & contra Iudæum baptizatum, & reuerſum ad Iudaiſmum, & contra Iudæum ſtimulantem, vel ſuadentem Chriſtianum ad Iudaiſmum, *cap. contra Chriſtianos, de heret. in 6.* Cardin. *in Clemen. 2. §. 1. de heret.* & pariter contra Iudæum receptantem Chriſtianum apoſtatam, vel Iudæum puerum Chriſtianum ementem, & circuncidentem, vel contra ementes Chriſtiana mancipia, Oldral. *conſ. 56.* & cum eo Tiber. Decian. *in 1. tom. tract. crim. lib. 4. c. 26. ſub num. 4. in verſ. poſſunt etiam procedere, fol. 168.* & iterum *eodem 1. tom. lib. 5. c. 22. n. 16. & 17. fol. 213.*

11 Quinimo motu proprio Gregor. Decimi tertij, qui habetur in Inquiſitione, hoc idem cauetur, nempe, quando aliquis vult eſſe Chriſtianus, & nutu, verbo, vel facto monſtrauit ſe velle eſſe Chriſtianum, & infidelis impedit, & ſic in caſu noſtræ legis Regiæ, vt poſſint Inquiſitores de hoc cognoſcere, affirmat Cantera *in ſuis quæſtionibus crim. c. 1. de heret. apoſt. & ſchiſmatic. credent.*
12 *facto & recept. heret. n. 72. pag. 434.* & ſine dubio ſecundum Baldum *vbi ſup. n. 3.* pertinet hoc ad Ordinarium diœceſanum, qui habet generalem iuriſdictionem ſuper omnibus pertinentibus ad negotia fidei, & forte etiam ad Inquiſitionem. Ego id affirmo ſine dubio, vt cauetur in d. motu proprio.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi iuſte ab his Regnis fuerunt expulſi pragmatica ſanctione Catholicorum Regum Ferdinandi, & Eliſabeth.*

L. 2. tit. 2. lib. 8. nou. coll. reg. *iubentis expelli Iudæos ab his Regnis Hiſpaniæ iuſtitia late iure probatur, per totam hanc q. 20.*

8 *Infideles non ſunt cogendi ad fidem. Ad id tamen allici poſſunt pecunia, & blanditiis, num. 9. & 10.*

11 *Indi an iuſte debellati fuerint primitus, & quod Chriſti fidem non profitebantur.*

12 *Pueri Infidelium inuitis parentibus an baptizari poſſint?*

13 *Edicta compellentia inuitos Iudæos baptizari an ſint iuſta?*

15 *Iudæi non baptizati, nec Chriſti fidem profeſſi Heretici vel Apoſtatæ dici non poſſunt, ac proinde Inquiſitorum iuriſdictioni non ſubiacent, quod hic quomodo ſit intelligendum declaratur, & n. 16.*

19 *Qui voluntate coacta, & conditionali receperunt baptiſmum vere ſunt baptizati.*

---

*De iuſtitia Pragmaticæ Regiæ Catholicorum Regum anno 1492. ſuper exitu Iudæorum ab his Regnis Hiſpaniæ.*

## QVÆSTIO XX.

1 QVÆRO circa *l. 2. tit. 2. l. 2. nou. collect. Regia* qua continetur pragmatica Regia promulgata per Catholicos Reges Hiſpaniæ *Don Ferrando, y Doña Yſabel à 30. de Março de 1492. años, contra los Iudios deſtos Reynos, para que haſta en todo el mes de Iulio de aquel año, por cauſas juſtas que para ello hauo, todos ellos ſalieſſen deſtos Reynos, y no bueluan à ellos ſo pena de muerte, y confiſcacion de todos ſus bienes para la Camara, y fiſco Real, y que nadie los reciba ni recepte ſo pena de perdimiento de todos ſus bienes para la Camara, y fiſco: y que haſta el dicho tiempo puedan eſtar ſeguros, entrar, vender, y trocar, y enagenar ſus bienes muebles, y rayzes, y diſponer de ellos libremente, y à ſu voluntad, y ſacarlos fuera de eſtos Reynos por mar, y por tierra, con tanto que no ſaquen oro, ni plata, ni moneda amonedada, ni las otras coſas vedadas por leyes deſtos Reynos, ſaluo en mercaderias que no ſean coſas vedadas, o en cambios.*

2 An hæc lex iuſta fuerit? De qua re diſſerunt late DD. quos congerit nouiſſime Petrus Cenedo *in ſua collect. ad Decretal. collect. 15. num. 2.* & vltra & poſt eum Ludou. à Paramo *de origin. offic. Sanctæ Inquiſit. lib. 2. tit. 2. c. 6. n. 5. cum ſeqq.* Ego vero pro vtraque parte quæſt differam, & affirmatiuam eligam.

3 Sed videtur in primis l. noſtram iniuſtam, vtpote iure communi contrariam, omnino eſſe. Primo, quia licet Iudæum permanere ſit peccatum apud Deum, at in foro fori vel contentioſo non eſt crimen punibile, iuxta gloſſam *in l. multum intereſt, ff. de verbo. oblig.* Bart. *in l. apud Iulianum, §. conſtat,* vbi Iaſ. *num. 28. ff. de legat. 1.* Canoniſtæ *in cap. multorum,* vbi Felin. *num. 5. de Iudæis, & in toto tit. C. & extra de Iudæis, & in cap. qui ſi vera, 45. diſtinct.* Barbat. *conſ. 15. in princip. volum. 1.* & latiſſime Pariſ. *conſ. 2. & ſi eſſe Iudæum, volum. 4.* & hos referens Tiber. Decian. *1. tract. crim. lib. 5. cap. 11. num. 1.* Tolerantur ergo (ſecundum ipſum ibi *num. 2.*) ab Eccleſia, & à Principibus in nonnullis prouinciis, eo quod magna tributa pendunt Principibus, vt inhabitent terram Chriſtianorum, & præſertim in terris Eccleſiæ, vt per Cepol. *conſ. 74. num. 7. verſic. præterea.* & Decian. *vbi ſup. cap. 13. num. 11.* Ioann. Andr. Abb. *in cap. conſuluit de Iudæis,* quos refert Rojas *de Heretic. 1. parte, num. 570.* & per Azeued. *in hac l. 1. num. 45.*

4 Diuina quoque prouidentia fecit ne funditus extirpentur, vt hoſtes etiam, & inimici noſtri teſtes ſint certæ fidei, & integritatis Scripturarum, qui per vniuerſum Orbem diſperſi veteris Teſtamenti codicem proferentes teſtimonio nobis ſunt Scripturas integras apud nos haberi, quas illi magna diligentia ſeruant ad ſuum iudicium, & condemnationem, vt affirmat D. Siman. *de inſtit. Cathol. tit. 35. de Iudæis, n. 5.* & refert Azeued. *vbi ſup.*

5 Sic hodie Romæ atque in aliquibus Italiæ partibus, ſicut olim in Hiſpania ante edictum noſtræ l. 1. Iudæi habitare, & ſuos ritus, & feſtiuitates celebrare permittuntur, potius quam Sarraceni, & alij infideles, vt *in c. Iudæi de eiuſitate, & in c. conſuluit, de Iud.* probant enim, veteres ſynagogas Iudæos poſſe habere, &c. ſicut *eodem tit.* quod Iudæi in feſtiuitatum ſuarum celebratione à Chriſtianis minime moleſtentur, & probat inſre latius Rojas *vbi ſup. num. 568. cum ſequentibus,* vbi reddit rationem, & ante eum Simanc. *cap. 35. num. 5. & collectanea 59. ad Decretal. num. 2.* Petri Cenedi *fol. 198.* & Tiber. Decian. *d. cap. 11. num. 3. reſoluens num. 4.* veriorem ideo eſſe opinionem, quod Iudæi regulariter expelli non poſſint à Principibus Chriſtianis ſine cauſa legitima, quia hoc eſſet eos toleratos ab Eccleſia exilio mulctare contra præcepta charitatis.

6 Quinimo quilibet Chriſtianus tenetur in neceſſitatibus ſubuenire, & eleemoſynam facere Iudæis,



Iudæis, *c. quieſcamus, 42. diſtinct. & c. non ſatis, 86. diſtinct. & in c. ſi cupis, 16. quæſt. 1.* & probat ſupradicta, & alia in fauorem latiſſime Beccius *conſ. 84. num. 3. cum ſequentibus lib. 1.* Secundo eandem ſententia ex eo non parum comprobari videtur, quoniam prædictum edictum videtur promulgatum ad Iudæorum annihilationem, quod eſſe videtur contra Sacram Scripturam, qua prohibetur Iudæos occidi, ſed conſeruari ad retinendam memoriam violentiæ mortis Chriſti, Pſalm. 58.
7 *Deus meus ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei,* quod etiam habetur in 4. Conc. Tolet. *c. 59. & in c. Iudæorum, 28. q. 1.*

8 Tertio, quia Infideles non ſunt cogendi ad fidem, vt tenent Theologi *in 4. diſtinct. 4.* D. Thom. *in 3. p. q. 68. art. 10. & 2. 2. q. 10.* Ant. 8. Durand. *in 4. diſt. 4. q. 6.* Soto *in 4. ſent. diſt. 5. quæſt. vnica, art. 10.* & in Concil. Tolet. *c. 56.* & probatur *in c. de Iudæis, 45. diſt.* Corſet. *de poteſt. reg. parte vlt. n. 10. 13. & 14.* Et inquit Caiet. *in 2. 2. q. 10. art. 12.* quod eſt infamia fidei noſtræ, ſi Infidelium filij violenter trahantur ad fidem, & Suarez *in 3. p.* D. Tho. *diſput. 25. ſect. 3. in 3. tom. verſ. nihilominus ibi, vt fundetur hæc concluſio, fol. mihi 322. ad fin.* Ludouic. Param. *vbi ſup. num. 7.* Non enim ſunt cogendi Infideles ad fidem Chriſti, ſed monendi: voluntarium enim militem eligit Deus, *c. ſicut de Iudæis, c. qui ſincera, & c. de Iudæis, 45. de l. 6. tit. 24. & l. 2. tit. 25. part. 7.* S. Thom. *vbi ſup. & in 4. ſent. diſt. 13.*
9 *quæſt. 1. art. 1. ad ſextum,* Sylueſter *in ſumma, verbo baptiſmus 4. §. 6. & in verbo Iudæis, num. 11.* vbi quod pecunia, & blanditiis ad id allici poſſunt, iuxta gloſſam *in c. debet homo, 23. quæſt. 4.* non igitur ſunt cogendi, cuius enim vult Deus miſeretur, & quem vult indurat, vt in propoſito inquit D. Simanc. *de inſtitut. Catholic. tit. 35. n. 13.* Didacus Perez, *in l. 12. tit. 3. lib. 8. ordin. p. 66. col. 1.* vbi alios allegat Greg. Lopez *in l. 2. tit. 23. part. 2. in gloſſa, acrecentar,* vbi quod ex hoc non ſunt bello compellendi ſuſcipere fidem Chriſti, cum ipſe
10 Chriſtus Rex regum, cui data eſt omnis poteſtas in cœlo, & in terra, miſerit ad capiendam poſſeſſionem mundi, non milites armatæ militiæ, ſed ſanctos Prædicatores ſicut oues inter lupos: & Chriſti vicarius nunc, & quotidie mittit Reli-
11 gioſos vt benigne, & manſuete, & in pace fidem Chriſti prædicent Paganis, Mauris, & Indis. Et grauiſſime peccaremus ſi fidem Chriſti per viam belli ampliare contenderemus, vt ibi late agit, & Bañez *in 2. 2. quæſt. 10. artic. 10. per totum.* Ex quo an Indi iuſte debellati fuerint, ob hoc quod Chriſti fidem non profitebantur, per Hiſpanos primos, qui in illas partes ſe primitus contulerunt, agit late Marcardus de Suſannis *in tractat. de Iudæis, & in 1. parte, cap. 14.*

12 Et an pueri inuitis parentibus Infidelibus poſſint baptizari agunt late DD. quos refert, & congerit D. Azeued. *in l. 1. n. 5. tit. 2. hoc lib. 8.* vbi inter duas communes opiniones contrarias refert ex Marcard. *vbi ſup. 3. p. c. 2. n. 6.* eſſe communiorem, & veriorem, quod non poſſit id fieri, & quod ſupradicta ſunt intelligenda de coactione præciſa, ſcilicet, cum coactus, & reclamans, & per vim baptizatur, ſecundum Maſcard. *d. c. 2. n. 7.* qui *n. 8.* declarat, quid erit ſi hic coactus per lõgum tempus non reclamauit, & tacitus permanſit, actuſque fecit in approbatione ſuſcepti baptiſmi, & tenet quod proculdubio characterem recipit, & tunc approbaſſe videtur per actus factos, niſi duraret eadem cauſa actionis præciſæ, & de his late etiam agit Simanc. *de inſtit. Cathol. tit. 29. num. 51.* *cum ſequentibus:* & ſupra dicta magis communis, ſententiã fuit prius D. Thom. *in 3. p. q. 68. art. 10 & 2. 2. quæſt. 10. art. 12.* quam ſequuntur omnes eius diſcipuli vtroque loco, Caiet. Capreol. Palud. Soto *diſtinct. 5.* Ricard. *diſtinct. 6. artic. 3. q. 3.* Marſi. *in 4. q. 4. art. 4.* Anton. *2. p. tit. 12. cap. 2. §. 4.* quos refert, & ſequitur late probans hanc partem, & reſpondẽs fundamentis contrariæ Suarez *vbi ſup.* qui in principio illius quæſtionis prius refert contrariam opinionem eiuſque fundamenta, ſed affirmat quod nullum Theologum inuenit, qui expreſſe eam doceat, & ideo merito eam poſtea reiicit, & probat, quam prædiximus communem ſentẽtiam negatiuam, loquens nempe de filiis Infidelium, qui nullo modo, nec ſpiritualiter, nec temporaliter ſubiiciuntur Eccleſiæ. Alia quæſtio eſt, vtrum filij Infidelium iure baptizari poſſint inuitis parentibus, quando ipſi parẽtes ſubditi ſunt Chriſtianis Principibus? Quam quæſtionem mirifice explicat, & diſſerit Suarez *vbi ſup. ſect. 4.* ſtatim ſequenti.



13 Ex quibus non laudo edictum promulgatum à Rege Siſebuto anno Domini 616. quo Iudæos omnes, qui in Hiſpania degerent, ſacrum baptiſma ſuſcipere coëgit. Simile etiam fuit Dagoberti Fran. Regis edictum, quo ſub capitis pœna Iudæos omnes ſacra vnda ablui, expiarique coëgit, vt refert Stephan. Garibay in compend. hiſtor. Hiſpan. *par. 1. lib. 8. c. 28.* & Roderic. Archiepiſcopus Tolet. *lib. 2.* Hiſtoriæ de rebus Hiſpan. *c. 17.* & Petr. Greg. *in ſua ſyntag. iur. 2. p. lib. 33. c. 4. n. 10.* dicens id contigiſſe ann. 595. nempe quod prædiximus edictum Regis Siſebuti. Quorum ſane Regum zelus, non factum, à Theologis probatur, vt patet ex Dominic. Soto, & aliis in quarto ſententiarum *diſt. 5. art. 10.* & Roderic. *vbi ſup.* teſte Paramo *vbi ſup. d. c. 6. n. 7. ad fin.*

14 Et ita hanc primam partem, quod Iudæi non poſſint ſine peccato expelli, nobiſcum quiete, & pacifice viuentes, pluribus comprobat Oldrald. *conſ. 87. & conſ. 264.* illa videtur probabilior Alex. 99. *viſa inquiſitione col. vltima, in verſic. & quod Iudæus, n. 18. vol. 6.* Natæ *conſ. 620. num. 22.* Marſil. 121. *num. 56.* Roland. à Vall. *conſ. 25. num. 19. volum. 2.* & plura congerit Marcard. de Suſannis, *in tractat. de Iudæis, 1. p. c. 7. num. 4.* vbi reprehendit Principes qui Iudæos pacifice viuentes expellunt affirmans hanc opinionem eſſe communem, & cum eo Beccius *d. conſ. 84. num. 8.* vbi quod Summus Pontifex, qui Iudæorum eſt tutor, teſte Ioanne de Montegrand. *conſ. 428. inter conſ.* Bald. debet perſuadere Principibus, imo etiam præcipere ne Iudæos expellant, ſed tolerent, & foueant, ſecundum communem opinionem, vt affirmant Roland. à Vall. *d. conſ. 25. num. 34.* adde Pariſ. *d. conſ. 2. num. 15. cum ſequenti, vol. 2.* & Decian. *vbi ſup. d. n. 4.* qui *numeris ſequentibus,* plures etiam congerit in fauorem huius partis. Et inquit D. Simanc. *d. tit. 35. n. 13.* quod præmiis quoque, atque honoribus allici debent ad ſalutem, & onerari poſſunt exactionibus, & infamia notari, vt in quarto Conc. Trid. *cano. 55. cap. de Iudæis, 45. diſt.*

15 Adde etiam, quod Iudæi cum baptizati non ſunt, nec Chriſti fidem profeſſi, hæretici, vel apoſtatæ dici non poſſunt, ac proinde Inquiſitorum iuriſdictioni non ſubiacent: Eccleſia namque de iis, qui foris ſunt, non iudicat, & Inquiſitoribus dumtaxat iuriſdictio mandata eſt aduerſus hæreticam prauitatem, & apoſtaſiam, *cap. filij cum ſequenti, de heretic. lib. 6. in ſuperſcriptionibus, & 1. ad Corinth. 5. cap. multi, 2. quæſt. 1. c. gaudemus de diuort.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*dinort.* Bald. *conſ.* 315. *Iudæis, volum.* 1. D. Simanc. *d. tit.* 35. *num.* 11. Tyber. Decian. *vbi ſup. cap.* 14. *num.* 2. vbi quod in Iudæos iuriſdictionem habent in ſpiritualibus diœceſani, & in ſæcularibus ordinarij, & in mixtis erit locus præuentioni, ſecundum Abb. & omnes *in cap. cum ſuper, col.* 2. *verſicu. vnde concordando dicta Innocentij, de voto.*

16 Inquiſitores fidei bene tamen poſſunt procedere contra Iudæos, Sarracenos, vel alios Infideles non baptizatos circuncidentes pueros, & contra hæreticorum receptatores, & contra compellentes aliquem vt fidem abneget, & inducentes illos ad eorum ritus, & publicas ceremonias, aut ad alia ſimilia in offenſam Diuini nominis, & opprobrium noſtræ fidei Chriſtianæ, vt late probat cum aliis contra Simanc. & Soci. Rojas de hæret. 1. *p. n.* 557. *cum ſequentibus* & diximus *ſup. in quæſt. proxime præcedenti.*

Omnia igitur hæc videntur facere contra deciſionem noſtræ legis Regiæ, atque pro ratione dubitandi ipſius.

17 His nihilo ſecius non obſtantibus deciſio noſtræ l. Regiæ iuſta, vtilis, atque ſancta fuit, vtpote pro conſeruatione, & augmento noſtræ Chriſtianæ Religionis, atque Catholicæ fidei maxime neceſſaria, ne Iudæi ſua perfidia noceant Catholicis, & peccare eos faciant, aut certe illis fiant in ſcandalum. Etenim eam retributionem Iudæi ſolent impendere, quam mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu ſuis conſueuerunt hoſpitibus exhibere, ſicut Innocent. III. Archipiſcopus Senonenſ. ſatis admodum ſcripſit.

18 Sic tamen expellendi ſunt, vt accepto prius deliberandi ſpatio, vt vel diſcedere poſſent, vel eandem cum ciuibus religionem amplecti, ſicut prudenter Hermaſtermarius *lib.* 2. *de inſtaur. relig. cap.* 12. inquit in hunc modum. *Et tertio ſui Imperij anno Iuſtinianus promulgauit legem, vt in iuriſdictione ſua non eſſent pagani, neque heretici, niſi ſoli orthodoxi Chriſtiani, datis illis induciis vſque ad menſes tres ad conuerſionem,* author eſt Paulus Diaconus *lib.* 16. *rerum Roman.* Exod. 23. *in fin. cap. & ſi Iudæi, de Iudæis,* Oldral. *conſ.* 87. & 264. & alios referens D. Simanc. *d. tit.* 35. *n.* 6.

19 *Iure igitur optimo* (addit in propoſito idem author ibi num. 7.) *Expulſi fuerunt Iudæi tota Hiſpania per hanc l. Regiam Catholicorum Ferdinandi, Iſabellæ, quibus longa ſapientium conſultatione præmiſſa conceſſum fuit quadrimeſtre ſpatium, intra quod poſſent conuerti ad fidem Catholicam, vel bonis ſuis mambus venditis ab Hiſpania diſcedere, & reliqua in noſtris legibus regiis hac de re loquentibus contenta.* Quod ex iuſtis cauſis potuit fieri, vt inquit Oldrald. *d. conſ.* 87. vbi, & quod bona ab eis auferri poſſent, vt eum referens ſequitur Repertorium Inquiſitorum, verbo Iudæus, *verſic. ſed an poſſint,* & quod tanquam ingrati, & ſcandaloſi debuerant occidi cum bona conſcientia. Cum cauſa igitur potuerunt eiici, ſecus ſine cauſa ſecundum Alberic. & Ioan. Andr. relatos per Greg. Lop. *in l.* 1. *gloſſa, vinieſſen, tit.* 24. *par.* 7. & Azeued. *in hac lib.* 1. *num.* 42.

20 Huius mirabilis eiectionis eleganter meminit Ioann. Picus. Mirandulæ Comes *lib.* 5. *aduerſus Aſtrologos,* his verbis. *Gens Hebræorum obruta eſt, tanquam, aut ſub Tito, aut ſub Adriano: pulſis nuper Iudæis omnibus ex tota Hiſpania à Chriſtianiſſimo Rege illo, nunquam certe ſatis laudato, vbi & numero, & diuitiis, & authoritate plurimum poterant: qua eiectione nihil vnquam fere triſtius, vel acerbius paſſos, ipſi ſe non diffitentur. Ita multi naufragio, peſtilentia quam plurimi, fame maxima pars eorum abſumpti, vt nobis etiam Chriſtianis in tanta calamitate, in qua diuina iuſtitia gloria delectabat, homines tam extrema adeo patientes commiſerationem facerent & dolorem,* vt ſigillatim refert D. Simanc. vbi ſup. *num.* 8. *qui num.* 9. inquit tunc fuiſſe ab Hiſpania pulſa quadraginta millia Iudæorum, qui ſi diutius creſcere, ac multiplicari permiſſi forent, non dubium quin totam fere Hiſpaniam, & perfidia infeciſſent, & vſuris expoliaſſent. Sed, quod melius res habet, nullus enim vel Iudæus, vel Mahumetanus, vel alterius cuiuſlibet ſectæ, aut hæreſis permiſſus eſt exinde in Hiſpania commorari, quod iam olim in 6. Concilio Tolet. Canone 3. maiores noſtri decreuerunt huiuſmodi tenore. *Sanctum Concil. ſimul, & cum conſenſu Chriſtianiſſimi Principis, ſuorumque Optimatum Illuſtriumque virorum hanc promulgamus Deo placituram ſententiam, vt quiſquis ſuccedentium temporum Regni ſortitus fuerit apicem, non ante conſcendat Regiam ſedem, quam inter reliqua conditionum Sacramenta pollicitus fuerit, nullum non Catholicum permittere in ſuo Regno degere. Si vero poſtquam ad Regni gubernacula acceſſerit ipſe temerator huius extiterit promiſſi, ſit anathema maranatha in conſpectu ſempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni ſimiliter, & omnes, qui cum eo conſenſerint.* Vt præter alios referunt Albert. *in Rubrica de hæret. lib.* 6. *quæſt.* 3. Lucius Morineus Siculus *lib.* 19. & D. Siman. *vbi ſup. num.* 9. *& in enchirid. tit.* 37. *in fin. ex num.* 4. *& volum.* 1. *communium, pag.* 496. *verbo Iudæis de ciuitatibus, & pag.* 497. *verbo Iudæi ſuſtentantur.* & tranſcripſit prædicta Ignatius Salzed. *in pract. crimin. canonica, in c. nouiter, addito quod eſt cap.* 3. *num.* 9. *&* 10. tametſi aliter referat litteram dicti canon. 3. ſexti Concilij Tolet. inſignis ſanctimoniæ, & litterarum vir Garcia à Loyaſa Archiepiſcopus Tolet. meritiſſimus, iam vita functus, atque nobis notiſſimus, *in* 1. *tom. Concil. Hiſpan. pag.* 587. qui ſuper Concilia Toletana, *c.* 59. etiam prædictæ eiectionis meminit, *pag.* 374. Eandem iure probarunt Didac. Perez, *in l.* 40. *tit.* 3. *lib.* 8. *ordin. pag.* 79. *&* 80. Auiles, *c.* 1. *præt. in gloſſa ſeruio num.* 5. Rojas *de hæret.* 1. *par. n.* 565 *cum ſequentibus, & ſingul.* 57. Bartholom. Mirand. Archiepiſcopus Toletan. *in ſumma parua Concil. ſuper d. canon.* 3. & Franciſcus Tarraph. *de Regib. Hiſpan. ann. Chriſti* 1477. *fol.* 33. Illeſcas *in* 2. *par. Hiſtor. Pontin. lib.* 6. *c.* 20. §. 2. & bene etiam defendit Ludou. Param. *d. lib.* 2. *de origin. officij Sanctæ Inquiſit. tit.* 2. *cap.* 6. *num.* 8. *cum ſequentibus.* 21

Iuſtiſſima igitur fuit deciſio noſtræ legis eiuſque conditores Chriſtianiſſimi ſequuti veſtigia Concilij Tolet. merito rem gratiſſimam in conſpectu Summi Dei, atque Eccleſiæ Catholicæ valde proficuam fecerunt.

Neque obſtant in contrarium fundamenta adducta pro ratione dubitandi: quia reſpondemus duobus prioribus, quod licet Iudæi ſine cauſa nõ debent expelli à Principibus à ſuis ditionibus, & dominiis; attamen cum cauſa poſſunt, & debent expelli, vt per Oldrald. *vbi ſup. vtrobique,* Alberic. de Roſat. *in rub. de Iudæis, col.* 2. *verſ. item quæritur nunquid Princeps,* Alex. *conſ.* 13. & 130. *vol.* 7. *& conſ.* 99. *vol.* 6. refert plures Pariſ. *conſ.* 2. *vol.* 4. & ita concludunt omnes, vt atteſtatur Tiber. Decian. *d.* 1. *tom tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 13. *de pœn. Iud. num.* 2. vbi inquit, quod ita expulſi ſæpe fuerunt, & à Sabaudia, & ab Anglia, & à Gallia, vt refert ex Suſan. de Iudæis 1. *p. cap.* 7. *num.* 2. Et à Ciuitate Vtinenſi (inquit ille) expulſi fuerunt decreto confirmato ab Illuſtriſſimo Domino ſuo anno 1566. ob peſtem Vrinæ ſæuientem, quæ multa Vtinenſium millia abſumpſit, & quam ipſi Iudæi primum in ipſam Ciuitatem attulerunt. Et Marcard. de Suſan. *vbi ſup.* cum Corſet. *In tract. de poteſt. reg. par. fin. quæſt.* 81. laudat noſtrorum Regum factum. 22



23 Eiuſdem eiectionis Iudæorum Hiſpaniæ, & noſtræ legis Regiæ meminit Petrus Matthæus in adnotationibus ad conſtitutiones Summ. Pontif. à Gregor. 13. vſque ad Sixtum V. ſuper primo Motu proprio Alex. Sexti, *pag.* 153. vbi quod paucis diebus expulſi fuerunt centum, & viginti quatuor millia familiarum Iudaicarum, & quod quia duæ Galeæ neglexerunt abire ad conſtitutum diem, ideo omnes, & ſinguli venditi ſunt & in ſeruitutem redacti, & quod in itinere abeuntium triginta millia peſtilentia abſumpſit. Et quod de Hiſpania centum, & viginti millia Iudæorum expulſi fuerunt circiter ann. 1493. Teſtatur Sabellic. vt refert Pet. Greg. *in* 3. *par. Syntag. iuris lib.* 13. *cap.* 4. *num.* 8. *pag.* 518. vbi plura in deteſtationem eorum congerit, & præceptum de Iudæorum exterminatione ex omni dominio temporali Sanctæ Romanæ Eccleſiæ præter Romam & Anconam extat in motu proprio Pij V. incipiente. Hebræorum gens, anno. 1568. 4. Kalend. Marci, & tradit Cauallin. *in Ægidiam conſtitut. lib.* 5. *c.* 10. *in gloſſa A.* & Petr. Cened. *collectan.* 15. *ad Decretal. num.* 2. *ad finem. pag.* 122. *colum.* 2.

24 Iuſta ergo cauſa ſubſiſtente, hæc erit condigna pœna, vt extorres expellantur.

Quod autem nec vna quidem iuſtiſſima cauſa, ſed plurimæ perquam iuſtiſſimæ in Hiſpania ſubſiſterent tempore promulgationis noſtræ legis ipſa certiſſime teſtatur, & nos ſup. quoque retulimus, & veram quoque rationem eorum expulſionis refert Bañez 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 10. *colu.* 611. *verſi. ad ſecundum reſpondetur,* & D. Siman. *d. tit.* 35. *num.* 5. & Petr. de Aragon. 2. 2. *quæſt.* 10. *articul.* 8. *pagin.* 290. *verſiculo, ad aliud de Regibus.*

25 Sed his ſecluſis, ſufficientiſſima erat illa (quidquid alij eam non conſiderauerint) nempe mortis acerbiſſimæ, quam Chriſto Redemptori noſtro inferri fecerunt, per ipſam enim ſunt in ſeruitutem redacti, *cap. & ſi Iudæos,* & ibi notatur, *&c. conſuluit de Iudæis,* & per Roman. & Alex. *in l. multum intereſt, ff. de verb. oblig.* Et ideo ſicut Princeps vel eorum dominus poſſet eos vendere, multo magis deberet eos expellere, vt tenet Archidiacon. *in c. qui ſincera,* 45. *diſt.* & plura in hoc adducit Ioan. Anania, *in d. c. & ſi Iudæos, col.* 2. *verſi. in contrarium facit,* & Corſet. *de poteſt. reg. in vltima p. quæſt.* 81. *col.* 3. dicens hanc partem hodie amplectendam attenta malitia eorum, & quia licet Eccleſia eos toleret, vt forte reſipiſcant, tamen ſi ſint ingrati, & in Chriſtianos ſæuiant, veluti liberti ex ingratitudine in ſeruitutem redigendi ſunt, ne ceruicem aduerſus nos erigant, argumento text. *in l.* 2. *C. de libert.* & eorum liber quem refert, & ſequitur Tiber. Decian *d. c.* 13. *n.* 2. Cum igitur non ſolum hæc, ſed aliæ plures cauſæ eorum expulſionis concurrerint in Hiſpania, tempore quo lex noſtra condita fuit, vt ex eius præfatione patet, ſanctiſſime ipſa ſtabilita fuit, quod & experientia docet.

26 Et ideo omni cura, & diligentia iidem Reges Catholici conati ſunt eos penitus è Regno euellere, & ad purgandas eorum reliquias, qui conuerſi ſunt Sanctum Inquiſitionis officium authoritate Apoſtolica inſtitui fecerunt, vt refert Otalora *de nobilit. ſecunda partis, tertia partis cap.* 7. *numer.* 25. vbi quod non minus odioſi dicuntur eſſe Cæſari noſtro Carolo Quinto, & Philippo Regi: imo vſque adeo, vt ex deſcendentibus à Iudæis, & nouiter conuerſis neminem velit admitti ad militum Commendatorum inſignia, neque ad iuſtitiæ ſuprema officia, *como ſon Conſejos y Audiencias,* neque ad obſequia domus ſuæ: & ſi quando ſecus fit, vel ipſo ignorante, vel ex aliqua vrgentiſſima cauſa factum fuiſſe credendum eſt. 27

Ad tertium fundamentum partis contrariæ reſpondemus, quod in prædictis Iudæis conuertendis ad fidem non interuenit violentia abſoluta, quæ tollit libertatem actus, ſed fuit conditionalis, cum poſſent edicto non obtemperare Hiſpaniam egredientes, & qui conſenſerunt voluntarie conſenſiſſe dicuntur: quia talis voluntas ſic coacta voluntas eſt, *l. ſi mulier, §. ſi metu, ff. quod metus cauſa, cap. maiores, §. fin. de baptiſm.* & ibi Abb. *cap. merito,* 15. *quæſt.* 1. *& cap. diſplicet,* 23. *quæſt.* 4. 28

Vnde qui voluntate coacta, & conditionali ſuſceperunt baptiſmum vere ſunt baptizati, vt ait Gabriel *in* 4. *ſent. diſtinct.* 4. *quæſt.* 2. *artic.* 1. & D. Antonin. *in ſua ſumma,* 2. *p. tit.* 12. *cap.* 2. §. 4. nam vt ait Greg. Papa, licet aliqui coacti veniant ad fidem, & intrinſecus non ſint Chriſtiani, & ſic non lucremur eos, tamen lucramur eorum filios, qui in infantili ætate baptizati, & inter Chriſtianos enutriti Chriſtianam fidem conſeruabunt: ita reſpondit hæc adducens Ludouic. Param. *vbi ſup. n.* 8. Quod & re ipſa compertum eſt, ſi quidem Iudæi, qui illo tempore ad fidem Chriſti conuerſi ſunt ob prædictum edictum, eorumque deſcendentes vt plurimum boni Chriſtiani ſunt, domino permittente. Vnde ille, qui per vim, & coactus baptizatur, ſi baptiſmo conſenſit, cogendus dicitur ad ſeruandam fidem abſolute, & ſine vlla limitatione, vt inquit Pater Suarez, *in* 3. *partem D. Thom. q.* 68. *ſectio.* 2. *verſic. primo ergo, pag.* 509. 29

SVMMARIVM.

1 *Iudæus an poſſit eſſe Chriſtiani tutor?*
2 *Mater Iudæa filiorum ſuorum tutrix eſſe non poteſt.*
3 *Hæreticus non poteſt eſſe Chriſtiani tutor.*

*An Iudæus poſſit eſſe Chriſtiani tutor?*

## QVÆSTIO XXI.

QVÆRO Præterea an Iudæus poſſit eſſe Chriſtiani tutor, in partibus vbi Iudæi ſunt tolerati? Et id fieri poſſe videtur probare text. *in l. Spadonem, §. iam autem, ff. de excuſat. tut.* vbi inquit text. *Iam autem Iudæi non Iudæorum tutores erunt, quemadmodum cætera adminiſtrabunt: conſtitutiones enim in his ſolis ſine moleſtia eos eſſe iubent, per quæ cultus inquinari videtur,* & in terminis tenent Fulg. ac Martin. Landenſ. *in rubr. de iuſt. & iure.* 1

Sed primo obſeruandum eſt, hanc quæſtionem eſſe nullius momenti in Regnis Hiſpaniæ, à

qua expulſi ſunt omnes Iudæi per noſtram l. Regiam 2. huius titu. imo punientur pœnis, de quibus in ea, ſi hic reperiantur.

Secundo obſerua quod etiam in partibus, vbi Iudæi ſunt tolerati, adhuc non poſſunt eſſe tutores, neque adminiſtratores Chriſtianorum, ne eos prauis, & iniquis moribus, & Iudaicis ſuperſtitionibus erudiant, ita ex pluribus probarunt Bart. & Iaſ. *in rubr. ff. de iuſt. & iure* Tiraquel. alios allegans *de primogen. quæſt. 66. num. 17.* necnon & D. Couar. *in clem. ſi furioſus de homicid. 1. par. relect. §. 2. num. 7. in verſ.* ſed quæritur an Iudæus, Ignat. Salzed. *in pract. crim. can.* Bernard. Diaz de Lugo *cap. 23.* quod nouc additum eſt *n.* 4. vbi quod non dubitat communem eſſe, & ibi reſpondet *ad d. §. iam autem*, ſequitur etiam Tiber. Decian. *1. tom. tractat. crimin. lib. 5. cap. 13. num 6.* vbi allegat Marcard. de Suſaña *in tractat. de Iudæis, 2. p. c. 7.* per totum latiſſime agentem de hoc & aliis, idem late probat Petrus Gregor. *in ſyntagm. iur. lib. 12. cap. 4. numero 7. cum ſequentibus.*

2 Ampliatur, vt nec etiam mater Iudæa filiorum ſuorum tutrix eſſe poſſit, ſecundum Bart. & Iaſ. *in rubr. ff. de iuſt. & iur.* & tenent alij, quos refert, & ſequitur Ignat. *vbi ſup.*

3 Ampliatur etiam, vt neque Hæreticus eiſdem rationibus poſſit eſſe Chriſtiani tutor: ſerpit enim doctrina eorum vt cancer, ſecundum Paul. ad Timot. 2. prohibenturque eorum non tantum conſortia, ſed etiam ſalutatio, vt neque eis dicendum ſit Aue, vt D. Ioan. 1. epiſtola 2. c. 1. admonet l. a Petr. Greg. *vbi ſup. n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Officia publica, & dignitates an Iudæis conferenda ſint in locis vbi tolerantur? Et quid in deſcendentibus ab his, qui deſcendentes fidem Catholicam receperunt, n. 3. & 4.*
6 *Iudæus priuatam dignitatem, vt eſt primogenium, obtinere poteſt.*
7 *Iudæus non poteſt eſſe Officialis, nec Publicanus Aduocatus, nec Doctor, Tabellio, nec Medicus graduatus, aut Principis.*
8 *Iudæorum gens eſt infamis, & ſunt viles, abiectæ, humileſque perſonæ.*

---

*An Iudæis in locis, vbi tolerantur, ſint conferenda officia, munera publica, & dignitates?*

## QVÆSTIO XXII.

1 QVÆRO etiam an Iudæis, in locis & prouinciis in quibus tolerantur, ſint conferenda officia, ac munera publica, & dignitates? Et pars negatiua perſpicua efficitur *ex l. vlt. C. de Iudæis, & cap. penultim. eodem tit. & cap. nulla, 54. diſtinct.* Sed contrarium videtur probare text. expreſſus *in l. 3. §. vltim. ff. de Decurion.* ex quo conſtat Iudæos poſſe eſſe Decuriones. Nihilominus tamen prior pars eſt tenenda tam iure communi, vt eam probat Decian. *in 1. tom. tract. crimin. lib. 5. c. 13. num. 4.* poſt alios, quam iure Regio *per l. 3. tit. 24. par. 7.* vbi vtrumque probatur ibi. *E los Emperadores, que fueron antiguamente Señores de todo el mundo, touieron por bien è por derecho, que por tal traycion que ficieron en matar à ſu Señor, que perdieſſen por ende todas las honras è priuilegios que auian: de manera que ningun Iudio nunca ouieſe jamas lugar honrado, ni officio publico, con que pudieſe apremiar à ningun Chriſtiano en ninguna manera*, & ibi Greg. Lopez in gloſſa fin. citat prædicta iura ciuilia. Idem probat *l. 4. tit. 8. lib. 8. ordin. veter.* dum diſponebat, *que los Iudios no ſean officiales ni facederes del Rei, ni de otros caualleros, ni de eſcuderos, dueñas, ni donzellas deſtos Reynos.* Et cum hodie per noſtram legem omnes Iudæi ab his Regnis ſint expulſi, meritoque lege illa veteris ordinamenti tanquam non neceſſaria non fuerit in hoc tit. recollecta.

2 Solet etiam allegari pro hac parte Concil. Tolet. 4. c. 65. quod habetur *in c. conſtituit. 17. quæſt. 4.* ſecundum vnum intellectum, eſt tamen canon, 65. vbi definitur: Præcipiente domino atque excellentiſſimo Siſenando Rege, id conſtituit Sanctum Concilium, vt Iudæi, aut qui ex Iudæis ſunt, officia publica nullatenus appetant, quia ſub hac occaſione Chriſtianis iniuriam faciunt, &c. Habet namque canon hic duos intellectus, primum vt loquatur in Neophytis, ideſt, in iis qui ex gente Iudæorum procreati nouiter ſunt conuerſi ad fidem Catholicam vt nedum Iudæi, ſed neque hi aſpirare poſſint ad officia publica, & honores, nec ea habere, ita gloſſa *in d. cap. conſtituit*: quem ſenſum ſequuti ſunt Roman. *ſingul. 671.* Iaſ. *in rubr. ff. de iuſt. & iur. col. 1.* & D. Couar. alios citans *in clem. ſi furioſus, de homicid. 1. par. §. 2. num. 8. in 4. concluſ.* Sed hic intellectus non conuenit rei de qua nunc agimus, & perperam dixit illa gl. ſecundum Didac. Perez *in l. 9. col. 55. in princ. tit. 1. lib. 1. ordin.* Eſt & ſecundus intellectus eiuſdem canonis, quod tantum agat, & procedat in ipſiſmet Iudæis, qui fidem noſtram nunquam profeſſi ſunt: hi namque ad publicos magiſtratus, vel publica munera recipiendi nō ſunt:
5 non vero de his, qui ex Iudæorum gente fidem Catholicam ſuſceperunt, quia à ſecularibus muneribus iſti arcendi non ſunt, ſecundum Felin. & Ripam, *n. 51. in cap. cum te, de reſcript.* tenet idem Felin. *in c. cum ſit de Iudæis*, probat optima *l. 6. in fin. tit. 24. par. 7.* ibi. *E puedan auer todos los officios, y las honras que an todos los otros Chriſtianos*: loquitur enim lex illa in Iudæis nouiter conuerſis ad fidem noſtram Chriſtianam, quod & latiſſime probat Montalu. *in l. 2. tit. 3. lib. 4. for. leg. cum quo tranſire videtur*, idem D. Couar. *in d. clem. ſi furioſus, 1. par. relect. § 2. n. 7. verſ.* officia vero, ac munera publica; tametſi poſtea *n. 8.* priorem intellectum videatur tenere, ſed concordat, vt ſtatim dicemus & Montalu. ſequitur Auenda limitans *cap. 19. prat. in 1. p. n. 20.* & Azeu. alios allegans *in l. 22. n. 1. tit. 7 lib. 1. nou. collect. reg.* & Ignat. Salzed. *in practic. crim. can. c. 23.* quod eſt nouiter additum *n. 5.* Et hic ſecundus intellectus verior mihi videtur, & tenendus ad præfatum Concil. Toletan. qui & probatur ex altero antiquiori Concil. Tolet. *nempe 3. c. 14.* ibi: nulla officia publica eos opus eſt agere, per quæ eis occaſio tribuatur pœnam Chriſtianis inferre, & expreſſe probatur *in d. l. 6. ad fin. tit. 24. par. 7. in verbis ſup. relatis*, quam intelligit Couar. *d. num. 8. in 5. concluſ.* (& ſic concordat præcedentia à ſe dicta) vt procedat in eo, qui tandiu legem Chriſti veteranus profitetur, alioqui indecorum eſt, quod apud Chriſtianos præficiatur is in muneribus publicis, qui nuper falſam religionem mordicus, & animo contumaci obſeruauerat.



4 Neque obſtat d. l. generaliter, *§. fin. ff. de Decurion.* quæ ad honores admittit eos, qui Iudaicam ſuperſtitionem ſequuntur: quoniam non de Iudæis intelligitur, ſed de Chriſtianis, qui à Iudæa fuerunt oriundi, vt docet Andr. Alciat. *lib. 3. diſp. c. 8. in l. quidam ignauiæ, C. de Decurion. lib. 10.* quem ſequitur Tiraq. *de primog. q. 66. n. 4.* & Tiber. Decian. *vbi ſup. d. c. 12. ſub. n. 6.* Vel ſecundo reſpondet Couar. *vbi ſup.* quod vel lex illa eſt correcta, aut tandem obtinuit in municipio quod Iudæos incolas, vel gentiles habet, non de eo, quod Chriſtianorum legem obſeruat, & eorum iuriſdictioni, ac regimini ſubditur, & Chriſti fidem ſuſcepit, ſed priorem intellectum, nempe *d. §. vltim.* abrogatum eſſe per *l. vltim. C. de Iudæis*, eſſe communem Bart. & omnium affirmat D. Couar. *vbi ſup. n. fin.* & ſequitur Ignat. *vbi ſup. num. 3. in fin.*

5 Supereſt igitur indubium ex ſupradictis, Iudæos non eſſe admittendos ad officia publica, nec ad honores: quod procedit non tantum iure ordinario, ſed & delegationis ratione, vt nec ex commiſſione tanquam delegatus alterius poſſit Iudæus apud Chriſtianos officia publica exercere, ſecundum Iacob. de Nigris, quem refert, & ſequitur D. Cou. *vbi ſup.*

6 Priuatam tamen dignitatem, nempe primogenium familiæ Iudæus obtinere poterit, vt probat Tiraq *d. q. 63. n. 40 cum ſequentibus*, quem ſequitur D. Cou. *vbi ſup. ſub. num. 7.* Pro quo facit Doct. Iaſ. *in rubr ff. de iuſt. & iur. col. 2. verſ. contra Bart. quæ habet quod d. l. final. C. de Iudæis*, loquitur tantum de dignitatibus publicis, non de priuatis: quod etiam ante eum videtur ſenſiſſe Alber. poſt Iacob. de Rab. *in l. item in poteſtat. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur.* Et licet eorum opinionem non ſequatur Tiber. Decian. *vbi ſup. num. 4.* ſed potius contrariam, adhuc tamen in primogenito ſuæ familiæ verior videtur opinio, Tiraquel. & Cou.

7 Non tamen Iudæus poteſt eſſe Officialis, nec Publicanus, Aduocatus, nec Doctor, Tabellio, nec Medicus graduatus, aut Principis, vt late probat Tiber. Decian. *vbi ſup. d. num 4. cum ſequentibus*, de Aduocato idem probat Couar. *vbi ſup d. conc. 8. n. 6.* quia ſecundum D. Auguſt. *libro vno, aduerſ. in Iob. c. 30.* gens Iudæorum eſt infamis, quod & probat cum aliis Tiber. Decian. *d. 1. tom. tractat. crimin. lib. 5. capit. 13. num. 9.* vbi *num. 10.* quod ſunt viles, & abiectæ, humileſque perſonæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus delinquens ad Eccleſiam confugiens an gaudeat immunitate Eccleſiæ? Reſoluitur negatiue.*
2 *Iudæus confugiens ad Eccleſiam bono zelo, & animo ſuſcipiendi fidem Catholicam, non ficte, gaudet immunitate Eccleſiaſtica.*

---

*An Iudæus delinquens, ad Eccleſiam confugiens, gaudeat immunitate Eccleſiaſtica?*

## QVÆSTIO XXIII.

QVÆRO etiam an Iudæus delinquens ad Eccleſiam confugiens gaudeat immunitate Eccleſiaſtica? Et ipſa gaudere notant gloſſ. *in cap. inter alia*, & ibi Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Cardin. *quæſt. 1. de immun. Eccleſ.* Tiraquel. *in tract. de primogenitura, q. 66. n. 8.* & allegat alios DD. Couar. *lib. 2. var. reſolu. c. 20. nu. 11. verſ. 13.* & quamuis ipſam non ſequatur, inquit tamen quod hæc ſententia fortaſſis videtur frequentiori authorum calculo recepta. Nihilominus tamen contraria ſententia negatiua verior, ac magis communis, ac proinde tenenda in praxi eſt, quoniam Iudæi ſua infidelitate ſe indignos faciunt hoc beneficio: non enim debemus erga Iudæos perfidiſſimos Chriſtiani nominis hoſtes aliqua humanitate vti, nec par eſt ab Eccleſia defendi eum, qui eius gremio, tutelæ, & fidei committere ſe ipſum recuſat. Atque ideo hanc opinionem negatiuam merito probauit gloſ. *per tex. ibi in l. 1. C. de his, qui ab Eccleſ.* vbi omnes & Azor. *in rubr. ibi* gloſ. *etiam in auth. de mandat. Princip. §. publicorum, verbo, cogatur, in fin.* Abb. *in d. c. inter alia, num. 6.* communis ſecundum Hippolyt. de Marſil. *in l. ex Senatuſconſulto, n. 10 ff. ad l. Cornel. de ſicar.* quem ad hoc refert Remig. de Egon. *de immunit. Eccleſ. fall. 18.* Hanc cum aliis, quos refert, probat D. Couar. *vbi ſup.* eandem profitetur veriorem, & communem, & ab ea non eſſe recedendum Iulius Clar. *in pract. crimi. q. 30. verſic. præterea quæro.* Hanc etiam magis communem affirmat Tiber. Decian. *in 3. tom. tractat. crimin. lib. 5. cap. 13 de pœn. Iudæo. num. 3.* vbi eam ſequitur tam iure ciuili, quam canonico aduerſus Zanct. *in tract. de differ. inter ius ciuile, & canonicum*: licet tandem videatur in eam opinionem inclinare, quod Iudæus etiam iure canonico non gaudeat immunitate Eccleſiaſtica. Et hæc ſententia, non ſolum re vera magis communis eſt, prout teſtatur Clar. *vbi ſup.* verum etiam, & verior, à qua non eſt recedendum ſecundum Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin. 1. par. quæſt. 28. num. 68.* vbi plures eam ſequentes allegat. Certum eſt enim, quod Synagoga Iudæorum non præſtat eis ſecuritatem, ſicut præſtat Eccleſia Chriſtianis, vt clare dicit Ioan, de Anania *in c. Iudæi el 1. in fi. de Iud.* Decian. *vbi ſup. verſi. certum.*

4 Limitari tamen poteſt hæc magis communis ſententia, niſi Iudæus confugeret ad Eccleſiam bono zelo, & animo ſuſcipiendi fidem Catholicam, non ficte, vt per Petr. de Ancar. & Immo. *in clem. 2. de pœn. & remiſſ. gloſſ.* & Anton. *in d. cap. inter alia*, & Felin. *in d. c. Iudæi el primero*, prout eos refert, & ſequitur Tiber. Decian. *vbi ſup. d. n. 3. verſi. quæ tamen.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæus cognoſcens carnaliter Chriſtianam, etiam meretricem, & vilem, qua pœna puniatur, & per totam quæſtionem, vbi limitatur, & declaratur.*

*clarатur aliquibus modis, & quid ſi Chriſtianam in figura matrimonij cognouerit. num.5. cum ſequentibus, & an requiratur ad incurrendam pœnam ſcientia Iudei, quod mulier illa ſit Chriſtiana, n.13.& 14.*

7 *Matrimonium contractum inter Infideles, altero eorum ad fidem Catholicam tranſeunte, non diſſoluitur, niſi in caſu de quo hic, & n.8.*

8 *Chriſtianæ mulieri iacenti cum Iudæo quæ pœna imponatur.*

---

*De pœna Iudæi carnaliter cognoſcentis Chriſtianam etiam meretricem?*

## QVÆSTIO XXIV.

1 QVæro, qua pœna puniatur Iudæus carnaliter cognoſcens Chriſtianam etiam meretricem, & vilem, (loquor de ſimplici fornicatione) Et videtur morte eſſe damnandum, exemplo Thineæ, qui Iſraelitam, quique ſcortum Madianitam cognouit, morte vtrumque mulctauit, vt habetur Num. 25. quod ei reputatum fuit ad iuſtitiam, vt etiam habetur *in c. reos, 23. q. 5. & in c. nos ſi incompetenter, § hic reſpondetur el 2. 2. quæſt. 7.* & tenet Anton. de Butr. *in c. nonnullis de Iudæis*, & alios idem tenentes adducit Boër. *deciſ. 319. incipiente, ſi quis volens, num. 5.*

2 Nihilominus tamen in contrarium eſt communis opinio verior, & in praxi tenenda, nempe quod huiuſmodi Iudæus non debeat pro hoc delicto pœna ſanguinis puniri, ſed extra ordinem arbitrio iudicis, vt tenuit Oldrad. *conſi. vltim. quod eſt* 333. vbi refert, quod hoc non obſtante vidit iudicatum, & condemnatum Iudæum ad amittendum virilia, & quod ita fuit exequutum. Sed hoc iudicium Ethnicis potius conuenit, quam Iuriſconſultis, vt inquit Alciat. *lib. 7. parerg. iur. cap.* 23. cùm legatur Diogenem cum audiſſet Didymum quemdam in ſtupro deprehenſum ſic pronuntiaſſe: quod iudicium etiam damnat Decius *in authentica, ſed nouo iure, num.* 21. *C. de ſeru. fugit.* Couar. & Clar. infra citandi. Et prædictam opinionem Oldradi teſtatur communem Boër. *vbi ſup.* & eum referens D. Couar. *in 4. de ſponſal. 2. p. c. 6. §. 11. n. 3.* Mantua *Cent. 1. n.* 30. & inquit Alciat. *conſi.* 458. *n.* 1. quod Doctores magis communiter ſentire videntur, quod puniri debeat pœna pecuniaria, & in facti contingentia conſuluit Alex. *conſ.* 13. *lib.* 7. & Cornel. *conſil.* 107. *lib.* 1. Et opin. Oldradi ex prædictis ſequitur, & communem profitetur Iulius Clarus *lib. 5. ſentent. §. 1. verſi. cum Iudæis*, vbi inquit ſe vidiſſe Iudæum de hoc crimine accuſatum tranſmitti ad triremes per decennium, etiam quod mulier, cum qua ſe carnaliter commiſcuerat, eſſet meretrix: eandem ſequitur Marcard. de Suſan. *in tract. de Iudæis, in 2. p. c. 3. n. 1. cum ſequentibus.* Et teſtatur communem Tiber. Decian. 1. *tom. tractat. crimin. lib. 5. c. 13. n.* 20. vbi plures citat, & inquit in Italia obſeruari prædictam opin. Oldradi, rectéque probat, quod ſecundum circunſtantias aggrauantes, vel minuentes delictum poteſt aggrauari, vel minui pœna, ſecundum Paulum Ghirland. Marcum Angelelli, & Boſſium, quos citat.

3 Inquit tamen Couar. *vbi ſup.* ex Oldrado, & cæteris, Iudæum in hac ſpecie multo grauiori pœna eſſe puniendum, quam ſi Chriſtianus fœminam Iudæam carnaliter cognouiſſet.

Limitatur primo hæc communis ſententia in 4
Iudæo committente adulterium cum muliere Chriſtiana maritata, vel alium coitum, qui eſſet punibilis pœna mortis. Tunc namque credit Clarus *vbi ſup.* non debere eſſe meliorem conditionem Iudæi, quam Chriſtiani, & refert Boër. *d. deci.* 316 *n.* 5. dicentem, quod Pariſiis fuit combuſtus quidam Iudæus, qui ex quadam Iudæa, quam in domo retinuerat, ſuſceperat plures liberos: & Iudæum adulterum cum Chriſtiana cenſet eſſe ad triremes perpetuo tranſmittendum idem Clarus *in §. adulterium, in verſicu pone ſtatutum in fin.* Sed eum puniendum eſſe pœna adulterij, quæ videtur eſſe de iure communi pœna vltimi ſupplicij, tenet Tiber. Decian. *vbi ſup. d. ca.* 12. *num.* 21. addens, quod ſi alia ſtarent ſtatuta mitiora, ſecundum illorum formam eſſet puniendus. Quæ eſt communis opinio, vt plures referens teſtatur Clarus *d. §. adulterium, verſi. præcitato pone ſtatutum*, licet ibi ipſe eam tantum ſequatur in Iudæo committente adulterium cum Iudæa, ſecus cum Chriſtiana: quia tunc, vt prædiximus, cenſet huiuſmodi Iudæum eſſe ad triremes perpetuo tranſmittendum. Sed eſſe puniendum pœna mortis tenet cum aliis quos citat Carrer. *in ſua practic. crim. in c. incip. nono excuſatur maritus, n.* 44. vbi citat Paul. Ghirland. *de pœnis omnifar. coitus, quæſt.* 12. dicentem virile amputandum.

Quinimo etiam, ſi in figura matrimonij cog- 5
noſceret Iudæus mulierem Chriſtianam pœna mortis punietur, non ex cauſa fornicationis, ſed quia ſcienter contraxit matrimonium cum muliere Chriſtiana, imo vterque ſi ſcienter huiuſmodi matrimonium contraxerint, quaſi adulteri capite punientur, *l. neque Chriſtianum, C. de Iud.* Tale enim matrimonium nullum eſt, & ſeparari debent incontinenti, *cap. caue, & cap. ſi quis 28.*
*quæſt.* 1. Concil. Tolet. 3 *cap.* 14. Tiber. Decian. *d.* 6
*cap.* 12. *num.* 23. vbi quod per hoc crimen, fit iniuria duobus Sacramentis, quibus abutuntur huiuſmodi criminis rei, videlicet, Sacramento baptiſmi, & Sacramento matrimonij: & ideo neque per Summum Pontificem poſſe talem commix-
tionem diſpenſari, niſi præcedat baptiſmus *cap.* 7
*non oportet.* 28. *quæſt.* 1. quem ad hoc allegat Tiber. Decian. *vbi ſup.* ſed id non probat, & ideo
relinquo correctioni S. Matris Eccleſiæ. Quod 7
autem in Concil. Toletan. 4. *c.* 62. *& in cap. Iudæi,* 28. *q.* 1. cauetur, locum habet quando matrimonium inter duos Infideles contractum eſt, quorum alter ad Catholicam fidem tranſit, ſicut & loquitur Paulus 1. *ad Corinth.* 7. non enim tunc diſſoluitur matrimonium, quod ab initio valuit, niſi Infidelis nolit cohabitare cum fideli abſque contumelia creatoris, vt refert. D. Cou. *in 4. de ſponſal. 2 p. c. 6. §. 11. n.* 3.

Vbi obſeruat etiam D. Paulum conſilium po- 8
tius quam præceptum dediſſe, ita ſane, vt fidelis nuper, & poſt coniugij contractum ad Chriſti fidem conuerſus Infidelem coniugem, etiam cohabitare volentem abſque contumelia Creatoris, poſſit dimittere ſi velit, quoad thorum: tametſi ſaniori vtetur conſilio, ſi illam non dimiſerit, ne deterior illa fiat, quod ex Auguſtino, & Chryſoſtomo adnotauit Ion. Arboreus *Theoſophiæ lib.* 6. *c.* 10 *tom. in 3. ſent. diſt. 39. q. 1. art.* 3. & Syluestr. *verbo matrimonium* 8. *impedimento* 10. idem Couar. *in 4. 2. p. c. 7. §. 4. n.* 5.

Sed opinionem illam de virilium amputatio- 9
ne in prædicta ſpecie damnat Alciat. *lib. 7. parer. iur. c.* 23. vt refert Couar *d. §.* 11. *ſub d. num.* 3. vbi etiam quod fallitur Ioan. Bapt. *in l. omnes populi, fol. penultim. verſi. 7. de iuſt. & iur.* dicens fortiori pœna puniri Iudæum abſque matrimonio cognoſcentem Chriſtianam, quam ſi eam matrimonio præmiſſo cognouiſſet, & præterea, quod nec ſibi placet quod Ludouic. Gomez, *in cap. mulieres, num. 12. de iudic. in 6* notauit ſcribens Iu-
dæum matrimonium contrahentem cum Chri-
10 ſtiana meretrice non eſſe mortis pœna puniendum: nam ad tollendam iniuriam, quæ Religioni Chriſtianæ irrogatur à Iudæo, qui audet Chriſtianam vxorem accipere, parum, aut nihil conducit ipſam fœminam Chriſtianam meretricem eſſe, ſi quidem nihilominus Chriſtiana eſt.

11 Secundo limitatur prior communis ſententia in Iudæo, qui deliquit habendo rem carnalem cum muliere honeſtæ vitæ Chriſtiana, nam grauius certe punietur, quam ſi cum meretrice rem haberet, vt concludunt omnes *ſup.* allegati ſecundum Tiber. Decian. *vbi ſup. d. n.* 21.

12 Tertio limitatur ſi Iudæus cognoſceret carnaliter mulierem Chriſtianam, etiam vilem & meretricem in contemptum, ac vilipendium Chriſtianæ Religionis: hæc enim eſt vna præcipua qualitas aggrauans hoc delictum, argumento legis *Iudæos, C. de Iudæis. & c. & ſi Iudæis, & c. poſtulaſti, & cap. in nonnullis, & in cap. cum ſit nimis, de Iudæis.* Hoc enim videtur factum in iniuriam Ieſu Chriſti Domini noſtri, & omnium Chriſtianorum, ideo grauiſſime vindicandum ſicut crimen læſæ Maieſtatis, vt late probat Decian. *vbi ſup. n.* 21.

13 Requiritur tamen in ſupradictis caſibus, quod Iudæus ſciens mulierem eſſe Chriſtianam eam cognouerit carnaliter, & præterea ſciens eam nuptam: ignorantia enim excuſat ſi ſit facti, vt in terminis tenet gloſ. *in d. c. in nonnullis, in verbo errorem. de Iudæis*, & ibi Abb. & cæteri ſecundum Tyber. Decian. *vbi ſup. n.* 24.

Sed videtur contraria opinio verior, imo quod ſuperiora procedant etiam ſi Iudæus ignorauerit mulierem eſſe Chriſtianam, quia incumbentem rei illicitæ nullus error facti excuſat, vt per Bart. *in l. ſi adulterium cum inceſtu, in princ. col. 3. n. 8. ff. de adult.* & per Angel. *de malef.* in verbo *Che aya adulterato la mia dona, n.* 66. & in terminis hanc ſecundam partem probanit Marcard. Suſan. *in tractat. de Iud. 2. par. c. 3. n.* 18. authoritate Grilland *de pœn. omnifar. coitus, quæſt. 12. col. fin.*

14 Sed in re hac ita diſtinguendum cenſeo, vt ſiquidem Iudæus credidit ſe coire cum Iudæa in actu ſimplicis fornicationis, quem etiam credebat ſibi licere, vel ſaltem pro eo puniri non poſſe à ſecularibus Chriſtianis, & tamen in veritate illa mulier erat Chriſtiana & nupta, tunc huiuſmodi error atque ignorantia (quæ in dubio regulariter præſumitur) excuſabit eum: quia licet incumberet actui illicito, quoad eius tamen opinionem non erat illicitus. Si vero Iudæus incumberet actui, quem ſciebat illicitum, & punibilem, quia ſciebat mulierem, cum qua concumbebat, Chriſtianam eſſe, ſed neſciebat eſſe nuptam, tunc eo caſu, quia principium delicti ſcienter, & doloſe fuit commiſſum, non excuſatur ratione qualitatis ignoratæ: quia hæc qualitas acceſſoria eſt delicto, nec ſi deficiat deſinit eſſe delictum. At, quando ignorabat ſubſtantiam delicti, & credidit non eſſe delictum punibile, tunc quia ignorantia verſatur contra ſubſtantiam, non autem contra ſimplicem qualitatem, vt in ſecundo caſu prædicto excuſabitur, ita pulchre declarat Angel. *in dicta lege, ſi adulterium cum inceſtu, § inceſtum, num. 5. ff. de adult. ex lege, item apud Labeonem, § ſi quis virgines, ff. de iniuriis,* iuncta lege penult. *ff. de adulter. & l. quæ adulterium, C. eadem titul.* & ita intelligenda & declaranda eſt doctrina Bart. præcitata, prout in terminis reſoluit cum Angelo *vbi ſup.* Tiber. Decian. *d. num.* 24.

Hodie vero *per l. 9. titu. 24. par.* 7. Iudæus, qui 15
Chriſtianam carnaliter cognouerit, pœna mortis puniri iubetur, vbi Gregor. Lopez in gloſſa *mueran* dicit menti tenendam legem illam: quia imo quod non deberet iſto caſu imponi pœna mortis conſuluit Oldrad. *conſil.* 333. quem *ſup.* citauimus. Sicque corrigitur hodie per iſtam legem Regiam communis opinio prædicta. Sed videtur intelligenda lex Regia præmiſſa iuxta reſolutionem præcedentem ignorantiæ, vel ſcientiæ illius qualitatis, an mulier illa eſſet Iudæa, vel Chriſtiana.

Eadem lex regia declarat pœnam imponen- 16
dam mulieri Chriſtianæ iacenti cum Iudæo. *que es la miſma pena que deue auer la Chriſtiana que yoguiere con Moro,* quam imponit *l. vlt. tit. 25. eadem 7. part. Que es, que ſi fuere virgen por la primera vez, que lo ficiere pierda la mitad de los bienes, y que los herede el padre, o la madre, o el abuelo ſi los ouiere, e ſino que los aya el Rey, y por la ſegunda vez, que pierda todo lo que ouiere, y lo hereden los ſobredichos, y ella muera por ello. Y lo miſmo manda de la viuda que eſto ficiere. Y ſi fuere caſada, que ſea pueſta en poder de ſu marido que la queme, o la ſuelte, o faga de ella lo que quiſiere. Y ſi fuere muger baldonada, que ſea de todos, que por la primera vez los azoten por la villa y por la ſegunda mueran por ello*, quas leges citat Tellus Fernand. *in l. 9. Taur. n.* 7.

### SVMMARIVM.

1 *Neophyti an ſint ad ſacros Ordines promouendi, & numeris ſequentibus.*

2 *Neophytus quis proprie dicatur.*

3 *Nouiter conuerſus ad fidem non eſt ad ſacros Ordines, nec ad minores promouendus.*

4 *Neophytus non ſolum non eſt admittendus ad Ordines, & beneficia Eccleſiaſtica, ſed nec etiam ad ſecularia officia.*

5 *Deſcendentes à genere Iudæorum indiſtincte debet frui officiis ſecularibus, ſicut alij Chriſtiani.*

6 *Neophytus quacumque ex lege Chriſtianam Religionem profeſſus, tunc demum poterit ad ſacros Ordines, & Eccleſiaſtica beneficia promoueri, cum Epiſcopo viſum fuerit vt hic.*

7 *Is, qui à tempore natiuitatis ſuæ ab ipſa infantiæ ætate Chriſtianus eſt, non prohibetur ab his contentis, tametſi patrem, auum, aut proauum Iudæum, aut Sarracenum habuerit, ampliatur num.* 8.

9 *Cap. 5. de reformatione Sacri Conc. Trid. ſeſſ. 23. intellectus, & n.10.*

11 *Nouiter conuerſus ad fidem an ſit teſtis idoneus? & quid* del Moriſco *n.12. & 13.*

14 *Iudæus teſtis eſſe non poteſt contra Chriſtianum. Et quid contra conſimilem, n.15. aſſirmatur.*

QVÆSTIO

## *An Neophyti ſint ad ſacros Ordines promouendi?*

## QVÆSTIO XXII.

1 QVÆRO an Neophyti ſint ad ſacros ordines, & altaris miniſterium promouendi? Pro huius quæſtionis intellectu atque introductione obſeruandum eſt, Neophytum eum proprie dici, qui ex Iudaica lege, aut Mahumetica, vel Ethnica nuper legem Chriſti profeſſus fuerit, non vero is, qui à ſua natiuitate iam Chriſti nomen acceperit, genus tamen à Iudæorum, vel cœterorum, quorum modo memini-
2 mus, gente deducens. Quæſtio primo probatur ex D. Paul. teſtimonio 1. ad Corin. c. 3. dicentis, *non Neophytum, ne forte elatus in ſuperbiam in iudicium incidat, & in laqueum diaboli*, hoc eſt, in arrogantiam, quæ eſt diaboli ruina ſecundum Grat. *in ſum. 48. diſt.* non enim appellat Neophytum eum, qui ex gente Iudæorum iam olim iamdiu legem Chriſti fuerit profeſſus, alioqui & ipſe Paulus Neophytus diceretur, necnon & reliqui Apoſtoli. Secundo idem probatur teſtimonio D. Greg. *li. 7. Epiſt. c.* 111. *ad Siagrum Epiſc.* habetur *in c. vlt. 48 diſt.* vbi. Neophytus modo habendus eſt, qui repente in Religionis habitu plantatus, ad ambiendos ſacros ordines irrepſerit. hęc eſt communis obſeruatio vtriuſque iuris Doctorum, ſecundum D. Cou. *in clem. ſi furioſus de homic.* 1. *p. relect.* §. 2. *n.* 7. *in verſ. concl.* & ex eo communem dicit, & ſequitur D. Azeued. *in l. 12. n. 1. tit. 7. lib. 1. nou. collect. Reg.* Dicitur enim Neophytus in eo quod eſt nouum, & phytes, quod eſt fides, quaſi nouus in fide ſecundum Lamb. ab eo ibi relatum *de iur. patr. lib. 2. 1. p q. 7. princ. ar. 14. per totum.* Eandem communem ſequitur, & late probat Hoxeda *de incompatib. benef. 1. p. c. 24. n. 1. & 2.* & Flam Pariſ. *de reſign. benef. lib. 4. q. 4. n. 22. pag. mihi* 258. Bernard. Diaz de Lugo *in praxi crim. canon. c. 22.* Nau. *in man. c. 27. num. 105. verſ. nec Sarracenus*, Borjas *de irregul. p. 5. de Neophyt.* & Mayol. *de irregul. lib. 1. cap. 31. num. 1.* & Quintil. Mandoſ. *in tractat. de reſignatione gratia, in titulo, de diſpenſatione cum Neoph.* Eſt communis vt ex Couar. *vbi ſup.* affirmat eam ſequutus Vgol. *de irregular. cap. 2. in princ.* ſequitur etiam eam P. Auila *de cenſur. 7. parte de irregularitate ex defectu animæ, diſp. 4. dub. 4. pag. 53. col. 1. verſic dubitat.* 4. hoc ſic præhabito noſtra q. ſequentibus concluſionibus reſoluitur.

3 Prima concluſio. Neophytus in ſenſu prædicto, hoc eſt, nouiter conuerſus ad fidem non eſt ad ordines ſacros, nec adhuc ad minores promouendus. Quod primo probatur teſtimonio Pauli præcitato, & ex aliis quam plurimis in vnum cōgeſtis per D. Cou. *vbi ſup. n. 6. verſi. de Neophytis & n. 7.* vbi hanc concluſionem tenet, & Hoxeda, *d. c. 24. n. 1. & 3.* vbi in fine huius *n. 3.* inquit, quod præfati etiam Neophyti ſunt incapaces Eccleſiaſticorum beneficiorum, quia non niſi clericis cōcedenda ſunt, ſecundum ius Canonicum. Eandem concluſionem tenet etiam, & probat late Ignat. Salze *in pract. crim. canonica*, Bernar. Diaz *c. 13.* quod noue editum eſt *n. 2.* per totum, quod & probauit Montalu. *in l. 2. tit. 3. lib. 4. for. leg. in leg. in gl. mag in verſi. item alleg. c. conſtituit* & Flam. Par. *vbi ſup. n. 21.* Eſt communis ſecundum Vgol. *vbi ſup. d. c. 2. §. 2. n. 1.* qui *n. 2.* rationem reddit, & ampliat vt procedat etiam in minoribus ordinibus, & in prima tonſura, & *n. 3. & 4.* quod in hoc diſpenſat ſolus Rom. Pont. ſecundum Borjas, & Nau. quos refert, & ſequitur hanc primam concluſionem P. Auil. *vbi ſup verſ ſit ergo.*

4 Quæ communis ſententia nedum procedit quoad ordines Eccleſiaſticos, & beneficia Eccleſiaſtica, ſed etiam quoad ſecularia officia, ad ea namque Neophytus eligendus non eſt, vt probatur in Concilio Tolet. relato *in c. conſtituit, 17. q. 4.* & ibi gloſſa, & Archid. & probat late alios plures allegans Hoxeda, *d. c. 24. n. 5.* & Auila *vbi ſup. verſ. 4. concl.*

5 Deſcendentes tamen de genere Iudæorum indiſtinctè debent frui officiis ſecularibus, ſicut alij Chriſtiani huius Regni, expreſſa *l. 6. ad fi. tit. 24. p.* per quam ita tenent Aueud *in ſuo dict. verb. Iudios*, & Otal. *de nob. 2. p. 3. p. c. 7. n. 25.* & Alphon. de Heredia *in ſuo libello vulgo dict. de echado de Inezes*, in q. *ſi el Iudio puede ſer Iuez*, & Olan. *in concord. antinom. lit. A. n. 73. & 74.* quos refert, & ſequitur Azeued. *in d. l. 21. ſub n. 1.*

6 Secunda concluſio. Neophytus quacumque ex lege Chriſtianam Religionem profeſſus tunc demum poterit ad ſacros ordines, & Eccleſiaſtica, beneficia promoueri cum Epiſcopo viſum fuerit, eum iam in moribus, & Chriſtiana diſciplina ſatis inſtructum eſſe, ita quidem vt iam veteranus Chriſti miles cenſeri iuſte poſſit, text. *in c. 1. 57. diſtinct.* ex quo Roman. id notauit *ſingul.* 416. Felin. *in c. cum ſit de Iudæis*, Dec. *in c. eam te, col. 2. n. 6. verſi. vel tertio de reſcript.* vbi eſt tex. ſecundum hanc concluſionem intelligendus, dum in fine dicit: pro eo vero quod Iudæus extiterit ipſum dedignari non debes: innuit namque aperte tex. his verbis præteriti temporis, quod iam non ſit Iudæus, ſed conuerſus ad fidem Chriſtianam: quo fit vt recte ibi Felin. & Rip. *n. 31.* exiſtimauerint poſſe ad ordines, & Eccleſiaſtica beneficia admitti, qui non nuper, ſed iamdiu relicta gentilium, aut Iudæorum lege Chriſtianam, & Euangelicam fuerit profeſſus.

Hanc ſecundam concl. per præd. probarunt D. Cou. *vbi ſup. n. 7 in 3 conc.* Borgas *p. 5. de Neoph. n. 12.* & Bern. Diaz *vbi ſup. n. 7. verſ. poteſt tamen*, & Vgol. *d. §. 2 ſub n. 3. verſ. 2 & n. 4* & Flam. Par. *n* 23. Ign. Salzed. *n* 7. & Hoxeda etiam *vbi ſup. n.* 4. admonentes id caute diſcernendum eſſe: non enim ſatis eſt, vt ſemel quis, aut vnico actu bonus vir probatus ſit, ſed vt ſæpiſſime, & in pluribus diuerſiſque actibus perſpectus exploratuſque ſit, neceſſe eſt Et iux. *ſup. d.* intelligendus eſt Montal. *vbi ſup.* dum dicit, quod ſi nouiter conuerſi ad fidem libenter zelo fidei informati accedant ad ordines, beneficia, vel officia publica omnis in eis ceſſat ſuſpicio, maxime ſi per temporum interſtitia quinque vel ſeptem annis ſunt in Catholica fide inueterati, quia ex tunc iã Neophyti dici nō valent. Hoc namq; totũ Epiſcopi prudentiæ remittendum eſt iuxta prædicta, non tamen credo verum in nouiter conuerſis etiam per decennium, vt magis placet nouiſſime Th. Sanch. *in ſua ſum lib. 2. c. 18. n. 12.* contra Nau. *in man. c. 27. n.* 205. Eandem ſecundam concluſionem tenet etiam Anil. *vbi ſup. verſi. 2. concl.*

Sic denique multi fuerunt olim ad Ordines ſacros, Eccleſiaſticaſq; dignitates admiſſi, qui è Iudaica vel gentilium lege fidẽ Chriſti ſuſceperunt, & tamen vitæ, & morũ probitatem, atque ideo, quia iamdiu Catholicæ religionis inſtitutis fuerant edocti, nomen Neophytorum amiſerant.





7 Tertia concluſio. Is, qui à tempore natiuitatis ſuæ ab ipſa infantiæ ætate Chriſtianus eſt, nec à beneficiis Eccleſiaſticis, nec à ſacris Ordinibus, nec ab officiis publicis, & ſecularibus (vt *in prima concluſ.* dicebamus) prohibendus eſt, tametſi patrem, auum, aut proauum Iudæum, vel Sarracenum habuerit, quoniam hic proculdubio Neophytus non eſt dicendus, ſecundum propriam huius dictionis ſignificationem, licet vulgo apud Hiſpanos appelletur Conuerſus, aut Marranus, vt probatur *in d. c. tam te de reſcript. & in c. ſi quis ægritudine, 57. diſt.* Ita tenent, & probant Couar. *vbi ſuprà, n. 8. concl. 6.* poſt Montal. *vbi ſup. in verſ. interſtitiis ergo*, & plures ita tenentes refert, & ſequitur Hoxed. *in compat. ben. 1. p c. 13. n. 54.* dicens quod ab hac concluſ. nemo recedit, & quod eam tenet Nauar. *in Man. c. 27. num.* 106. & D. Ouzala Theolog. *in ſuis ſacris narrationibus Scripturarum lib. 7. verbo, Neophytus*, ſequitur etiam Ign. Salzed. *vbi ſuprà. d. c. 23.* nouiter edito *n.* 8. vbi etiam citat latiſſimè hoc tradentem Otalor. *de nobil. 2. p. 3. p. principalis, c. 7. per totum*, ſequitur dicens quod ita tenent communiter DD. Flam. Pariſ. *vbi ſuprà, lib. 4. de reſign. benef. 4. q. 24.* & Vgol. *d. §. 2. num. 4. verſ. 5.* Et licet Ioan. Staphileus *de liter. gratia, & iuſtitia, verſ. fin. n.* 10. aſſeueret conſuetudine receptum eſſe vt iſtis diſpenſatio indulgeatur, verius eſt quod nulla diſpenſatio neceſſaria ſit, cum nullo Canonico impedimento aſtricti ſint, vt probat, & affirmat Ignat. Salzed. *vbi ſuprà, d. n.* 8. Eandem tertiam concluſionem ſequitur etiam P. Auil. *vbi ſuprà, verſ. 3. concl.* Man. Rodr. *in ſum. 1. tom. in 2. editione, c. 160. n. 1. & 1. tom. qq. reg. q. 24. art. 7.* P. Suar. *5. tom. 3. p. diſp. 43. ſect. 3. n. 8.* Spino *in ſpec. teſt. gloſſ. 3. princ. n* 48. & nouiſſimè Sanch. *vbi ſuprà*, id ampliatur quamuis parentes adhuc Mauri, aut Iudæi perſeuerent.

8 Hinc eſt, vt licet frequentiſſimè in aliquibus diœceſibus, qui ad ſacros Ordines promouendi ſunt ſummaria informatione probare teneantur, quod nec generis notam, nec maculam patiuntur, & ſic quod deſcendunt à veteranis Chriſtianis, atque immaculatis, non tamen repellendi ſunt, niſi qui ſecundum iuris Pontificij ſanctiones iuxta prædicta à ſanctorum Ordinum perceptione arceantur. Non igitur hi, de quibus *in hac 3. concluſ.* agimus, ſed potius de rigore iuſtitiæ ſunt admittendi, niſi aliud Canonicum obſiſtat, vt in terminis rectè probauit Ignat. *vbi ſuprà, num.* 23.

9 Deducitur, & ſecundo ex ſuperioribus intellectus ad text. *in cap. 2. de reformat. ſacri Concil. Trident. ſeſſ. 23.* vbi dum agit, de ipſorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita, à fide dignis diligenter inquirat, vt per illum verbum de natalibus, non quidem intelligatur nouum aliquod impedimentum, quod antea iure communi non fuerit inductum, inducere, ſed de legitimitate iuxta ius commune, ſecundum Nauar. *in n. 28. in addit. ad c. 25. Manual. n. 68. in princ.* & Petr. Zened. *in ſua collect. ad Decretal. collect. 77. num.* 8.

10 Tertiò infertur ſimiliter idem probandum eſſe iuxta *c. 7.* eiuſdem ſeſſionis, quo Epiſcopis iniungitur, vt antequam ad ſacrorum Ordinum miniſterium accedant, ſumma diligentia inter alia inquirant ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem. Non enim ex hoc nouum Ordinis impedimentum induxit Sacrum Concilium, ſed dumtaxat quæ antiquo iure ſtatuta erant ſeruari ad vnguem præcipit, ita in terminis tenet Salzed. *vbi ſuprà n. 24.* cenſens hoc non vulgariter notandum, quia multi circa id allucinantur, idem tenet alios allegans Sanchez, *vbi ſuprà, num. 15.* Et quod verbum illud, genus, intelligatur de legitimitate, & libertate probat Petrus Zened. *vbi ſuprà*, dicens quod ita omnes interpretantur *c. quando, verſ. genus, 24. diſt. hodie ingeuatum per d. c. 27. Sacri Concil. Trident.* idque etiam ſatis colligi affirmat, ex eodem Concil. Trident. *ſeſſ. 21. de reform. c. 2. quicumque in princ. & ſeſſ. 7. de reform. c. 1. ad Cathedralium, & ſeſſ. 24 de reform. c. 1. ſi in quibuſlibet*, & illuſtriſſimorum Cardinalium congregatio, die 12. Iunij, ann. 1592. ad Epiſcopum Pacenſem ita reſcripſit, vt vidi, nempe *d. c. 7.* non excludendos eos ab Ordinibus, qui ducunt originem à Iudæis.

Hæc declaratio Cardinalium hodie refertur à Proſpero Farinac. *in ſua 4. p. deciſionum Rotæ*, deciſ. 8. Pacenſis 11. Menſis Iunij ann. 1591. in hunc modum. *Congregatio Concilij cenſuit quamuis ordinandorum genus, ætatem, & conditionem diligenter inquirere debeat, iuxta* cap. 7. ſeſſione 13. *non tamen eos ab ordinatione, niſi aliud Canonicum obeſſet impedimentum, qui à Iudæis originem trahunt, vel quorum maiores, & ſi heretici fuerint, emendatos tamen eſſe conſtet, & re incorporatos Eccleſiæ vnitati, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe, quam vel perfecerunt, vel perfectioni eius inſiſtunt, aut paratos fuiſſe ad recipiendum eandem, iuxta conſtitutionem Bonif. VIII. quæ incipit*, ſtatutum, *id tamen intelligendum eſſe, niſi aliquo priuilegio Apoſtolico, aut confirmatione caueretur.* Inquit tamen Flamin. Pariſ. *vbi ſuprà, d. q. 4. num. 25. & 26.* hos non poſſe ad ſacros Ordines promoueri ſtatuiſſe Paulum IV. & confirmaſſe fœlicis recordationis Greg. XIII. extendentem hoc ad deſcendentes ex Mauris, vt per Nauarr. *conſ. 1. de Iudæis*, apud quem ego tale quippiam non inuenio, nec vidi hucvſque præd. Pontificum deciſiones, quod ſi adſint, ſeruandæ erunt, ſin minus concluſio *ſuprà d. 5.* quæ eſt communis vera, & iuridica. Reſpondet etiam *d. c. 7. de refor.* P. Henr. & cum eo Auil. *vbi ſuprà, verſ. ſi obiicies Concilium*, hoc decretum eſſe ad inueſtigandum vtrum ſint filij ancillæ, vel hæreticorum.

Denique in calce huius quæſtionis inquirendum eſt, quanta veritate polleat dictum Felini, *in c. cum ſit, & in c. Iudæi de Iudæis*, aſſeuerantis 11
Neophytum nouiter ad fidem conuerſum ad fidem, non eſſe teſtem idoneum, nec ad teſtimonium admittendum contra Chriſtianum per text. *in c. non poteſt, 2. quæſt. 7. ex Concil. Tolet. 4. cap. 64.* ſequitur Rip. *in d. cap. eam te, num. 30. de reſcript.* Marſil. *ſingul. 107. & 273.* Carrer. Reg. *in ſuo tractat. de heretic. in c. incip. modo qualiter, num. 26.* ſed & *lib. 10.* Gothorum fori *lib. 12.* hoc expreſsè præcipiebat.

Nihilominus opinio hæc vera omnino non eſt, ſiquidem Concil. Toletan. præcitatum hoc non probat, ſed ſolum de eo agit, qui cum Iudæus eſſet Chriſtianus effectus fuit, & tandem poſt in l. Chriſti eſt præuaricatus: non autem de eo Neophyto, qui nouam Religionem Catholicè obſeruat, vt patet ex eius verbis, quæ ſic ſe habent. *Non poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extiterit infidelis: Iudæi ergo, qui dudum Chriſtiani effecti ſunt, & nunc in Chriſti fidem præuaricati ſunt, ad teſtimonium dicendum admitti non debent quamuis eſſe Chriſtianos annuntient, quia ſicut in fide Chriſti ſuſpecti ſunt, ita & in teſtimonio humano dubij habentur: infirmari ergo oportet*

*eorum teſtimonium, qui in fide falſi docentur, nec eis credendum, qui veritatis à ſe fidem abiiciunt.*

Quare merito prædicta ſententia Fel. non omnino placuit Couar. *vbi ſuprà, n.8. in 4. concl.* libenter Iudices admonet, vt in hac opinione ad praxim recipienda cautiſſimè, ac diſcreti viri arbitrio vtantur: necnon & Ignat. Salzed. *vbi ſuprà, num.5.* dicenti quod cum l. illa fori Gothorum antiquata iam ſit, iudicis prudentiæ relinquendum cenſet, qui perpenſa qualitate rei ipſorumque teſtium ex dicta cauſa fidem adhibeat, vel deneget.

12 Cenſet præterea auctor hic *num.6.* certiſſimum eſſe quod nouiter conuerſi, qui ad nos peruenerunt ex Granatenſi rebellione, ann. 1569. (quos *Moriſcos* appellamus) licet baptizati ſint, cum tamen contra eos plurimum vrgeat ſiniſtra ſuſpicio, quod fidem Chriſti non pro animi candore profiteantur, & multi in ea præuaricati ſint, & malis impiiſque moribus ſint imbuti, teſtes idonei non ſunt, nec integra fides eis dabitur: pro quo plurimum conducere ait text. egregius *in d.c. non poteſt, ex Concil. Tolet. ſuprà relato,* & hoc in forenſibus controuerſiis vtiliſſimum eſſe affirmat.

13 Sed pro concordia dictarum opinionum Hoxeda *d.c.14. num.5. in verſ. pro concordia autem,* ita dicendum eſſe affirmat, quod Felini ſententia procedit, quando quæſtio vertitur inter Infidelem, & Catholicum, tunc enim non admittitur Neophytus in teſtem. Si autem quæſtio eſt inter Catholicos, Neophytus bene poteſt admitti in teſtimonium, quia par affectio tollit omnem ſuſpicionem, vt ibi latè iure probat, quæ concordia mihi placet, & tenenda videtur.

14 De Iudæo indubium eſt teſtem eſſe non poſſe contra Chriſtianum, maximè in criminalibus, vt habetur *in c.1. & c. Iudæi, de teſtib. & c. pagani, & c. ſi hæreticus, 2. q.7.* tenet Speculat. & poſt eum Ioan. Andr. in addit. *ad titulum de teſtib. §.1. in verſic. item, quod eſt Iudæus,* refert plures Tyber. Decian. *1. tom. tract. crim. lib.5. c.13. n.8.* Maſcar. *de probat. 3. tom. concluſ. 1357. num.41.* vbi *num.42.* ampliat & limitat, & allegat alios plures Petr. Zened. *in collect. 83. ad Decret. num.1. expreſſa l.8. tit.6. p.3.* ibi: *E aun decimos que home de otra ley aſſi como Iudio, ò Moro, ò Herege, que no puede teſtiguar contra Chriſtiano,* & ibi Greg. Lop. in gloſſ. *Iudio, ò Moro.* Excipitur ibi caſus proditionis contra Regem vel Regnum, *ca entonces* (inquit lex illa) *bien puede ſer cabido ſu teſtimonio, ſeyendo tal home, que los otros de ſu ley non lo pudieſſen deſtechar por derecho para no valer non lo que teſtiguaſe, è ſeyendo el fecho aueriguado por otras prueuas, ò preſumpciones ciertas.*

15 Excipit etiam lex illa alium caſum, nempe, *quando aquellos que fueſſen de otra ley ouieſſen pleyto entre ſi miſmos, que bien pueden teſtiguar vnos contra otros en juyzio, è fuera de juyzio.* Quinimo admittitur contra factum Chriſtianum, & relapſum, & ſic contra hæreticum, ſecundum Marcard. de Suſa. *in tract. de Iud. 2. p. c.5. num.15. in fin.* quem refert, & ſequitur Decian. *vbi ſuprà, d. num.8. in fin.* Et de iure communi, quod Iudæus teſtis eſſe non poſſit, ponit regulam cum pluribus ampliationibus, & limitationibus Farin. nouiſſimè *in 1. tom. de oppoſ. contra teſt. q.56. §. n.205. cum pluribus ſequentibus.*

De filiis hæreticorum an ad Sacros ordines promoueri poſſint, agit Salzed. *vbi ſuprà, pag.77. verſ. dubitari dicam, infrà in tit. de hæret.*

## SVMMARIVM.

1 *Statutum, lex, vel conſtitutio Eccleſiæ, Collegij, vel confraternitatis, &c. præcipiens, ne admittantur, qui originem duxerint à gente Iudæorum, vel Maurorum, an valeat? & numeris ſequentibus. Proceditur per concluſiones, & declarationes latiſſimè, ideo videnda ſunt omnia hic dicta in materia.*

---

*An valeat ſtatutum, lex, vel conſtitutio Eccleſiæ, Collegij, vel confraternitatis, &c. præcipiens ne admittantur, qui originem ducunt à gente Iudæorum, vel Maurorum, &c.*

## QVÆSTIO XXVI.

QVÆRO denique an valeat ſtatum, lex, vel conſtitutio Eccleſiæ, Collegij, vel confraternitatis, vel alterius communitatis, aut religionis, præcipiens ne in ſuis congregationibus admittantur hi, qui originem ducunt à gente Iudæorum, vel Maurorum alteriuſve ſectæ illicitæ, & reprobatæ, & ſic deſcendentes à Neophytis, & qui communiter Conuerſi, aut recentes Chriſtiani vocantur, ſed tantum, qui veterani Chriſtiani ſunt, atque ex immaculato ſanguine deſcendunt. In hac quæſt. multos congerit Petrus Zened. *in collect. 77. ad Decretal.* ſed nihil reſoluit. Ego vero referam opiniones Doctorum & poſtea procedam per concluſ. & declarat. Et in primis inuenio Montalu. *in l.2. verbo, tornadizo, titul.3. lib.4. fori,* latè probantem conuerſos admittendos eſſe ad Eccleſiaſticos Ordines, & officia publica, ſicut antiquos Chriſtianos (in quo tenendæ ſunt concluſiones quas ſupra deduximus in quæſtione modo præcedenti) ex quibus audacter nimis ſcribit, præmiſſum ſtatutum hæreticam prauitatem continere: inuehitque contra priuilegium Ciuitati Toleto à Rege Alphonſo indultum, quo continetur ne vlli Iudæi, nec ei qui ab eis originem habuerunt publicis muneribus fungi poſſint, & tandem dicit, ô glorioſa Ciuitatis Toletana, propter Ciuium tuorum malitiam tua gloria redditur ſine gloria, tua ſtabilitas vocatur inſtabilis, tuæque conſtantiæ antiqua ſoliditas linguis hominum vocatur infirma, quem refert D. Con. *in clem. ſi furioſus de homicid. 1. parte relect. §.2. num.7.* & ſequitur D. Perez *in l.9. tit.1. lib.1. ordinan. col.54. & in l.1. tit.1. lib.4. ordin. col.1316. circa fin.* data ſcientia, & prælatione virtutum in ignobili, quamuis eſſet de nouo ad fidem conuerſus, cum Montalu. *vbi ſuprà,* ſequitur etiam Auend. *c.19. prat. in 1. part. n.20.* adducens textum *in cap. cantè in fin. de reſcript.* ibi, pro eo vero quod Iudæus extiterit, ipſum dedignari non debes: & ibi Abb. notat quod conuerſi ad fidem ex gente Iudæorum poſſunt habere dignitates Eccleſiaſticas, ex eo quod magis laudandi ſint quam vituperandi, quod Iudæi fuerint, adducit etiam *l.6. titul.24. part.7. in fine,* quæ indiſtinctè decidit hos nouiter conuerſos admittendos eſſe ad honores, & officia publica.





3 Limitat autem Auend. *vbi ſuprà,* quod prædixerat, niſi ipſemet fuerit olim Iudæus, aut Maurus, nam facilè non admittitur, niſi Conuerſus eſſet perſona inſignis, & multum decora ſecundum Felin. *in d. cap. cam te num.12.* ſeruato quod non ſit filios ex perſonis, quæ prohibentur habere officia publica, de quibus in pragmatica Granatenſ. cæteri vero Conuerſi, de quibus dixit in ſuo dictionario verbo *Iudios,* inquit admitti poſſe ad officia publica: tametſi propter æſtimationem ſeculi, data paritate, ipſe præferret ipſis Conuerſis antiquiores Chriſtianos. Ergo ſi illi Conuerſi poſſunt, & debent admitti ſaltem in caſibus, de quibus *ſuprà in quæſt. præcedenti,* ſtatutum contrarium tanquam contra ius commune, & Regium videtur quod non valeat. Sed & pro hac parte adducit alias rationes Fr. Anton. à Cordub. *lib.1. quæſtionum quæſt.54.* & latiſſimè agit de hac parte, nouem fundamenta pro ea adducens. Sed eis reſpondet Hoxeda *de in comp. benef. 1. part. cap.23. à princip. vſque ad num.86.* incluſiuè. *vbi num.81.* refert plures auctores huius opinionis.

4 Rurſus contrariam partem latiſſimè tuetur D. Simanc. *de inſtit. Catholic. tit.47. de pænit. & conuerſ. num.82. cum ſequentibus,* vbi exorta aſpera, & vehementi quæſtione, vtrum iſti ad fidem recenter conuerſi, & eorum liberi veteribus Chriſtianis in omnibus æquandi ſint, aſſerit quoſdam, quos vehementer tangit iſte dolor, multis argumentis probare conari inter hos, & illos nullum eſſe diſcrimen conſtituendum. Quod facilè (inquit) illis conceſſerim in his tantum rebus, quæ ad fidem, vel Religionem, vel ad ius naturale, vel ad iuſtitiam commutatiuam pertinent, in his enim omnes æquales eſſe debemus, ſicut illorum argumenta oſtendunt, *cap.1. cum ſequentibus, 56. diſtinct.* gloſſa *in regia l.2. titul.3. lib.4. fori,* quæ quidem eſt Montalui, Buridianus *lib.5. Ethicor. quæſt.11.* in honoribus tamen, ac dignitatibus in diſtributiua iuſtitia, & id genus aliis, plurimum refert nobilis ſit, quis ciuis, an peregrinus, Iudæus, an Græcus, Neophytus, an ex vetuſtiſſimis Chriſtianis. Id enim ratione naturali apud omnes gentes conſtitutum, & apud omnes populos vſitatum, & iure gentium receptum eſt, quo ſit, vt prohiberi poſſint iſti Conuerſi à veterum Chriſtianorum Collegiis, & prærogatiuis, ſicut in Hiſpania iure, ac merito arceri, ac repelli ſolent ab officiis Sanctæ Inquiſitionis, à Collegiis ſcholarum, à Monaſteriis multorum Sanctorum, & præcipuè D. Hieronymi & à quibuſdam Capitulis Eccleſiarum, & Sodalitatum, & Confraternitatum. Quod iuſtiſſimum eſſe pluribus conſtitutionibus, & ſtatutis à Summis Pontificibus approbatis, & confirmatis, cuiuis pio, & orthodoxo viro facilè perſuaſum eſt, & perſpicuum eſſe poterit, inquit Simanc. & quod poſtremo accedat maxima vtilitas, rebus ipſis experimentis aſſiduis comprobata. Denique multi iſtorum ſuſpecti ſunt in fide, inquieti, ambitioſi, ſeditioſi, & propter parentum, & conſanguineorum infamiam, dignitatibus, & honoribus indigni, & Collegiis honeſtioribus minus idonei: nec vllus inficiari poterit maiores iſtorum perfidos fuiſſe Iudæos, & ore Seruatoris noſtri vocatos progeniem viperarum, generationem prauam, & adulteram. Sed & contra eos in propoſito maximè inuehit alia plura adducens Otalora *de nobilit. 2. part. 3. part. princip. cap.7. num.16. cum pluribus ſequentibus,* vbi quod & ſi non neget, niſi quod ex illis plures tam fœlici ſydere naſcuntur, vt virtutibus, & bonis moribus, & ſupremæ ſcientiæ, & eruditionis datæ polleant, & abundent, quibus non ſunt neganda alia virtutum præmia, quia tamen, vt plurimum ferè omnes redolent, vt inclinentur ad ſuæ naturæ vitia, & ad longum recalcitrant, & ad ſuos conuertuntur ritus, & mores, expedit potius, vt ſi qui pauci ex illis euadunt, moribus ingenuis, & virtutibus præditi, ſeparatim, & ſpecialiter præmientur, quam quod propter eos paucos tota nobilitatis maſſa corrumpatur, & quod vtique facilè, & breuiter fieret, ſi illis daretur acceſſus ad honores, & dignitates, quibus per nobilitatem datur aditus. Quare ſanctè & iuſtè (inquit Otalora *vbi ſuprà, num.62.*) Collegiorum conſtitutionibus in noſtro Regno excluduntur, cum Collegia ſint hodie mundiſſimi fontes, ex quibus ad totam Rempublicam gubernandam ſcatent flumina, & deriuantur riuuli perſonarum virtutibus, ſanctitate, & omnigena doctrina integerrimi, quorum miniſterio, & diuina, & profana Reipublicæ officia honorificè, ſanctè, & iuſtè adminiſtrantur. Et ſanctius & iuſtius eſt ſtatutum Sanctæ Eccleſiæ Toletanæ per Archiepiſcopum Ioan. Martinez Siliceo à Sede Apoſtolica confirmatum, quo cauetur vt nullus huius generationis in d. Eccleſia de cætero admittatur. Et ad ipſius exemplum, & imitationem in Genenſi Eccleſia, aliàs Menteſana, ſimile ſtatutum promulgatum eſt, id procurante domino P. Pacheco Cardinali, eius Eccleſiæ Præſule, & vtinam (inquit ille) in omnibus huius Regni Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis idem fiat: Sperat enim futurum inde Deo honorem & gloriam, Reipublicæ vero perpetuam ſalutem, & augmentum permanſura. Eandem ſententiam probat etiam latiſſimè Anton. à Cordub. *vbi ſuprà,* cum quadam modificatione, de qua *infrà,* & Azeued. *in l.22. num.1. cum ſequentibus, tit.7. lib.1. nou. collect. reg.* & Ignatius Salzed. (legitima tamen auctoritate interueniente) *in practic. crimin.* Bernardi Diaz, *cap.22. num.11. cum ſequentibus,* vbi *n.19.* defendit nuncupatim cum Ioan. Otalora prædictum ſtatutum Eccleſiæ Toleta. Et tandem, *num.18. in fin.* ea ſtatuta, potiſſimum quæ ſuperioris auctoritate confirmata ſunt, ad vnguem ſeruanda eſſe cenſet, & inquit lapſum fuiſſe Montaluum in prædicta ſua inuectiua contra regiam vrbem Toletanam: ſiquidem non ipſa ratione dicti priuilegij, ſeu ſtatuti antiquam gloriam, & Maieſtatem amiſit, ſed potius diutius conſeruauit incolumem. Hanc etiam ſententiam latiſſimè duodecim fundamentis comprobat, & tenet Alphonſ. Hoxed. *de incompatibilit. benef. prima parte, cap.23. à num.87. vſque ad fin.* vbi *num.135.* inquit, quod ex dictis fundamentis, & reſponſionibus, quas ibi facit ad argumenta partis negatiuæ, luce meridiana clarius oſtenditur præfata ſtatuta iuſtiſſima eſſe, ac omnino conſeruanda, & quod ita videtur ſentire Martin. Nauarr. *in Manual. cap.27. numero 105.* & expreſſè præfata ſtatuta defendit Simanc. in tractatu particulari, quem fecit in defenſionem præfatorum ſtatutorum. Et tandem omnes, & Catholici Doctores, tam iuris diuini, quam humani profeſſores noſtræ tempeſtatis communiter cenſent præfata ſtatuta æqua, & iuſtiſſima atque omnino defendenda, & quod ita tenendum eſt. Verum id intellexerat prius *numero 60.* cum ſequenti de ſtatutis confirmatis auctoritate Apoſtolica, quia hoc eſt neceſſarium: Epiſcopi namque, & alij ſuperiores, ſeu inferiores non poſſunt

facere ſtatuta contra ius Canonicum, ſicut ſunt hæc ſtatuta, vt ibi latè probat.

Ego quidem ſemotis ſtatuto, lege, conſtitutione, vel fundatione teneo concluſiones, quas *ſuprà in q. præcedenti* firmaui. Illis vero, vel ſingulis eorum ſtantibus, ſequentes concluſiones probo.

5 Prima concluſio ſit. Statutum, lex, vel conſtitutio Eccleſiarum, Militiarum, Monaſteriorum, & aliarum Communitatum hoc de quo ſupra præcipiens, à Summo Pontifice, vel Rege noſtro, aliovè legitimo Superiore confirmatum, vel confirmata, aut approbata, proculdubio ſeruandum, vel ſeruanda eſt inuiolabiliter ex iuſtis cauſis & rationibus, & fundamentis, de quibus *ſuprà in ſecunda parte*, quibus iuſtiſſimè Superior motus fuit ad confirmationem. Hoc tenent ferè omnes, eſtque veriſſimum & magna foret inſania, qui contrarium intenderet, ſicut fecit Henricus Mauroy, qui verboſa, & licentioſa Apologia in Archiepiſcopum Toletanum contrariam opinionem defendere contra Summos etiam Pontifices fallacibus, & importunis argumentis temerè conatus eſt, quem nuncupatim reprehendit Simanc. *vbi ſuprà, in priori loco, num.*84. & Ignatius *d.c.*23.*n.*19. probans iuſtiſſimum eſſe prædictum ſtatutum poſt Simanc. & reliquos *vbi ſuprà*.

6 Hodie Summus Pontifex Gregor. XIII. ſuo motu proprio incip. in Eccleſiis, ſub data Romæ Idibus Nouembris, anno 1580. præcepit ac mandauit vt repellantur ab Eccleſiis, præcipuè inſignibus, qui propter genus, aut hæreſim proprio, ſiue ſtirpis cognatorum vitio contaminati, per Canonicas ſanctiones, aut ſtatuta à Sede Apoſtolica confirmata, aut Apoſtolica priuilegia, prædictis Eccleſiis prohibentur, & quod prouiſiones contra prædicta factæ ſint nullæ. Ex quo approbata manet hæc noſtra prima concluſio, & ampliata ad prohibitionem de prædictis perſonis factam, non ſolum per ſtatuta à Sede Apoſtolica confirmata, ſed etiam per Canonicas ſanctiones, aut per Apoſtolica priuilegia.

7 Nec in hac ſpecie admittendam eſſe cenſeo opinionem Ant. de Cordub. *vbi ſuprà, concluſ.*3. *fol.*438. modificantis, & limitantis noſtram primam ſupradictam concluſionem, in illo deſcendente à gente Iudæorum, &c. qui morum ſanctitate inſignique eruditione decoratus ſit, adhuc namque ſi generis labe infectus ſit admitti non debet: non enim decet vt quotidie hoc quæſito colore iuſtiſſimæ ſanctiones violentur, nec propter probos mores alicuius iura ſunt violanda, vt notat Bald. per illum text. *in cap.*1. *vt lite pendent.* ſequuntur Barbat. *conſil.*10.*col.*10.*lib.*2. Iaſ. *in l. qui iuriſdictioni, colum. vltim. ff. de iur. omn. iudic.* Decius *in cap. poſtremo in fine, de appellation.*

8 Et vbi quærimus de ſimplici iuſtitia non curamus merita perſonarum, Bald. *in cap. ſedes, paulo ante fin. de reſcript. per l. cum pater, §. rogo, ff. de legat.*2. *bonus text. in capit. mulier, verbo Sancta*, 23. *diſtinctione*, & plura congerit pro, & contra Tiraquell. *de pœnitent. temp. cauſa* 51. Ex quibus præfatam limitationem reprobat Ignat. *vbi ſuprà, numero decimoſeptimo*, contrarium & bene probans contra ipſum Anton. de Cord. fatetur tamen tantam poſſe eſſe bene meritorum integritatem alicuius, aliaque præclara

9 opera, vt diſpenſatio à Superiori indulgeri poſſit, ex Cardin. à Turrecremat. *in cap.*1. 48. *diſtinct.* quem ſequitur Cordub. *vbi ſuprà*, & tenuit prius Hoxeda *vbi ſuprà, n.*3. ibi, & quamuis: & poteſt ex multis comprobari congeſtis ab And. Tiraq. *vbi ſuprà, n.*150. Verum abſque prædicta legitima diſpenſatione indiſtinctè tenenda eſt omnino prædicta 1. concluſ.

Secunda concluſio. Statuta prædicta facta ab Eccleſiis, vel aliis communitatibus, non confirmata à Summo Pontifice vel alio ſuperiore, qui ius confirmandi iure habeat, ſed ſolum ſtando in terminis iuris communis (ſalua in omnibus Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ reuerentia) non ſunt valida, nec ſeruanda, ſed potius ipſum ius commune, de quo *in quæſt. præcedenti*, & latiſſimè per Hoxed. *d. cap.*23. *num.*49. *cum ſeqq.* cui iuri communi in hoc ſtatuentes præiudicare non poſſunt abſque auctoritate, vel confirmatione legitima ſuperioris. At vero ſuperior poteſt, cum ſit legiſlator, habeatque legitimam auctoritatem legem condendi, iuſque commune interpretandi, diſtinguendi, & corrigendi, & nouum ius edendi, in pertinentibus ad gubernationem, & politiam Reipublicæ, & ad iuſtitiam diſtributiuam. Hanc ſecundam concluſionem in terminis tenent auctores prioris partis, necnon & Ignatius *vbi ſuprà*, vt conſtat ex eius verbis ſupra relatis, & præcipuè Hoxeda *vbi ſuprà, n.*54. dicens, quod ſcribentes firmiter tenent, & iure communi, nec à beneficiis Eccleſiaſticis, nec à dignitatibus, nec à ſacris Ordinibus prohiberi eum, qui à tempore natiuitatis ab ipſa quidem infantiæ ætate Chriſtianus eſt, tametſi patrem, auum, aut proauum Iudæum, vel Sarracenum habuerit, vt probatur *in cap. eam te, de reſcript. & in c. ſi quis ægritudine*, 57. *diſtinct.* Et refert plures DD. ita tenentes, & inquit quod ab hac concluſione nemo recedit, & in *num.*69. refert diplomata Apoſtolica Nicolai S. Rom. Pontif. ad Hiſpaniæ Prouincias data ann. 1461. & Pontificatus ſui ann. 5. vbi acerbiſſima, & ſeueriſſima obiurgatione auctores huiuſmodi ſtatutorum, & eorum defenſores compeſcit, & ad ſanam mentem reuocat, illoſque appellat nouæ zizaniæ ſeminatores, vnitatis & pacis Chriſtianæ corruptores, & eius diſſidij innouatores, quod per vas electionis Apoſtolum Paulum extirpatum fuerat. Dicit etiam illos proximorum ſcandalizatores eſſe, & à Catholicæ fidei Apoſtolicæ veritate aberrantes, & qui contra feciſſent, eos videri contra Chriſtianam doctrinam facere, & ſacris arcendos eſſe. Et *num.*60. inquit quod ratio reuocationis præd. ſtatutorum fuit, quia ea non erant confirmata auctoritate Apoſtolica, quod erat neceſſarium, quia Epiſcopi, & alij ſuperiores, ſeu inferiores non poſſunt facere ſtatuta contra ius Canonicum, ſicut ſunt hæc ſtatuta, vt ibi iure probat *num.*61. 10

Ampliatur hæc ſecunda concluſio, vt etiam conſuetudo antiqua auctoritate Summi Pontificis non confirmata, vel approbata (dummodo non ſit immemorialis) quod ignobiles, & deſcendentes ex genere Iudæorum, ad præbendas, beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas non admittantur, eos non excludat, dum tamen alias cætera requiſita in ipſis concurrant: quod probatur argum. text. optimi *in c. venerabilis* 37. *de præbend.* ibi. Conſuetudinem allegans antiquam inuiolabiliter obſeruatam, iuxta quam nullum niſi nobilem, & liberum & ab vtroque parente illuſtrem, honeſtæ conuerſationis, ac eminentis ſcientiæ in ſuum conſortium hactenus admiſerant, iuncta deciſio. text. *ibi*: Nos igitur attendentes, quod non generis, ſed virtutum nobilitas, vitæque honeſtas 11



honeſtas gratum Deo faciunt, & idoneum ſeruitorem, ad cuius regimen non multos ſecundum carnem nobiles, & potentes elegit, ſed ignobiles, ac pauperes, eo quod non eſt perſonarum acceptio apud ipſum, & vix ad culmina dignitatum (nedum ad Præbendas) viri eminentis ſcientiæ valeant reperiri, exceptiones huiuſmodi non duximus admittendas: ideo mandauit Summ. Pontif. Cap. Argentinenſis Eccleſiæ, vt recipiant eum, cui Epiſcopus Portuenſis præbendam vacantem contulit. Qui text *in ſua deciſ.* expreſſus videtur pro hac ſententia, vbi gloſſ. *verbo non multos*, inquit: Hoc dicit propter Paulum, & B. Bartholomæum, qui nobiles fuerunt, alij vero Apoſtoli ignobiles, & pauperes fuerunt, & tamen electi fuerunt ad regimen Eccleſiæ, quia apud Deum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur, *c. ſicut excellentiam*, 23. *quæſt.*4. Quam ſententiam cæteri ſequuntur ſecundum Tiraq. *num.*14. *in loco ſtatim citando*, & ita Abb. *in d. c. venerabilis, num* 4. notat non valere ſtatutum, quod viget in multis locis Alemanniæ, vt ignobiles non admittantur in Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, quia apud Deum non eſt acceptio perſonarum, vt ibi, & *in c. nouit, de iudic.* nam cum conſuetudo contraria reprobetur fortius, non valet ſtatutum, cum conſuetudo contra canones ſit maioris roboris, quam ſtatutum. Eandem ſententiam tenet Decius *in cap. cum adeo, col. fin. num.*4. *de reſcript.* refert, & ſequitur Roch. de Curt. *de conſuet. ſect.*5. *num.*12. vbi quod id notant Abb. & alij *in d. c. venerabilis*, quod etiam fatetur Tiraq. *de nobil. c.*20. *n.*18. ſequitur etiam Bonus de Curtol *in tract. de nobil.* 4.*p. col.*6 *num.*33. dicens prædictum textum nullam cauillationem, ſeu interpretationem contrariam recipere poſſe.

12 Et quamuis Rom. *ſing.*485. heri ſui rogatu, velit contrarium tenere, quatenus dicit aduerſus talem conſuetudinem, ſeu ſtatutum Epiſcopum diſpenſare minimè poſſe, & ſic videtur præmittere, quod valida ſit prædicta conſuetudo, vel ſtatutum, quem in hoc refert, & ſequitur Felin. *in cap. ſuper eo, num.*3. *verſic.*2. *qualitas eſt nobilitas, de teſtibus*, & Decius *in cap. at ſi clerici, §. de adulteriis, col.* 5 *verſ.*4. *concluſ. num.*10. *de iudic.* & Ioan. de Selua *de benef.* 3. *part. in quæſt. princip.* & veram præſupponit Ioan. Rayner *in tract. de nobili.* 7. *q. princip.* & cum eis remanere videtur Tiraq. *d. c.*20. *num.*19. cum eam opinionem poſteriori loco ſubiectam reliquerit, nec ab ea expreſsè receſſerit.

Attamen hi DD. poſtremi male dicunt, & loquuntur contra text. *in d. c. venerabilis*, ad quem non aduerterunt, quia cauillari non poteſt, quoniam expreſsè contrarium dicit ſecundum Rochum, *vbi ſuprà*, & procedit in conſuetudine ordinaria: ſecus vero eſt in conſuetudine immemoriali, quæ quidem valida eſt in hoc, vt dicebamus in concluſ. quia habet vim tituli, nempe priuilegij, ſeu confirmationis Romani Pontificis, vt probat Hoxeda *d. c.*23. *num.*50. *ad fin.*

13 Sed in ſpecie *d. c. venerabilis*, ita reſoluendum eſt, quod nobiles data paritate morum, & ſcientiæ, cæteris omnibus concurrentibus ſunt præferendi ex mente Felin. *in d. c. ſuper eo*, & Selua *de benef. in tertia parte, quæſt.*7. *num.*13. Tiraquell. latiſſimè *d. cap* 20. *num.*1. *cum ſequentibus*, præcip. *num.*17. vbi plures ita tenentes refert. At vero data ſcientia, & prælatione virtutum in ignobili præfertur hic, non obſtante prædicta conſuetudine, vel ſtatuto contrario. Iſtam reſolutionem ponit Didacus Perez *vbi ſuprà, col.*1316. *in verſic. ſit igitur concluſio.* Intellige tamen de conſuetudine, vel ſtatuto auctoritate legitimi ſuperioris non confirmatis, alias enim ſi eſſent confirmata, nulli dubium, quin obſeruanda eſſent ad vnguem, vt reſoluimus *ſuprà, in prima concluſione*.

Et comprobantur præd. quia quod non poteſt fieri per pactum, non poteſt etiam fieri per legem, ſtatutum, vel conſuetudinem: hæc namque omnia æquiparantur, vt latè probat Euerard. *in cent. legal. loco* 89. à pacto ad legem, ſtatutum, vel conſuetudinem, ſed per pactum abſque auctoritate ſuperioris non poſſunt excludi prædicti, vt patet: ergo nec per ſtatutum, aut conſuetudinem. 14

Neque obſtat ſi quis dixerit, quod text. *in d. capit. venerabilis*, non loquitur in deſcendentibus à genere Iudæorum, & ſic de deſcendentibus à nouiter conuerſis, ſed de nobilibus, & plebeis, quibus fauet ille text. vt inquit Hoxeda *dicto capite* 23. *numero* 50. *ad fin.* quia eadem ratio text. in vtriſque militat: imo eos comprehendere videtur ibi. Nos igitur attendentes quod non generis, ſed virtutum nobilitas, &c. & ibi, eo quod non eſt perſonarum acceptio apud ipſum, &c. 15

Ex quibus infero non ſecurè conſuluiſſe Celſum *conſil.*54. *per totum*, valere, ſcilicet, conſuetudinem Monaſterij Monialium Sancti Benedicti propè, & extra muros Ciuitatis Gerundæ, quæ habet, quod nulla poſſit recipi in Monialem dicti Monaſterij, niſi quæ eſſet de genere militari, ſaltem ex latere paterno. Negamus namque ſtatuto, aut conſuetudine id effici poſſe, vt *in d. cap. venerabilis* gloſſa, Abb. & omnes ſcribentes ibidem, vt prædiximus, itaque corruit fundamentum Celſi. 16

Nec obſtat ſubtilis reſponſio ipſius ad *d. cap. venerabilis*, nempe quod ratio deciſionis illius decretalis ſit difficultas qualitatis, ſcilicet eminentis ſcientiæ: quam qualitatem plus ponderauit Roman. Pontif. ad irritandam conſuetudinem prædictam, quam nobilitatis qualitatem, vt notant Doctores ibi, & ideo inquit textus, quod nedum ad præbendas, ſed etiam ad culmina dignitatum vix reperiuntur viri eminentis ſcientiæ. Ponderauit igitur ibi Roman. Pontifex dictæ conſuetudinis impoſſibilitatem, cum præter nobilitatem exigebat etiam eminentem ſcientiam. 17

Hæc autem eminens ſcientia ſecundum Barbat. *conſil.*34. *column.*18. *in verſic. & ſi quis piam quærat, volum.*2. quem ibi refert Celſus *num.*3. dicitur illa, per quam quis ſcit in promptu, & ſine librorum reuolutione difficiles reſoluere quæſtiones per textum *in l. ſcire oportet, §. fin.* ibi, *maximè diſciplinatus homo, ff. de accuſat. tut. & in l. à teſtatore*, ibi *magno ingenio, ff. de conditio. & demonſtratio.* & vltra eum additio. Abbas *in d. cap. venerabilis, num.*3. & 8. vbi declarat quæ ſit eminens, quæ mediocris, & quæ ſufficiens ſcientia, necnon & Cepol. *in repetit. l. ſi contra num.*10. *cum ſequenti, ff. de vſucap. pro empt.* Trotius *de vero, & perfect. clerico, lib.*2. *cap.*33. *num.*5. nempe, quod eminens ſcientia dicitur, per quam quis difficiles quæſtiones reſoluit ſine reuolutione librorum, mediocris cum reuolutione, competens vero, ſeu ſufficiens ſcientia dicitur ea, quæ ſufficit illi de quo quæritur ſecundum qualitatem ſtatuti, in quo repetitur, attento illius officio, & beneficio, conſiderata 18

Eccleſiaſtica dignitate, vt refert nouiſſimè Dionyſius Paulus Valentinus *in floſcul. cleric. part.1. num.48. pag.41.* Quamuis ego quoque eminentem ſcientiam cenſeam eſſe, quam illi mediocrem reputant, nempe cum reuolutione librorum difficillimas quæſtiones reſoluere, cùm experientia nos doceat neminem ferè exactè poſſe illis reſpondere ſine reuolutione librorum: quinimò ſæpè ac ſæpius, imò vt plurimum errare eos, qui repentè ſimilibus quæſtionibus difficillimis reſpondent quamuis alias literatiſſimi ſint, atque viri inſignes in ſuis facultatibus. Hæc ſint in tranſitu dicta. Ergo (nunc ad rem) cum ſit difficilis admodum cognitio, vtrum aliquis eminentis ſit ſcientiæ, conſuetudo huiuſmodi tanquam incerta caſſata eſt *in d. cap. cum venerabilis*: hæc Celſus *vbi ſuprà.*

19 Sed reſpondemus ponderationem hanc eſſe magis ſubtilem quam veram. In primis enim gloſſa *ibi*, & ferè omnes generaliter deducunt ex illo tex. quod ſupra diximus non valere, ſcilicet, ſtatutum vel conſuetudinem, vt ignobiles non admittantur in Canonicos Eccleſiarum Cathedralium, ſed tantum nobiles ſanguine: ſic loquitur Celſus contra mentem ferè omnium Doctorum ibidem. Denique Summus Pontifex *in d. cap. venerabilis* non plus ponderauit vnam qualitatem eminentis ſcientiæ quam alteram, nempe nobilitatis ſanguinis, ſed vtramque æquè conſiderauit: & quamuis vna ratio deficeret, altera ſuſtinetur diſpoſitio, quia vtraque fundatur argumento, *§. affinitatis cum ſimil. inſtit. de nupt.* Quinimò præcipuè fundatur Roman. Pontif. ad reprobandam prædictam conſuetudinem, in qualitate ſanguinis ab ea requiſita potius, quam eminentis ſcientiæ, vt patet, *ibi*: Nos igitur attendentes quod non generis, ſed virtutum nobilitas (de qua latiſſimè per Tiraquell. *de nobilit. c.4. per totum*) vitæque honeſtas gratum Deo faciunt, & idoneum ſeruitorem, ad cuius regimen non multos ſecundum carnem nobiles, & potentes elegit, ſed ignobiles, ac pauperes, eo quod non eſt perſonarum acceptio apud ipſum: & ſtatim quaſi per accidens, & vt omnino ſatisfaceret allegationi contrariæ Capituli addit, ſine adiectione aduerbij, quod & vix ad culmina dignitatum (nedum ad præbendas) viri eminentis ſcientiæ valeant reperiri. Sufficientiſſima igitur profectò ad irritandam prædictam conſuetudinem eſt prior ratio abſque ſecunda.

20 Saluari tamen poteſt, & debet opinio Celſi, ſi prædicta conſuetudo eſſet immemorialis, quia cum hæc habeat vim priuilegij valida erit, & obſeruanda, vt ſupra probauimus, & è fortiori idem erit dicendum ſtante confirmatione, vel approbatione Apoſtolica dicti ſtatuti, vel conſuetudinis, tametſi immemorialis non eſſet, vt *in prima concl. ſup. propoſita.*

21 Tertia concluſio principalis, Conſtitutiones Collegiorum Hiſpaniæ, quibus ab ipſis arcentur, atque excluduntur patientes notam generis, iuſtiſſimæ ſunt atque omnino ſeruandæ: tum quia tempore fundationis, & traditionis rei ſuæ poteſt quis apponere conditiones, & pacta, quæ voluerit, *lege in traditionibus, ff. de pact. lege etiam, §. licet, ff. ſoluto matrimonio.*

22 Vnde eſt in tempore fundationis Collegij ex proprio patrimonio poſſit quis apponere eam legem, & conditionem, vt tantum admittantur qui ex ſua familia originem traxerint, vel de tali genere, ſiue patria, vel natione, vt quotidie videmus, & iure probat Ignat. Salced. *vbi ſuprà, numero decimotertio, in verſiculo ſic & propter.* ¶ Similiter & fundans Capellaniam re- 23
ſpectu vocationis ad ipſam, & ad ius patronatus ipſius idem facere poteſt, vt iure probauimus *conſil. 1. & 2.* Eadem igitur ratione excludi poterunt à Collegiis Vniuerſitatum horum Regnorum illi, qui ab Hebræis & ab aliis Infidelibus originem trahunt, vt defendit eorum ſtatuta, in hoc dicens eſſe iuſtiſſima Hojeda *vbi ſupra, num. 136.* Tum etiam, quia prædictæ conſtitutiones Collegiorum in ſpecie, de qua agimus, ſunt approbatæ atque confirmatæ Regia auctoritate, nempe *l. 22. tit. 7. lib. 1. nou. collect. Reg.* quæ eſt huiuſmodi.

*Porque en algunos Colegios de las Vniuerſidades deſtos nueſtros Reynos ay conſtituciones, en que los dichos Colegios no reciban por Colegiales Chriſtianos nueuos, mandamos que ſobre ello ſe guarden las conſtituciones, ſobre ello dichas por los fundadores de los dichos Colegios.* Quam legem in propoſito & bene vti expreſſam citauit Ignat. *vbi ſupra, n. 14.* qui poſt Simanc. & Otalor. *vbi ſuprà, n. 26.* hanc noſtram tertiam concluſionem tenet: eſtque certiſſima, & quæ nec etiam patitur limitationem, quam *ſupra* reprobauimus ad primam concluſionem aſſignatam ex Cordub.

Nec ſufficit quem eſſe iam veteranum Chriſtianum, nempe quod à parentibus Chriſtianis natus fuerit, ſi tamen à genere Iudæorum deſcendat, quantumcumque tritauus eius fuerit ille, qui nouiter fuerit conuerſus. Licet enim aliàs verbum illud *Chriſtianos nueuos* non comprehendat eum, qui à ſua natiuitate baptiſmum ſacrum ſuſcepit, vt ſuprà reſoluimus cum communi opinione, in principio huius quæſtion. attamen, quoad Collegia hæc, & confraternitates ſimilia ſtatuta habentes, attendendus eſt communis vſus loquendi, qui propriæ ſignificationi vocabuli præfertur, iuxta *l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de legat. 3. & in cap. 2. de verbo. ſignific.* & communem, de qua per Ioan. Oroſc. *in l. omnes populi, num. 165. ff. de iuſtitia & iur.* etiam in materia odioſa & pœnali, ſecundum Iaſ. *in l. ſtipulatio iſta, §. hæc quoque, num. 8. ff. de verb. obligat.* & latè Perez *de maiorat. 1. part. quæſt. 66. num. 10.* & ſic intelligendum non ſolum de Neophytis, ſed etiam de veteranis Chriſtianis, ſi tamen à genere Iudæorum originem ſuam quamuis antiquam ducant: nec in hoc dubitandum, aut diſputandum eſt ſecundum Azeued. *in d. l. 22. n. 1. cum ſeqq.* 24

Nec ſufficit quem per priuilegium nobilem fieri, vt ad Collegia admitti poſſit, ſi tamen ſit deſcendens ex Iudæis, vt in terminis tenet Pelaez *de maiorat. 1. p. q. 51. num. 30.* quem refert, & ſequitur Azeued. *vbi ſuprà, in fin. d. l. 22.* & Ignat. *vbi ſuprà, num. 17. in fin.* 25

Ex qua tertia concluſione plura deducuntur, quæ congerit & rectè probat Hojeda *d. 1. p. de incomp. benef. cap. 23. num. 138. cum ſequentibus.* Primo infert ipſe ibidem, *num. 137.* defendi poſſe ſtatuta militiarum Hiſpaniæ, nempe Sancti Iacobi, & Alcantaræ, Calatrauæ, Sancti Ioannis, & Monteſiæ, quæ quidem ſtatuta ad præfatas militias non admittunt aliquem qui à Iudæis, ſeu Sarracenis originem ducat, ſed eos tantum admittunt, qui ex antiquis Chriſtianis originem trahunt, & nobiles ſimul ſunt, vt latius continetur in præfatarum militiarum ſtatutis. Secundò infert *n. 138.* quod eiſdem rationibus defenduntur ſimilia ſtatuta multarum confraternitatum Hiſpaniæ. 26





Tertiò infert *num. 139.* ex prædictis defendi ſtatuta ſimilia aliquorum Monaſteriorum ex Religionibus approbatis.

18 Tandem *ſub eodem num. 139.* infert à fortiori, ſtatutum Eccleſiæ Hiſpanenſis iuſtiſſimum eſſe, quod quidem ſolummodo excludit à dignitatibus, perſonatibus, & officiis ac beneficiis Eccleſiaſticis Cathedralis filios, nepotes, ac pronepotes eorum, qui vt Iudæi, ſeu hæretici condemnati ſunt per Sanctum Inquiſitionis officium, vel ſaltem reconciliati. Reliquos autem deſcendentes minimè excludunt.

19 Et an & quando probatio de auditu in informationibus & Inquiſitionibus, quæ fieri ſolent ratione præfatorum ſtatutorum, ſufficiat, vel non, latiſſimè & optimè declarat Hojeda *vbi ſuprà, n. 140. cum ſequentibus vſque ad fin. C.* ad quem eſt omnino occurrendum quoties caſus contigerit, quia iuridicè & religioſè id decidit.

SVMMARIVM.

1 *Exportantes, & immittentes prohibita ad Infideles, quibus pœnis puniantur? & numeris ſequentibus per totam quæſtionem, vbi tam iure communi, quam regio, & Canonico.*

---

*De pœna portantium & immittentium prohibita ad Infideles.*

## QVÆSTIO XXVII.

1 QVÆRO circa hanc *l. 10. tit. 2. lib. 8. nou. collect. Reg.* qua cauetur, *que ninguna perſona ſea oſada de ſacar, ni ſaque para tierras de infieles pan, armas, cauallos, ni otras coſas vedadas ſo las penas contenidas en los Derechos communes y deſtos Reynos. Y que ſi ſaceren, ò dieren fauor, ò ayuda para que ſalgan Moros mudexares, ò que paſſen en ſaluo los Moros que acà eſtuuieren cautiuos, ò malos Chriſtianos que ſe fueren a tornar Moros, ò Iudios, que ſean auidos por aleuoſos, y mueran por ello, y que los tales Moros mudexares ſean cautiuos de quien los tomare, y aya todo lo que lleuaren, y los tales malos Chriſtianos ſean quemados en fuego por juſticia, y los bienes que lleuaren ſean de quien los tomare, lleuando los luego à la juſticia del lugar Realengo mas certano de donde los tomaren, para que conoZca deſta cauſa y ſe execute eſta ley.*

2 Quæ pœna iure communi & Regio, & etiam iure Canonico, erat ante impoſita his, qui iſta prohibita ad infideles portant atque immittunt? Et de iure Ciuili capitis pœna, & confiſcatio bonorum imponebatur, *vt in l. 2. C. quæ res exportari non poſſ.* Et de iure Regio idem videtur deciſum per *l. 22. tit. 5. part. 5. & in l. 4. tit. 21. partita 4.* pœna igitur huius noſtræ legis 10. vt nouioris ſeruanda erit.

Iure autem Canonico decem pœnas his impoſitas referunt & congerunt Rebuff. *in Bull. Cœnæ Domini, artic. 5. gloſſa fin.* & Canter. *in ſuis quæſtionibus crimin. tit. de hæreſ. num. 66. cum ſeqq. pag. 416.* & Azeued. *in hac l. 10. num. 10.* ¶ Et inquit Canter. *vbi ſupra*, quod ſi iudex Eccleſiaſticus procederet, poſſet etiam contra laicos & ſpoliare eos bonis ſuis, ſecundum deciſionem textus *in c. ita quorumdam, de iud.* & etiam ſi iudex Eccleſiaſticus procederet, confiſcatio bonorum laici eſſet Principis ſecularis, bonorum vero clerici, Eccleſiæ, vel fiſci Eccleſiaſtici.

Prima pœna eſt excommunicationis, vt in dicta Bulla Cœnæ Domini, & antea in aliis iuribus Canonicis & Regiis citatis per Azeued. *vbi ſuprà, num. 1.* 4

Secunda, quod ab alio quam à Papa abſolui non poſſit, vel de eius ſpeciali mandato, teſte Abbate *in c. quod olim in fin. de Iudæis.*

Tertia, quod ſerui efficiuntur capientium, etiam ſi Chriſtiani fuerint, vt per Boher. *§. 1. de conſuet. iuris ſtat. perſon. in conſuet. Bituric.*

Quarta, quod ſunt infames, & ſic omnibus pœnis, quibus infames affliguntur, puniendi ſunt.

Quinta, quod ſunt inteſtabiles tam actiuè, quam paſſiuè.

Sexta, quod ſunt inhabiles ad ſuccedendum ab inteſtato, & ex teſtamento.

Septima, quod non poſſunt ad publica admitti officia.

Octaua, omnes actus legitimi ſunt eis interdicti.

Nona, omnia bona eorum ſunt confiſcata.

Decima, & vltima, quod diebus dominicis excommunicati publicè nuntiari debent. Hæ pœnæ deſcribuntur in extrauaganti prima de Iudæis, inter communes, & referuntur per Doctores *ſuprà* citatos.

Conſiderat prætérea Cantera *vbi ſuprà, dicto num. 66. in verſiculo ſecundo ex textu in dicto cap. ita quorumdam*, dum dicit capientium fieri ſeruos, quod ſi nullus eum capit, ſi ipſe qui portauit arma Sarracenis motus pœnitentia venit ad confitendum ſuum peccatum coram iudice, eſt admittendus cum miſericordia per iudicem Eccleſiaſticum, & dabit ei pœnitentiam, puniétúrque extraordinariè, ne delictum remaneat impunitum: & quod tunc non priuabitur bonis, nec erit ſeruus, ſed imponetur ei aliqua pœna corporalis flagellorum, vel exilij. Si autem non venerit, ſed iudex præhabita informatione capit eum, ſi eſt iudex ſecularis condemnabit eum morte, & confiſcatione bonorum. Si eſt Eccleſiaſticus, priuabit eum bonis, & flagellatum mittet ad triremes per aliquos annos ad arbitrium, per textum *in d. c. ita quorumdam.* 5

SVMMARIVM.

1 *Exportari an poſſint victualia Infidelibus tempore pacis? & numeris ſequentibus per totam quæſtionem.*

---

*An tempore pacis poſſint aſportari victualia infidelibus.*

## QVÆSTIO XXVIII.

QVÆRO ſecundo circa eandem legem, an tempore pacis poſſint aſportari victualia Infidelibus. 1

Et pro introductione huius quæſtionis obſeruandum eſt, quod arma, equi, & aliæ res prohibitæ non poſſunt ab his Regnis aſportari ad Infideles & inimicos Chriſtiani nominis, nec illis vendi, donari, aut accommodari aliove modo dari 2

vllo vnquam tempore, etiam pacis, vt *in l. 2. C. quæ res exportari non deb.* vbi imponitur pœna capitalis & confiſcationis bonorum, & quod eſt crimen proximum proditioni, & *in cap. ita quorundam*, & ibi Innoc. & Abb. & *in cap. ad deliberandam de Iudæis.* Quæ iura loquuntur in armis, ferro, & ligaminibus galearum ſub pœnis in illis iuribus contentis, nempè excommunicationis, ſeruitutis, & amiſſionis bonorum, vt prædiximus *in quæſtione præcedent. & l. 22. in princip. & in fin. tit. 5. partita 5.* vbi dicitur, *que es vna manera como de traycion, y pone perdimiento de bienes, y el cuerpo à la merced del Rey*, & *l. noſtra Regia* 10. quæ eiſdem pœnis iuris communis & regij punire eos iubet, & latè proſequitur D. Azeu. *in hac l. 10. per totam.* Quo ſic præhabito.

3 Inquiſitione præmiſſa principio videtur licite poſſe tempore pacis aſportari victuali Infidelibus, *ex dicta l. 22. tit. 5.* ibi. *Otro ſi defendemos que ninguno de nueſtro ſeñorio no les lleue à la ſu tierra, mientra guerrearen con nuſco, trigo, ni ceuada, nin centeno, nin olio, nin ninguna de las otras coſas è viandas, con que ſe pudieſſen amparar, nin gelo vendan, nin gelo den en nueſtro ſeñorio para lleuar a ſu tierra, y eſto ſo pena de perdimiento de bienes, y del cuerpo à merced del Rey.* Ponderanda enim ſunt verba illa, *mientra guerrearen con nuſco*, quæ modificant atque qualificant prohibitionem: ergo tempore pacis non eſt prohibitum, vt notat *ibi* Gregor. Lopez *in gloſſa trigo, verſiculo, tempore pacis*, niſi fieret (inquit ipſe) in diſpendium Chriſtianorum, veluti ſi Sarraceni his ſe muniant ad pugnandum, quia ſuſpicio belli haberetur vt tempus belli. Item in locis ſubiectis Soldano non liceret etiam tempore pacis, vt habetur in extrauaganti Clementis V. incip. *multa*, in communibus, ſub titulo de Iudæis & Sarracen. & tenet poſt alios quos citat Azeu. *vbi ſuprà, num. 9.*

4 Secundo idem probari videtur, *in c. quod olim de Iudæis*, ibi. *Quandiu inter nos & illos guerra durauerit duxerint impendenda.* Vbi prohibet tranſmitti ad eos quocunque modo, aut ingenio tempore guerræ mercimonia, conſilia, vel alia ſubſidia ſub pœna incurſionis excommunicationis, & iræ Dei. Et ibi hoc tenent Innoc. & Gofred. & Socin. *n. 6.* & hanc eſſe veritatem teſtatur Syluest. *in ſumma verbo excommunicatio 7. n. 6.* & Boher. *deciſione* 178. *num.* 18. quos refert & ſequitur D. Azeued. *in d. l. 10. n. 5.*

5 Neque his obſtat textus *in l. 1. C. quæ res export. non deb.* dum probat eſſe vetitum portare ad Barbaros vinum & aliud liquamen, & *leg. mercatores, C. de commerc.* vbi prohibetur omne commercium cum Barbaris, vt probatur etiam *in dicto cap. quod olim, & in cap. ſignificauit de Iudæis*: quia iura illa intelligũtur in hoſtibus, quãdo cum eis eſt guerra, quia tunc cùm ſint hoſtes omne commercium cum eis cenſetur prohibitum, quia Barbari erant hoſtes populi Romani, vt dicit gloſſa *in l. non ſolum, C. de commerc. &* probatur *in l. mercatores, C. eodem* ibi: *vltra ea loca in quibus fœderis tempore, &c.* & in terminis ex textu *in dicto cap. quod olim*, hoc notant Innocent. & Abb. ibi, dicentes quod tempore guerræ omne commercium eſt prohibitum, & omnes merces ſunt prohibitæ portari ad hoſtes. Si tamen non ſit guerra, tunc non intelliguntur merces prohibitæ, & non incidit in pœnam eam portans ad Sarracenos, niſi eſſent aliqua de mercibus contentis *in dicto cap. ita quorumdam*, ſcilicet, arma, ferrum, & ligamina galearum, cùm illa etiam tempore pacis ſint prohibita. Eandem ſententiam per prædicta omnia ſequitur, atque defendit, & ſecundum eam conſuluit Rodericus Suarez in ſua allegatione 18. per totam.

Hæc tamen ſententia ita iure probata, videtur 6
correcta in his Regnis Hiſpaniæ ex hac noſtra l. regia 10. tum ex ratione poſita in eius principio: tum etiam ex ſua generalitate, inquit enim. *Grandes daños è inconuenientes ſe ſiguen à nueſtros naturales, eſpecialmente à los de Andalucia, y Reyno de Granada de la gran contratacion que algunos Chriſtianos hazen en tierra de Moros, metiendo, y lleuando a los Moros armas, y cauallos, y pan, y otras muchas coſas vedadas: y metiendo Moros mudexares y captiuos, y malos Chriſtianos por los puertos, para que ſe queden en tierra de Moros.* Hæc eſt in primis ratio in præfatione poſita, ex qua lux datur ad deciſionem, & deciſio debet intelligi iuxta præfationem *l. ſi ff. de hær. inſtit. cum ſimil.* ſed prædicta damna ita militant tempore pacis, ſicut tempore guerræ, igitur, &c.

Subſequitur nunc generalis deciſio, l. quæ eſt huiuſmodi: *Por ende mandamos y defendemos que ninguna, ni algunas perſonas no ſean oſados de ſacar, ni ſaquen para tierras de infieles pan, ni armas, ni cauallos, ni otras coſas vedadas, &c.* ergo generaliter debet intelligi, ſcilicet, quocunque tempore & belli & pacis, argumento *l. de pretio, ff. de public. in rem actio & l. non diſtinguemus, ff. de arbitris.*

Sed poteſt huic l. vt ſupra inductæ reſponde- 7
ri, eſſe intelligendam & declarandam iuxta ius commune, nempè vt arma, ferrum, & galearum ligamina nullo tempore liceat tranſmittere ad Infideles ſub pœnis dictorum iurium. Victualia vero, aliaſque merces tempore guerræ, vel treguæ ſimiliter non liceat ad Infideles tranſmittere, vt in dictis iuribus, & *in dicto cap. ſignificauit, de Iudæis.* Tempore vero pacis licitè poſſint victualia illuc tranſmitti, vt euitemus iurium correctionem, & iura iuribus concordentur. Quæ reſponſio poteſt comprobari primo ex littera noſtræ l. 10. ibi, *ni otras coſas vedadas*: dictio namque *otras*, latinè, aliàs eſt repetitiua ſimilium, vt ſæpiſſimè docuimus: ergo præſupponit lex noſtra, *que la palabra, pan que precedio es vedado tambien: luego haſe de entender en tiempo de guerra, ò de tregua, quando el pan, y las demas vituallas, y mercaderias ſon prohibidas, y no en tiempo de paz, quando ſon permitidas*, vt in iuribus, & authoritatibus præcitatis. Secundo ex eadem noſtra *l. inferius* ibi: *So las penas contenidas en las leyes de los derechos comunes, y de nueſtros Reynos, que ſobre eſto diſponen*: ergo cum lex noſtra ſe referat ad illas reſpectu impoſitionis pœnarum, iuxta ea debet intelligi, diſtingui, interpretari, & declarari, & ſic quod puniantur Infideles tempore guerræ, vel treguæ tranſmittentes prædicta, ſecùs vero tempore pacis, quia eo tempore leges illæ hoc non prohibent, nec puniunt, ſed imò permittunt, vt conſtat ex eiſdem à contrario ſenſu, & tenent expreſſe DD. præcitati.

Nec obſtat primum ratio in præfatione no- 8
ſtræ l. poſita, quia ipſa tantum videtur concurrere & militare tempore guerræ, vel treguæ: ſecùs tempore pacis, quo etiam ſi exportentur res non prohibitæ exportari, non videntur ſubſequi illa damna & inconuenientia, de quibus in principio noſtræ legis. Nec etiam obeſt ſecundum de generalitate deciſionis noſtræ l. qua ipſa bene diſtinguitur & modificatur ex verbis in ea appoſitis modo, vt ſupra perpenſis, nempè *ſo las penas*



*penas contenidas en las leyes de los Derechos comunes, y de nueſtros Reynos que ſobre eſto diſponen.* Videtur igitur generalitas noſtræ legis tantum procedere in rebus exportari & tranſmitti prohibitis ad Infideles, ſiuè omni tempore, ſiuè tempore guerræ, vel treguæ, non vero de permiſſis tempore pacis. Acceditque quod nec Roder. Suarez, nec Gregor. Lopez, nec alius Regnicola præfatam correctionem notauerit: credendum eſt enim eos minimè ignoraſſe deciſionem noſtræ legis, & tamen adhuc remanent cum prædicta ſententia: quod ſi aliud ſentirent expreſſiſſent, vtique & ille contrarium in praxi non conſuleret; hic autem ad correctionem huiuſmodi legis partitæ, quam legit, aduerteret. His igitur fundamentis hanc partem teneo & probo nempè vt euitemus correctionem, & intelligamus noſtram l. 10. iuxta diſpoſitionem iuris communis, ciuilis, & Canonici, atque iuxta dicta l. partitæ.

9 Limitantur ſupra dicta omnia per dictam l. 22. in legatis Infidelibus venientibus ad Curiam Regiam, vel cum lite vt patet ex prædicta l. ibi. *Pero bien permitimos que los que viniieren à nueſtra corte en menſagerias, è con pleyto, que les vendan la vianda que ouieren meneſter para comer, ò para beuer, de mientra quy moraren.* Sed & aliæ limitationes colligi poſſunt ex Roderic. Suarez, *vbi ſuprà verſiculo, ſed poſito, cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

*Operam dantes, vt Sarraceni capiant Chriſtianos, qua pœna puniantur? & numeris ſequentibus. Et num. 5. quod de hoc delicto poterunt etiam cognoſcere Inquiſitores: & contra deportantes arma & cibaria prohibita Sarracenis, vt in num. 6.*

*De pœna dantis operam, vt Sarraceni capiant Chriſtianos.*

*In eadem l. 10.*

## QVÆSTIO XXIX.

1 QVÆRO, qua pœna puniatur dans operam, vt Sarraceni capiant Chriſtianos, veluti tradendo aliquem Chriſtianum Mauris? Hanc quæſtionem mouet & examinat Cantera *in ſuis quæſtion. crimin. cap. 1. de hæret. ſchiſmat. &c num. 66. cum ſequentibus, pag. 426.* & credit quod ſit pœna mortis & confiſcationis bonorum, qua punitur dans arma Infidelibus per *l. 1. C. quæ res exportari non debeant*: nam ſi hic hac pœna punitur, à fortiori, qui dat homines exportando, vel vendendo Chriſtianos Sarracenis, & idem ſi fecerit aliquis Chriſtianus vt Chriſtiani à Sarracenis capiantur, modo id fiat dolo & malitia, vel propter pecuniam & intereſſe, ſecùs ſi propter neceſſitatem, timore ſcilicet mortis, vel propter libertatem conſequendam: quia cum quis eſſet captus à Mauris promiſſa fuit ſibi libertas, ſi tradidiſſet aliquos Chriſtianos, quia tunc puniretur aliqua pœna arbitraria.

2 Ego autem cenſeo pœnam noſtræ l. 10. propriè conuenire in ſpecie huius quæſtionis, nempè, *que ſean auidos por aleueſos y mueran por ello*, vt patet *ex noſtra l. præfatione*, ibi: *Y metiendo Moros mudexares, & captiuos, y malos Chriſtianos por los puertos, para que ſe queden en tierra de Moros*, iuncta deciſione eiuſdem l. ibi: *Y ſi ſacaren, ò dieren fauor, ò conſejo, ò ayuda, para que ſalgan Moros mudexares, ò que paſſen en ſaluo los Moros que acà eſtuuieren captiuos, ò malos Chriſtianos que ſe fueren à tornar Moros, ò Iudios, que ſean auidos por aleueſos y mueran por ello.* Præſuppoſito, *que los mudexares ſe llaman Moros nueuamente conuertidos*, vt *in lege 5. in principio, ſupra hoc titul.*

Imponit præterea noſtra l. 10. pœnam ipſis ex- 3
portantibus huiuſmodi, nempè, *que los tales Moros mudexares ſean captiuos de quien los tomare, y aya todo lo que lleuaren, y los tales malos Chriſtianos ſean quemados en fuego por iuſticia, y los bienes que lleuaren ſean de quien los tomare. Pero manda que el que los tomare, y prendiere lleue luego las tales perſonas y bienes para la iuſticia del lugar Realengo mas cercano de donde los tomare, para que conozca de la cauſa, y ſe execute eſta ley.*

Si tamen aliquis fortuitò præter intentionem 4
portaret Chriſtianos, vel arma Sarracenis, verbi gratia, ſi dum portaret ex Hiſpania homines Chriſtianos, vel arma, aut vtrumque in Italiam, & propter tempeſtatem imminentem eiectus fuiſſet in Turcas, vel Sarracenos, qui caperent homines & arma, tunc nulla pœna teneretur portans nauem, cùm caſu fortuito id acciderit ſecundum Felin. *in c. ſignificauit, n. 7. ad fin. de Iudæis*, quem refert & ſequitur Cantera *vbi ſupra, n. 67. circa fin.* Id verum intelligas, niſi aliud imputaretur portanti nauem, quod potuit ſcilicet defendere nauem & noluit.

Et de hoc delicto poſſunt etiam cognoſcere In- 5
quiſitores contra hæreticam prauitatem, vt latè beneque probat Canter. *vbi ſuprà, num. 68. per totum*, affirmans ita fuiſſe practicatum in Inquiſitionem Murtiæ, & approbatum per Conſil. ſupremum Sanctæ Inquiſitionis. Ex quo etiam eſſe dicit, quod poſſint cognoſcere & procedere etiam contra deportantes arma, & cibaria prohibita 6
Sarracenis.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura Maurorum an poſt eorum conuerſionem ſeruandæ ſint, & an iuramenta ipſorum eos ligent? & n. 3. Et quid de Iudæis? n. 4.*
2 *Contractus, & inſtrumenta Chriſtianorum confecta in fauorem Maurorum ante eorum conuerſionem an valida ſint, & ſeruanda, & è contra?*
5 *Iudæus productus in teſtem non ſuper Euangelia, ſed ſuper legem ſuam iurare debet, & n. 6.*

*An ſcripturæ Maurorum poſt eorum conuerſionem ſeruandæ ſint, & an iuramenta ipſorum eos ligent?*

*In l. 11. tit. 2. lib. 8. nou. collect. Reg.*

## QVÆSTIO XXX.

QVÆRO circa hanc l. 11. qua cauetur, *que* 1
*ſe guarden y cumplan todas las ſcripturas hechas por los Moros antes de ſu conuerſion*, an intelligitur tantum de ſcripturis in fauorem Maurorum confectis, vel etiam de illis inſtru-

mentis,

mentis, quæ contra ſe ſunt, & an iuramenta eorum, vel Iudæorum eos ligent? Et quoad primum indubium videtur, de omnibus inſtrumentis indiſtinctè loqui noſtram l. inter ipſos Mauros, & per ipſos confecta tam in ſuum fauorem quam contra ſe: tum, quia l. noſtra generaliter & indiſtinctè loquitur: tum etiam, quia hæc fuit concordia ſumpta cum illis tempore conuerſionis ſuæ paulo antequam ad noſtram fidem conuerterentur, vt omnia inſtrumenta ſua adimplerentur, vt patet ex primo noſtræ l. *Porque al tiempo que los Moros del Reyno de Granada ſe conuirtieron, ſe aſento, que todas las eſcrituras que tuuieſſen hechas haſta el dia de ſu conuerſion, les fueſſen guardadas. Y porque de no ſe auer hecho aſſi han recibido muchos agrauios, por ende mandamos, &c.* Et licet ex hoc verſiculo, *y por que de no ſe auer hecho aſſi, &c.* videbatur prima quidem facie dicendum loqui tantum noſtram legem de inſtrumentis factis in fauorem Maurorum, non vero contra ſe. Attamen eadem ratione idem dicendum eſt in inſtrumentis à ſe confectis in fauorem aliorum Maurorum, cùm aliàs, hi, in quorum fauorem ſunt confecta, idem grauamen paterentur. Secundò, & denique cùm ſint contractus hinc inde obligatorij, & ſic correlatiui dictum de vno contrahente cenſetur diſpoſitum in altero, *l. Labeo, §. contractum, ff. de verborum ſignificatione*: tempore enim traditionis rei ſuæ poteſt quis apponere conditiones & pacta, quæ voluerit & ſeruanda ſunt, *l.*
2 *traditionibus cum ſimul. ff de pact.* Eiſdem rationibus idem probandum venit de contractibus & inſtrumentis à Chriſtianis confectis in fauorem Maurorum ante eorum conuerſionem, & in ab his confectis in fauorem Chriſtianorum ratione qualitatis ſeruandæ, & vt commercia antea facta & celebrata illæſa remaneant.

3 At vero circa iuramenta Maurorum, an ſint ſeruanda, ſimiliter & Iudæorum? In Mauris videtur abſolutum per noſtram l. ibi: *Y con las fuerças, y por la forma y manera que ſe guardauan entre ellos ſiendo Moros, y conforme à ſus leyes, y que en las otras eſcrituras que entre ellos ſe ouieren hecho deſpues que ſe conuirtieron à nueſtra Sancta Fe Catholica ſe guarden las leyes de nueſtros Reynos.*

4 In Iudæis autem videndus eſt Tiber. Decian. *in 1 tom. tract. crimin. in lib. 5. cap. 12. num. 25.* vbi latè agit plures DD. referens, & reſoluit quod Iudæus ligetur iuramento, & illud ſeruare cogatur; aliàs ſi peierat veniendo contra proprium iuramentum puniatur à iudice Eccleſiaſtico, quando à ſuis iudicibus & magiſtris non punitur, ſi periuriũ ſit commiſſum inter Iudæos ipſos, ideſt, violatum iuramentum præſtitum Iudæo. Quod ſi præſtitum ſit Chriſtiano, tunc compelli poſſet vt ſeruaret iuramentum, & puniri poſſet ſi tranſgrederetur, ex eo quod ſub religionis ſpecie Chriſtianum falleret. Si ergo contractus fieret à Iudæo cum Chriſtiano, & iuret ſeruare, vel ſi Chriſtianus deferat iuramentum Hebræo deciſiuum, vel ſi vti teſtis in cauſa Chriſtiani deponat & peierat, poterit de periurio puniri, eſtò iuret ſecundum legem Moyſi, & per decem præcepta, vt ſolent iurare Hebræi, vel etiam iurarent per Chriſtum: nam licet prohibeatur Iudæus iurare per Chriſtum ſi tamen iurat coge-
5 tur obſeruare, vt ibidem probat adducens Doctores pro ſingulis ſupradictis. Iurabit igitur Iudæus, cùm admittitur in teſtem de veritate dicenda, non ſuper Euangelia (quibus non credit) ſed ſuper legem ſuam, vt probat Maſcardus *2. tom. de probat. concluſione 857. ex num. 12. & concluſ. 944. ex n. 15.* & Petrus Moncud. in addit. ad Crotum, *in tract. de teſtib. 4. p. num. 151* & Petr. Zened. *in collectan. 83. in Decret. num. 1.* Quod autem diximus Iudæum iureiurando obligari, plures etiam autores contra alios probarunt, quos refert Stephan. Lamberteng. *de contractib. poſt. gloſſas in verbo finis, n. 58. & 59. pag. 439. vbi num. 60.* hanc opinionem affirmatiuam ſequitur, & veriorem arbitratur: quoniam dubium non eſt legi Moſaycæ, & 6
ſic veteri Teſtamento eſſe adſtrictos, & ad eius obſeruationem per ſecularem quoque iudicem cogi poſſe, vt *ibi* probat. Et *num 61.* intelligit, vt non ſolum per laicum iudicem cogi poſſit Iudæus ad iuris iurandi obſeruationem, ſed etiam per Summum Pontificem, aliumque iudicem Eccleſiaſticum. Et *num. 63.* inquit, quod præfata opinio affirmatiua, quæ habet quod Iudæus iureiurando obligetur, præſertim procedit ſi res agatur inter Iudæum, & Chriſtianum, ſecundum Paul. de Caſtro *conſil. 90. viſa quadam ſcriptura, fin. verſiculo, ſi tamen lib. 2.* ſecùs ſi iuret in contractu cum alio Iudæo facto: & quod hanc diſtinctionem ſequitur Maranta *de ordin. Iud. 3. p. n. 51. vſque ad n. 58.* vbi latius declarat obſeruandum eſſe ſine dubio iuſiurandum à Iudæo præſtitum, quomodo interpoſitum eſt ſuper actu valido, putà teſtimonium perhibendo, vt ſcilicet ſi tunc Iudæus falſum iuret de periurio coerceri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus an poſſit habere Chriſtianum mancipium, & qua pœna puniatur? n. 2. & 3.*

4 *Legatum factum Iudæo, Mauro, aut Heretico Chriſtiani mancipij, an valeat?*

5 *Mancipium Chriſtianum Iudæo ſeruire non poteſt, attento iure Canonico, aliàs Chriſtianus poteſt eum redimere duodecim ſolidis, ſiue ad ingenuitatem, ſiue ad ſeruitium.*

6 *Iudæi poſſunt habere aſcriptitios ad excolendas terras.*

7 *Iudæi cauſa mercium emere poſſunt nondum ad fidem conuerſos, & quid ſi hi poſtmodum ſint, vel fieri deſideret Chriſtiani?*

7 *Seruus Iudæi ſi ad fidem Chriſtianam ſe conferre voluerit, & à Domino Iudæo prohibeatur grauiſſimis pœnis caſtigabitur Iudæus, &c. vt hic.*

*An Iudæi poſſint habere Chriſtianum mancipium?*

*In l. 14. tit. 1. lib. 8. nou. collect. Reg.*

QVÆSTIO XXXI.

QVÆRO circa hanc l. 14. præcipient, *que los Moriſcos no compren, ni tengan eſclauos, &c.* 1
an Iudæi poſſint tenere Chriſtianum mancipium? Et videtur prima facie poſſe, cùm in hoc titulo agatur de Iudæis & Mauris, & lex noſtra tantum loquatur *en los Moriſcos.*

Nihilominus tamẽ Iudæis remanet res ſub diſ- 2
poſitione iuris communis, argumento *l. commodiſſimè ff. de liber. & poſt. cum ſimul.* ius autem ciuile prohibet ne vllus Chriſtianum mancipium audeat comparare: nefas enim æſtimarunt Honorius & Theodoſius Imperatores religioſiſſimi famulos impiiſſimorum emptorum dominio inquinari, vt *in tit. C. ne Chriſt. mancip.* & plura de de hoc Concilia adducit D. Simanc. *de inſtit. Catholic. tit. 61. num. 16.* vbi etiam & leges regias.



2 Quod ſi Iudæus teneat Chriſtianum mancipium exilio mulctatur, & ſeruus ille confeſtim fit liber, etiam ſi donatum fuiſſet ſibi mancipium illud, vt *in l. 1. C. Chriſt. mancip.* Et licet ibi imponatur pro hoc crimine pœna capitalis, gloſſa tamen & omnes ibi interpretantur exilium: idem probatur *in l. vltim. §. his ita diſpoſitis, C. de Epiſcopis & clericis*, ſecundum Tyber. Decian. *1. tom. tract. crim. lib. 5 c. 12. n. 30.*

3 Hodie vero per legem 10. *tit. 24. partit. 7.* ſeruus fit liber ſine ſolutione pretij, & Iudæus emens ſeruum, quem ſciebat eſſe Chriſtianum punitur pœna mortis, idem probat etiam *l. fin. in princip. tit. 21. partita 4.* vbi quod etiam perdit omnia bona ſua & ſunt Regis, necnon & Maurus & Hæreticus: nec valeat legatum ſerui Chriſtiani factum
4 Iudæo, Mauro, aut Hæretico, *l. 13. in verſic. è aun deZimos, tit. 9. partita 6.* & ibi Gregor. Lopez in gloſſa *no es valedera* alia iura allegat: nec valet promiſſio huiuſmodi, *l. 21. tit. 1. partita 5.*

5 Iure autem Canonico cauetur *in c. 1. de Iudæis*, vt nullum mancipium Chriſtianum Iudæo ſeruiat, & quod Chriſtianus poſſit redimere duodecim ſolidis, ſiue ad ingenuitatem, ſiue ad ſerui-
6 tium. Poſſunt tamen Iudæi habere adſcriptios ad colendas terras, modo illis maiora onera non imponerent, vt *in c. 2. eod. tit.* Hodie vero, cùm non poſſint habere immobilia, fruſtratoria erit exceptio iſta ſecundum Tyber. Decian. *vbi ſuprà.*

7 Cauſa tamen mercium emere poſſunt nondum ad fidem conuerſos. Quod ſi hi poſtmodum facti ſint, vel fieri deſiderent Chriſtiani, datis duodecim ſolidis pro quolibet ab eorum ſeruitio ſubtrahuntur. Quod ſi intra tres menſes ipſos venales non expoſuerint, vel ad ſibi ſeruiendum emerint ipſi Iudæi, nec vendere, nec alij audeant eos comparare, ſed nullo pretio dato perducantur ad præmia libertatis, *c. fin. de Iudæis*, & inquit dicta lex *fin. verſiculo pero ſi, tit. 21. partita 4. que ſi lo compraſe con intencion de lo vender deuelo fazer haſta tres meſes, è que ſi ante que eſtos tres meſes ſe cumplieſſen trabajandoſe el ſeñor de venderle ſe tornaſe Chriſtiano, no perderia por ende el Iudio, ò el Moro todo el precio que ouieſſe dado por el, &c.* de quibus ibi.

Quod ſi ſeruus Iudæi ad fidem Chriſtianam 8
ſe conferre voluerit, & à domino Iudæo prohibeatur, grauiſſimis pœnis caſtigabitur Iudæus, & fiet liber ſeruus ille, nullo dato pretio tam iure ciuili quam Canonico, vt habetur in iuribus præallegatis, & ex illis deducit Tyber. Decian. *vbi ſupra, num. 30.* Neque ideo minus libertatem conſequuntur ſerui, quod domini eorum hæretici, vel Iudæi ad fidem Catholicam fortè conuerſi fuerint: nam & ſi ad Eccleſiæ vnitatem intra tempus gratiæ redierint, & omnia illis bona fuerint à Rege conceſſa, ſeruorum tamen dominium recuperare non debent, quia libertas quocumque modo data reuocanda non eſt, vt cauetur in inſtructione Hiſpalenſ. *cap. 24.* & probat Simanc. *de inſtit. Catholic. c. 61. num. 9. expreſſa l. 8. tit. 21. partita 4.* ibi: *E maguer deſpues deſto ſe tornaſe Chriſtiano, aquel que era ſeñor no le finca por ende derecho en eſte, à tal que fue ſu ſierno è ſe torno Chriſtiano ante que el,* vbi Gregor. Lopez in gloſſa *deſto*, inquit, quod ſi dominus ſimul cum ſeruo conuerteretur ad fidem non perderet dominium ſerui, ſicut non perderet Princeps, qui ſimul cum populo ſuo conuertitur ad fidem, dominium & iuriſdictionem, argumento *cap. Iudæi el ſegundo de Iudæis, & in extrauaganti Ioannis XIII. incip. Dignum, ſub tit. de Iudæis inter Extrauagantes communes.* Sed ſi ex hoc immineret periculum fidei, poſſet ſibi auferri iuriſdictio & dominium.

# AD TITVLVM TERTIVM,

## *De los Herejes, Reconciliados, y Adiuinos, Hechizeros, y Agoreros.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis definitio, & numeris ſequentibus, præcipuè, num. 4. cum pluribus ſeqq.*

2 *Hæreticus, Apoſtata, & Schiſmaticus differunt inter ſe, & quis ſit vnuſquiſque horum? & num. 3.*

27 *Fornicationem ſimplicem affirmans non eſſe peccatum, eſt iudicandus Hæreticus.*

28 *Hæreſis ab electione dicitur.*

29 *Hæreticus ad hoc, quis propriè dici poſſit plura requiruntur, de quibus hic & numeris ſequentibus.*

30 *Hæreticus vt dici poſſit quis, debet eſſe prius Chriſtianus baptizatus: aliàs à iudice ſeculari puniri poſſet, vt in n. 31.*

32 *Natus & conuerſatus inter Chriſtianos in dubio præſumitur baptizatus, ſecus ſi ſit natus inter Infideles.*

33 *Baptizatum ſe eſſe probabili errore ductus putans, cum verè baptizatus non ſit, an propriè cenſeatur Hæreticus, ſi poſtea hæreſi aliqua infectus fuerit?*

34 *Hæreticus eſt, qui verè baptizatus, vel pro baptizato ſe gerens pertinaciter errat, vel tenet contra Catholicam veritatem.*

35 *Catechumenus, qui conſtanti animo baptiſmum ſuſcipere ſtatuit, & poſtea in hæreſim lapſus fuit, an propriè Hæreticus dicendus ſit?*

39 *Infans baptizatus, qui captus ab Infidelibus ante vſum rationis didicit impietatem eorum, an ſit cenſendus Apoſtata? & numeris ſeqq.*

39 *Hæreticus nemo fit abſque errore intellectus. Exemplum ponitur n. 40. & 41. & error eſſe debet in fide Catholica, vt in exemplo de quo hic, num. 42. 43. & 44.*

45 *Eccleſia Catholica, vt regitur ab Spiritu Sancto, non poteſt errare in fide, & in determinationibus ſuis dicitur Magiſtra veritatis.*

46 *Hæreticus ad hoc vt talis cenſeatur ſcientia requiritur, nempe, vt ſcienter quis erret in fide*
*Catholica*

mentis, quæ contra ſe ſunt, & an iuramenta eorum, vel Iudæorum eos ligent? Et quoad primum indubium videtur, de omnibus inſtrumentis indiſtinctè loqui noſtram l. inter ipſos Mauros, & per ipſos confecta tam in ſuum fauorem quam contra ſe: tum, quia l. noſtra generaliter & indiſtinctè loquitur: tum etiam, quia hæc fuit concordia ſumpta cum illis tempore conuerſionis ſuæ paulo antequam ad noſtram fidem conuerterentur, vt omnia inſtrumenta ſua adimplerentur, vt patet ex primo noſtræ l. *Porque al tiempo que los Moros del Reyno de Granada ſe conuirtieron, ſe aſento, que todas las eſcrituras que tuuieſſen hechas haſta el dia de ſu conuerſion, les fueſſen guardadas. Y porque de no ſe auer hecho aſſi han recibido muchos agrauios, por ende mandamos, &c.* Et licet ex hoc verſiculo, *y por que de no ſe auer hecho aſſi, &c.* videbatur prima quidem facie dicendum loqui tantum noſtram legem de inſtrumentis factis in fauorem Maurorum, non vero contra ſe. Attamen eadem ratione idem dicendum eſt in inſtrumentis à ſe confectis in fauorem aliorum Maurorum, cum aliàs, hi, in quorum fauorem ſunt confecta, idem grauamen paterentur. Secundo, & denique cùm ſint contractus hinc inde obligatorij, & ſic correlatiui dictum de vno contrahente cenſetur diſpoſitum in altero, *l. Labeo, §. contractum, ff. de verborum ſignificatione*: tempore enim traditionis rei ſuæ poteſt quis apponere conditiones & pacta, quæ voluerit & ſeruanda ſunt, *l.*
2 *traditionibus cum ſimul. ff. de pact.* Eiſdem rationibus idem probandum venit de contractibus & inſtrumentis à Chriſtianis confectis in fauorem Maurorum ante eorum conuerſionem, & in ab his confectis in fauorem Chriſtianorum ratione qualitatis ſeruandæ, & vt commercia antea facta & celebrata illæſa remaneant.

3 At vero circa iuramenta Maurorum, an ſint ſeruanda, ſimiliter & Iudæorum? In Mauris videtur abſolutum per noſtram l. ibi: *Y con las fuerças, y por la forma y manera que ſe guardauan entre ellos ſiendo Moros, y conforme à ſus leyes, y que en las otras eſcrituras que entre ellos ſe ouieren hecho deſpues que ſe conuirtieron à nueſtra Sancta Fe Catholica ſe guarden las leyes de nueſtros Reynos.*

4 In Iudæis autem videndus eſt Tiber. Decian. *in 1 tom. tract. crimin. in lib. 5. cap. 12. num. 25.* vbi latè agit plures DD. referens, & reſoluit quod Iudæus ligetur iuramento, & illud ſeruare cogatur; aliàs ſi peierat veniendo contra proprium iuramentum puniatur à iudice Eccleſiaſtico, quando à ſuis iudicibus & magiſtris non punitur, ſi periuriũ ſit commiſſum inter Iudæos ipſos, ideſt, violatum iuramentum præſtitum Iudæo. Quod ſi præſtitum ſit Chriſtiano, tunc compelli poſſet vt ſeruaret iuramentum, & puniri poſſet ſi tranſgrederetur, ex eo quod ſub religionis ſpecie Chriſtianum falleret. Si ergo contractus fieret à Iudæo cum Chriſtiano, & iuret ſeruare, vel ſi Chriſtianus deferat iuramentum Hebræo deciſiuum, vel ſi vti teſtis in cauſa Chriſtiani deponat & peierat, poterit de periurio puniri, eſtò iuret ſecundum legem Moyſi, & per decem præcepta, vt ſolent iurare Hebræi, vel etiam iurarent per Chriſtum: nam licet prohibeatur Iudæus iurare per Chriſtum ſi tamen iurat coge-
5 tur obſeruare, vt ibidem probat adducens Doctores pro ſingulis ſupradictis. Iurabit igitur Iudæus, cùm admittitur in teſtem de veritate dicenda, non ſuper Euangelia (quibus non credit) ſed ſuper legem ſuam, vt probat Maſcardus *2. tom. de probat. concluſione 857. ex num. 12. & concluſ. 944. ex n. 15.* & Petrus Moncud. in addit. ad Crotum, *in tract. de teſtib. 4. p. num. 151* & Petr. Zened. *in collectan. 83. in Decret. num. 1.* Quod autem diximus Iudæum iureiurando obligari, plures etiam auctores contra alios probarunt, quos refert Stephan. Lamberteng. *de contractib. poſt. gloſſas in verbo finis, n. 58. & 59. pag. 439. vbi num. 60.* hanc opinionem affirmatiuam ſequitur, & veriorem arbitratur: quoniam dubium non eſt legi Moſaycæ, & 6
ſic veteri Teſtamento eſſe adſtrictos, & ad eius obſeruationem per ſecularem quoque iudicem cogi poſſe, vt *ibi* probat. Et *num 61.* intelligit, vt non ſolum per laicum iudicem cogi poſſit Iudæus ad iuris iurandi obſeruationem, ſed etiam per Summum Pontificem, aliumque iudicem Eccleſiaſticum. Et *num. 63.* inquit, quod præfata opinio affirmatiua, quæ habet quod Iudæus iureiurando obligetur, præſertim procedit ſi res agatur inter Iudæum, & Chriſtianum, ſecundum Paul. de Caſtro *conſil. 90. viſa quadam ſcriptura, fin. verſiculo, ſi tamen lib. 2.* ſecùs ſi iuret in contractu cum alio Iudæo facto: & quod hanc diſtinctionem ſequitur Maranta *de ordin. Iud. 3. p. n. 51. vſque ad n. 58.* vbi latius declarat obſeruandum eſſe ſine dubio iuſiurandum à Iudæo præſtitum, quomodo interpoſitum eſt ſuper actu valido, putà teſtimonium perhibendo, vt ſcilicet ſi tunc Iudæus falſum iuret de periurio coerceri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus an poſſit habere Chriſtianum mancipium, & qua pœna puniatur? n. 2. & 3.*
4 *Legatum factum Iudæo, Mauro, aut Heretico Chriſtiani mancipij, an valeat?*
5 *Mancipium Chriſtianum Iudæo ſeruire non poteſt, attento iure Canonico, aliàs Chriſtianus poteſt eum redimere duodecim ſolidis, ſiue ad ingenuitatem, ſiue ad ſeruitium.*
6 *Iudæi poſſunt habere aſcriptitios ad excolendas terras.*
7 *Iudæi cauſa mercium emere poſſunt nondum ad fidem conuerſos, & quid ſi hi poſtmodum ſint, vel fieri deſideret Chriſtiani?*
7 *Seruus Iudæi ſi ad fidem Chriſtianam ſe conferre voluerit, & à Domino Iudæo prohibeatur grauiſſimis pœnis caſtigabitur Iudæus, &c. vt hic.*

## An Iudæi poſſint habere Chriſtianum mancipium?

*In l. 14. tit. 1. lib. 8. nou. collect. Reg.*

## QVÆSTIO XXXI.

QVÆRO circa hanc l. 14. præcipient, *que los Moriſcos no compren, ni tengan eſclauos, &c.* an Iudæi poſſint tenere Chriſtianum mancipium? 1
Et videtur prima facie poſſe, cùm in hoc titulo agatur de Iudæis & Mauris, & lex noſtra tantum loquatur *en los Moriſcos.*

Nihilominus tamẽ Iudæis remanet res ſub diſpoſitione iuris communis, argumento *l. commodiſſimè ff. de liber. & poſt. cum ſimul.* ius autem ciuile prohibet ne vllus Chriſtianum mancipium audeat comparare: nefas enim æſtimarunt Honorius & Theodoſius Imperatores religioſiſſimi famulos impiiſſimorum emptorum dominio inquinari, vt *in tit. C. ne Chriſt. mancip.* & plura de de hoc Concilia adducit D. Simanc. *de inſtit. Catholic.* 2



*tholic. tit. 61. num. 16.* vbi etiam & leges regias.

2 Quod ſi Iudæus teneat Chriſtianum mancipium exilio mulctatur, & ſeruus ille confeſtim fit liber, etiam ſi donatum fuiſſet ſibi mancipium illud, vt *in l. 1. C. Chriſt. mancip.* Et licet ibi imponatur pro hoc crimine pœna capitalis, gloſſa tamen & omnes ibi interpretantur exilium: idem probatur *in l. vltim. §. his ita diſpoſitis, C. de Epiſcopis & clericis*, ſecundum Tyber. Decian. *1. tom. tract. crim. lib. 5. c. 12. n. 30.*

3 Hodie vero per legem 10. *tit. 24. partit. 7.* ſeruus fit liber ſine ſolutione pretij, & Iudæus emens ſeruum, quem ſciebat eſſe Chriſtianum punitur pœna mortis, idem probat etiam *l. fin. in princip. tit. 21. partita 4.* vbi quod etiam perdit omnia bona ſua & ſunt Regis, necnon & Maurus & Hæreticus: nec valeat legatum ſerui Chriſtiani factum
4 Iudæo, Mauro, aut Hæretico, *l. 13. in verſic. è aun de Ʒimos, tit. 9. partita 6.* & ibi Gregor. Lopez in gloſſa *no es valedera* alia iura allegat: nec valet promiſſio huiuſmodi, *l. 21. tit. 1. partita 5.*

5 Iure autem Canonico cauetur *in c. 1. de Iudæis*, vt nullum mancipium Chriſtianum Iudæo ſeruiat, & quod Chriſtianus poſſit redimere duodecim ſolidis, ſiue ad ingenuitatem, ſiue ad ſerui-
6 tium. Poſſunt tamen Iudæi habere adſcriptios ad colendas terras, modo illis maiora onera non imponerent, vt *in c. 2. eod. tit.* Hodie vero, cùm non poſſint habere immobilia, fruſtratoria erit exceptio iſta ſecundum Tyber. Decian. *vbi ſuprà.*

7 Cauſa tamen mercium emere poſſunt nondum ad fidem conuerſos. Quod ſi hi poſtmodum facti ſint, vel fieri deſiderent Chriſtiani, datis duodecim ſolidis pro quolibet ab eorum ſeruitio ſubtrahuntur. Quod ſi intra tres menſes ipſos venales non expoſuerint, vel ad ſibi ſeruiendum emerint ipſi Iudæi, nec vendere, nec alij audeant eos comparare, ſed nullo pretio dato perducantur ad præmia libertatis, *c. fin. de Iudæis*, & inquit dicta lex *fin. verſiculo pero ſi, tit. 21. partita 4. que ſi lo compraſe con intencion de lo vender deuelo fazer haſta tres meſes, è que ſi ante que eſtos tres meſes ſe cumplieſſen trabajandoſe el ſeñor de venderle ſe tornaſe Chriſtiano, no perderia por ende el Iudio, ò el Moro todo el precio que ouieſſe dado por el, &c.* de quibus ibi.

Quod ſi ſeruus Iudæi ad fidem Chriſtianam ſe conferre voluerit, & à domino Iudæo prohibeatur, grauiſſimis pœnis caſtigabitur Iudæus, & fiet liber ſeruus ille, nullo dato pretio tam iure ciuili quam Canonico, vt habetur in iuribus præallegatis, & ex illis deducit Tyber. Decian. *vbi ſupra, num. 30.* Neque ideo minus libertatem conſequuntur ſerui, quod domini eorum hæretici, vel Iudæi ad fidem Catholicam fortè conuerſi fuerint: nam & ſi ad Eccleſiæ vnitatem intra tempus gratiæ redierint, & omnia illis bona fuerint à Rege conceſſa, ſeruorum tamen dominium recuperare non debent, quia libertas quocumque modo data reuocanda non eſt, vt cauetur in inſtructione Hiſpalenſ. *cap. 24.* & probat Simanc. *de inſtit. Catholic. c. 61. num. 9.* expreſſa *l. 8. tit. 21. partita 4.* ibi: *E maguer deſpues deſto ſe tornaſe Chriſtiano, aquel que era ſeñor no le finca por ende derecho en eſte, à tal que fue ſu ſieruo è ſe torno Chriſtiano ante que el,* vbi Gregor. Lopez in gloſſa *deſto*, inquit, quod ſi dominus ſimul cum ſeruo conuerteretur ad fidem non perderet dominium ſerui, ſicut non perderet Princeps, qui ſimul cum populo ſuo conuertitur ad fidem, dominium & iuriſdictionem, argumento *cap. Iudæi el ſegundo de Iudæis*, & *in extrauaganti Ioannis XXII. incip. Dignum, ſub tit. de Iudæis inter Extrauagantes communes.* Sed ſi ex hoc imminceret periculum fidei, poſſet ſibi auferri iuriſdictio & dominium. 8

# AD TITVLVM TERTIVM,

## *De los Herejes, Reconciliados, y Adiuinos, Hechizeros, y Agoreros.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis definitio, & numeris ſequentibus, præcipuè, num. 4. cum pluribus ſeqq.*
2 *Hæreticus, Apoſtata, & Schiſmaticus differunt inter ſe, & quis ſit vnuſquiſque horum? & num. 3.*
27 *Fornicationem ſimplicem affirmans non eſſe peccatum, eſt iudicandus Hæreticus.*
28 *Hæreſis ab electione dicitur.*
29 *Hæreticus ad hoc, quis propriè dici poſſit plura requiruntur, de quibus hic & numeris ſequentibus.*
30 *Hæreticus vt dici poſſit quis, debet eſſe prius Chriſtianus baptizatus: aliàs à iudice ſeculari puniri poſſet, vt in n. 31.*
31 *Natus & conuerſatus inter Chriſtianos in dubio præſumitur baptizatus, ſecus ſi ſit natus inter Infideles.*
33 *Baptizatum ſe eſſe probabili errore ductus putans, cum verè baptizatus non ſit, an propriè cenſeatur Hæreticus, ſi poſtea hæreſi aliqua infectus fuerit?*
34 *Hæreticus eſt, qui verè baptizatus, vel pro baptizato ſe gerens pertinaciter errat, vel tenet contra Catholicam veritatem.*
35 *Catechumenus, qui conſtanti animo baptiſmum ſuſcipere ſtatuit, & poſtea in hæreſim lapſus fuit, an propriè Hæreticus dicendus ſit?*
39 *Infans baptizatus, qui captus ab Infidelibus ante vſum rationis didicit impietatem eorum, an ſit cenſendus Apoſtata? & numeris ſeqq.*
39 *Hæreticus nemo ſit abſque errore intellectus. Exemplum ponitur n. 40. & 41. & error eſſe debet in fide Catholica, vt in exemplo de quo hic, num. 42. 43. & 44.*
45 *Eccleſia Catholica, vt regitur ab Spiritu Sancto, non poteſt errare in fide, & in determinationibus ſuis dicitur Magiſtra veritatis.*
46 *Hæreticus ad hoc vt talis cenſeatur ſcientia requiritur, nempe, vt ſcienter quis erret in fide Catholica*

*Catholica, approbando falſa pro veris, incerta pro certis vel è contra.*

47 *Dubius in fide Hæreticus eſt, ſi cætera concurrant, quæ ad Hæreticum requiruntur. Et quomodo hoc procedat declaratur num. 48. cum pluribus ſeqq.*

60 *Pertinacia etiam requiritur ad faciendum verum, & abſolutum Hæreticum.*

61 *C. ſuper quibuſdam, de verb. ſignificatione intellectus.*

62 *Propoſitio an ſit & dicatur aliqua Hæretica ſecundum ſe conſiderata ſine vllo reſpectu ad proferentem?*

63 *Hæreticus an ſit, qui metu mortis, tormentorum, vel ex alia cauſa Chriſtum ore negat, corde credit, & num. 64.*

---

## DE HÆRETICIS.

*In l. 1. tit. 3. lib. 8. nou. collect. Reg.*

## QVÆSTIO XXXII.

QVÆRO circa hanc legem 1. *tit. 3. lib. 8. nou. coll. reg.* de definitione Hæretici? Et vt rectius hoc intelligatur liceat mihi rem à ſuis principiis enarrare.

1 Vbi Soli iuſtitiæ Chriſtus Ieſus in terris viſus eſt, & lux Euangelicæ veritatis in toto orbe refulſit, obmutuerunt idola dæmones fugati ſunt, & idolatria omnis detectis fallaciis Satanæ reiecta, deriſa & contempta eſt. Videns autem inimicus (vt ait Cyprianus *de ſimplic. prælat.*) idola derelicta, & per nimium credẽtium populum ſedes ſuas, ac templa deſerta, excogitauit nouam fraudem, vt ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos: Hæreſes inuenit & Schiſmata, quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatem. Quod ipſum renouans Auguſtin. *lib. 18. de ciuit. Dei, c. 51.* inquit: Videns diabolus templa dæmonum deſeri, Hæreticos mouit, qui ſub vocabulo Chriſtiano doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ. Nicephorus quoque in Eccleſiaſtica hiſtor. *lib. 4. c. 2. & lib. 8. cap. 5.* ſemel atque iterum hæc eadem latius retulit, & poſt eum recentiores,

2 Differunt autem inter ſe Hæreticus, Apoſtata, & Schiſmaticus, nam vt ex noſtris profeſſoribus conſtat: Hæreticus propriè dicitur, qui recedit ab Eccleſia in vna vel duabus, vel tribus propoſitionibus, & ſic, qui non deſerit totam Catholicam fidem. Apoſtata autem qui in omni fide recedit ab Eccleſia. Schiſmaticus vero dicitur ille, qui diuidit vnitatem Eccleſiæ adhærendo & credendo, quod Eccleſia poſſit habere plura capita, & ſic non tenet vnitatem Eccleſiæ, vt docet poſt alios Cantera Inquiſitor Apoſtolicus in Regno Murtiæ *in quæſt. crim. c. 1. de Hæret. apoſt. & ſchiſmat. n. 2. ad fin.* Et prædictam differentiam inter Hæreticum, & Apoſtatam, tenet Guid. Carmelit. *in ſua ſumma de Hæreſ.* cui ſe ſubſcribit Ioannes de Turrecrem. *in ſua ſumma Eccleſiaſt. lib. 6. p. 2. cap. 13.* & pleriſque placet, vt conſtat à Ioanne à Rojas plures referente, *de hæret. in 1. p. n. 186. & 187.* & D. Simanc. *de inſtit. Cathol. tit 31. n. 13.* vbi eam defendit ab impugnationibus Alphonſi à Caſtro, quoniam eius argumenta omnia eò tendunt, vt Apoſtatam Hæreticum eſſe probent: quod quidem nemo fere Doctorum negat.

3 Eſt enim Apoſtaſia circunſtantia hæreſis, vt ait Beatus Thom. nec ideo ſeiungunt hæreſim ab apoſtaſia, quod putauerint eſſe vſque adeo ſeparatas, vt eidem conuenire non poſſint, ſed quia ſit apoſtaſia tam inſignis diuerſaque ab aliis hæreſibus, vt vix aliquis ſit, qui hæreſis nomine apoſtaſiam intelligat: quia definitione ac nomine ab hæreſi diſtincta, & iure Ciuili, tam diuerſa, & ſeparata, eſt vt Hæreticus ad fidẽ conuerſus Cæſarum legibus admittatur; Apoſtata vero non item. Hæc Simanc. *vbi ſuprà.* Eſt autem Schiſma, vt per Tolet. *in ſumma lib. 1. c. 19. pag. 63. verſic. decimum genus*, rebellis ſeparatio ab Eccleſiæ capite, & Vicario Chriſti. Sunt enim duo neceſſaria ad peccatum hoc contrahendum, vt habet S. Thomas, 2. 2. *q. 39. art. 1. ad 2.* Alterum, vt homo ſe ſeparet ab Eccleſiæ capite, ſcilicet, ſummo Paſtore, & Vicario Chriſti, per inobedientiam, non obediendo ipſi. Alterum, vt ſit hoc cum rebellione quadam, nimirum, pertinaciter ipſius iudicium ſubire nolendo, eiuſque præceptum contemnendo. Talis eſt ſchiſmaticus. Eſt autem aliquando & ſchiſma coniunctum cum hæreſi, aliquando ſine hæreſi. Cum hæreſi quidem, quando homo opinatur, Pontificem Romanum non eſſe Chriſti Vicarium, nec caput totius Eccleſiæ: hæc enim hæreſis eſt. Sine hæreſi autem eſt, quando interius quidem non negat eſſe caput; tamen malitia, vel paſſione tractus non vult ipſum recognoſcere, nec talem opere confiteri: tunc eſt ſchiſma purum ſine hæreſi. Vnde omnis Hæreticus eſt etiam Schiſmaticus, non tamen omnis Schiſmaticus eſt Hæreticus, quamuis 24. *quæſt. 3. can. inter hæreſim.* Hi igitur Schiſmatici incidunt in hanc excommunicationem, etiam ſi nullam hæreſim habeant admiſſam.

Ad definitionem igitur Hæretici deueniendo, plures aſſignant Doctores, quas congerit D. Simanc. *dicto tit. 31.* eaſque ſummatim referam.

Prima: Hæreticus proprie eſt, qui ſibi ex ſuo 4
arbitrio doctrinam falſam eligit.

Secunda ex Diuo Auguſtino: Hæreticus eſt, 5
qui alicuius temporalis commodi, & maximè vanæ gloriæ, principatuſque ſui gratia, falſas, ac nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur.

Tertia eſt Caſſiodori: Hæreticus eſt, qui diuinę 6
legis vel ignorantia, vel contemptu raptus, aut noui pertinax inuentor erroris, aut alieni ſectator, Catholicæ veritati mauult aduerſari quam ſubiici.

Quarta eſt Iuſtiniani ſic aſſerentis: Hæreticos 7
dicimus, quicumque diuerſarum ſectarum ſunt, & inſuper quicumque membrum Sanctæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ non ſunt, in qua omnes totius orbis Patriarchæ, & Epiſcopi vno ore Apoſtolicam fidem & traditionem prædicant. Qui igitur incontaminata communione in Catholica Eccleſia cum Dei Sacerdotibus non participant, optimo iure vocamus Hæreticos. Tametſi Chriſtianorum ſibi nomen imponunt, eo tamen ipſo, quod à vera Chriſtianorum fide pariter & communione ſe ipſos ſeparant, Dei ſe iudicio ſubdi cognoſcunt. Hæc Iuſtinianus *in conſtitutione de mulieribus fide Hæreticis.*

Quinta eſt Valentin. & Martian. *in l. qui-* 8
*cunque 8. C. de hæret. & l. 1. C. de ſumma Trinit. & fide Catholic.* qui eos dicunt Hæreticos, qui non credunt quæ in Synodis, Nicena, Conſtantinopolitana, Epheſina, Calcedonenſi decreta ſunt, quæuè credebant Athanaſius, Theophilus, & Cyrillus Epiſcopi Alexandrinæ ciuitatis.





9 Sexta eſt Anſelmi, ſiue Hernei: Hæreticus eſt qui generalis Eccleſiæ doctrinam deſerens errorem ſibi peruerſi dogmatis eligit, quem ſpecialiter ſequitur.

10 Septima eſt Thomæ in Epiſtolam Pauli poſteriorem ad Corinth. Hæreticus eſt, qui ſpernens diſciplinam fidei, quæ diuinitus traditur, pertinaciter proprium errorem ſectatur, & idem alibi: Hæreticus eſt qui à Chriſtiana fide, quæ Catholica dicitur, diſcedit contrariæ opinioni vehementer inhærens per electionem.

11 Octaua eſt Lucii III. qui illum hæreticum eſſe definit, qui de Sacramentis Eccleſiæ aliter ſentire, vel docere non metuit, quàm ſacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſeruat.

12 Nona eſt Gerſon. dicentis: Hæreticus eſt, qui ſcienter tenet contrarium eius quod ſequitur conſequentia neceſſaria ex Sacris litteris.

13 Decima eſt generalior Sylueſtri: Hæreticus eſt, qui circa ea quæ ſunt fidei errat per intellectum, & pertinaciter adhæret errori per voluntatem.

14 Vndecima: Hæreticus eſt, qui errat in fide, *c. Hæreticus, 24. q. 3. c. ad abolendam, de hær.*

15 Duodecima eſt Origenis ab Alberto Pighio relata: Hæreticus eſt, qui ſe Chriſto credere profeſſus aliud de veritate Chriſtianæ fidei credit, quã habet definitio traditionis Eccleſiaſticæ.

16 Decima tertia eſt Lindani: Hæreticus eſt, qui ſeſe Chriſto profeſſus credere aliter de fidei Chriſtianæ dogmatibus ſentit, quam pietatis regula, atque Eccleſiaſticæ obſeruationis puritas expoſcit.

17 Decimaquarta eſt Ricardi: Hæreticus eſt, qui profitetur Chriſtum, & eius dogmata corrumpit.

18 Decimaquinta, eſt Ioan. Torquemada: Hæreticus eſt, qui poſt ſuſceptam religionem Chriſtianam Chriſti fidem generaliter profitens, aliquam in ſpecie opinionem contrariam Catholicæ veritati pertinaciter tenet, vel ſequitur. Loca authorum, qui ita definiunt hæreticum, citat Simanc. *vbi ſupra.*

19 Decimaſexta definitio eſt: Hæreticus eſt, qui aliter ſacram intelligit Scripturam, quam ſenſus Spiritus Sancti flagitet, falſas nouaſque ſequitur & defendit in fide opiniones, *c. hæreſis & c. Hæreticus, 24. quæſt. 3. & c. quamuis, 38. diſtinctione*, refert Petr. Greg. *in ſyntagm. iuris vniuerſi lib. 33. c. 4. num. 15. in 2. p.*

20 Decimaſeptima eſt Alphonſi à Caſtro *lib. 1. de iuſta hæret. punit. c. 7.* huiuſmodi Hæreticus eſt, qui poſtquam verum baptiſmum ſuſcepit, & fuit in fide Catholica ſufficienter inſtructus, pertinaciter errat contra id, quod ſcit ab Eccleſia Catholica pro fide teneri, ſiue oppoſitum veritatis aſſerens, ſiue de ipſa veritate dubitans, vt bene ibi eam probant, & referunt Simanc. *vbi ſup. n. 4.* & D. Canter. *etiam vbi ſupra, num. 2.* Sed & idem Alphonſus à Caſtro *lib. 1. de iuſta hæret. punit. c. 1.* hanc diffinitionem ponit inter alias, ſcilicet. Hæreſis eſt enunciatio, ſeu propoſitio falſa, fidei Catholicæ ita repugnans, vt cum illa ſimul eſſe non poſſit. Et hanc diffinitionem magis communem & veram videri inquit Cantera *vbi ſupra, num. 1. pag. 365.*

21 Decimamoctauam ponit Didac. Perez *in l. 1. tit. 1. ordin. column. 31.* quod Hæreticus eſt homo baptizatus errans per intellectum in his, quæ ſunt fidei Chriſtianæ, manifeſtavè fidei deliberate non credens, pertinaciterque & voluntariè errori adhærens.



Decimaoctaua eſt: Hæreticus eſt, qui aliter de 22
articulis credit, quàm ſtatuit Romana Eccleſia, textus *in c. hæc eſt fides, & in c. quoniam, 24. q. 1.* cuius fides annuntiatur in vniuerſo mundo, *ad Roman. c. 1.* quivè de Sacramentis Eccleſiæ male ſentit, *c. ad abolendam, de hæret.* Petr. Greg. *vbi ſupra dicto n. 15. in fin.* Hanc etiam latius proſequitur Conradus Brunus *lib. 1. de hæret. c. 2.* dicens illum hæreticum eſt, qui ſemel fidem Chriſtianam profeſſus, dogma falſum contra fidem orthodoxam, vel à Chriſto & Apoſtolis nobis traditam, vel vbilibet in Scripturis ſanctis contentam, vel Eccleſiæ Catholicæ definitionibus nobis reuelatam pertinaciter aſſerit, ſiue ad articulos ſymboli pertineat, ſiue ad Sacramenta, ſiue ad authoritatem & iudicia Eccleſiæ, ſiue ad alias res, quas nobis credendas Sancta Romana, & Apoſtolica præcipit Eccleſia, provt eum refert & ſequitur Simancas *vbi ſupra d. tit. 31. num. 9.* hinc deducens non requiri vt contra totam Catholicam fidem erret hæreticus, ſed ſat eſſe ſi ab aliqua fidei parte aberret. Hanc etiam definitionem probat noſtra *l. 1. tit. 3. lib. 8. nou. collect. reg.* ibi: *Herege es todo aquel que es Chriſtiano baptizado, y no cree los articulos de la Fe Catholica, ó alguno dellos.*

Decimanona Propriè & merito dicuntur hæ- 23
retici, qui ab vniuerſali Eccleſiæ doctrina ſe ſeparant, & ſequuntur prauas electiones ſuas, credentes quę colunt, & reſpuentes quæ non appetunt, vt ex Theophylact. ad Coloſ. 2. paulò poſt initium, & Iſidor. *lib. 8. Etymolog. c. 3.* & D. Hieron. ad Titum 3. & Tertul. *in lib. de hæret præſcript.* refert Ludouic. à Param. *de origin. & progreſſu Sanctæ Inquiſitionis lib. 3. de hæreſi & eius ſpeciebus, q. 3. n. 5. pag. 147. col. 2.*

Vigeſima deſcriptio eſt Param. *vbi ſupra n. 6.* 24
quod hęreſis eſt falſa opinio, & erronea in intellectu aſſertio contra Catholicam veritatem, ab eo qui fidem Chriſti accepit pertinaciter defenſa, vel in dubium reuocata, & allegat authores huius deſcriptionis.

In ſumma, Hæreticus propriè (ſecundum ali- 25
quos) dicitur in duobus caſibus tantum. Primo, quando ſentit de articulis fidei aliter, quam ſentiat Romana Eccleſia. Secundò, quando malè ſentit de Sacramentis Eccleſiæ: ita inquit tenere communiter Doctores Boſſius *in titulo de hæret.*
*n. 6. 1.* ¶ Sed obſeruandum eſt in hoc, quod non 26
modo hæreticus eſt ille, qui male ſentit de articulis fidei, vel Sacramentis Eccleſiæ, ſed etiam ille, qui habet peruerſum dogma, vel gignit nouas opiniones falſas, aut veteres falſas & ab Eccleſia damnatas ſequitur, vt inquit gloſſa penultima *in Clem. vnic. de vſur.* Tranſquillacen. *in tr. de fide Catholic. c. 14.* & cum eis Iul. Clar. §. *hæreſis,*
*in principio.* ¶ Inde inferens & probans, quod ſi 27
aliquis aſſerat ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum, erit iudicandus hæreticus: pariter ſi quis dicat periurium non eſſe mortale peccatum cenſebitur Hæreticus. ¶ Aliam definitionem hęreſis à Theologis traditam refert nouiſſime Tho. Sanch. *in ſua Summ. lib. 2. c. 7. n. 1.* nempè, quod hæreſis eſt error intellectus voluntarius contra aliquam fidei veritatem cum pertinacia aſſertus ab eo, qui fidem recepit: eamque per particulas declarat.

Supradictæ definitiones, ſeu potius deſcriptiones omnes ſunt verę, ad idemque tendunt, ideoq; eas retuli, vt ex his omnibus iunctis in ſumma abſque reſolutione aliorum librorum lector facile cognoſcere poſſit quis ſit hæreticus.

¶ Hæreſis namque ab electione dicitur, quià
vnuſquiſque eam eligit diſciplinam, quam putat
meliorem, Diuus Hieronym. ſuper Epiſtola ad
Galat. habetur *in d. cap. hæreſis, 24. quæſt. 1.* Deni-
que de ſupradictis, nempè quis dicatur Hæreti-
cus, & de eius vera etymologia agunt plures alij,
quos congerit Petrus Zened. *in ſua collectan. iur.*
*Canonici* 103. *ſuper cap. excommunicamus el 1. de*
*hæret. num. 1. pag.* 260. & Decian. *tom. 1. tract. cri-*
*min. lib. 5. c. 17. fol. 197. per totum,* vbi plurimos ca-
ſus, & ſpecies hæreſis enumerat: turſus *in cap.*
*18. per totum* enumerat plures ſpecies, in quibus
quis hæreticus non eſt. Ex quibus deducitur
plura eſſe neceſſaria ad hoc, vt quis hæreticus
propriè dici poſſit.
29 Primum, quod fuerit Chriſtianus baptizatus,
vt patet ex prædictis definitionibus, ſeu deſcrip-
tionibus & earum authoribus, nam, qui fidem
Chriſti profeſſus non eſt, Iudæus, Gentilis, Mahu-
metanus, aut quiduis potius quam hæreticus erit;
etenim ab Eccleſia ſeparatur hæreticus, quam qui
baptizatus non eſt nunquam intrauit, eius enim
Ianua baptiſmus eſt, Alph. à Caſt. *vbi ſup. d. c. 7.*
*col. 1.* & hoc receptiſſimis Doctorum ſententiis
comprobatur vt per Iul. Clar. *d. §. hær. verſ. ad hoc,*
& Don Ioan Vela *de delict. c. 14. in verſ.* ex qua
definitione, *pag. 57.* & Canter. *in ſuis q8. crim. c. 1.*
*de hær. Apoſtat. &c. n. 6. pag. 366. col. 1.* & probat la-
tè Azeued. *in l. 1. huius tit. n. 15. cum ſeqq.* & Param.
*vbi ſup. n. 15. cum ſeqq.*
30 Hinc praxis communis in tribunalibus S. In-
quiſitionis proceſſit, vt promotor fiſcalis primò
in accuſatione contra hæreticum porrecta ponat,
quod ille quem de hæreſi accuſat eſt Chriſtianus
31 baptizatus. Si enim baptizatus non eſſet à iudice
ſeculari puniri deberet, vt poſt alios docet Si-
manc. *vbi ſup. n. 4.* & Azeu. *vbi ſup. n. 16. cum ſeqq.*
32 ¶ In dubio tamen, quando qui eſt natus & con-
uerſatus inter Chriſtianos, præſumitur baptiza-
tus, & per conſequens poterit procedi contra
eum ſi committit aliquam hæreſim. Secus ſi ſit
natus & conuerſatus inter Infideles, quia non
præſumitur baptizatus, & per conſequens non
poterit puniri vt Hæreticus, ita Cant. *vbi ſup.*
33 Hinc etiam fieri videbatur vt is, qui probabili
errore ductus putat ſe baptizatum eſſe, cùm vere
baptizatus non ſit propriè non cenſeatur Hæreti-
cus, ſi poſtea hære ſi aliqua infectus fuerit. Sed
verius eſt vt Hæreticus iudicetur, & pœnis Hæ-
reticorum ſubiaceat, quia iſte baptizatus eſt ba-
ptiſmo flaminis, & quia in hac re plus operatur
opinio quam veritas, ita Simanc. *d. tit. 31. n. 5.* ad-
ducens in id aliam hæretici definitionem Gabrie-
lis *in 4. ſent. diſt. 13. q. 2.* & Alphonſ. à Caſtr. *vbi*
*ſupr. c. 8.* & Felin. *in c. ſi vero el 2. de ſent. excom-*
*munic.* Ignei *in l. 1. § hoc autem ff ad Syllan ex c vlt.*
34 *de presb. non baptizato:* ¶ nempè quod Hæreticus
eſt, qui vere baptizatus vel pro baptizato ſe ge-
rens pertinaciter errat, vel dubitat contra Ca-
tholicam veritatem. Et hæc erit vigeſima prima
deſcriptio hæretici, & ſupra d. Simanc. ſenten-
tiam probat etiam Azeued. *vbi ſup. n. 24.* & Don
Ioan Vela *vbi ſupra.*
35 Deducitur præterea ex ſupradictis, quod Ca-
thecumenus, qui conſtanti animo baptiſmum ſuſ-
cipere ſtatuit, & poſtea in hæreſim lapſus fuit,
hæreticus propriè dicendus ſit, ita placuit Alph.
à Caſtr. *d. c. 8.* quod in foro conſcientiæ verum
eſſe profitetur Simanc. *vbi ſup. n. 6.* ſed ſubſiſtit,
quod attinet ad iudiciale forum, nam ille ſcit
baptizatum non eſſe baptiſmo exteriori, & aliis
rationibus de quibus per eum: quod ſi in hære-
ſim laberetur antequam fuiſſet pleniè de Cath. fi-
de inſtructus talis non eſſet Hæreticus cenſen-
dus proculdubio ſecundum Caſtro *vbi ſup.*
Similiter ex ſuperioribus infertur, infantem 37
baptizatum, qui captus ab Infidelibus ante vſum
rationis didicit impietatem eorum, non eſſe cen-
ſendum Apoſtatam, quia fides infuſa non ſufficit
ad credendum, ſed præterea opus eſt aliquo Do-
ctore, iuxta conſonam omnium Theologorum
ſententiam: non enim fuit hic in fide Catholica
ſufficienter inſtructus, tametſi Chriſtianus fue-
rit effectus per baptiſmum, ita probauit Alphonſ.
à Caſtro dicto c. 8. & Simanc. *vbi ſupra num. 7.* &
rurſus *tit. 47. num. 85.* ait mitius cum his agen-
dum eſſe, inferens inde *d. nu. 7.* interdum venia
dignos eſſe recenter conuerſos, ſi fortè in aliquo 38
errauerint priuſquam in fide Catholica fuerint
ſufficienter inſtructi. Vnde Inquiſitoribus Hiſpa-
niæ ab Apoſtolica Sede conceſſum fuit, vt recen-
ter conuerſos etiam relapſos Eccleſiæ reſtituere
poſſent, ſi modo conſtaret illos verè pœniten-
tes eſſe: quod etiam refert & ſequitur Azeued. *in*
*d. l. 1. n. 16 & 17.*
Secundum neceſſarium eſt ad hæreſim conſu- 39
matam incurrendam, vt Chriſtianus baptizatus
in intellectu erret: nemo enim hæreticus fit abſ-
que errore intellectus. Fit igitur hinc, vt nullum
opus exterius quantumuis impium & horren-
dum, hæreſis eſſe poſſit ſine intellectus errore, ta-
metſi vehementem, aut violentam præbeat ſuſ-
picionem de hæreſi. Hæc eſt conſtans Theologo-
rum, & Iuriſconſultorum ſententia, vt affirmat
plures referens D. Simanc *dicto tit. 31. n. 2.* & te-
nuit prius Caſtro *lib. 1 de iuſta hær. punit. c. 1. & c.*
*7. in verſic. ſecundum quid.*
Vnde ſi quis imaginem Chriſti flagellaret, vel 40
Sacroſanctam Euchariſtiam in luto conculcaret,
propriè hæreticus non eſſet, licet inducant hæc
vehementem hæreſis ſuſpicionem, cum tamen
poſſint abſque errore perpetrari, & ideo hære-
ſim non probant, vt cum communi probat Don
Ioan Vela *dicto cap. 14. pag. 58. ex textu in cap. nunc*
*autem 21. diſt.* & tenet etiam Paramus *vbi ſup. n.*
*10 vbi n. 11.* quod ſic Marcellinus Papa cùm tem-
pore Diocletiani & Maximiani Imperatorum
à paganis compulſus, templum eorum ingreſſus
Idolis thurificauit, non dicitur fuiſſe Hæreticus,
ita decretauit generale Concilium, vt habe-
tur *diſtinctione 21. cap. nunc autem,* vt optimè
tradit Decius *conſil. 151. magni ponderis, in*
*principio,* Albertin. *de hæretic. 6. p. quæſt. 13.*
*numer. 67.* quia compulſus adorauit Idola, ſed
non habuit peruerſum dogma in mente, nec er-
rorem contra fidem in intellectu: peccauit ta-
men grauiſſimè non peccato hæreſis, vt ibi
probat.
¶ Requiriturque quod error ſit in fide Ca- 41
tholica, vt quis dicatur hæreticus. Proinde ſi
quiſpiam crederet aliquam propoſitionem hære-
ticam eſſe, & illi pertinaciter adhæreret; ſi tamen
ea eſſet Catholica grauiſſimè quidem peccaret,
ſed in foro exteriori non iudicaretur hæreticus,
quia nihil aſſerit contra Catholicam fidem, vt
probat D. Simanc *dict. tit. 31. n. 9.* vbi etiam quod
non requiritur quod contra totam Catholicam
fidem erret hæreticus, ſed ſat eſſe ſi ab aliqua fi-
dei parte aberret, ſecundum Conrad. Brun. *vbi*
*ſupra* citatum.
Error igitur requiritur ad coſtituendam hære- 43
ſim circa pertinentia ad fidem, vel contra deter-
minationem Eccleſiæ de rebus attinentibus ad fi-
dem, vel ad bonos mores, & neceſſaria ad conſe-
quendam



quendam vitam æternam, ita Albertin. *de agnoſ-*
*cend. aſſertion. quæſt. 2. num. 7.* D. Simanc. *dicto tit.*
*31. num. 9.* & Clarus *in dicto §. Hæreſis, num. 2.* Re-
buff. *in Bulla cœnæ Domini, in gloſſa hæreticos in*
*principio textu in d. l. 1* & ibi latè nouus gloſſator
Azeued. *num. 56. cum ſequentibus tit. 3. lib. 8. nou.*
44 *collect. regiæ, d. l. 1. tit. 26. par. 7.* Vnde ſi quis affirma-
ret terram eſſe maiorem ſole contra communem
Aſtrologorum ſententiam (quod refert gloſſa *in*
*ca. ſolitæ, de maior. & obed. in verſiculo, inter Solem*
*& Lunam,*) ille error non eſſe hæreſis, quia non
eſt de pertinentibus ad fidem, ita Archiepiſco-
pus Florent. *p. 2. tit. 12. c. 5. & part. 4. tit. 127. cap. 4.*
*§ penult.* Caſtr. *lib. 1. contra hæreſes,* & alios refe-
rens Param. *de orig. & progreſſ. Sanctæ Inquiſitionis*
*lib. 3. tit. de hæreſi, & eius ſpeciebus quæſt. 3. num. 13.*
45 Eccleſia namque Catholica vt regitur ab Spiri-
tu Sancto non poteſt errare in fide; & in deter-
minationibus ſuis dicitur Magiſtra veritatis: &
cùm determinat aliquam aſſertionem eſſe fal-
ſam, non tribuit aſſertioni falſitatem, ſed falſita-
tem latentem oſtendit: ſicut medicus viſitans
ægrotum pandit infirmitatem, non introducit,
ſic Eccleſia errores aſſertionum manifeſtat, &
quos contra fidem, contra Sacram Scripturam,
contra doctrinam generalem Sanctorum Pa-
trum, & vniuerſalium Conciliorum eſſe inue-
nerit, hæreſes eſſe proclamat: ſicut Gabriel
*in 4. ſentent. diſtinctione 12. quæſtion. vltim.* vt
eam refert & ſequitur Param. *vbi ſuprà num. 14.*
*pag. 545.*
46 Scientia præterea requitur, nempè quod ſcien-
ter quis erret in fide Catholica approbando fal-
ſa pro veris, incerta pro certis, vel è conuerſo, vt
tenet Simanc *vbi ſupra num. 10.* & Clarus *in d. §.*
*hæreſis, in verſiculo item requiritur,* vbi quod hæc
eſt omnium Doctorum communis & vnanimis
ſententia ſequitur etiam D. Ioan Vela *vbi ſupra*
*d. c. 14. verſ. 2.*
47 Et nõ ſolũ ille dicendus eſt hæreticus, qui con-
tra veritatẽ fidei Catholicæ ſentit, ſed quide ve-
ritate fidei dubitat, in his quę ad Hæreticum exi-
guntur. Qui enim de fide dubitat ita etiam errat,
ſicut qui aliquit contra fidem aſſerit, quoniam
ipſa ſua dubitatione teſtatur ſe credere, ſacram
Scripturam poſſe fallere, & Eccleſiam falli: alio-
qui, ſi hoc de illis non crederet, nunquam de illa-
rum dictis dubitaſſet. Denique is, qui dubitat, fi-
dem amittit, quoniam firmitate caret, quæ fidei
eſt annexa: quapropter, dubitatio vehemens (nam
de leuiſſima dubitatione nunc non loquimur) &
fides ſimul in vnum coire non poſſunt: inquit
enim Diuus Bernard. *fides ambiguum non habet,*
*& ſi habet, fides non eſt,* & Beatus Athanaſius poſt
datam fidei regulam ita inquit. *Hæc eſt fides Ca-*
*tholica, quam niſi quiſque fideliter firmiterque cre-*
*diderit, ſaluus eſſe non poterit,* & vt Stephanus Pa-
pa ait, *dubius in fide infidelis eſt, quia vidiſti me*
*Tooma credidiſti, beati qui non viderunt & credide-*
*runt:* hoc latiùs probat & proſequitur Alphonſ. à
Caſtro *lib. 1. de iuſta hæret. punit. c. 7. verſ. ſecundum*
*quod poteſt,* ibi, ex his verbis.
48 Qui hoc verum intelligendum eſſe declarat
de illo ſolo, qui animo deliberato in dubitatione
tali perſiſtit, quæ illum inter vtramque dubitatio-
nis partem medium & nutantem tenet. Alioquin
ſi taliter dubitaret, quod magis ad veritatem fi-
dei quam ad oppoſitam partem declinaret, non
eſſet dicendus hæreticus: præſertim, ſi ex infir-
mitate quadam dubitaret, veluti contingit in pri-
mis motibus, & in illis qui natura hoc habent,
vt ſint in qualibet re ancipites & dubij, & aſſi-
duis conſcientiæ ſcrupolis vrgeantur: ſequitur
Rojas plures referens *de hæret. 1. p. num. 472. cum*
*ſequentibus.*
Sic etiam inquit Ioan. Andr. *in cap. 1. de hære-* 49
*tic.* quem alij ſequuntur, vt dicit Lupus *in allega-*
*tione hæreſis, §. 5. in principio,* & Iulius Clarus §.
*hæreſis, in verſiculo, aduerte etiam,* quod tunc du-
bius in fide eſt hæreticus, quando in tali dubita-
tione habuit firmitatem animi, & quandam per-
tinaciam, propter quam perſeuerat in illa dubi-
tatione, alias ſecùs, idem probat D. Simancas *de*
*inſtitutione Catholic. titul. 28. num. 7.* dicens il-
lud eſſe accipiendum cùm aliquis conſulto du-
bitat & in dubio perſiſtit æqualiter ſe habens
ad vtramque partem contradictionis, & quod
aliud eſt ſi quiſpiam teneretur aliquo dubio
contra Catholicam fidem cum dolore cordis:
aut ignorantia aliqua, vel ex infirmitate animi
ſine pertinacia dubitaret non diſcedens à fide
Catholica, ſed paratus aſſentiri cognitæ verita-
ti, is enim hæreticus non eſſet, *cap. 1. de hæret* &
ibi Doctores, & alij plures, quos congerit Si-
mancas *vbi ſupra,* & Summa Toleti *lib. 1. cap. 19.*
*pag. 59. in verſiculo, dubius etiam cum eadem per-*
*tinacia,* & optimè præ aliis Param. *de origin. &*
*progreſſ. Sanctæ Inquiſitionis lib. 1. titul. 1. cap. 3. de*
*prima mundi ætate, num. 4. cum ſequentibus, vſque*
*ad fin. cap. 39.* vbi quod illa dubitatio fidei cer-
tam perniciem affert, quæ ſponte & dedita
opera adhibetur, quam deliberatam Theologi
nuncupant, Diuus Thomas *2. 2. quæſtione 4. artic. 8.*
*ad primum.*
Regula igitur, vt ex ſupradictis patete, ſt, quod 50
dubius in fide infidelis eſt, declarata vt ſupra,
quam etiam latè comprobat Tiber. Decian. *in 1.*
*tom. tractat. crimin. lib. 5. cap. 17. ſub num. 1. in ver-*
*ſiculo nono, dubius, fol. 197.* ¶ Vbi quinque modis 51
eam declarat: primo, vt non procedat quando
quis non dubitaret cum delectatione & pertina-
citer perſiſtens in ea dubitatione; ſed tantum ex
primis motibus, qui non ſunt in poteſtate noſtra,
*cap. ſed penſandum, 6. diſtinctione, cap. 1. cap. ſcien-*
*dum, & cap. tentatio, de pœnitentia, diſtinctione 2.*
Secundo, vt non procedat, quando quis eſſet 52
paratus ſe corrigere, ſi aliud Eccleſia teneret.
¶ Tertio, vt ſimiliter non procedat quando 53
quis erraret per ſimplicitatem credens Patrem
maiorem eſſe Filio, prout in hoc ſeculo pater ma-
ior eſt filio. ¶ Quarto, vt non procedat quando 54
dubitaret de his, quæ non concernunt fidem, vi-
delicet, ſi dubitaret an Planetæ moueantur con-
tra, vel cum firmamento, *cap. in quibus,* vbi gloſſa,
*22. quæſt. 2.* ¶ Quinto, vt non procedat in dubi- 55
tante circa ea, de quibus variæ forent opiniones
Theologorum, Archidiac. *in cap. hæreſis, 24. quæſt.*
*3.* Innocent. *in cap. ne innitaris, de conſtitut.* Quas
limitationes prius ex aliis poſuit Felin. *in d. c. 1.*
*de hæret.* & eas ſequitur alios allegan. D. Azeued.
*in d. l. 1. num. 75.* & refert plures de hoc agentes
Petr. Zened. *in ſua collectan. ad Decretal. 66. num.*
*1. pag. 208.*
Similiter Didacus Perez *in l. 3. tit. 4. lib. 8. ordin.* 56
*pag. 83. colum. 1. in verſiculo, ex quo requiſito,* intelli-
gendam eſſe præfatam regulam cenſet de illo,
qui pleno iudicio dubitat, ita vt ſi interrogetur
de veritate neſciret in quam partem flecteret,
nec eſſet paratus correctioni, quia Hæreticus
pertinax eſt. Sed quod ſi quis ex ignorantia 57
probabili, vel animi infirmitate dubitaret, non
diſcedens à fide Catholica, ſed veritati cogni-
tæ aſſentire paratus, cùm pertinacia careat, Hæ-
reticus non eſt cenſendus ſecundum Ioan. Andr.

& Doctores *in d.cap.* 1. *de hæret.* & alios plures, quos *ibi* refert, & communem eſſe profitetur ex Nauar. *in cap.inter verba* 21. *corolario*, *num.* 492. *pag.*140.11.*queſt.*3.*& in man.c.*11.*num.*17. Caſtr. *lib.* 1. *aduerſ. hæreſ.cap.*10.*eadem diſtinctione*, ſequitur Medin. *in ſua Summa in expoſitione* 1. *præcepti*, §. 2. *verſic. la* 4. *pag. mihi* 68. *ad fin. & 69.*

58 Obſeruandum eſt etiam quod dubietas circa fidem dupliciter conſiderari poteſt. Sunt enim aliqui, qui de verbis aut ſcripturis dubitant circa ea, quæ ad fidem attinent: eſt quippè penitus interdictum, quid de veritate totum quæ catholica fidei credenda proponit dubitare. Quo genere dubitationis hæſitauit Nicodemus de verbis Chriſti dicentis, niſi quis renatus fuerit denuo non poteſt videre Regnum Dei: dubitauit quidem, quia non credidit verba illa vllo modo poſſe fieri vera, atque ideo dixit, quomodo poteſt homo naſci denuo cùm ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem matris ſuæ iteratò intrare & renaſci? Fuit igitur incredulus verborum Chriſti, vt ſententiam Sanctorum Patrum (quorum doctrina fulget Eccleſia vt Sole Luna) ſequutus affirmat & probat Alphonſ. à Caſtro *d. lib.c.*7.*in verſ. primo dubitationis genere*, aduerſus Titelm. conantem defendere Nicodemum à vitio incredulitatis. Ad eumdem modum dubitauerunt Iudæi diſcipuli, qui erant in Capharnaum, de verbis Chriſti dicentis, *Panis, quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita*, Ioan. 6. dicebant enim, *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Dubitabant quidem, quia non credebant dictis ab illo, cùm dixerint *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?* Et tandem *Abierunt retrorſum*, & ob hanc cauſam Chriſti diſcipulatum reliquerunt: putabant enim hoc dicere Ieſum, quod eum poſſent conciſim ſicut agnum coquere & manducare. Dominus autem expoſuit eis ac dixit: *Spiritus eſt qui viuificat, caro autem non prodeſt quidquam*, vt ex Auguſt. *tract.* 11. *ſuper Ioan.* probat Caſtro *vbi ſupra.*

59 Alio modo conſideratur dubietas, non quidem circa verba & Scripturas fidei, quia eis integram fidem præbent, ſed de verborum, aut Scripturarum intelligentia dubitant, credunt (inquam) verba eſſe vera & omni prorſus falſitate carentia: quid tamen per illa verbà ſignificetur dubitant. Quod genus dubitationis etiam circa illa, quæ firma & conſtanti fide credere tenemur, abſque hæreſis & cuiuſuis alterius criminis nota haberi poteſt. Quo genere dubitauit Virgo Maria, cùm Gabrieli Archangelo, Deum ab illa in vtero concipiendum annuntianti, reſpondit, *Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco?* Percontatur quidem non quaſi verbis Archangeli diffidens, ſed eis firmiter credens, & modum quo verba adimpleri poſſent non perpendens, & de modo edoceri cupiens, vt exponunt Theophylactus & D. Bernardus, & cum eis Caſtro *vbi ſupra.*

60 Iuxta hunc etiam modum Scholaſtici Theologi faciunt: quam plurimas enim quæſtiones ad diſcutiendum proponunt, non quod de re ipſa quæ proponitur dubitent, ſed de modo, & illius intelligentia, quod ſine vllo peccato & cum magno merito fit.

Tertio principaliter requiritur pertinacia ad faciendum abſolutum & conſumatum Hæreticum, ipſa namque ſi deficiat, non dicitur formaliter & abſolutè Hæreticus iuxta textum Diui Auguſtini *in c. qui in Eccleſia, & in c. dixit Apoſtolus*, 24. *q.* 3. *Clem.* 1. §. *porrò, de ſumma Trinit. & fid. Catholic.* Caſtro *d. c.* 7. *in verſiculo quartum & vltimum*, Petr. Gregor. 2.*p. ſyntagm. iuris vniuerſi, lib.*33.*c.*4. *num.* 16. Ioan. à Rojas *de hæretic.* 1 *p num.*41.*cum ſequentibus* latiſſimè D. Simanc. *vbi ſupra tit.* 48. *per totum.* Et in hoc omnes concordant ſecundum Clarum *vbi ſupra in verſiculo, ad hoc autem ibi*, item quod ſit pertinax, & late de his agit Spino *in ſuo ſpeculo teſtam. p.* 12. *num.*19.*pag.*75. & Didac Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.*1. *ordinam. colum.* 31. *in verſic. quæro etiam*, & latè Param. *vbi ſupra, dicto lib.*3.*q.*3.*num.* 19. *cum pluribus ſequentibus* & Azeu. *in d. l.* 1. *num.* 85. *cum pluribus ſequentibus* & Don Ioan Vela *de pœnis delict. cap.* 14. *in verſic.* 3. *ex dicta definitione pag.* 58. Summa Toleti *lib.*1.*c.* 19 *fol.*59. & Ludouic. Param. *de orig. & progreſſu officij Sanctæ Inquiſ. q.* 10. *ad fi. operis, de ſolicitatione ad libid. &c. num.* 64.*pag.*852. vbi inquit certum eſſe & receptiſſimum tam apud Theologos, quam apud Canoniſtas, citans plures, nullum dici formaliter hæreticum, niſi illum qui mente, ſeu animo pertinaciter affirmat aliquam ſententiam contra fidem, apud quos erit videndum quid ſit pertinacia in propoſito, & quis dicatur pertinaciter defendere.

Neque obſtat textus *in c. ſuper quibuſdam, de verbo. ſignificatione*, vbi declarans qui ſint manifeſti hęretici, de pertinacia non facit mentionem: quia reſpondetur Innocentium *ibid.* non agere de hæreticis in genere, ſed ſolum de hæreticis manifeſtis, nec de illis, ſed de iſtis ibi, *quærebatur*: & ſic ad quæſita ſolum reſpondet. Non enim ibi dubitabatur qui eſſent pertinaces, aut Hæretici dicendi, ſed qui Hæretici eſſent pro manifeſtis habendi, & ob id de pertinacia tacuit illam ſubintelligens, & ſolum de manifeſtatione & euidentia, de qua ſolum fuerat interrogatus, reſpondit: ita Caſtro *vbi ſup.* & rectè. Remanet igitur requiſitum pertinaciæ, de quo ibi non quæritur, in ſuo vigore ex Diuo Auguſtino, & cæteris iuribus præcitatis. Sed alia plura circa pertinaciam in propoſito diſſerit Thom. Sanch. *vbi ſupra nu.* 2. *cum ſequentibus.* 61

Verum illa quæſtio difficilis controuertitur in propoſito inter Doctores, vtrũ aliqua propoſitio ſit & dicatur hæretica ſecundum ſe conſiderata, ſine vllo reſpectu ad proferentem? In qua Adrianus *in* 4.*q.* 1. *de confeſſione*, Turrecrem. *lib.*4.*p.*2.*c.*3. Ochan *lib* 2. *Dialog. cap.* 11.1.*part.* & Alphonſ. à Caſtro *lib.* 1. *de iuſta hæret. punit. c.* 1. *in verſic. poſſibile eſt enim*, aſſerunt quamlibet propoſitionem fidei veritati repugnantem eſſe, & debere dici ſecundum ſe hęreticam, nullo habito reſpectu aſſerentis: tamen ſi proferatur ab ignorante abſque pertinacia, talis appellandus non erit hęreticus, cum non ſit pertinax. 62

Rurſus & per contrarium, nullam propoſitionem poſſe dici ſecundum ſe hæreticam ſine ordine relato ad dicentem, tenet D. Thom. ſuper Epiſtola 1. ad Cor. *c.* 11. *lection.* 4. & Caiet. ſuper Diuum Thom. 2. 2. *q.* 11. *art.* 1, quos & vtriuſque partis fundamenta refert Param. *vbi ſupra num.* 28. *cum ſequentibus, pag.* 546. *& ſequenti*, vbi prædictas opiniones ſic diſſidentes conciliat in hunc modum, vt ſola illa propoſitio formaliter dicatur Hæretica, quæ cũ errore & pertinacia aduerſus res fidei à Catholico prolata fuerit. Illa vero dicetur fundamentaliter & materialiter Hæretica, quæ ſecundum ſe conſiderata eſt in tali materia, quę (vt iacet) hæreſim ſonat & ſignificat. Cui concinit doctrina mirabilis Magiſtri Cano, *li.* 12. *de locis Theol. c.* 8. dicentis quod ſi ratio hæreſis conſideretur ſtrictè & formaliter, vera eſt ſententia D. Thom. & Caiet. Si verò ratio hæreſis conſideretur vt in ſigno, ſicut ratio ſanitatis eſt in vrina, ſic propoſitio ſecundum ſe poteſt appellari Hæretica, quia ſufficienter inſinuat ex parte obiecti id, quod ſufficit vt aliquis ſit Hæreticus, ſi pertinaciter illi adhæreat.





63 Ex quibus omnibus iam clare patet, quod qui metu mortis, vel tormentorum, vel alia ex cauſa ore Chriſtum negat, credit tamẽ corde, licet quidem mortaliter & grauiſſime peccet iuxta gloſſ. *in c. non ſolum, & in c. fin.* 13. *q.* 3. Doctores tamen illum non iudicant hæreticum, nec eſt reconciliandus, vt atteſtatur Calder. *conſ.* 4. *de hær.* & ex eo Clar. *in* §. *hæreſis, in verſ. ſed nunquid.* Ex corde enim procedunt hæreſes, non ex ore tantum, & ratio formalis hæreſis non in factis aut dictis, ſed in errore intellectus & voluntatis pertinacia conſiſtit, vt ſupra probauimus. Quare hanc eandem ſententiam ſequitur plures referens & latè probans D. Simanc. *de inſtit. Cath. tit.* 17. *n.* 35. *cum ſequ.* vbi *n.* 33. quod qui tali metu lapſus eſt, & corde non diſceſſit à fide Catholica, is nec Hæreticus fuit, nec Hæreticorum pœnis affici debet, ſecundum Cyprian *lib. de dupl. martyr.*, Ambroſ. *lib.* 1. *de pœn. c.* 3. Alexandum Alenſ. 1. *p.q.*138. Albert *in rubr. de hæret. lib.* 6. *q.*12. Brun. *lib.* 1. *de hæret. c.* 4. Idem ſequitur alios referens Rojas *vbi ſup. dict.* 1. *p. n.* 108. *cum plur. ſeqq.* Vbi tandem *n.* 112 *cum ſeqq.* probat Iulium Clarum *vbi ſup.* dum affirmat quod iſte talis eſt reconciliãdus, & quod ab Epiſcopo abſolutionis & reconciliationis literas impetrare ſolet; quod Rojas ibi dicit eſſe nimis abſurdum, & rationi contrarium. Sed Clarus non loquitur de iure, ſed quod ſolent tales reconciliari, & ſic de praxi & conſuetudine illius Regionis, & refert in hoc alios plures authores Petr. Zened *in ſua collect.* 66 *n.* 2 *pag.* 208. *col.* 2. Et quod huiuſmodi reus poſſit abſolui à quocunque confeſſore tenet Medina *in ſua Summa in expoſit.* 1. *præcepti*, §. 2. *in verſic.* la quinta.

64 Quæ præcedens ſententia generalis in foro interiori veriſſima eſt, vt huiuſmodi reus ſit liber in conſcientia ab excommunicatione, & aliis pœnis contra Hæreticos impoſitis. Sed in foro iudiciali non videtur vera, cum ſolus Deus ſcrutator cordium ſit, & nemo præſumitur loqui quæ non prius mente agitauerit, *l. Labeo, ff. de ſupellect. legat.* ita Don Ioan Vela *vbi ſup. in verſ. quod ſi quis metu, &c. pag.* 58. vbi allegat latè hoc diſputantem Rojas *d.* 1 *p.* & huius opinionis fundamenta ponentem à *n.* 176. Vbi *cum plurib. numer. ſeqq.* latiſſimè iure probat, & authoritate quamplurium Doctorum, quod qui factum Hæreticum confitetur, & prauam intentionem & credulitatem negat, tanquam negatiuus relaxandus ſit, etiam ſi de illo delicto non ſit plenè conuictus. Sed vt veriſimile ſit, quod is non conſenſit, nec Hæreticus, nec Apoſtata fuit, opus eſt vt doleat, & metu ceſſante ſtatim redeat, agatque pœnitentiam, vt fecit ſic ſanctus Marcellinus Papa, de quo ſupra, & ſic non fuit Hæreticus, vt declaratum fuit in prædicto Concilio generali. Aliàs namque ſi diu tacuerit huiuſmodi reus, & non reclamauerit vtique conſenſiſſe, ac ratum habuiſſe videbitur, 3. *Ethi. c.* 1. Concil. Ancyran *c.* 3. *l.* 1. *C. de his, quæ vi metuvè cauſa fiunt*, & in terminis ita tenet D. Simanc. *d. tit.* 17 *n.* 37. & procedent in hac ſpecie tradita per Rojas *vbi ſupra.*



SVMMARIVM.

1 *Hæreſis pœna, atque de eius iudice competente, & an & quando ex cauſa moderari aut commutari poſſit prædicta pœna? & numer. ſeqq.*

10 *Hæreſis crimen eſt mere Eccleſiaſticum, & ideo eius cognitio ad ſolos iudices Eccleſiaſticos ſpectat, nullo vero modo ad iudicem laicum ſub pœna excommunicationis, niſi condemnatio, punitio, & exequutio ex remiſſione, vel requiſitione Inquiſitorum, vt in n.* 11.

12 *Cognitio criminis hæreſis in quacunque parte iudicij ſecularis inciderit ad iudices Eccleſiaſticos remittenda eſt, & n.* 13. *De pœna iudicis ſecularis aliud facientis, vel differentis executionem ſententiæ iudicii Eccleſiaſtici, n.* 13.

14 *Iudices competentes criminis hæreſis qui ſint?*

15 *Inquiſitor ſolus ſine Diœceſano, nec Diœceſanus ſine Inquiſitore ſimul, tria non poſſunt facere, de quibus hic limitatur n.* 16. *in abſolutione. Sed in hoc contrarium probatur, n.* 17.

18 *Inquiſitores Apoſtolici ſunt iudices à Pontifice maximo delegati, quibus iure Pontificio data eſt iuriſdictio plena contra omnes hæreticos, & Apoſtatas.*

19 *Inquiſitores Apoſtolici ſunt iudices delegati ad vniuerſitatem cauſarum, non vero ordinarij in pleriſque tamen parum diſtant ab eis vt in num.* 21.

20 *Inquiſitores Apoſtolici in vna Prouincia habent iuriſdictionem in ſolidum, & ſinguli ſeparatim procedere poſſunt.*

22 *Reges Catholici Ferdinandus & Eliſabeth Sanctum Officium Inquiſitionis in Hiſpania introduxerunt & cætera, vt hic.*

23 *Inquiſitor Generalis eſt caput, & Princeps officij S. Inquiſitionis, quem eligit Rex noſter, & Pontifex maximus approbat, eique pleniſſimam poteſtatem tribuit, & quæ ad eius officiũ pertineant? & Beatus Dominicus fuit in Hiſpaniæ primus Generalis Inquiſitor, n.* 24.

25 *Inquiſitorum officium, & poteſtas à quo tempore originem duxerit?*

26 *Epiſcopi authoritate ordinaria officium Inquiſitionis exercebant. Et quod hodie eorum iuriſdictioni non eſt derogatum per deputationem Inquiſitorum. Et praxis hodierna in hoc refertur, num.* 27. *Et quæ facere poſſint hodie vnus ſine alio? n.* 29.

29 *Epiſcopus delegatus à Papa in tali cauſa, erit delegatus in ea, licet alias foret in ea Ordinarius. Et quid operetur tunc talis delegatio ſpecialis? n.* 30.

31 *Delegatus ſpecialis Papæ in cauſa hæreſis tenetur ſeruare in procedendo modum & ſtylum, quem ſeruant Inquiſitores Generales.*

32 *Iudex ſecularis regulariter, quando ab Eccleſiaſtico remittitur ſibi reus puniendus, non tenetur ſtare proceſſui iudicis Eccleſiaſtici, ſed debet ipſe de nouo cognoſcere, nec tenetur præſtare auxilium iudici Eccleſiaſtico, niſi ſibi facta fuerit fides proceſſus, & n.* 33.

34 *Iudex ſecularis, cum ſibi traditur ab Inquiſitoribus reus condemnatus de hæreſi ad illum puniendum, non poteſt de illa condemnatione cognoſcere, nec pœnam pro hæreſis crimine commutare.*

35 *Iudex Eccleſiaſticus licet cognoſcat de crimine hæreſis, non tamen condemnat ad pœnam*

*ignis, ſed tantummodo declarat reum eſſe hereticum, & remittit iudici ſeculari puniendum.*

56 *Inquiſitores remittentes iudici ſeculari quoſcunque Hereticos pertinaces non incidunt in irregularitatem.*

57 *Praxis Inquiſitorum, cum remittunt reos puniendos iudici ſeculari, refertur.*

38 *Heretici iuſtiſſimè igne comburuntur. Idemque eſt obſeruandum etiamſi Hereticus ſit nobilis, vt in num. 39. & prius ſtrangulantur, niſi Hereticus ſit pertinax, quia tunc viuus comburendus eſt, vt in n. 40. Et an de iure reperiatur pœna ignis impoſita Hereticis? n. 41. & num. ſeqq.*

46 *Hereſis peccatum grauius eſt cæteris peccatis, & num. 47.*

48 *Hereticus monendus eſt antequam pro tali declaretur, vt ſi velit pœniteat: quod ſi hoc faciat, ſeruandum eſt quod hic dicitur, niſi eſſet relapſus, vt in num. 49.*

50 *Relapſo, vereque ad Eccleſiam & Deum conuerſo non denegantur Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ, ſed tantum Extrema vnctio.*

50 *Heretici, etiam condemnati, ſi ſponte redeant (dummodo non ſint relapſi) perpetuo carceri ſunt mancipandi. Et praxis, quæ in hoc ſeruatur, n. 52.*

53 *Hereticus confeſſus qua pœna puniatur? diſtinguitur vt hic, & n. 54.*

55 *Hereticus, an quando ante ſententiam pœnitere, & abiurare paratus eſt, non ſolum vt mortis pœnam euitet, ſed etiam confiſcationem bonorum? & n. 56. & 57. & 58.*

59 *Hereticus quoadusque admittatur ad pœnitentiam cum numeris ſeqq.*

24 *Heretici, ſi ſponte noluerint reſipiſcere, cogendi ſunt ad fidem, quam amiſerint, recipiendam per rerum ſuarum ſubtractionem.*

65 *Heretici pertinaces perſeuerantes excommunicantur.*

66 *Heretici ab inferiore abſolui non poſſunt, niſi alicui ſpecialiter commiſſum ſit. Inquiſitores Apoſtolici, & Epiſcopi hereticos pœnitentes abſoluunt hodie per Bullam* in cœna Domini, *Inquiſitoribus ſolum hoc eſt conceſſum, num. 66.*

67 *Confeſſarij non poſſunt abſoluere pœnitentes hereticos, preterquam in articulo mortis, ſi Epiſcopi, & Inquiſitores deſint, n. 68.*

69 *Heretici, qui abſolutionem petierunt, & ſigna pœnitentiæ oſtenderunt, & per eos non ſtetit quominus abſoluerentur, etiam poſt mortem abſolui, & Eccleſiæ reconciliari poſſunt.*

70 *Parochus, nec alius Sacerdos in ſacro Pœnitentiæ foro non poteſt Hereticum abſoluere, & quid tunc Parochus, vel alius Sacerdos facere debeat?*

71 *Epiſcopus hodie attento ſacro Concilio Tridentino in foro conſcientiæ abſoluere poteſt occultos Hereticos, impoſita illis ſalutari pœnitentia. Et numeris ſeqq. an hodie hoc ſit correctum per Bullam* in cœna Domini *quotannis legi ſolitam?*

74 *Hereticus mentalis abſolui poteſt à confeſſario. Nec hic Hereticus mentalis incurrit excommunicationem, vt in n. 75.*

76 *Hereticus præſumptus ab Eccleſia in quas pœna incidat? & n. 77.*

*De pœna Hæreſis, deque eius iudice competente.*

*In eandem l. 1. tit. 3. lib. 8.*

## QVÆSTIO XXXIII.

QVÆRO nunc circa 2. p. d. l. 1. quæ ſit pœna hæretico imponenda, & quis ſit eius legitimus & competens iudex? Et in hoc lex noſtra poſtquam expoſuit Hæreticum eſſe omnem illum Chriſtianum baptizatum, qui non credit articulis fidei, vel alicui eorum addit: *Y que eſte tal, deſpues que por el iuez Eccleſiaſtico fuere condenado por hereje, pierda todos ſus bienes, y ſean para la nueſtra Camara.* Quæ lex in hoc videtur deſumpta à deciſione textus *in cap. ſecundum leges de heret. lib. 6.* ibi, Bona hæreticorum ipſo iure de fratrum noſtrorum conſilio decernimus confiſcata. Confiſcationis tamen huiuſmodi executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per Principes, aut alios dominos temporales (iuxta Greg. Papæ prædeceſſoris noſtri declarationem) antequam per Epiſcopum loci, vel aliam perſonam Eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata, Alciat. *in c. 1. n. 74. de offic. ord.* D. Simanc. *de inſtit. Catholic. tit. 9. n. 126.* & alios allegans Thom Sanch. *in præcept. Decalogi lib. 1. c. 14. n. 1.* vbi quod communi omnium conſenſu, & praxi receptum eſt, vt ſicut bona ob crimen læſæ Maieſtatis humanæ publicantur à die commiſſi criminis, *l. fi. C. ad l. Iul. Maieſt.* ſic etiam ob hæreſim publicantur bona à die commiſſi criminis: quamuis id non explicat textus *in d. c. cum ſecundum leges*, nempè à quo tempore bona hæretici publicentur. 1

Et hoc ius commune reſpectu confiſcationis bonorum omni tempore ſeruandum eſt, nec in eo vllum vnquam Inquiſitorum arbitrium eſt ad tollendum ius fiſci per mitigationem, vel moderationem pœnæ bonorum, vt ibi notatur gloſ. *in Clem. 2. §. 1.* & ibi Card. *& in Clem. vlt. §. vlt. de her.* Rojas *de her. 2. p. n. 201.* Tiber. Dec. *1. to. tract. crim. lib. 5. c. 44. n. 3. ad fin. verſ. notandum.* Vbi quod Inquiſitor non poteſt poſt condemnationem facere gratiam, niſi inquiſitus rediret poſt tempus gratiæ, tunc enim ſi redit non publicantur bona, vt per Zanchin *de her. c. 25. n. 3.* vbi Campegius *in addit. ſub litt. A* plures adducit. ¶ Ante ſententiam vero Inquiſitores commutare & mitigare poſſunt, vt cum Zanchin *de hereſi, c. 21. in fin.* dicente ſe ita intelligere iura *in c. per hoc de heret. in 6. in Clem. 1. eodem tit. & in c. ad abolendam, §. præſenti, & in c. excommunicamus el 1. §. 1. & §. adiicimus, de heret. & eodem.* Zanchin *de heret. c. 19. n. 2. & cap. 16. num. 6.* & in lucerna Inquiſit. *verbo redire, n. 6.* probat & tenet Tiber. Decian. *d. c. 14. n. 37.* ¶ Alias autem pœnas in hoc crimine poſſunt Inquiſitores hæreticis conuerſis ex cauſa commutare, *cap. vt commiſſi, de heret. in 6.* Gundiſaluus *de heretic. q. 8. num 7.* ¶ Et ideo ex cauſa aliqua pœna corporalis, puta carceris temporarij, poterit commutari in pecuniam propriis locis, vel cauſis, *c. accuſatus, §. de quæſtionibus, & §. ſi vero, de heret. in 6.* Decian. *d. lib. 5. cap. 49. num. 1. & 3.* 2 3 4 5 6

Et in hoc hæreſis crimine hoc amplius eſt ſpeciale, 7



ciale, quo etiam poſt ſententiam poteſt minui & immutari pœna, quando viſum fuerit iudicibus, vt *in d. c. compulſi, §. necnon de heret. in 6.* & Gundiſaluus, *d. q. 17. num. 5.* & Campeg. ad Zanchin, 8
*cap. 19. litera A in verſic. addit,* rurſus *in verſic. cui vero in fin.* refert & ſequitur Decian *d. c. 49. num. 4.* Vbi *ſub numer. 14.* quod quando pœna à iure eſt impoſita expreſſe contra hæreticum, & is damnatur vt hæreticus, non poterit mutari. Sed bene poteſt, quando non condemnatur vt hæreticus, ſed vt ſuſpectus ſecundum Zanchin *de heret. c. 21.* quia in his eſt arbitraria pœna. 9

10 Crimen ergo hæreſis, vt ex ſupradictis iuribus patet, eſt mere Eccleſiaſticum, & ideo eius cognitio ad ſolos iudices Eccleſiaſticos ſpectat: nec poteſt iudex laicus aliquo modo in eo ſe intromittere ſub pœna excommunicationis, *vt in c. ad abolendam, & in cap. excommunicamus de heretic. & in c. Inquiſitionis, §. prohibemus, de heretic. in 6.* Et ita cum hac concluſione tranſeunt omnes indifferenter, vt inquit Alciat. *in cap. 1. n. 73. de officio ordin.* quem refert & ſequitur Clar. *lib. 5. recept. ſent. §. hæreſis, in verſic. hoc crimen,* & probatur aperte *in d. c. cum ſecundum leges* & in hac noſtra l. regia 1. *huius tit. 3. lib. 8.* & tenet plures citans Didac. Perez *in l. 5. tit. 4. lib. 8. ordin. pag. 86. col. 2.* Don Ioan Vela *de pœnis delict. c. 14. in verſic. vltimo deducitur, pag. 59.* & latè allegans Simanc. *de inſtit. Catholic. tit. 36. num. 1. & 2.* vbi *numeris ſequentibus.* Alia in propoſito ſatis vtilia adducit Zanchin. *de heret. cap. 8.* vbi etiam additio, plura optima in propoſito adducit Carrer. *in practica crimin. tit. de heret. num 61.* Tiberius Decian. *d. 1. tom. tract. crimin. lib. 4. cap. 26. num. 4.* & D. Azeued. *latè in d. l. 1. num. 116. cum ſequentibus,* & ſimpliciter Paramus *de orig. & progreſſ. Sanctæ Inquiſitionis lib. 3. c. 4. num. 82. pag. 587. col. 2.* Eſtque communis & magis communis ſententia, vt plures referens teſtatur Farinac. *in ſuis quæſtionibus crim. 1. p. q. 8. n. 127.*

11 Quare cognitio huius criminis ſpectat ad Eccleſiaſticum, condemnatio tamen, punitio, & executio illorum, quos Inquiſitores declarauerint hæreticos eſſe, pertinaces, relapſos, aut impenitentes ad iudicem laicum, cum fuerit ab Inquiſitoribus requiſitus, prout in practica obſeruari affirmat Palac. Rub. *in c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. §. 48. fol. 184. num. 22.* & hæc probat cum aliis Simanc. *d. tit. 36. num. 3.* & cum Palac. Rub. præcitato Clar. *vbi ſupra,* & Farinac. *vbi ſup. num. 28.* quicquid dicat practic. Millei, *fol. 75. num. 38.* quod hodie etiam iudex ſecularis cognoſcit de crimine hæreſis, & quod ipſe vidit plures cremari propter hoc crimen à Propoſito Pariſienſi ex indulto Summi Pontificis. Verum in illo dominio (inquit Iulius Clarus) hoc non ſeruatur.

12 Et in quacumque parte iudicij ſecularis inciderit eiuſmodi criminum cognitio ad Eccleſiaſticos iudices remittenda eſt, *vt in cap. Inquiſitionis, §. prohibemus, de heret. in 6.* Abb. & cæteri *in cap. cum ſit generale, de for. comp.* Alciat. *in cap. 1. de officio ordin. num. 73.* Maſuer. *in practic. foren. tit. de remiſſ. ad fin.* & alios referens Carrer. *vbi ſup. n. 61.* Didac. Perez *in l. 1. tit. 4. lib. 8. pag 86.* D. Simanc. *d. tit. 36. ſub num. 1. vbi num. 2.* quod hoc amplius iure Regio prohibetur, ne quiſquam ſecularium iudicum quantacumque dignitate, ac poteſtate ſit præditus, cognoſcere vllo modo præſumat de cauſis ciuilibus, aut criminalibus, quarum cognitio pertinet ad Inquiſitores, & iudices bonorum publicatorum: nec ſub prætextu quidem ſubleuandi vi oppreſſos, quod alioqui ſaluberrimum & præſentiſſimum remedium eſſe ſolet, ad propulſandas iniurias iudicum Eccleſiaſticorum. Si qui tamen appellare voluerint in ſupra ſcriptis cauſis adire debent Senatum Sanctæ generalis Inquiſitionis iuxta mandatum Regium datum Burgis 17 die Martij, ann. 1508. renouatum in anno proximo 53. refert Azeued. *in d. l. 1.* 13
*num. 117. cum ſequentibus.* Imò ſi iudex ſecularis ſe intromiſerit in cognitione; & deciſione talis criminis, aut executionem latæ ſententiæ ſuper eo latæ per Eccleſiaſticum differat facere, ipſo iure excommunicatur, & ſi per annum in tali excommunicatione perdurauit, vt hæreticus condemnandus eſt, *vt in d. §. prohibemus, & in d. c. cum ſecundum leges, in fin. de heret. lib. 6. & in c. ad abolendam, de heret.* Carrer. *vbi ſupra, n. 61.* & Azeued. *n. 119. & 120.*

Iudices autem ordinarij huius criminis ſunt, Summus Pontifex, Antiſtes locorum, Concilium Oecumenicum locale, Prouinciale, & Epiſcopale. Delegati autem ſunt Inquiſitores Apoſtolici, hæreticæ prauitatis, & poteſt vterque eorum procedere ſimul & diuiſim, non tamen poſſunt aliquem condemnare, niſi vterque interueniat, vt probat & declarat optimè Petrus Gregor. *in 3. p. ſyntag. iuris vniuerſi lib. 33. c. 7. num. 4. & 5.* ¶ vbi quod tria ſunt, quæ Inquiſitor ſine Diœceſano, ſeu eius Officiali, vel Sede vacante ſine deputato à Capitulo; nec Diœceſanus ſine Inquiſitore ſeparatim non poteſt, niſi vnà conueniant. Primum, non poteſt alter ſolus cuſtodiæ & carceri duro, qui magis ad pœnam quam ad cuſtodiam pertineat (vt plerumque ſit) reum mancipare. Secundum; ne poſſit tormentis exponere. Tertium, vt ſolus non poſſit ſententiam condemnationis ferre, & ante eum Simanc. *tit. 34. n. 13. & 18.* & poſt eos Don Ioan Vela *de pœnis delict. c. 14. verſ. tria quoque, pag. 60.* 14 15

Abſoluere autem poteſt iuxta gloſſam *in Clementina 1. verba contra eos, de heret.* ex quo ius antiquum ſolummodo correctum eſt in condemnatione. Eſt communis ſecundum practic. Carrer. quem refert & ſequitur Clar. *§. hæreſis, verſic. ſed quis,* eſt communiter recepta, & magis communis opinio, & ipſa veritas ſecundum Tiber. Decian. *1. tom. tract. crim. lib. 5. c. 21. n. 12. fol. 214. colu. 1. & lib. 4. c. 26. num. 4. verſ. 4. fol. 168. colu. 1.* Quam etiam ſequitur Petr. Gregor. *vbi ſup. num. 5.* & eſt communis & tenenda ſecundum Didac. Perez, *in l. 3. tit. 4. lib. 8. ordin pag. 86.* & Don Ioan Vela, *vbi ſupra.* 16

Nihilominus tamen contraria ſententia verior eſt, & multis quoque placet, quibus aſſentitur D. Simanc. *de Catholic. inſtit. tit. 3. num. 8.* dicens, quod eſt de conſuetudine Hiſpaniæ merito recepta & comprobata: nam conſtitutione noua, abrogata ſunt iura antiqua, quibus olim permiſſum erat vt Epiſcopus & Inquiſitor ſeorſim de his cauſis cognoſcerent, ſtatuerent & iudicarent. Et qui condemnare prohibetur, neque abſoluere quidem poteſt, cum hæc aduerſa & contraria eiuſdem ſint poteſtatis, accedat identitas rationis vtriuſque caſus, quia ſimul conferre ſententias debent, vt integrum ſit eorum iudicium, *Clemen. ex eo de heret. qui condemnare de re iudic.* & illic cum Aretin. Soc. & aliis DD. in Clemen. 1. *de heretic.* Sylueſter & Caietan. *verbo excommunicatio.* 17

Inquiſitores Apoſtolici ſunt iudices à Pontifice maximo delegati, quibus iure Pontificio data eſt iuriſdictio plena contra omnes Hæreticos 18



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& Apoſtatas, eorum officium non modo vtile eſt
Chriſtianæ Reipublicæ, ſed etiam admodum ne-
ceſſarium vt latè probat D. Simanc. *tit. 34. num. 4.*
19 ſ ſunt tamen ij Inquiſitores iudices delegati ad
vniuerſitatem cauſarum, non vero ordinarij vt
per Rojas *ſingul. fidei* 97. quem ſequitur Azeued.
*in d. l. 1. num.* 126. *tit. 3. lib. 8. nou. collect. reg.* Tyber.
Decian. *1. tom tract. crim. lib. 4. c. 26. num. 4. in ver-
ſiculo, alij ſunt delegati, ibi, & iſti dicuntur, fol.* 168.
*colum. 1. paulo poſt princ. vbi in verſic. 2.* quod licet
20 ſint plures Inquiſitores in vna prouincia habent
iuriſdictionem in ſolidum & ſinguli ſeparatim
procedere poſſint: quod non eſt in aliis delega-
tis ſecundum Abb. *in cap. fi. de re iudic.* & quod
21 probatur *in cap. per hoc de heret. in 6.* vbi omnes.
Nihilominus tamen in cauſarum cognitione at-
que in pleriſque aliis parum diſtant ab ordina-
riis iudicibus *cap. ne aliqui cap. per hoc de heret.
lib. 6.* & ibi DD. Anchar. & collect. *in cap. ad
abolendam de heretic.* Gemin. *conſ.* 54. Alciat. in
Rub. *de officio ordin. num.* 19. quos ad hoc refert &
ſequitur D. Simanc. *d. tit. 34. n.* 14.
22 Reges noſtri Catholici Ferdinandus & Iſa-
bella (ann. ſcilicet, 1476.) Sanctum hoc Officium
Inquiſitionis aduerſus omnes hæreticos authori-
tate Pontificis maximi in Hiſpania introduxe-
runt & iudicij ordinem, quo etiam hodie Inqui-
ſitores vtuntur, magna ex parte inſtituerunt, per
omnes Hiſpaniarum prouincias locis opportunis
Inquiſitores Apoſtolicos diſpoſuerunt, quibus
vniuerſa Hiſpania cunctis hæreſibus liberata
quieſcit; ita D. Simanc. *d. tit. 34. num. 5.* Salced. in
23 addit. ad Bernard. Diaz *in pract. crim. cap. 114. lit-
tera F.* & Don Ioan Vela, *cap. 14. verſ. fuerunt au-
tem:* & inquit D. Simanc *d. 34 num. 6.* quod caput
& Princeps huius Sancti officij eſt Inquiſitor
generalis quem Rex noſter eligit & Pontifex
maximus approbat eique pleniſſimam poteſta-
tem tribuit in cauſis Hæreticorum, & quod ad
eius officium pertinet Inquiſitores, & omnes
alios miniſtros eligere: viſitatores, ad Inquiſito-
rum Prouincias mittere: cum pœnitentibus &
eorum filiis nonnunquam diſpenſare, ac de re-
bus grauioribus deliberare conſiliarij autem Se-
natus Sanctæ ac generalis Inquiſitionis ab In-
quiſitore generali nominantur & à Rege noſtro
eliguntur, & hi ſummam habent cognitionem,
& iuriſdictionem; eorum autem officium eſt,
cauſas appellationum excutere, diſſidia Inquiſi-
torum componere: crimina miniſtrorum puni-
re, & cum Inquiſitore generali de rebus arduis
conſultare, vt inquit Simanc. *vbi ſupra num. 7.*
24 In Hiſpania autem primus omnium hoc mu-
nus Inquiſitionis aduerſus Albigenſium & alio-
rum hæreſes Beatus Dominicus exercuit ann.
Domini 1200. & poſtea in Italiam tranſmigrauit,
& cum Beato Franciſco non mediocrem familia-
ritatem habuit, & officium Inquiſitionis ſuis fi-
liis exercendum reliquit vſque ad præd. Reges
Catholicos, vt inquit Ignat. Salced. *vbi ſupra,*
quem refert Don Ioan Vela, qui ſupra, quod
nunc radicitus, & latiſſimè enarrauit Paramus
Inquiſitor Regni Siciliæ *de orig. & progreſ. Sanctæ
Inquiſitionis lib. 2. cap. 1. num.* 12. demonſtrans non
quidem ann. 1216. Beatum Dominicum Inquiſi-
torem creatum fuiſſe, tameſi de anno dubitet
Pegna, *p. 3. directorij comm.* 31. Fuit igitur B. Do-
minicus primus generalis Inquiſitor, qui autho-
ritate Apoſtolica hoc officium delegatæ Inquiſi-
tionis exercuit vt inquit Param. *vbi ſupra in initio
cap. 1.* in quo & genus & virtutes excelſas eiuſ-
dem Sancti enarrat.

Quod autem huius ſacri tribunalis primaria & 25
principalis poteſtas à Chriſto Domino (*cui omnis
poteſtas data eſt in cœlo & in terra*) Petro & eius
Sacerdotibus fuerit demandata, & quod deinde
Summi Pontifices matura deliberatione decre-
uerint, viros doctos, & Catholicos eligi, qui tan-
quam Apoſtolicæ Sedis delegati hoc tam ſan-
ctum officium exercerent, dummodo ipſi Epiſ-
copi, aut eorum Vicarij præſentes eſſent cum
Inquiſitoribus in ſententiis proferendis contra
fidei noxios, probat latè Paramus, *d. c. 1 per tex-
tum in cap. per hoc, & cap. ne aliqui de heret. in 6.*
hocque contigiſſe citra quadringentos annos.
Quia ante id tempus Epiſcopi authoritate ordi- 26
naria illud exercebant, quod de Epiſcopis pro-
bat *text. in cap. ad abolendam cap. excommunica-
mus, cap. fin. de heretic. Clementina 1. §. 1. de heret.*
Don Ioan Vela, *vbi ſupra* & Tyber. Decian *d. lib.
4. cap. 26. ſub num. 4. in verſ. ordinary ſunt Epiſcopi,*
vbi etiam, quod ſede Epiſcopali vacante capitu-
lum erit iudex ordinarius iuxta gloſſam, *in d. Cle-
ment. 1 §. 1 & omnes in d. c. ad abolendam.*
Per hanc tamen Inquiſitorum delegatorum
iuriſdictionem non eſt derogatum iuriſdictioni
Epiſcoporum, *d. c. per hoc de heret. lib. 6.* poſſunt
enim communiter, vel diuiſim de hæreſi cogno-
ſcere, vel inquirere, *d. cap per hoc extrauag. ex eo, de
heret.* Sed quia ex ea diuiſione magna oriebatur
confuſio, hoc iure vtimur vt Epiſcopus, eius vi-
carius, aut alter ab eo delegatus adſiſtat Inquiſi-
toribus, qui cum eis ſimul Hæreticos inquirat &
condemnet: & ſede vacante idem facere poteſt
capitulum, *d. cap. ad abolendam.* Poſſunt tamen In-
quiſitores ſine Diœceſano aut eius delegato, &
Diœceſanus ſine inquiſitore hæc tria facere, in-
quirere, citare & capere, id eſt, ponere reos in cu-
ſtodia, Clementina 1 §. 1. *de heretic, cap. per hoc c.* 27
*vt officium, eodem tit. lib. 6.* ita Don Ioan Vela *vbi
ſupra in verſicul. aduertat, pag. 59. ad fin. & in princ.
pag. 60.* Quo iure in praxi vſum fuit me præſente
capitulum huius almæ Eccleſiæ Ciuitaten. ſede 28
Epiſcopali vacante. Ad inſtantiam namque Offi-
cij Sanctæ Inquiſitionis oppidi de Llerena hoc
munus delegauimus cuidam viro graui vt ſimul
cum Inquiſitoribus noſtro nomine cognoſceret
& ſententiam ferret in cauſis fidei.
Tria tamen vt prædiximus excepta ſunt quæ
vnus ſine alio facere poteſt de quibus *ſupra,* & 29
hæc de delegatis generalibus à Papa. Speciales
namque iudices Papa etiam conſtituit, veluti
quando Papa delegat aliquem Epiſcopum ſpe-
cialiter in tali cauſa; tunc namque erit delegatus, 30
licet alias foret etiam ordinarius, vt probat text.
& ibi ſentit gloſſa, *in d. c. per hoc, in verſic. de legat.*
Et talis ſpecialis delegatio operabitur, quod ſi
facta fuiſſet alia delegatio generalis omnium
cauſarum hæreſis in tali prouincia, non ideo im-
pediretur, quo minus & ipſe Epiſcopus ſpecia-
liter delegatus non poſſet procedere & ſimul
cum delegata generali, & ſeparatim, modo com- 31
municent vtrique proceſſus & vnite proferant
ſententiam ſi conueniant, ſin autem, remittant
ad Summum Pontificem. Et hic ſpecialis dele-
gatus tenetur ſeruare in procedendo modum il-
lum, & ſtylum, quem ſeruant Inquiſitores hæ-
reſis generales vt hæc conſtituit expreſſe text. *in
d. cap. per hoc de Heret. in 6. Extrauag. Benedict.
11. ſub tit. de heret. in Extrauag. communibus, &
incipit ex eo, quedam nouella conſtit.* & refert De-
cianus *vbi ſupra, in verſic. delegati quod fol. 167.
column. 4.*
Denique licet regulariter iudex ſecularis, quã- 32
do



ab Eccleſiaſtico remittitur ſibi reus punien-
dus, non teneatur teſtare proceſſui facto coram
iudice Eccleſiaſtico, ſed debeat ipſe de nouo co-
gnoſcere, eſt communis ſecundum Felin *in c. at ſi
clerici in princ. n. 14. de iudic.* quem refert Matth.
de Afflict. *ſuper 1. p. conſtit. Regni Rub. 27. num 32.*
& Curt. Iun. *in l. Magiſtratibus num. 4. ff. de iuris
omnium iudic.*
33 Sic etiam quando crimen eſt ſeculare, vel mix-
ti fori, de quo potuiſſet iudex ſecularis cogno-
ſcere, non tenetur ipſe iudex ſecularis præſtare
auxilium Epiſcopo, niſi fiat ſibi fides de proceſſu:
communis ſecundum Alciat. *in c. 1. n. 119. de offi-
cio ordin.* prout eum refert, & ſequitur Clar. *in
practic. crim. queſt. 96. in verſ. quero etiam in fin. ibi,
ſi vero.*
34 Hoc tamen procedit in criminibus de quibus
ſi reus fuiſſet laicus potuiſſet iudex ſecularis co-
gnoſcere: ſecus autem vbicumque crimen de quo
agitur eſt mere Eccleſiaſticum, & ſic tale, de quo
iudex laicus nullo modo cognoſcere poteſt: ideo-
que ſi Inquiſitor, aut alius iudex Eccleſiaſticus
condemnet aliquem tanquam hæreticum, deinde
illum tradat iudici ſeculari puniendum, non po-
terit iudex ſecularis de illa condemnatione co-
gnoſcere, cum crimen hæreſis ſit mere Eccleſia-
ſticum, vt patet ex ſupradictis, ſed habet Inquiſi-
torum ſententiam exequi: hæc eſt communis
opinio ſecundum Cagnol. *in l. cum quedam puella
in princ. num. 35. ff de iuris omnium iudic.* Et quam-
uis Bart. *in l. Magiſtratibus num. 4.* contrarium te-
neat, & cum eo communiter Legiſtæ ſecundum
Menchac. *de ſucceſſion. creat. 1. part. § 6. num. 16.* &
D. Simanc. *vbi ſup. titul. 34. num. 4.* & Canter. *in
queſtionibus crim. cap. 1. de heret. &c. num. 56.* & eſſe
vſu receptum affirmat Iadoc *in practic. cap. 61.
num. 54.* nihilominus prior opinio eſt communis
præſertim Canoniſtarum contra Bart. ſecundum
Bero *in cap. at ſi clerici, num. 79. cum ſequenti de
iudic.* Boſſium *in ſua practic. crimin. tit. de heretic.
num. 35.* eſtque verior & receptior ſententia, &
etiam vſu comprobata, & conſtitutione Boniſa-
cij VIII. aperte confirmata *in cap. Inquiſitionis §.
prohibemus de heret. lib. 6.* Eſtque communis Ca-
noniſtarum ſententia, quam & Legiſtæ ſequun-
tur, vt plures referens hæc omnia affirmat D. Si-
manc. *vbi ſup. num. 5.* & communem profitetur
eam ſequutus Iulius Clar. *vbi ſup. qui in verſic.
hodie tamen,* affirmat, quod regnante Catholico
Rege Philippo ſemper vidit ſeruari, vt lata ſen-
tentia de hæreſi contra aliquem per iudices
ſuos Eccleſiaſticos, ſtatimque remittitur iudici
ſeculari, & abſque alia cognitione traditur flam-
mis comburendus, & in Hiſpania receptum
eſſe refert ex Simanc. *vbi ſup. qui num. 6. & 7. &*
8. refert quoſdam caſus, quos nonnulli exci-
piunt ab hac regula, eos tamen recte improbat,
ac dicit non eſſe recipiendos in Hiſpania, can-
dem magis receptam appellat contra commu-
nem opinionem Legiſtarum Tiber. Decianus,
*1 tom. tractat. crimin. cap 26. fol. 167. verſic. ſed dif-
ficultas,* idem *lib. 5. cap. 25. fol. 117. num. 2.* vbi la-
tiſſime eam examinat: eandem teſtatur ve-
ram, & communem opinionem, & quod ita
obſeruatur in Regnis Hiſpaniæ Cantera *vbi ſup.
n. 59. pag. 417. colum. 2.* ſequitur, & communem
teſtatur Spino *vbi ſup. num. 38.* & plures allegans
Petr. Cenod. *in ſua collectan. iuris Canonici 55. nu-
mer. 2. ſuper capit. excommunicamus 1. §. damnati
de heret. pag. 186.* vbi quod eſt approbata motu
proprio Innoc. Octaui, incipit *dilectus filius,* dato
ann. 1486. die 30. Septembris, & alio Alexand.
IV. edito ann. 1260. incip *ad audientiam,* 13. Ka-
lend. Februar. Eſt verior & receptior ſententia, &
vſu comprobata, vt cum Simanc. teſtatur Azeued.
*in d. l. 1. num. 125.* vbi ſe refert late dixiſſe *in lib.
fin. tit. 1. num. 7. lib. 4.* & Extrauag. Vrban. Quarti,
& Clement. Quarti, Ex Zanchino *de heret. cap. 8.
addit. 1.* & motu proprio Leonis X. inter motus
proprios nouiter conſtituto. Vnde dubito de li-
mitationibus Tiber. Decian. *vbi ſup.*
Sed neque etiam poteſt; hoc caſu iudex ſecu-
laris pœnam pro hæreſis crimine impoſitam
commutare. Eſt communis ſecundum Boſſium *in
tulo, de heret. n. 37.* & ita inquit ſe ſemper vidiſſe
ſeruari Clarus *vbi ſup.*
Licet autem iudex Eccleſiaſticus de hoc cri- 35
mine ſolus cognoſcat, non tamen ipſe condem-
nat ad pœnam ignis, ſed tantummodo declarat
eum eſſe Hæreticum, & remittit iudici ſeculari
puniendum, vt obſeruat conſuetudo ſecundum
Boſſium *in tit. de for. compet. poſt n. 161.* & Clar.
*d. §. hereſis, verſ. ſic tamen.*
Neque Inquiſitores remittentes curiæ ſecu- 36
lari quoſcumque hæreticos pertinaces incidunt
in irregularitatem, quia Pontificis Maximi, & le-
gum authoritate hoc faciunt, idque eſt præci-
puum eorum munus. Neque opus eſt proteſta-
tione, aut aliqua interceſſione, vt ab irregularita-
te liberentur, quia id nullo iure cauetur, quamuis
Eccleſiaſticam manſuetudinem deceat pro iſtis
intercedere, vt cum aliis probat Simanc. *d. tit. 34.
n. 48.* & plures congerens Petr. Cenedus, *vbi ſup.
num. 1.*
Nihilominus praxis, qua hæreticæ prauitatis 37
Inquiſitores vtuntur, habet quod poſt condem-
nationem hæreticorum eos tradunt iudici ſecu-
lari, ipſum rogantes ne morte, aut membri mu-
tilatione eos afficiat, ſed cum damnato miſeri-
corditer ſe habeat, quod probat *text. in cap. noui-
mus, de verb. ſign. cap. degradatio, de pœnit. diſt. 7.
lib. 60. tit. 6. p. 1.* Cuius praxis meminit Directo.
Inquiſit. dum refert ſententiarum formulas, &
Zanch. *de heretic. cap. 18. num. 7. in fin.* vbi Cam-
peg. in addit. *ſub litt. A* & Tiber. Decian. *1. tom.
tractat. crim. lib. 5. cap. 38. num. 23. fol. 232.* & Di-
dac. Perez *in lib. 3. tit. 4. lib. 8. ordin. pag. 92. col. 2. &
in princ. colum. 3.* inquit hoc haberi in Pontificali
Roman. fol. 202. idque ſatis tutum eſt ſecundum
Couarr. *in Clement. ſi furioſus, 2. p. 1. §. 5. num. 5. de
homicid.* Tametſi tutius eſſe dicat, quod Inquiſi-
tores non traderent ſic damnatos iudici ſeculari,
ſed eos condemnarent coram iudice laico, atque
ita damnatos à propria iuriſdictione dimitte-
rent, vt denique ſtatim iudex ſecularis eos morti,
& igni traderet, ſicut Henric. notat *in cap. ad abo-
lendam, de heret.* quem ſequitur Ioann. Igneus *in
l. 1. §. cum domus, num. 37. ff. ad Syllan.* & Didacus
Perez *vbi ſup.* Probo tamen praxim prædictam,
nec tutius eſſe exiſtimo, quod præfatur Couarr.
quandoquidem ſi in eum finem Inquiſitores
damnare debent hæreticos in præſentia iudicis
laici, atque ita damnatos à iuriſdictione ſua di-
mittere, vt denique ſtatim iudex ſecularis eos
morti, & igni tradat, idem eſt, ac ſi ipſi eos tra-
derent iudici ſeculari morte afficiendos. Securior
igitur, vel ſaltem ita ſecuta videtur praxis com-
munis, ac illa opinio Henrici, & ſequacium:
non tamen probo quod videtur innuere, licet
tandem relinquat cogitandum Felin. *in cap. ad
abolendam de heretic.* & expreſſe probat Tiber.
Decian. *d. cap. 38. num. 24. fol. 232.* nempe, quod
etiam Eccleſiaſticus iudex poſſet damnare ad
mortem, & mandare ſeculari vt exequeretur, in-
terfici

terfici faciendo, nec ideo irregularitatem incurrere. Sed potius ſentio, & teneo contrarium, nempe, male facere mandando Eccleſiaſticum iudicem ſeculari vt exequatur ſententiam condemnati ad mortem per ipſum iudicem Eccleſiaſticum.

38 Late iuſtiſſimum autem eſt atque generali omnium conſuetudini conforme, vt impij igne comburantur, ſi nolint ad fidem Eccleſiæ redire, vt cum aliis latè probat D.Simanc. *in ſuis Catholic.inſtit. tit.49.num 45. cum ſequentibus, & in enchirid.titul.67.ex numer.1.* Couarr.*lib.var.reſolut. cap.*10.*num.*10.Meneſius *in l.tranſigere,num.98.C. de tranſaction.practic.* Iadoci,*cap.61. numer.58.* & alios plures referens Clarus *d.§. hæreſis, in verſ. ſed quæro*, Didac. Perez, *in l.1.tit.1.* in gloſſa,*cum animo pertinax, verſi. vlterius etiam dubitatur,co-*
39 *lumn. 21. & in l.3. titul.4. lib.8. pag.91. in verſic. eſt & alia pœna: vbi pag.92. verſic. quæri poteſt,* ait, idem eſſe ſeruandum, etiam ſi Hæreticus ſit nobilis, Menoch. *de arbitr. iudic. caſu* 374. *n.* 2. Rojas *ſingulari fidei* 91. Boſſius *in tit. de hæretic. num.*26.Bañez 2.2.*quæſt.*11.*art.*4.*pag.*653.*in verſ. ſed non tantum eſt*, & Petr.Cened. plures alios referens *in ſua collect.iuris Canon.*55.*num.*3.*pag.*186. *volum.*2.

40 Vbi quod hoc procedit poſtquam prius ſtrangulantur; nam ſi Hæreticus fuerit pertinax viuus comburendus eſt, & quod hæretici puniantur pœna ignis ex communi vſu teſtatur, & authoritatibus Sacræ Scripturæ probat late Tiber.Decian. 1.*tom.tractat.crimin.lib.*5.*cap.*42 *n.*4. *fol.*238. aduerſus Iaſ. *conſi.vltim.* 1.*volum. num.*3. tenentem pœnam ignis non infligendam, & ſatis eſſe quod gladio, & vltimo ſupplicio puniantur.

41 Tametſi nulla lege nominatim reperiatur indicta hæc pœna ignis Hæreticicis, nec iure canonico, nec etiam ciuili vſque ad Federicum ſecundum Imperatorem, qui Rex etiam Neapolitanus, qui anno Domini 1221. legem promulgauit, qua Hæreticos viuos iuſſit comburi, quæ ſic incipit, inconſutilem, & eſt prima in ordine conſtit. Reg. vbi late per Afflict.*num.*29 *in* 13 *notabil. & n.*57. 22. *notabil.* & etiam *num.*40. *in* 24. *notab.* Sed nihilominus quod præfata conſuetudo ſeruanda ſit tenent Doctores ibi à Decian citati, *in verſic. hoc autem, fol.*239 *col.*2. necnon & ſup. relati. ¶ Et Carol.V.Imperator ann.1540. legem promulga-
42 uit, qua Hæretici pertinaces ignis ſupplicio damnantur, reſipiſcentes autem gladio, mulieres vero putei inhumatione, vt refert Iadoc. *in praxi crim. c.*61. *n.*59.

43 Et prædictam pœnam ignis antiquiſſimam eſſe, & conſuetudinem præfatam non eſſe iniquam, ſed iuri diuino conſonam cum Simanc. *vbi ſup.* tenet etiam Azeued.*in d.l.*1.*n.*176. *cum ſe-*
44 *quenti titul.*3.*lib.*8.*nou.collect. Reg.* ¶ Vbi etiam ex Didac. Perez, quod prædicta pœna ignis non eſt omnibus Hæreticis infligenda, ſed illis tantum, qui vel relapſi ſunt, vel in ſua pertinacia, & impœnitentia, vſque ad prolationem ſententiæ perſiſtunt. Eandem pœnam ignis refert D. Ioan Vela *de pœnis delict.c.*14.*pag.*67.*in princ.*

Graui enim ſcelere implicantur ante Deum niſi reſipiſcant, damnationemque ſibi quæſiſſe
45 ſatis notum eſt, *cap.firmiter de Hæret.* ¶ Quod & indicant illorum verborum ſynonima, quibus ad eos prodendos & notandos vſæ ſunt ſacræ Scripturæ vocant namque eos *organa diaboli, vaſa iræ*, ad Roman 8. *fures & latrones*, Ioan.10. quia Verbum Dei furantur, & adulterant, vt ait Origen.*in Epiſtol.ad Roman.lib.*2.*cap.*2. *lupi rapaces*, Matth 7. *Antichriſti*, 1.Epiſtola D.Ioann. cap.2. *Pſeudoprophetæ* 1. Epiſtola D.Ioann.cap.4.Matth. 24.*ſeductores*, 1.Epiſtola D.Ioann. cap.1. *Pſeudo-Apoſtoli* 2. Corinth. cap. 11. vt deduxi ex Petro Gregor.2. *par ſyntag. iuris vniuerſi lib.*33.*c.*4. *num.*17.

Vnde Hæreticus morte æterna afficitur, cum 46
peccauerit aduerſus diuinam Majeſtatem, quam offendere grauiſſimum peccatum eſt, magis, quã humanam majeſtatem, *cap.vergentis*, & vbi gloſſa, *de Hæret.cap.clericis de immunit. Eccleſia in* 6. *&* 47
*in l. Gazaros, C. de Hæret.* ¶ Et quod peccatum hæreſis ſit grauius cæteris peccatis probat textus, *vbi Cardinal. in cap. quid autem num.*1. *&* 4. 24.*quæſt.*3. D.Thom.2.2.*quæſt.*34. *art.*2. Nauarr. *in man.cap.*11.*num.*14. Didac. Perez *in l.*1. *tit.*4. *lib.*8. *ordin. pag.*85. & hos referens Azeued. *in d. l.*1. *numer.*160. *&* 161. Accedat prædictis illud D.Ioann.cap.11.*ſiquis in me non manſerit mittetur foras, & areſcet* (ecce perſeuerantiam & pertinaciam, de qua ſup.egimus) *& colligent eum*: vide ibi iudicium ſeculare quod ſequitur, *& in ignem mittent & ardebit.* Ecce tandem pœnam mortis per ignem quemadmodum prædicta verba in propoſito expendit erudite Petr. Gregor. *vbi ſup. d. lib.*33. *cap.*7. *n.*2. pœna ignis etiam comprobari poteſt ex Diuo Ioann. *cap.*15. in quo Dominus noſter Chriſtus palmitem non ferentem fructum vult abſcindi, colligi & in ignem mitti, vt ardeat, itaque de conſuetudine pœna mortis eſt ignis, habuitque originem ex l. veteri, & l.Euangelica, vt vidimus & tangit Cantera *cap.*1. *de hæretic. Apoſtat.&c.num.*59, *pag.*418. & probat latiſſime Tiber. Decian *d.lib.*5. *cap.*40.*per totum.* Sed & Hæreticorum pœnas Canonicas, ciuiles & mixtas, necnon, & vltiones diuinas in Hæreticos diſſimulantibus Principibus, vel ferentibus, Dei iudicium manifeſtantes congerit curioſiſſime Pet. Gregor. *vbi ſup. cap.*8.*per totum*, & Tiber.Decian. *d.cap.*40. *cum ſequent.*

Cæterum ſi Hæreticus pœnitens ſit ac para- 48
tus redire ad fidem Eccleſiæ, & abiurare ſuam hæreſim, prout moneri ſæpe debet, & viris Religioſis & eruditis colloquentibus de ſtatu cauſæ, & animæ ſalute illi conſulendum eſt, etiam ſi ſit pertinax (non enim ſtatim in ignem mittendus eſt, ſed prius faciendum quod dicimus, nec protinus audiendus eſt, perire volens, ſed ſententia differri debet vt Hæreticus furor elangueat, vt docet Simanc.*d.tit.*46.*num.*49. & Clarus, *§.hæreſis, verſic.vnum tamen*, & Petr.Gregor.*d.lib.*36.*c.*6. *num.*2. & Azeued.*in d.l.*1.*num.*177.*&* 178.) euitabit pœnas iure Hæreticis impoſitas, eſt tamen ad perpetuos carceres condemnandus, *vt in cap. penult.§.*1 *de hæret.* Eſt communis, prout eam refert & probat Clarus, *in d.§.hæreſis, verſi.cæterum*, vbi quod hodie ſtatim pœnam poteſt ſuperior Eccleſiaſticus, & eam Inquiſitor commutare per *text.in cap.vt commiſſi, de Hæret.in* 6. ¶ Niſi eſſet 49
relapſus: tunc enim omnino eſt igne cremandus, etiam ſi vellet pœnitere, & ad fidem Eccleſiæ redire, quod de relapſo late probat Simanc. *tit.* 57. *n.*10. *cum ſequentibus.* ¶ Qui *num.*16. *&* 17. iure 50
probat, quod relapſo vere ad Eccleſiam, Deumque conuerſo, non denegantur Sacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, ſed tantum Extrema vnctio, & Eccleſiaſtica ſepultura.

Sed quod Hæretici etiam condemnati, ſi ſpon- 51
te redeant (dummodo non ſint relapſi) perpetuo carceri ſint mancipandi tenet cum Igneo Tiber. Decian.*vbi ſup.d.lib.*5.*c.*54.*n.*12.*fol.*259.*col.*1.Vbi quod



quod hæc videtur communis opinio ſecundum Igneum *in l.*1.*§.cum Dominus, n.*32. *cum pluribus ſequent. ff. ad Syllan.* & quod abſque dubio non ſunt eis denegenda Sacramenta, & debent in ſuis ordinibus continuare.

52 Praxis vero nimis frequens atque vſitata in ſacro Sancto Inquiſitionis foro verſatur, cum damnato ad perpetuos carceres poſt lapſum triennij Inquiſitorem generalem ſolitum eſſe diſpenſare: ſed ſi ad perpetuos & irremiſibiles carceres quiſquam fuerit condemnatus, ſi humilis & verus pœnitens apparuerit, lapſis octo annis diſpenſatur. Hodie vero loco perpetui carceris Hæretici ad triremes condemnantur, dummodo debiles aut ſenes non ſint: & huiuſmodi condemnatio ſit non ad minus tempus quam triennij, ne fiſcus propter expenſas plus incommodi, quam commodi ſecum afferat, vt refert Ioan. à Rojas *de Hæret.*2.*par.numer.*202.*cum ſequenti* dicens ita ſuperioribus annis per prudentiſſimos ſupremi Senatus Sacro Sanctæ generalis Inquiſitionis proceres maxima cum ratione decretum fuiſſe, idque iure communi, *cap.circumcelliones*.23. *q.*1. ibi, alicui vili operi deputentur, refert Azeued.*in l.*3.*&* 4. *num.*18. *&* 19.*tit.*3.*lib.*8. *nou. collect. reg.*

53 Si tamen Hæreticus in limine iudicij ante accuſationem confitetur, ad carcerem temporalem cum habitu pœnitentiali pro breui tempore eſt condemnandus: ſi vero poſt accuſationem, augenda erit pœna & pœnitentia. Qui vero poſt publicationem teſtium hæreſes confitetur ad perpetuum carcerem condemnandus eſt, quia præſumitur quod metu probationum confitetur, & talis confeſſio non caret ſuſpicione Inſtruct. Hiſpalen. *ann.*1484. *cap.*14. ita Rojas *de hæretic.* 2.*par. n.*197. *cum ſequenti*, quem refert & ſequitur, Azeued.*in l.*3.*&* 4.*n.*14.*tit.*3.*lib.*8.*nou.collect. reg.* de qua re videndus eſt etiam Salzed.in addit. ad Bernard Diaz *in practic.crim.cap.*136.*in nouis, in verſi.& licet in crimine fol.*466. *volum.*2.

54 Vbi quod qui ſponte ante propoſitam accuſationem ad Sanctæ Eccleſiæ gremium redeunt non debent perpetuis carceribus mancipari, nec illi, qui poſt capturam de ſe ipſis necnon de aliis, quos Hæreticos eſſe ſciunt, integrè pia mente veritatem fatentur: & quod poteſt etiam pro arbitrio Inquiſitorum prædicta pœna perpetui carceris condonari illis, qui ante publicationem teſtium redierint, ſecus ſi poſt publicationem teſtium redeunt, & tunc confitentur cum ſe conuictos eſſe intelligunt: nam tunc perpetuis carceribus ſunt recludendi, vt inquit eſſe ſancitum in inſtructione Hiſpal.*cap.*8.*&* 11. referente Siman. *titul.*16. *num.*17.

55 Illa tamen quæſtio anceps, & controuerſa eſt in propoſito, an quando hæreticus non relapſus ante ſententiam pœnitere, & abiurare paratus eſt, non modo euitet pœnam mortis, ſed etiam confiſcationem bonorum, ipſo iure à die commiſſi delicti impoſitam? Et euitatorum eam quoque, ſcilicet, confiſcationis bonorum, eſt magis communis ſententia, quam atteſtatur Pariſ. *conſil.*2.*num.*189. *& ſequenti lib* 4. ſecundum Iulium Clar. *in §.hæreſis, in verſi.ſed quæro* ibi, & nota, & inquit Pariſ.*vbi ſup.* quod hæc eſt opinio æquior, humanior, & communiter recepta, & quod de miſericordia ſaltem bona ſunt huic reſtituenda, & quod eſt ſequenda, quia eſt magis pia, æqua ac mitis, & talis æquitas ſcripta habetur *in cap. vergentis cum ſimil. de hæret.* quo extante iudex procedere debet ſecundum æquitatem informatam à iure, & quia naturalis & diuina iuſtitia indicant dictam reſtitutionem fieri. Sequitur Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. num.*296. & Archiepiſcopus Tolet.Mirand.*in* 4. *Concil.Tolet.canone* 59. & Tiber. Decian. 1.*tom.tractat.crimin.lib.*5.*cap.*44.*num.*10. vbi alia in propoſito vtilia adducit, idem Tiber. Decian.*d.lib.*5.*c.*54.*n.*5.*&* 9 vbi quod oportet vt in ſententia expreſſe dicatur, quod recuperet bona & ea recuperet, & ad ea reſtituatur, & vt in *d. cap. vergentis*, & tenent Cardin. & alij, quos ibi citat, & tandem diſtinguit, & cum Pariſ. *vbi ſup.* eandem ſequitur, Communem & æquiorem eſſe refert Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin.* 1.*parte, tit.de delict.& pœn.q.*25.*num.*16 vbi etiam diſtinguit: eandem ſententiam pluribus comprobat Roland. à Vall. *conſi.*63. *num.*24. *cum pluribus ſequentibus, volum.*3. cui ſe ſubſcripſit Marc.Ant. Nata.

Contrarium tamen in hoc verius & tenen- 56
dum eſt, nempe, vt hæreticus quamuis ſpontè, & ante ſententiam ad fidem Catholicam velit redire, & recipiatur gremio Eccleſiæ, non ob id euitet publicationem bonorum, vt tenent Anton. Imola, Abb.*in d.cap.vergentis, num.*2. Dominicus *in c.accuſatus, §.ſi vero, n.*5. *& in d.c.cum ſecundum leges in* 4. *&* 5. Grilland *de hæret. q.*6. Brunus *de hæret.lib.*5.*cap.*6. D.Simanc.*de inſtit. Catholic.titul.*47.*num.*15.*cum ſequentibus*. Et eſt communiter recepta, vt ex eodem Simanc. (ſed in meo libro eum non inuenio in loco, in quo eum citat, nempe *cap.*9.*num.*8.) teſtatur Rojas 1.*parte de hæretic. num.*119. *&* 2.*p. n.*190.*cum ſequentibus, & n.*198. vbi etiam citat eundem Simanc. dicentem quod ita communiter ab omnibus Inquiſitoribus ſeruatur, & alios, necnon & inſtructionem Hiſpalenſ. & aliam Cordub. increpatque Iulium Clar. quod falſo *vbi ſupra*, referat eſſe communem opinionem contrariam. Hanc ſecundam ſequitur etiam Azeued.*in d.l.* 3.*&* 4.*num.*15. & inquit Rojas *in d.*1.*p.num.*120. Quod hanc opinionem tanquam iuri & rationi conſonam paſſim in iudicando ipſi Inquiſitores ſequuntur contra Clarum, & Archiepiſcopum Tolet. *vbi ſup.* quia cum bona Hæreticorum ſint ipſo iure confiſcata, illud ius fiſco quæſitum per pœnitentiam & reconciliationem non tollitur, *l. nec damnoſa, C. de prec. Imper.offer.l.fin. C.ſi contra ius vel vtilit. public.* & ita practicatur ſecundum Canter. *in quæſtionibus crimin.cap.*2.*de hæret.&c.ſub n.*18. *pag.*397.*col.*1. *in princ.* & tenet Don Ioan Vela *de pœnis delict.d. cap.*14.*pag.*65.*in princ.* ſequitur D.Thom. Sanch. *in ſum.c.*14.*n.*12.*lib.*2.

Quando vero hæretici conuertuntur intra tẽ- 57
pus, quod gratiæ vocant (& declarat Alphonſ. à Caſtro *lib.*1.*de iuſta hæret.punit.c.*22.*in verſ.ſolent enim Inquiſitores eſſe*, ſcilicet, quando hæreticus comparet coram Inquiſitoribus intra terminum ab eis aſſignatum edicto publico ad recognoſcẽ- 58
dum ſuum errorem, & Tiber.Decian. *d.l.cap.*54. *n.*3.) tunc priuilegio Principis bona non auferũtur ab eis, *d.c.vergentis, de hær.*1 *inſtruct.c.*3.*& c.*7. Felin.*conſ.*10.Brunus *conſ.*5.*de hæret.c.*6 & hos referens Simanc.*de inſtit. Catholic.tit.*47. *n.*16. vbi *n.*17. quod hoc amplius conſtituerunt Reges Catholici, vt ij, qui ad rectam fidem redeunt, intra tempus ab Inquiſitoribus præfinitum bona omnia perinde recuperare, & diſpenſare queant, ac ſi nunquam in hæreſim incidiſſent, excepto ſi bona immobilia alienare voluerint: id enim prohibentur facere ſine decreto Principis, ne bonis omnibus venditis ad Religionis hoſtes transfugiant, 2.inſtructio, *cap.*5.

Dubium

Dubium tamen maximum eſt, quouſque admittatur hæreticus ad pœnitentiam? In quo plures opiniones referunt Doctores infra citandi: vnam Ioan. Andr. Abb. & Anan. *in cap. excommunicamus 1. §. 1. de hæret.* & aliorum tenentium hæreticum pœnitentem Eccleſiæ gremio excipiendum eſſe, etiam poſt ſententiam diffinitiuam, donec tradatur Curiæ ſeculari, quia quandiu eſt ſub Inquiſitorum manu, tamdiu videtur eſſe locus pœnitentiæ, & miſericordiæ. Et hæc opinio eſt mitior, & magis communis ſecundum Boher. *deciſ. 343. n. 3. & 4. practic.* Carrer. *fol. 642. poſt numerum 159.* & inquit Boſſius *in tit. de foro compet. poſt num. 137. & de Hæret. num. 20.* quod ita ſeruatur, & alias obſeruatum fuiſſe inquit Cardin. *in cap. ad abolendam, col. 1. de Hæret.* & ſecundum eam conſuluit Bertrand *conſ. 211. lib. 2. in 1. part.* de eadem obſeruantia teſtatur Clarus, qui præd. refert *d. §. hæreſis, verſi. ſed vſque,* & refert plures authores huius opinionis, eam communem eſſe profitetur, & Boher. *vbi ſupra,* Rojas *de hæretic. 2. parte num. 192.* & Azeued. *in d. lib. 3. & 4. num. 11. tit. 3. lib. 8. nou. collect. reg.* Eandem ſequitur plures allegans, & dicens quod eam approbant omnes Tiber. Decian. *1. tom. tract. crim. lib. 5. c. 39. num. 3. fol. 233.*

60 Loquens in his, qui ſemel tamen lapſi ſunt: vbi ex directorio Inquiſit. *in 3. parte* plus dicit, quod ſi poſtquam hæreticus eſt traditus ſeculari, & vt ad ignem ducitur, alicuius pij viri adhortationibus reſipuerit, poterit vt pœnitens recipi, & pœna ignis commutari in murationem, vel aliam ſimilem. Et tandem ſuperiorem ſententiam ex Campeg. aſſerit eſſe conſuetudinem ex longo tempore, & communiter approbatam, & melius latiuſque idem Tiber. Decian. *vbi ſup. c. 54. n. 3. per totum, fol. 238.* vbi reſoluit, quod licet de rigore iuris verior & magis communis opinio ſit, vt vſque ad ſententiam admittatur, poſt autem non, de æquitate tamen (niſi aliæ circunſtantiæ obſint) & de miſericordia hodie etiam poſt ſententiam admittitur pœnitentia: & quod ita obſeruatur de conſuetudine, vt per Doctores quos ibi citat. Et quod eam ſententiam ipſe quoque abſolute ſequitur, arbitrio tamen iudicis, qui perpendet diligenter an talis pœnitentia ficta ſit, vel ſuſpecta ſecundum qualitatem perſonæ, & ſi credit eum ex corde contritum pœnitere, & hoc ſibi certum eſſet, poſſet etiam poſt condemnationem, imo & dum ad ſupplicium duceretur, commutare pœnam mortis in incluſionem muro, vt ex eo tradit Campeg. in addit. ad Zanchin *de hæretic. c. 16. in addit. 6. in fi.*

61 Sed hanc opinionem reprobat Simanc. *d. titul. 47. n. 37. ſimiliter, & numeris ſequentibus,* vbi refert aliorum opinionem tenentium hoc tempus in arbitrio iudicum non eſſe, vt modo retulimus ex pluribus relatis per Decian. *vbi ſup.* & iterum in Enchirid. *tit. 58. n. 16. & 17.*

62 Quare ipſe Simanc. *d. tit. 47. n. 40.* inquit, proſiliens in tertiam opinionem, ſapienter decreuiſſe maiores noſtros, vt Hæretici pœnitentes vſque ad ſententiam diffinitiuam admitti poſſint, nec deinceps veniæ aut clementiæ locus ſit, citatque nonnullos huius opinionis authores, & præſertim illam bene probat Alphonſ. à Caſtro *lib. 1. de iuſta hæret. punit. cap. 22. in verſi. ſed his omiſſis,* & Rojas *vbi ſup. 3. parte n. 192.* dicens de hac re eſſe inſtr. Hiſpalenſ. c. 12. & nouiſſime aliam Mantuæ Carpentan. vulgo *Madrid,* ann. 1561. Et *n. 193.* addit quod ſi in publico actu fidei Hæretici negatiui conuertantur, eorum conuerſio ficta, & ſimulata præſumitur, & quod metu mortis potius quam fidei Catholicæ zelo conuertuntur, & quod ob id raro, aut nunquam huiuſmodi conuerſio admittenda eſt, niſi vrgentiſſimæ cauſæ ſubeant, veluti ſiquis multis lacrymis, & ſignis ſuos confiteatur errores, non ſolum de quibus eſt accuſatus, ſed etiam de aliis, & detegat alios complices præſertim perſonas ſibi coniunctas & dilectas: & quod ex his & aliis, quæ Inquiſitorum fidei & arbitrio relinquuntur, vera vel ficta conuerſio perpendi poteſt, & quod ita dicta inſtructio Mantuana intelligenda eſt. Eandem tertiam ſententiam tenet alios allegans Petr. Zened. *in ſua collectan. 55. n. 7. pag. 187. col. 2.* & inquit Tiber. Decian. *d. c. 54. num. 3. ad fin.* ex Simanc. *vbi ſup.* quod ſtylus Hiſpaniarum tenet, quod vſque ad ſententiam admittatur hæreticus ad pœnitentiam. Et hæc ſententia apud nos obtinuit, vt conſtat ex prima inſtructione Hiſpal. *c. 12.* vt affirmat Don Ioan Vela *de pœn. delict. d. cap. 14. verſic. aduertat, pag. 64.*

63 Vnde non eſt tenenda alia opinio Abbatis *in d. cap. ad abolendam, n. 5. de hæretic.* qui per textum ibi: Si continuò poſt deprehenſionem erroris ſponte redierint, &c. à contrario ſenſu notat, quod ex interuallo non ſit admittendus Hæreticus ad pœnitentiam. Cuius opinionem communem eſſe aſſerit Paul. Girlland. *de hæret. q. 5. ſed falſo* ſecundum Rojas *vbi ſup. d. n. 192.* quia præcedens 3. ſententia eiuſdem Abb. eſt, quæ communis eſt, & tenenda in praxi, vt vidimus.

64 Quod ſi ſponte hæretici voluerint reſipiſcere, cogendi ſunt ad fidem quam amiſerunt recipiendam per rerum ſuarum ſubtractionem, *cap. poſt me, & capit. quo iure 8. d. cap. ipſa pietas, 23. q. 4. & cap. qui peccat,* ibidem: & per corporalem animaduerſionem, *can. nimirum,* & canon diſplicet cum ſequenti, *23. q. 4. can. 1. 2. q. 3. & 23. q. 5.* Sunt enim de numero eorum, quos Deus per vias & ſepes iuſſit compelli in Regnum Dei intrare, Lucæ 14. ſic D. Auguſtin. *Epiſtola 40. & 50.* non tantum manſuetudine, ſed & ſeueritate reducendos putat. Nec enim aliena videri debet ſeueritas ab officio paſtorali, ſi vt ſaluas conſeruet animas Deo, flagellis ad ouile redire inuitas cogat errantes, paratus vlciſci omnem inobedientiam, vt ait Paul. *2. Corinth. 10.* ab illius namque manu exquirendæ ſunt oues, quæ perierint, à Deo, Ezechiel 34. vt late proſequitur Petr. Gregor. *vbi ſup. d. lib. 33. cap. 6. num. 5. cum ſequentibus,* vbi late & luculenter ſoluit argumenta, quibus quidam Hæreticis, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ frena laxarunt, & impunitatem conceſſam incendio ſere inextinguibili Gallias vtraſque depopulati ſunt, dicentes non eſſe ad fidem hæreticos cogendos, quæ & refert Brunus *de hæretic. lib. 3. cap. 3.*

65 Quod ſi hæretici pertinaces perſeuerent, tolluntur ex forma præſcripta à Deo, dum ait per Ioan. *cap. 11.* Siquis non manſerit in me mittetur foras: ecce excommunicationis pœnam, de qua eſt textus *in cap. excommunicamus, in princip. & in cap. ad abolendam, de hæret. cum ſimil.* gloſſ. & communis *in clem. 1. de ſent. excomm.* & quotannis à Pontifice Maximo hæretici excommunicantur.

66 Quamobrem ab inferiori abſolui non poſſunt, niſi alicui ſpecialiter commiſſum ſit: qua ratione Inquiſitores Apoſtolici, & Epiſcopi Hæreticos pœnitentes abſoluunt, *d. cap. excommunicamus, de hæret. & d. cap. ad abolendam, & lib. 6. cap. vt officium,* & per Bullam *in cœna domini,* hodie ipſe





Roman. Pontifex committit Inquiſitoribus, vt ipſi tantum poſſint abſoluere, vt præd. referunt & probant D. Simanc. *de inſtit. Catholic. tit. 3. num. 1.* & Cantera *in ſuis quæſtionibus criminal. cap. 1. de hæret. apoſt. &c. num. 7. pag. 367.* & Azeued. *in d. l. 1. num. 145. cum ſequenti, tit. 3. lib. 8. noua collect. reg.*

67 Quo fit vt Confeſſarij electi à pœnitentibus, vt ſacras confeſſiones audiant, quamuis ex clauſula generali diplomatis, ſiue Bullæ Apoſtolicæ, à multis criminibus abſoluere poſſint, Hæreticos tamen abſoluere nequeunt, quia id ſpecialiter Inquiſitoribus reſeruatum eſt: nec veriſimile id generaliter eſſe conceſſum, quod ſpecialiter denegaretur. Nec enim probabile eſt, Pontificem Maximum tot legibus in fidei fauorem latis tam facilè derogare voluiſſe, *cap. in generali, de reg. iur. lib. 6. l. ſi quando, Cod. de inofficioſo teſtamento:* ita D. Couar. *in c. Alma mater, 1. part. §. 11. num. 15. per totum, de ſentent. excommun. lib. 6.* Simanc. *d. tit. 3. num. 2.* Didac. Perez *in l. 3. tit. 4. lib. 8. ordin. pag. 85. verſic. vtrum.* Rojas *de hæret. 2. part. aſſertione 39. de priuileg. Inquiſit. num. 416.* vbi inquit hoc hodie plenius declaratum eſſe per Motum proprium Pij V. datum Romæ 3. Kalend. Februar. ann. 1572. & Nau. *in Manual. Latin.* edito Valliſolet. anno 1588. *cap. 22. num. 255.* & Azeued. *in d. l. 1. n. 145.* quamuis Dominic. à Soto *in 4. diſtinct. 22. quæſt. 4. art. 3.* diſſentire quodammodo videatur. Cui ſententiæ ad hæret. nouiſſimè Tyber. Decian. *1. tom. tract. crimin. lib. 5. cap. 21. num. 16. fol. 212.* quia extrauagans Sixti IV. id expreſsè prohibens incipien. *& ſi dominici,* in deſuetudinem abiit. Sed falluntur profectò: *Y aunſi ſe declara oy dia expreſſamente en las Bulas de la Cruzada, que no puedan por virtud della abſoluer los confeſſores del crimen de la Heregia,* quod & latè probat Emanuel Rodriguez *in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 7.* & nouiſſimè Henriquez *in ſua Summa Theolog. moral. lib. 3. c. 16. num. 2. pag. 445.* vbi limitant niſi particulariter & diſtinctè hoc concedatur in Bulla, vel Iubilæo, & plures citans Petr. Zened. *in ſua collectan. iuris Canonic. 103. ſuper*
68 *cap. excommunicamus el 1. de hæret. num. 3.* § Vbi etiam, quod in articulo mortis abſolui poſſunt hæretici abſque Bulla, vel priuilegio, à quocumque Sacerdote citans nos ad hoc, & alios plures. Quod intelligendum eſt ſi Epiſcopi & Inquiſitores deſint, vt in Concil. Arauſicano, *cap. 2.* his verbis decretum eſt: *Hæreticos in mortis diſcrimine poſitos, ſi Catholici eſſe deſiderent, ſi deſit Epiſcopus a Preſbyteris cum chriſmate & benedictione conſignari placuit, c. his qui tempore cum ſequenti, 26. quæſt. 6.* Concil. Trident. *ſeſſ. 14. cap. 7.* ita Simanc. *d. tit. 3. n. 3.* & Azeued. *vbi ſuprà, in d. l. 1. num. 145.*

69 Quinimo etiam abſolui & Eccleſiæ reconciliari poſſunt poſt mortem ij, qui abſolutionem petierunt, & ſigna pœnitentiæ oſtenderunt, & per eos non ſtetit quominus abſoluerentur, *cap. à nobis el ſegundo de ſententia excommunic. 4.* Concil. Carthagin. *cap. 76. cum ſequenti,* Gerſon *in tractatu de abſolut. defunct.* & Simanc. *dicto titul. 3. num. 4.*

70 Parochus autem, aut alius Sacerdos, cum Hæreticus in ſacro pœnitentiæ foro errores ſuos ei fatetur, nec abſoluere eum poteſt, nec eum prodere debet ſuadeat ei vt conſulatur generalis Inquiſitor, qui pro qualitate cauſarum arbitrio Senatus iuriſdictionem Sacerdoti mandare poterit, eo magis quod abſolutio illa in foro pœnitentiæ nihil obſtat eorumdem criminum cognitioni forenſi: ita Simanc. *vbi ſuprà, num. 5.* Hoc tamen cautè faciendum eſt, ne crimen occultum, & in confeſſione detectum, eiuſque autor pandatur, & publicum fiat.

71 Hodie autem Epiſcopi abſoluere poſſunt occultos hæreticos in foro conſcientiæ, poſita pœnitentia ſalutari, & id gratis facere debent per ſe ipſos, non per Vicarios, vt in Concil. Tridenc. *expreſsè cauetur ſeſſione 24. capite 6. de reformatione, incip. liceat Epiſcopus, &c.* refert Simanc. *vbi ſuprà, num. 6.* & Tyber. Decian. *vbi ſuprà, n. 16. ad finem.*

72 Nauarrus tamen *in Manual. Latino, cap. 27. num. 271. verſic. 15.* exiſtimat hodie derogatum eſſe huic decreto Concil. Tridentin. per Bullam in Cœna Domini, quotannis legi ſolitam: in ea namque caſu 22. anno 1581. lata inquit Gregorius XIII. Cæterum à prædicta ſententia nullus per alium quam per Roman. Pontif. niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita abſolui poſſit, etiam prætextu quarumcumque facultatum & indultorum, quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus & quarumuis Ordinum, etiam mendicantium, & militiarum Regularibus, etiam Epiſcopali, vel alia meliori dignitate præditis, ipſiſque ordinibus, &c. ac cuiuſuis Concilij decretorum, verbo, literis, aut alia quacumque ſcriptura in genere, & in ſpecie conceſſorum & innouatorum, ac concedendorum & innouandorum. Quo fundamento opinionem Nauar. *vbi ſuprà,* probabiliorem exiſtimauimus, *d. lib. 1. cap. 13. canon. quæſtionum, num. 28. & num. fin.* adducentes Pium V. & Gregor. XIII. Summos Pontifices idem reſpondiſſe, vt accepimus à viro religioſiſſimo & fide digno, & teſtatur Nauar.

73 Poſt hæc autem Sixtus V. ſucceſſor Greg. XIII. in Bulla in Cœna Domini addidit: Niſi hi caſus in illis litteris expreſsè comprehendantur. Quo extante indubium videtur, quod decretum Concil. Trident. incorrectum & in ſuo robore remaneat: ſicque licebit Epiſcopis vti prædicta facultate Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 6. in fin.* vt voluit idem Nauarr. *in editione anno 1584. num. 260. & 275.* & melius Eman. Rodr. *in explicatione Bullæ Cruciat. §. 9. num. 7.* & latiſſimè plures alios citans & bene probans Henriquez *vbi ſuprà, c. 14. n. 7. lit. M. pag. 439. & c. 13. n. 1. pag. 444.* & nouiſſimè idem probat cum aliis Candelabr. aureum ſeptem Sacram. *in tit. de abſolut. n. 13. pag. 134.* & voluit idem Nauar. *conſ. 15. de ſententia excommunicat. n. 1. & 2.* & Petr. Cened. *vbi ſupra, num. 3. in fin.* & ita aduertimus *in 2. edit. can. quæſtionum Matriti facta ann. 1597.*

74 Hæreticus autem mentalis tantum per Confeſſarium poteſt abſolui, cum hæc mentalis hæreſis, quæ exterius non prodiit, non ſit punibilis ab Eccleſia, nec habeat cenſuram annexam, Simanc. *tit. 42. n. 11.* diximus *lib. 1. canon. quæſtionum cap. 13. num. 28.*

75 Quod autem hæretici mentales non incurrant ſententiam excommunicationis eſt communior, & rationi magis conſona, vt latè ibi probauimus *numero tertio, quarto & quinto,* & etiam Didacus Perez, *in l. 3. titul. 4. lib. 8. ordinament. pag. 83. colum. 2. & pag. 84. colum. 1.* & prius *in l. 1. tit. 1. lib. 1. col. 34.* quidquid nouiſſimè aliud velit Cantera *in quæſtionibus crim. cap. 1. de hæret. num. 8. per totum.*

76 Supereſt igitur ex ſupradictis in hac quæſtione,

quod lex noſtra Regia 1. *titul.3. lib.8. nou. collect.* reg. tantum agit de pœna confiſcationis omnium bonorum hæretici. Circa cuius intellectum in hoc agemus *in quæſtionibus ſtatim ſequentibus*, illo tantum hic animaduerſo, quod hæc pœna imponitur illi, quem Eccleſia iudicat pro vero hæretico, non vero illi, quem Eccleſia iudicat pro hæretico præſumpto: huic namque non imponitur pœna confiſcationis bonorum, ſed abiuratio de leui vel vehementi ſecundum qualitatem præſumptionis, vt in capite vergentis, *& in cap. excommunicamus, §. damnati, de hæret. & in cap. cum ſecundum leges, de hæret. in 6.* vbi pro vero hæretico publicantur bona, non pro ſuſpecto hæretico.

77 Quod intelligit Cantera *in ſuis quæſtionibus crimin. cap. 1. de hæret. apoſt. &c. num. 54. pag. 412.* quando Eccleſia propter illam ſuſpicionem non iudicat illum hæreticum, ſcilicet, quando eſt negatiuus: nam ſi Eccleſia iudicaſſet illum hæreticum, vt quando eſt conuictus, & ipſe negatiuus, tunc profecto confiſcarentur eius bona, vt *in cap. ad abolendam, de hæret.* Suſpecto etiam tantummodo de hæreſi non publicantur bona, *capit. accuſatus, §. porro. de hæret.* vt cum Zanchin tenet Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin. 1. tom. q. 10. num. 40.*

## SVMMARIVM.

1 *Iura & actiones an comprehendantur in confiſcatione bonorum hæretici, & à quo tempore, per totam quæſtionem, & num. 9. cum ſequentibus.*

2 *Filiis Catholicis hæreticorum an relinquantur bona parentum, vel alimenta, aut legitima, & an filiæ eorum ſint dotandæ per fiſcum, & numeris ſequentibus. Et quid in crimine læſæ Maieſtatis humanæ? n. 5.*

10 *Bona hæretici occulti an confiſcentur?*

11 *Pretium an reſtituatur ei, qui bona fide contraxit cum hæretico occulto? vbi plures referuntur, & diſtinguntur, atque declarantur.*

12 *Bona alienata ab occulto hæretico reuocantur, quæ in fraudem fiſci paulo ante alienauerit, vt in exemplis de quibus hic.*

13 *Confeſſio ſola hæretici occulti in probatione temporis, ex quo incidit in hæreſim, emptoribus, & creditoribus nocere non poteſt, niſi teſtibus comprobata ſit.*

14 *Hæreticus occultus quoad forum fori eſt capax legati alimentorum, vt hic.*

---

### *An in confiſcatione bonorum iura, & actiones comprehendantur, & à quo tempore?*

*In eandem l. primam.*

## QVÆSTIO XXXIV.

1 QVÆRO etiam an in confiſcatione bonorum hæretici iura, & actiones comprehendan-
2 tur, & à quo tempore? Et quoad primum, ¶ quod in publicatione bonorum mobilium & immobilium non veniant iura & actiones, teſtatur communem ex Ario Pinelo Iulius Clarus *in practic. crimin. quæſt. 78. in verſic. ſucceſſione quæro* qui illum ſequitur dicens, quod ex introducta eſt practica illius prouinciæ, vt in ſententia confiſcationis apponantur etiam illa verba, iurium & actionum & nominum. Eamdem ſequitur & probat, & communem dicit ſupra dictos & alios allegans Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin. 1. parte de delict. & pœn. quæſtion. 25. numer. 109.*

Sed in crimine hæreſis contrarium probat 3
D. Simanc. *de inſtitut. Catholic. tit. 9. numer. 7.* dicens quod bona omnia hæreticorum mobilia, immobilia, & mouentia, iura quoque & actiones, & iura ſepulchrorum ipſo iure publicantur, cap. cum ſecundum leges *de hæret. lib. 6. l. bonorum, & l. mouentium, ff. de verbor. ſigni. l. 1. §. interdum, ff. de ſuis & legit. hæred.* & ſequitur ad literam D. Azeued. *in d. l. 1. numer.* 180. & alios allegans Thom. Sanch. *in ſum. lib. 2. cap. 14. num. 3.* Vnde Simanc. *per totum illum titulum* plura hinc adducit, quæ publicantur Hæretico, & alia plura, quæ non publicantur, de quibus ibi per eum: & de iuribus conditionalibus vltra ipſum agit bene Farinac. *in quæſtionibus crim. 1. tom. de delict. & pœn. quæſtionibus 25. num. 142. cum ſequentibus*, & Peregrin. *de iure fiſc. lib 5. titul. 1. num. 77. & 93. cum ſequentibus*, qui *num. 84. cum pluribus ſequentibus* latiſſime agit de iuribus, & obligationibus quæ tranſeunt in fiſcum propter crimen hæreſis, quæ non tranſeunt à *num. 91. cum ſequentibus.* Quoad ſecundum, à quo tempore bona hæreticorum publicentur, vltra Sanchez *vbi ſupra*, num ab eo die, quo in hæreſim inciderunt, vel poſtea? lex etenim Pontificia nihil aliud ait, quam quod bona Hæreticorum ipſo iure confiſcata ſint, vt *in d. cap. cum ſecundum leges.* Et cum text. ille non diſtinguat, innuit 4
id procedere etiam ſi Hæreticus habeat filios Catholicos: licet enim bona Hæreticorum filiis eorum Catholicis relinquebantur, *l. Manichæos, & l. cognouimus, C. de hæret. l. 2. titul. 26. part. 7. in verſic. otro ſi decimos, & l. 7. titul. 7. part. 7.* Quod quidem iuſtius eſſe aiunt quam id, quod hodie conſtitutum eſt, horum benignus affectus laudandus quidem eſt. Expedit tamen Reipub. vt filij quoque hæreticorum egeſtate laborent. Merito igitur antiqua iura (nempe lex *Manichæos, lib. cognouimus, Authent. idem eſt, C. de hæret. & cap. Iudæi 1. quæſtionib. 4.*) ſunt abrogata, quamuis non deſint qui putent ea hodie ſeruanda eſſe, cuius ſententiæ eſt Ioann. Anibal. *in l. poſt contractum, numer. 377. ff. de donat.* Verum opinio eorum communiter damnata eſt, ſecundum Simanc. *tit. 9. numer. 4.* & contrarium probat text. *in authen. Gazaros, C. de hæret. & cap. vergentis, de hæret.* & ibi gloſſa communiter approbata, & tenet etiam gloſſa expreſſa *in d. cap. cum ſecundum leges verbo ipſo iure*, ibi: & puto ſimilis *in ſumma 23. quæſtione 7.* quam vltra ordinarios ibi approbat Repertor. Inquiſit. *verbo confiſcatio, §. filiam nepotis.* Sequitur Angel. de Clauaſ. *in ſumma, verbo hæreſis, §. 7.* Sylueſter *eodem verbo hæreſis el primero, quæſtion. 8. verſic. 3. pœna* idem *in verbo, legitima*, ſequitur Palat. Rub. *in rep. cap. per veſtras, de donat. inter vir. & vx. in 3. notabil. §. 13. numer. 14.* Eſt communis ſecundum Iul. Clar. *§. hæreſis, in verſic. & ſcias*, & eam bene probat Simanc. *vbi ſuprà, cum numeris ſequentibus*, communem etiam eam teſtatur Didac. Perez, *in dict. lib. 1. titul. 1. lib. 1. ordinam col. 33.* & de conſuetudine ſeruatam, & ita practica





practicatur ſecundum Canter. *vbi ſupra, num. 14. pag. 573. colum. 2. in princip. & num. 20.* vbi eam ſequitur, probat & defendit, ac communem profitetur, communem etiam dicit Iulius Clar. *§. hæreſis num. 4.* Rojas *de hæret. 2. part. aſſertione 6. num. 191.* Azeued. *in d. l. 1. num. 217. & 218.* ſequitur & ampliat pluribus modis Tyber. Decian. *1. tom. cap. 45. num. 2. & 3. & numeris ſequentibus* pluribus modis limitat: eſt etiam communis ſecundum Farinac. *in ſuis quæſtionibus crim. 1. part. q. 24. num. 44.* Et in hoc ſeruandum eſt prædictum ius Canonicum, non vero leges Partitarum, vt late probat Gregorius Lopez, *in d. l. 7. tit. 7. partita 6. gloſſa 1.*

5 Quod & in crimine læſæ Maieſtatis humanæ locum habet, vt aduerſus Budæum & Igneum cum aliis probat Simanc. *vbi ſuprà, n. 6.* affirmat Farinac. *vbi ſuprà, n. 47. per l. quiſquis, § filius, C. ad l. Iul. Mai. auth. bona damnatorum, in fin. C. de bon. proſcript.* & probatur iure Regio *in l. 2. tit. 2. & in l. 9. tit. 31. p. 7.*

6 Inquit tamen Cantera *vbi ſuprà, num. 28. in fin.* quod vidit ex miſericordia per Inquiſitorem generalem, & Conſilium Inquiſitionis fuiſſe cautum, vt filiæ cuiuſdam hæretici dotarentur ex bonis confiſcatis patris: & quod ſic fuit bis factum tempore, quo fuit Inquiſitor. Imo & ſute idem cum aliis probat dicens eſſe communem opinionem Peregrin. *de iur. fiſci, lib. 5. titul. 1. num. 76.* & latius Farin. *d. quæſt. 24. num. 46. cum communi, & num. 47.* amplias vt procedat etiam in crimine læſæ Maieſtatis ſecundum communem.

7 Similiter D. Simanc. *d. titul. 29. num. 12.* inquit, maiores noſtros quodam inſtructionis capite decreuiſſe, vt filij hæreticorum impuberes, qui priuati fuerint parentum bonis, educentur, & alantur cura Inquiſitorum apud aliquos viros Catholicos & religioſos, qui eos fidem Catholicam doceant, vt in prima inſtruct. Hiſpal. *cap. 11.* Lupus Senior *in tractat. de hæreſ. cap. 18.* & Lup *in cap. per veſtras, §. 72.* & Corraſ. *in l. qui liberos num. 62. ff. de rit. nupt.* Quemada *quæſt. 24.*

8 Imo indiſtincte, quod onus liberos alendi, vel etiam vxorem inopem, in fiſcum ſucceſſorem in bonis publicatis tranſeat, tenet & probat cum communi Beccius *conſil. 8. per totum*, & cum aliiſque referens Peregrin. *vbi ſuprà, num. 75. & 76.* vbi tandem inquit, quod in hoc negotio Curiarum conſuetudines ſunt expendæ, & attendendæ. Filio autem orthodoxo, & fidei proculdubio pater hæreticus, Iudæus, vel Infidelis tenetur exhibere alimenta, *lege cognouimus, §. ſed ne videamur, Cod. de hæretic.* & ibi Salicet. probat late plures allegans Petrus Surdus *de aliment. tit. 1. quæſt. 4. per totam*, vbi quod eadem ratione tenetur dotare filiam, quæ ſit ad fidem conuerſa. Imo & quod talis filius ad fidem conuerſus poteſt compellere patrem adhuc viuentem ad conſignandam ſibi legitimam, vt *ibi* late probat cum Anania contra Ioannem Licirier.

9 Sed redeundo ad quæſtionem ſecundam principalem prædictam à quo ſcilicet tempore bona hæreticorum confiſcentur, communi omnium conſenſu receptum eſt vt exemplo eius, qui crimen læſæ Maieſtatis humanæ commiſit, de quo *in l. fin. C. ad l. Iuliam Mai. & d. l. 2. tit. 2. p. 7.* à die commiſſi criminis bona hæretici omnia publicentur, vt teſtatur D. Simanc. *d. tit. 9. n. 21.* & tenent omnes ſcribentes *in dictum c. cum ſecundum leges*, & Cantera *vbi ſuprà, num. 14. cum ſeqq.*

Hinc plura efficiuntur, quæ deducunt & latius proſequuntur Simanca & Cantera *vbi ſuprà*, concernentia prohibitionem alienationis bonorum ab hæretico faciendæ, atque ipſorum adminiſtrationem ex die commiſſi criminis. ¶ Si tamen crimen hæreſis ſit omnino oc- 10
cultum, & ſic mentale, quod exterius non prodiit, vel ſi prodiit omnino non poteſt probari, bona prædicta non confiſcantur, vt probat Cantera *vbi ſuprà. num. 18.* Tametſi Burſar. *conſil. 289.* contrarium ſenſerit plures allegando, quem ſequitur Petrus Surdus *de aliment. titul. 9. num. 8.* vbi quod ita à paucis menſibus citra, Senatus ille Mantuanus iudicauit, & quod ſic etiam ſeruant hæreticæ prauitatis Inquiſitores, vt ſibi ſuper eo facto interroganti reſpondit quidam Ciuitatis Inquiſitor. Facit etiam ſecundum ipſum ibidem, *numero tertio*, quia Hæreticus occultus non minus amittit rerum ſuarum dominium, & adminiſtrationem ante ſententiam, quam ſi eſſet manifeſtus, & ſententia condemnatus ex Geminian. quem refert *in cap. cum ſecundum, §. conſiſcatio.ie, de Hæretic. in 6.* Sed nihilominus de rigore iuris tenet primam ſuperiorem ſententiam, niſi aliud cautum vel obſeruatum fuerit, vel ſit in officio Sanctæ Inquiſitionis. In hæretico mentali ceſſat controuerſia, quia eorum bona non confiſcantur, quod ſi probari poteſt, licet ſit occultus Hæreticus, fiſcus vendicans res venditas ab eo non tenetur pretium emptori reſtituere, vt profitentur omnes *in d. cap. cum ſecundum leges*, & Sylueſter *in ſumm. verbo reſtitutio 3. §. 7.* & cauetur ſecunda inſtruct. Hiſpalenſ. *cap. 6.* & communi ſententia receptum eſt ſecundum Simanc. *dict. tit. 9. num. 27.* ¶ Vbi *numero vigeſimonono, cum* 11
*pluribus ſequentibus*, refert multos caſus, in quibus pretium reſtituitur ei, qui bona fide cum Hæretico occulto contraxit, cumulauit, atque recte meo iudicio probauit: quos hic ſummatim referam, vt in promptu à lectoribus habeantur, & ſunt huiuſmodi.

Quando nummi ſoluti extant in bonis Hæretici, quia reddendi ſunt protinus emptori, ne fiſcus & rem & pretium habeat.

Idem eſt in parte nummorum extante.

Pecunia quoque reddenda eſt emptori, & ei qui occulto Hæretico bona fide mutuum dedit, ſi ex ea pecunia factus ſit Hæreticus locupletior, vt purà ſi prædium, aut alias rem emit: nam aut nummi reſtituendi ſunt, aut res nummis empta.

Idem eſt ſi Hæreticus nūmis illis res ſuas meliores fecerit, aut hypothecas liberauerit, aut cenſum redemerit: vel ſi proprios creditores ex ea pecunia dimiſerit: vel etiam quando pecunia ſoluta verſa fuit in rem Hæretici: vel tantundem ipſe conſumpturus eſſet ex bonis ſuis: vel ſi pecunia data Hæreticus ſe ipſum, vel familiam veſtiuit & aluit: vel ſi ea horreum, vel quippiam ſimile ædificauerit: ſi ædificium ruens refecerit, ſi oliueta defecta reſtaurauerit: ſi vites propagauerit, vel arbores curauerit, aut flumina auerterit: ſi in valetudinem ſuam, aut familiæ, aut in funus ſuorum pecuniam ſibi datam Hæreticus occultus impenderit. Omnibus enim iſtis caſibus is, qui bona fide eidem pecuniam dederit, tantundem à fiſco recuperare poterit, quinimo ſat eſt impenſam eſſe pecuniam in res neceſſarias, aut vtiles, quamuis poſtea caſu perierint. Nec eſt dilucida probatio exigenda ab eo, qui bona fide rem aliquam ab occulto Hæretico emerit: quia non eſt quod ei

poſſit imputari, qui diuinare non valuit. Et in hoc probabiles conjecturæ ſufficiunt (ſecundum veriorem opinionem) quas nuncupatim refert Simanc. *vbi ſuprà, n.* 45. *cum ſequentibus*, vbi quid de melioramentis, de quibus omnibus agit etiam Tiber. Decian. *d. lib.* 5. *c.* 44. *n.* 4. Et quod pretium ſit reſtituendum, quando conuerſum fuit in vtilitatem hæretici, & quod hoc præſumatur quando hæreticus fuit mercator, ex aliis probat Did. Perez *in l.* 1. *col.* 35. *in verſ. poſtremo quæro, tit.* 1. *lib.* 1. *ordinam.*

12 Quinimo non tantum à die hæreſis commiſſæ bona alienata ab occulto Hæretico reuocantur, ſed etiam ea, quæ in fraudem fiſci paulo ante alienauerit, vt ſi dixerit, ſe metu confiſcationis ea bona alienare, vel ſi omnia bona ſua ſine euidenti cauſa alienauerit, ſi poſt alienationem ea poſſidere reperiatur, ſi ſtatim poſt alienationem hæreſis eius deteſtata fuerit, *l. in fraudem, ff. de iure fiſci, l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. cred.* tradunt DD. *in l. poſt contractum, ff. de donat.* & in terminis Simanc. *vbi ſuprà, num.* 56.

13 Denique circa noſtram quæſtionem obſeruandum erit, ſolam rei confeſſionem in probatione temporis, ex quo quis in hæreſim incidit, emptoribus & creditoribus nocere non poſſe, niſi teſtibus comprobata ſit, Simanc. *vbi ſuprà, num.* 60.

14 Hæreticus occultus quoad forum fori eſt capax legati alimentorum, ita vt ante delatam ſententiam declaratoriam ius illi quæratur, vt probat Borſat. *conſil.* 14. & probat late Petr. Surd. *de alimentis, d. tit.* 9. *quæſt.* 35. *n.* 8. 9. & 10. aduerſus Menoch. *conſil.* 185. *num.* 7. *& ſeqq.*

## SVMMARIVM.

1 *Bona hæretici, quæ confiſcantur ipſo iure à die commiſſi delicti, quæ dicantur?*

2 *Bona futura hæretici, acquiſita poſt condemnationem non veniunt in confiſcatione.*

3 *Hæreditas patris, matris, vel fratris delata bannito poſt publicationem bonorum eiuſdem, fiſco non acquiritur.*

4 *Bona, in quibus delinquens non habet, niſi vſumfructum, an veniant in confiſcatione bonorum ipſo iure facta propter delictum? & n. ſequentibus.*

5 *Prohibitus alienare per contractum, vel vltimam voluntatem, non etiam poteſt per delictum.*

6 *Vſufructuarius non poteſt alienare vllo titulo vſumfructum, quem habet, alias illum amittit. & conſolidatur cum proprietate.*

8 *Quæ non poſſunt tranſire ad hæredes extraneos, non poſſunt etiam tranſire in fiſcum.*

9 *Vſusfructus bonorum fideicommiſſi, propter delictum fideicommiſſarij poteſt ex confiſcatione fiſco adiici. Limitatur tribus modis, n.* 10.

12 *Bona alienari prohibita, vel fideicommiſſo ſubiecta regulariter non veniunt in confiſcatione bonorum. Ampliatur pluribus modis per totam quæſtionem. Limitatur num.* 21. *&* 26. *duobus modis, & n.* 27. *alio mod.*

13 *Prohibitio teſtatoris, ne bona ſua veniant in fiſcum, ſed in alios, quos vocauit, valida eſt, & num.* 14. *& ſeqq, vbi idem probatur in conſtitutione maioratus.*

22 *Grauamen in legitima apponi non poteſt, & appoſitum ipſo iure reiicitur, minuſque alienationis prohibitio in legitima facta valet, vt in n.* 23. *Limitatur num.* 25.

24 *Prohibitus alienare ſimpliciter non cenſetur prohibitus alienare vſque ad legitimam, & trebellianicam.*

---

*De bonis Hæretici, quæ confiſcantur?*

*In eamdem l.* 1.

## QVÆSTIO XXXV.

QVÆRO, vlterius, quæ dicantur bona 1
Hæretici, quæ confiſcantur ipſo iure à die commiſſi criminis? Et in hoc reſoluo, quod illa tantum bona confiſcantur, in quibus ipſe hæreticus habet verum & liberum dominium, à tempore commiſſi criminis vſque ad tempus ſententiæ, in propria & ſtricta ſignificatione, non vero illa, in quibus habet vtile dominium, vel tantum poſſeſſionem, vt latiſſimè iure probat Cancera *in ſuis qq. crim. c.* 1. *de hæret. apoſtat. &c. n.* 10. *&* 20. Hinc plura deduci poterunt vtilia in praxi, quæ cumulat latiſſimè D. Simanc. *in ſuis Cathol. inſtit. tit.* 9. *n.* 61. *cum ſeqq. &* Cancera *vbi ſuprà, cum n. ſeqq.*

Illud tamen præcipuum eſt in propoſito, quod 2
in hac confiſcatione bonorum non veniunt bona futura acquiſita poſt condemnationem, text. eſt *in l. ſi mandauero, §. is cuius bona, ff. mandati*, ibi: quia publicatis bonis, quidquid poſtea acquiritur non ſequitur fiſcum, &c. & ibi Bal. & alij, tex. *in l. eius qui, §.* 1 *ff. de teſta.* ibi. Bona quoque, quæ tunc habuit cum condemnaretur, publicabuntur, & ibi Bald. & Paul. *de Caſt. l. certa forma*, vbi DD. *C. de iure fiſc. lib.* 10. *text. in c. fœlicis, §. verum ibi, de poſt modum acquiſitis repetitio non negatur*, & ibi DD. *de pœnis in* 6. Simanc. & Cancer. *vbi ſuprà*, Ant. Gom. *in* 3 *tom. var. reſol. c.* 14. *de confiſc. bon. n.* 1. Arias Pinel. *in Rub. C. de bon. mater.* 1. *p. n.* 13. Boſſ. *in pract. crim. tit. de bon. confiſc. n.* 15. *&* 66. Eſt communis, vt plures allegans reſoluit Iul. Clar. *in pract. crim. § fi. q.* 78. *verſ. vlterius*, vbi refert aliam praxim illius Ducatus: & hæc ſequuntur, & communem teſtantur plures authores quos refert & ſequitur Far. *in ſuis qq. crim.* 1. *p tit de delict. & pœn.*
*n.* 133. Sequitur plures referens & amplians Pe- 3
reg. *de iur. fiſc. lib* 5. *tit.* 1. *n.* 132. ¶ Qui in ſequent. ex hoc infert, quod ideo hæreditas patris, matris, vel fratris delata bãnito poſt publicationem bonorum eidem fiſco non acquiritur, cum Baldo & aliis, quos *ibi* ad hoc refert. Et inſuper addit, quod idem eſt in legitima, nempe, quia patre viuente non eſt filio debita. Et an bona prædicta futura computentur à tempore ſententiæ criminis declaratoriæ per iudicem latæ, ita vt bona vſque tunc acquiſita publicentur, non autem poſt ſententiam acquirenda, an potius computentur à tempore commiſſi criminis, agit late Th. Sanch. *in Decalog. præcept. lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 9. *&* 10.

Hinc illa quæſtio examinãda ſe offert, an bona, 4
in quibus delinquẽs non habet niſi vſumfructũ, veniant in confiſcatione ipſo iure facta propter delictum, per quod omnia bona delinquentis publicantur? Et vſumfructum prædictũ in hac ſpecie non venire in confiſcatione bonorum deducitur ex ſupradictis, idque & dixerunt Bald. *in lib.* 1. *C. de bon. lib. per text. in l. corruptionem, ff. de vſufruct.*



*vſufruct.* Alex. *conſ.* 25 *num* 14. *vol.* 1. Conrad. *in pract. tit. de pub. bon. num.* 3. *verſ.* 3. *limita, pag.* 429.
5 *col.* 2. ¶ Comprobatur præterea hæc ſententia, & ſecundo, quia ille, qui non poteſt alienare per contractum, vel vltimam voluntatem, nec etiam poteſt alienare per delictum, *l. Imperator*, & ibi Bart. & communiter omnes, *ff. de fidei-*
6 *com. liber.* ¶ Sed vſufructuarius vſumfructum, quem habet, alienare non poteſt quouis tit. oneroſo, vel lucratiuo per contractum, vel vltimam voluntatem, imo ſi de facto alienet ſtatim ipſo iure illum amittit, & conſolidatur cum proprietate, *l. ſi vero fructus, in verſ. & ſi extraneo*, & ibi gloſſ. Bald. & Salic. *ff. de iure dot. §. finitur*, & ibi gl. Faber. Ang. & communiter DD. *inſt. de vſufr.* & alibi: ergo nec per delictum.

7 Tertio, quia illa, quæ non poſſunt tranſire ad hæredes extraneos, non poſſunt etiam tranſire in fiſcum, quia habetur loco hæredis extranei, *l.* 2. *C. ad l. Iul. de vi pub. l. eorum, ff. ad l. Iul. mai. l. iura libertorum, ff. de iure patron. gloſſ. in l.* 1. vbi Bald. & alij *C. de bon. quæ liber. & in l.* 4. vbi Bart. & DD. *ff. de interd. & releg.* eſt communis reg. vt plures allegans reſoluit Farin. *d. q.* 25. *n.* 51. ſed talis vſusfructus non tranſit ad hæredes, *vt in d. § finitur, cum ſimil.* ergo nec ad fiſcum.

8 Nihilominus tamen contraria in hoc ſententia eſt verior, communis, & tenenda, imo quod confiſcatis bonis delinquentis, confiſcari etiam debeat vſusfructus, quem ſolum habet idem delinquens in dictis bonis, non reſpectu commoditatis perceptionis fructuum, durante vita ipſius delinquentis condemnati, quam tenet Bart. *in l. ſi poſtulauerit*, & ibi etiam Angel. Peruſinus, & communiter DD. *ff de adult.* idem Bart. *in l. ſi quis in tantam, col. ſi in vlt. quæſt. C. vnde vi*, idem Angel. *in l. eorum, co. fi. num* 3. *ff de damn infect.* Paul. de Caſtr. *in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, co. fi. ff de damn. infecto*, Iaſ. *in §. actiones autem de peculio, num.* 65. *inſt. de act.* Angel. *de malef. in verbo, & eius bona publicamus, num.* 40. Salic. *in l. ſi quis poſthac, §.* 1. *num* 4. *ff de bon. proſcript.* Eſt communis, vt plures allegans eamque bene probans affirmat. Anton. Gom. 2 *tom. var. reſol. cap* 15. *de ſeruit. num.* 16. vbi reſpondet fundamentis prioris partis contrariæ ſup. adductis, ſequitur alios allegans Pereg. *de iure fiſc. lib* 5 *tit. num.* 73. *&* 116 vbi limitat & diſtinguit.

9 Sed & pro hac communi, & vera ſententia adduco bonum text. *in l. Statius Florus, §. Cornelio Fœlici, ff. de iure fiſc.* vbi probatur, quod propter delictum fideicommiſſarij vſusfructus eorum bonorum, quæ fideicommiſſo ſubiecta ſunt, poteſt ex confiſcatione fiſco adiici durante vita eiuſdem, & ibi communiter DD. hoc notant, vt inquit D. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 21. & ita practicatur ſecundum Iul. Cla. *in pract. crim. § fin. q* 78. *ſub verſ. item quæro*, ibi ſi vero fideicommiſſum, & eam ſequuntur plures, & communem teſtantur, quos refert & ſequitur late eam probans Farin. *d. q.* 25. *n.* 34.

10 Quod ſolet communiter reſtringi, quando vltra tacitam prohibitionem, quæ ex fideicommiſſo reſultat bona expreſſe alienari prohibita ſunt, quo caſu omnes ſcribentes cenſent non eſſe etiam vſumfructum eorum bonorum viuente poſſeſſore fiſco adiiciendum. Hæc eſt communis & vera ſententia, quam refert, & probat pluribus allegatis D. Molin. *vbi ſup. num.* 21. & latius *lib.* 1 *c.* 10. *num* 9. & late idem facit Farin. *d. q.* 25. *num* 36. *cum ſeqq.* & ita eſt tenendum, quidquid plura pro vtraq. parte adducat Pereg. *de iure fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 98. *cum pluribus ſeq. & num.* 120. *in verſ. & nota.* Limitatur ſecundo, vt per eundem Farin. *vbi ſuprà, num* 35. Tertio limitatur, vt per ipſum Farinac. *ibid. num.* 39. *ad fi.* Vera igitur eſt opinio præfata Bal. & communis contra & ſequaces.

Sed pro concordia dici poteſt ſecundum Farin. 11
*d. quæſt* 25. *num.* 150. quod aut quærimus vtrum reo mortuo vſusfructus, qui erat penes eum, in fiſcum deuenire debeat vigore confiſcationis factæ de eius bonis, & dicendum quod non, & iſto caſu procedat prima opinio Baldi negatiua (ſed profecto de hoc nemo dubitat, nec loquitur in ea ſpecie Bal.) Aut quærimus an reo viuente, & eius bonis publicatis vſusfructus, qui erat apud eum, in fiſcum deueniat durante ſolum vita vſufructuarij delinquentis, & tunc verior eſt, & procedit ſecunda affirmatiua, & communis Bart. opinio, vt ſic in effectu omiſſis aliis capitibus diſtinctionis, quæ non faciunt ad propoſitum poſt multa hinc inde adducta concludit Nellus *in tract. bannit. in* 1. *p. ſecundi tempor. quæſt.* 17. *prope fin. in verſ. ſed mihi videtur dicendum*, & Nellum refert, & ſequitur Gigas *de crim. læſæ Mai. lib.* 2. *titul. de pœn. commit. crim. in tract. læſæ Mai. quæſt.* 19. *verſic. in hac materia diſtingue:* in ſumma igitur Farin. omnino probat opinionem Bartol. & communem contra Bal. & ſequaces.

Secundo ex ſuperioribus deducitur, quod bo- 12
na alienari prohibita, vel fideicommiſſo ſubiecta non veniunt regulariter in confiſcatione bonorum tex. *in auth. res quæ, C. comm. de legat. l. Imperator*, vbi Bart. *in princip. ff. de fideicom. libert.* Quam concluſionem, & regulam ſequuntur, & communem profitentur quam plurimi authores, quos refert, & ſequitur Farinac. *d. quæſt.* 25. *numer.* 21. Sed vltra ipſum hoc apud omnes communi decreto receptum eſt ſecundum D. Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 1. *cum ſequentibus*, & quod res per teſtatorem expreſſe alienari prohibita fauore familiæ, vt in familia permaneat, non tranſeat in fiſcum, ſed quod publicatis bonis delinquentis poſſit per illos de familia ſtatim vindicari, vt *in d. l. Imperator* tenet etiam plures citans Pereg. *de iure fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 98.

Hæc regula ampliatur primo, vt multo magis 13
bona fideicommiſſo ſubiecta, & prohibita alienari non tranſeant in fiſcum, quando teſtator expreſſe in teſtamento, vel prohibuit alienationem in fiſcum ex delicto, vel in caſu delicti, alios putà proximiores ſibi bene viſos fiſco remoto ſubſtituerit. Tunc namque: cum vnus quiſque in rebus ſuis habeat liberam teſtandi, & diſponendi facultatem, iniquumque ſit ingenuis hominibus tollere rerum ſuarum liberam alienationem, *l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, ff. de petitione hæreditatis, l. non vſque adeo, ff. ſi à parent. quis fuerit*
*manumiſſus*, ¶ ideo huiuſmodi teſtatoris expreſ- 14
ſa prohibitio, ne bona ſua tranſeant in fiſcum, valida eſt ſecundum Socin. Iun. *conſil.* 49. *in cauſa nobilium, col.* 2. *in princip. verſic. aliquando & ſecundo, lib.* 3. vbi aſſerit omnes DD. abſque difficultate hoc tenere, prout illum refert & ſequitur Tobias Nonius *conſil.* 97. *num.* 1. idem Socin. Iun. *conſil.* 34. *numer.* 7. *&* 8. *eodem lib.* 3. Ruin. *in l. filius famil. §. Diui, in* 4. *notab. ff. de legat.* 1. cum aliis quos res refert Farin. *vbi ſup* & Hippol. *ſing.* 314. Et licet prædictæ prohibitionis alienationem, tanquam prima facie factam in fraudem fiſci, minime valere videbatur

ex text. *in d. l. filius famil. §. Diui*, ibi: nec fiſco fraudi eſſe, vbi præſertim Ripa, *num.* Bart. *in l. poſt contractum num. 9. verſ. ſextus & vltimus, ff. de donat.* Gabriel *concluſ. 14. n. 7. lib. 7. de crim.* Alciat. *conſil. 785.* Cardin. Alban. *conſil. 1. n. 13. & ſequenti*, non tamen dici poteſt in hac ſpecie aliquam fraudem eſſe commiſſam in fiſcum, cum teſtator vtatur iure ſuo, & allegata in contrarium loquuntur, & intelligi debent, vt procedant quando diſponens eſt ille, qui deliquit, vel delinquere cogitauit. Secus vero ſi ſit pater, aut alius teſtator, qui nihil deliquerit, nec delinquere cogitauerit, habueritque rationem delicti committendi à filio, ſeu ab hærede: tunc enim valet hæc diſpoſitio, & non ſolum non dicitur facta in fraudem fiſci, ſed imò potius vt dicti filij, ac hæredes à delinquendo terreantur, & ſic ob publicam vtilitatem, vt per Tobias Nonium *vbi ſuprà*, & Marzar. in epitome *de fideicomm. part. 2. quæſt. 47.* Boſſium *in titul. de boni. publ. num. 30. ad fi. verſ. vnde videmus*, & Roland. à Vall. *conſ. 98. n. 26. vol. 2.* quos refert, & ſequitur Farin. *d. q. 25. num. 26.*

15 Quod nedum procedit in ſpecie præmiſſa, nempe in prohibitione tranſlationis vtilis dominij, vel iuris vſusfructus, cum hæc omnia ſub alienationis prohibitione comprehendantur, vt *in l. fi. C. de reb. alien. vel non alien.* Sed etiam habere locum videtur in ſimplici prohibitione teſtatoris, ne ſcilicet poſſent ex delicto fiſco adiici commoditates bonorum maioratus, durante vita poſſeſſoris, illos ab ipſo poſſeſſore non auferendo: licet enim id ſolo fauore poſſeſſoris introductum eſſe videatur. Et quod non poſſit inſtitutor maioratus efficere, vt commoditates bonorum ipſius maioratus poſſeſſoris fiſco non adiiciantur, cum ex hoc præiudicium aliquod maioratui non inferatur, iamque in hoc non de ipſius maioratus conſeruatione, ſed de fiſco fraudando. Et de poſſeſſore delinquente ſubueniendo abſque aliqua alia ratione agatur, quod maioratus inſtitutori permiſſum non eſt, *l. filius famil. §. Diui*, ibi, nec fiſco fraudi eſſe, *ff. delegat. 1.* Nec poſſit maioratus inſtitutor facere, vt leges in teſtamento ſuo locum non habeant, *l. nemo poteſt, ff. delegat.* Ex quibus hoc in terminis contra prædictam ampliationem tenet & proculdubio probat D. Molin. *d. lib. 4. c. 11. n. 13. 14. & 16. ad fin.*

16 Adhuc tamen ex ſuperioribus verior videtur & tenenda prædicta ampliatio inſtitutoris maioratus, ne ſcilicet commoditates bonorum ipſius poſſeſſore delinquente ad fiſcum perueniant, valeat & ſeruanda ſit; quoniam non ex hoc dici poteſt aliquam fraudem commiſſam eſſe in fiſcum, cum de iure ſit vt in rebus ſuis vnuſquiſque habeat liberam diſponendi & teſtandi facultatem, *l. 1. cum ſimil. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & nemini facit iniuriam, nec fraudem, qui vtitur iure ſuo, *l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult. l. 1.* & ibi DD. *ff. quod quiſque iuris, l. quod Reipublicæ, & l. qui iniuriarum, §. 1. ff. de iniur. l. nemo damnum, l. nullus, ff. de reg. iur. l. 3. ff. de lib. hom. exhib.* Et *d. l. filius, §. Diui, in verbis ſup. relatis*, in contrarium allegata loquitur, & intelligi debet quando diſponens eſt ille, qui deliquit, vel delinquere cogitauit, ſecus aliàs vt probauimus: nihil igitur nobis ille text. obeſt in propoſito. Præterea nulla maior ratio eſt, quare magis valeat prohibitio teſtatoris ne dominium vtile, vel ius ipſius vſusfructus transferatur in fiſcum, vel commoditates bonorumque ſimplex de qua agimus prohibitio, cum voluntas ipſa teſtatoris ſit attendenda ex ſumma illa libertate, quam iura concedunt teſtatoribus diſponendi de rebus ſuis provt voluerint: vtroque igitur caſu hæc ratio præſto eſt ac concurrit. Nec obſtat quod in ſpecie præmiſſæ ampliationis non agatur de maioratus conſeruatione, ſed de fiſco fraudando, nec de ſubueniendo delinquenti, ſed imo de arcendo eum à delicto committendo, & ſic de bono publico: quod ſi forte delinquat contra intentionem, & voluntatem inſtitutoris ſubuenitur ſucceſſoribus, & ſic ſequentibus vocatis, vt ipſi potius commoditatibus bonorum fruantur quam fiſcus. Quod minime eſt prohibitum: poteſt enim quis tempore traditionis rei ſuæ apponere quæcumque pacta & conditiones voluerit, *l. in traditionibus, de pactis.* Nec ſimilis prohibitio eſt contra ius, ſiquidem nullo iure probari poteſt, quod ſtante prohibitione eiuſmodi inſtitutoris commoditates bonorum perueniant ad fiſcum, ſed tantum quod committens crimen læſæ Mai. diuinæ, vel humanæ, ſodomiæ, vel perduellionis amittat omnia bona ſua. Sed hæc bona maioratus non fuerunt ſimpliciter ſua effecta, ſed cum illa modificatione, & prohibitione à primo inſtitutore adiecta, ne ſcilicet vocati ad ſucceſſionem, & ad eam per ſe inuitati tale crimen admittant. Quod ſi ſecus fieret, bona ipſa, vel vſusfructus, aut commoditates eorum voluit, & diſpoſuit ne tranſeant ad fiſcum, ſed ad ſequentem immediate vocatum. Quis igitur infringere poteſt hanc diſpoſitionem, & voluntatem inſtitutoris maioratus? Accedit præterea, quod qui commiſit aliquod delictum, ex quo bona eius veniunt fiſco adiicienda, tantum amittit bona ſua propria & libera, non autem illa, quæ à genere vel à maioribus ſuis habuit, generique reſtituenda ſunt *l. 3. ff. de interd. & relegat. l. emancipatum, § fi. ff. de Sena. l. ſi dotem cum ſimul. C. de iur. dot.* idem Mol. *d. cap. 11. n. 9.* Non enim teſtator hic facit in hac ſpecie quod leges in ſuo teſtamento locum non habeāt, ſiquidem nulla l. cauetur quod teſtator hoc in re propria adiicere non valeat. Præterea ſicut Mol. *vbi ſup. n. 15.* fatetur valere ſimilem prohibitionem, ne ſcilicet dominium vtile, vel ius vſusfructus per delictum transferatur in fiſcum, fateri oportet idem in prohibitione quoq; commoditatum bonorum: vtrúque namque eodem iure operari debet voluntas teſtatoris in re propria, cum nulla recta ratio differentiæ aſſignari valeat inter vtrumque caſum, nec in hoc frans fiſci conſiderari magis poteſt quam in illo, aut è conuerſo. Et ita hanc opinionem, hoc eſt, præmiſſam ampliationem, pluribus comprobat fundamentis, & authoritate plurium DD. Pereg. *de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 103. cum ſeqq.* vbi quod ſic fuit pronuntiatum contra fiſcum in quadam cauſa ſolemniter diſcuſſa, ſed quod in aliis fuit per aduocatos contrarium reſponſum, & quod ſic pro fiſco ſeruatur.

17 Sed quāuis hæc ampliatio vera ſit, & iure procedat, attamen ad fugiendas opiniones pro maiori ſecuritate oportebit conſulere, vt in inſtitutione vinculi, vel maioratus adiiciantur verba appoſita per D. Moli. *vbi ſup. n. 16.* nempe, quod non poſſint confiſcari commoditates bonorum etiam in vita poſſeſſoris, nec per momentum, ſed ſtatim dum tractatum fuerit de delicto committendo bona in ſequentem ſucceſſorem & vocatum pertranſeant, vt per Ant. Gom. *in l. 40. Taur. num. 91. in verſ. quod tamen ſingulariter limita & intellige*, & probat latius alios allegans idem Mol. *lib. 2.*



*lib. 2. cap. 12. num. 56.* Et ita ſit & cauetur in his maioribus, & vinculis inſtitutis abſque Regia facultate, ſed legum tantum auctoritate, nempe vt hora præambula delicti, vel tot diebus præcedentibus bona in ſequentem ſucceſſorem pertranſeant. Quod iuſtè fieri poſſe probat Molin. *d. num 56. & 58.* Sed *in num. 57.* ſecus eſſe dicit, & rectè, in maioratibus facultate Regia inſtitutis, vt latè probauimus *lib. 2. practic. quæſt. 66. per totam*, & nouiſſimè tenet Canter. *in ſuis quæſtionibus crimin. cap. 1. de hæret. apoſtat. &c. num. 51. cum ſequentibus.*

18 Sed & multo magis bona prohibita alienari, vel ſubiecta reſtitutioni non tranſeunt in fiſcum, quando pater expreſsè in caſu delicti committendi à filio illum exhæredaſſet iuſta de cauſa, & alium inſtituiſſet, vt per Boſſ. *d. tit. de bon. public. num. 30. cum ſequentibus*, vbi ampliat, & plures adducens Marzar. in epitom. *de fideicomm. 2. part. quæſt. 47. in fin. verſic. verum, quia hodie*: ſequitur etiam Farinac. *d. quæſt. 25. num. 27. & 28.* vbi *n. 29. cum ſequentibus*, quod ad tollendas omnes difficultates, quæ pro parte fiſci moueri poſſent circa iſtam expreſſam prohibitionem, ne hæredis bona tranſeant in eum, cautela erit, vel quod huius teſtamenti procuretur confirmatio à Principe, qui ante delicti euentum facilè illam conceder, ſecundum Cateiian. Cot. *in ſuis memor. verbo, teſtamentum in quo, in verſic. laudarem tamen.* Quod apud nos nunquam vidi, nec audiui obſeruatum fuiſſe, nec opus eſt vti ſimili cautela & præuentione, vel quod teſtator expreſsè mentem ſuam in teſtamento declaret, ſe talem prohibitionem facere principaliter, non cauſa fraudandi fiſcum, ſed conſeruandi bona in ſua familia, vt per Marzar. *d. quæſt. 47. verſic. additum tamen fuit.* Et hæc eſt optima cautela, & qua vidi ſemper vti inſtitutores vinculi, & maioratus, eam ampliando aliis verbis vberioribus.

19 Secundò principaliter regula ſuperior ampliatur, vt procedat non ſolum in bonis prohibitis alienari, ſed etiam in prohibitis diuidi vſque ad certum tempus: talia enim bona, ſicut bona alienari expreſsè prohibita, non veniunt in confiſcatione bonorum, vt in ſpecie dixerunt Ruin. *conſil. 25. lib. 5. num. 15.* Roland. *conſ. 84. num. 30. cum ſequentibus volum. 1.* vbi reſpondet contrariis: eſt comunis, vt cum aliis affirmat Farinac. *vbi ſuprà, num. 31.* eam latè iure probat quidquid valdè dubitet de hac ampliatione Pereg. *de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 98. ad fin.*

20 Tertiò ampliatur, vt procedat etiam in bonis prohibitis alienari extra certum genus perſonarum puta extra familiam: adhuc namque talia bona minimè in fiſcum tranſeunt, ita tenet Bart. per illum textum *in d. l. Imperator, ff. de fideicommiſſ. lib.* & de magis communi, & ſeruata opinione teſtatur Boſſius *tit. de bon. public. num. 51.* Et quamuis ipſe ibi contrariam opinionem in puncto iuris tanquam veriorem poſſe ſuſtineri dixerit (quam etiam tenuerunt Immo. *in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, col. 1. ff. de damn. infecto*, & Alexand. in apoſtillis ad Barthol. *in auctor. ingreſſi, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* & Iaſ. *in l. ſi quis ita. §. ea lege, colum. penultima, ff. de verbor. oblig.*) per hoc tamen non eſt recedendum in iudicando & conſulendo à priori ſententia magis communi, & etiam in practica ſeruata ſecundum Farinac. *d. quæſt. 25. num. 32.* vbi *num. 33.* hoc præſertim verum intelligit quando vltra prohibitionem alienationis extra familiam teſtator adiecit cauſam, quia ſcilicet volebat eadem bona permanere in familia, ſeu agnatione: quia tunc dicitur inductum fideicommiſſum non ſolum in caſu contrauentionis & alienationis, ſed etiam in caſu mortis, & legitimæ ſucceſſionis, ſecundum veriorem, & magis communem ſententiam, quam ibi refert, quam plurimorum auctorum.

Limitatur præmiſſa regula ſic ampliata, vt 21 non procedat in legitima: hæc enim non confiſcatur, quamuis cætera bona ſint fideicommiſſo ſubiecta, & prohibita alienari in fiſcum tranſeunt ex delicto confiſcatione bonorum digno, Bald. *conſ. 8. in 4. vol.* quem ad hoc refert & ſequitur Gigas *de crim. læſæ maieſt. lib. 2. tit. de pæn. q. 15.* Roland. à Vall. *conſil. 31. num. 28. cum ſequenti, lib. 1. & conſ. 98. ſub num. 11. vol. 2.* Clarus *d. q. 78. verſic. item quæro nunquid, prope fin.* ibi, & etiam in omnem caſum Farinac. *d. quæſt. 15. num. 40. cum tribus ſeqq.* ¶ Quæ ſententia probatur eo 22 vulgati fundamento, quod in legitima nullum apponi poteſt grauamen, & appoſitum ipſo iure reiicitur, *l. quoniam in prioribus*, & ibi communiter DD. *C. de inoffic. teſt.* Roland. *conſ. 78. num. 1. cum ſeqq. & conſ. 25. num. 4. volum. 1.* Cephal. *conſil. 145. num. 2. vol. 1.* Paril. *conſ. 17. num. 6. lib. 7.* Burſat. *conſ. 102. num. 12. lib. 1.* & latè materiam perſequit Menoch. *in d. l. quoniam in prioribus, §. 10. lib. 1. de ſucceſſ. creat.* vbi conſtituit regulam cum centum limitationibus Hieron. Chucal. *in tract. de legit. §. legitima nullum grauamen admittit per totum*, Gabriel. *tit. de legitim. concluſ. 1. per totum, lib. 6.* Bernard. Diaz *in reg. 112.* ¶ Mi 23 noſque in legitima alienationis prohibitio facta valet, Bertrad. *conſil. 197. in fin. vol. 1. & conſ. 173. col. 3. vol. 3.* Gabriel. *d. concluſ. 1. num. 13.* cum aliis relatis per Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſ. 28. n. 23. cum ſequenti in 1. part.* ¶ Et prohibitus alienare 24 ſimpliciter, non cenſetur prohibitus alienare vſque ad legitimam, & trebellianicam, Bald. *conſil. 99. factum tale eſt*, Nicol. *lib. 2. & conſ. 161. ſuper eo, quod quæritur, lib. 4.* hæc & alia adducit, & ſequitur Farinac. *vbi ſupra*, pro comprobatione d. limitationis, quam veram & tenendam eſſe quoque cenſeo.

Sublimita hanc limitationem, vt non procedat 25 quando teſtator prohibuiſſet alienationem omnium bonorum ſuorum vſque ad certum tempus, putà 25. ann. propter imbecillem ætatem filiorum ſuorum: quia cum tunc valeat huiuſmodi prohibitio etiam quoad legitimam, cum non onerosa, ſed fauorabilis à iure iudicetur, iuxta communem Doctorum ſententiam, quam refert & ſequitur Farinac. *d. quæſt. 25. num. 44.* merito in hac ſpecie, vt nec quoad legitimam bona ſic ad tempus alienari prohibita in fiſcum tranſeant, vt cum communi Doctorum ſententia reſoluit quoque ibidem Farinac. *n. 45.* loquens etiam in trebellianica.

Secundò & præcipuè limitatur præfata regula communis, vt procedat quando bona per 26 teſtatorem ſunt prohibita alienari fauore alterius quam prohibiti, vt putà, quia aliter in caſu alienationis, vel mortis ſit à teſtatore vocatus: tunc enim verum eſt talia bona in fiſcum non tranſire. At ſecus eſt, ſi prohibita ſint tantum fauore ipſius prohibiti: quia tunc verius eſt prohibito delinquente bona in fiſcum tranſire, quia propter delictum perditur fauor ille, ita docet Bart. *in l. ſi quis in tantam, n. 22. C. unde vi*, idem Bart. *in d. l. ſi finita, § ſi de vectigalibus, num. 13.* eſt communis ſecundum Rube. *conſ. 154. n. 2.* & D. Cou. *in reg. poſſeſſ. in 3. p. §. 1. n. 6.* & plures allegantem

D. Molin. *lib.4. de Hiſpan. primogen. cap.11. numero 5.* & Farinac. *vbi ſuprà, num.46. dubio ſequentibus*, quod & alibi ſcribentes paſſim dicere ſolent.

27 Hinc eſt, quod quando perſonæ, quarum cauſa facta eſt prohibitio omnes defecerunt, & ſic quando fideicommiſſum extinguitur in perſona ipſius delinquentis, tunc bona fideicommiſſaria, & alienati prohibita in fiſcum tranſeunt ſine difficultate, vt per Mendel, *conſ.7. num.19. cum ſequenti*, & Marſil. *ſingul.314.* quos refert, & ſequitur Farinac. *vbi ſuprà, d.q.15. num 49.*

Et poſt hæc ſcripta de ſupradictis, & aliis pluribus in materia opportunis latiſſimè agit Thom. Sanch. in Decalog. *precept. lib.2. c.18. per totum*, qui omnino eſt videndus, quoties caſus contigerit, & ſequenda quæ magis vera, & tenenda videbuntur.

## SVMMARIVM.

1 *Vxor, & cæteri creditores hæretici an præferantur fiſco pro dote, & ſuis creditis? & numeris ſequentibus. Et in dote diſtinguuntur an vxor ante contractum matrimonium ſciuerit maritum futurum eſſe hæreticum, vel non cum ſuis declarationibus, & ampliationibus, & modus reſtituendi dotem in hac ſpecie ponitur? num.16. & 17. & de cæteris creditoribus mariti agitur n.60. cum ſequentibus.*

5 *Confiſcatio bonorum hæretici non debet aliis eſſe damnoſa. Vnde bona aliena reperta inter bona hæretici ſuis dominis ſunt illicò reſtituenda, vt in n.6. Similiter & bona ſubiecta reſtitioni, quæ poſſidet hæreticus, vt in num.7. & 8.*

18 *Vxoris dos propter ipſius delictum an confiſcetur, quando, & quomodo? & numeris ſequentibus.*

21 *Dos vxoris non confiſcatur regulariter propter delictum mariti, confiſcatione bonorum ſuorum dignum, num.1. cum numeris ſequentibus. Ampliatur & limitatur pluribus modis hoc num.21. cum pluribus & ſequentibus. Et quid de dote confeſſata? n.25. cum ſequentibus.*

30 *Confeſſio dotis receptæ an probet, quando promiſſio dotis, aut dotale inſtrumentum præceſſerit? & numeris ſequentibus, & an tunc præiudicet creditoribus inter medijs hypothecariis, num.32. cum ſeqq.*

35 *Dos conſtituta à marito vxori ante crimen ab eo commiſſum non confiſcatur.*

36 *Bona paraphernalia vxoris, & alia eius propria non veniunt in confiſcationem bonorum mariti ob crimen ab eo commiſſum, nec donationes propter nuptias, nec arra vxori data, vt in num.37.*

39 *Donationes factæ vxori à conſanguineis viri, & è contra, an confiſcentur ob crimen viri? & numeris ſequentibus, vbi plures caſus referunt, in quibus prædictæ donationes acquiruntur ei, cui nominatim ſunt.*

48 *Donatio inter virum, & vxorem conſtante matrimonio facta regulariter non valet, morte tamen confirmatur, ſi reuocata prius non fuerit. Ampliatur in morte ciuili, num.49. Ampliatur etiam, num. ſeqq. limitatur, n.54. cum ſeqq.*

60 *Creditores hæretici qui præferantur pœnis fiſcalibus? & num. ſequentibus præcipuè, n.66. cum ſeqq.*

64 *Fiſcus non tenetur vltra vires hæreditarias, etiam ſi non fecerit inuentarium, & n.83.*

65 *Fiſcus in omni caſu, in quo capit bona confiſcata, tenetur ſatisfacere creditoribus delinquentis de bonis incorporatis, necnon & ad delegata, fideicommiſſa, & ad alia omnia hæreditaria, ad quæ ipſe delinquens tenebatur, & plura circa hoc num.70. cum ſequentibus.*

66 *Fiſcus habetur loco hæredis, quando ob crimen delinquentis confiſcantur eius bona.*

67 *Omnes actiones actiuæ, & paſſiuæ tranſeunt in hæredem, ex quo plurima deducuntur, de quibus remiſſiuè, num.68.*

70 *Fideiuſſor debitoris condemnati pro crimine hæreſis, vel tertius poſſeſſor conuentus à creditoribus eiuſdem debitoris, quid facere debeat, & quo remedio vti debeat, & poſſit, ad ſe excuſandum à prædicta conuentione, & numeris ſequentibus, & num.81. cum ſeqq.*

83 *Delinquens reſtitutus ad bona confiſcata tenetur ſuis creditoribus ſatisfacere, ſed poteſt in eorum fauorem cedere ſuis bonis, & hoc faciendo liberatur.*

84 *Fiſcus hæres teſtamentarius, inuentario non confecto, non tenetur vltra vires hæreditarias.*

85 *Fiſcus non tenetur ſatisfacere creditoribus ex alio delicto, vt hic.*

86 *Fiſcus hic demum tenetur ſoluere creditoribus hæreditatis condemnati, quoties ſuccedit in omnibus bonis ipſius, vel quota eorum: ſecus ſi reus fuiſſet condemnatus in certam pecuniarum ſummam, quia tunc in ſubſidium tenetur, vt hic.*

---

*An vxor & cæteri creditores hæretici præferantur fiſco pro dote, & ſuis creditis?*

*In eandem legem primam.*

## QVÆSTIO XXXI.

QVÆRO denique, quid dicendum ſit de dote mulieris, & de cæteris creditoribus hæretici, an præferantur fiſco? Et in hoc quoad primum de dote vxoris hæc diſtinctio eſt ſeruanda.

Mulier, quæ ante contractum matrimonium 1
ſciebat maritum eſſe hæreticum, non repetit dotem, imo confiſcatur dos ſimul cum bonis mariti. Si vero ignorabat, non confiſcatur eius dos, etiam ſi poſtea ſciuerit eum eſſe hæreticum, textus expreſſus iuncta gloſſa *in cap. decreuit, de hæret. lib.6.* quam ibi ſequuntur DD. & Tyber. Decia. *1. tom. tract. crimin. lib.5. cap.45. n.10.* ¶ Idem 2
dicendum eſt, ſi poſt contractum matrimonij fuit vir eius hæreticus: dummodo ipſa vxor non fuerit hæretica, nec hæreſi viri conſenſerit, vt argumento eiuſdem text. & gloſſ. 1. probat D. Cantera *in ſuis quæſtionibus crimin. c.1. de hæret. apoſt. &c. n.22.* Ratio autem prioris partis huius diſtinctionis eſt, propter delictum vxoris contrahentis ſcienter matrimonium cum Hæretico, & ideo punitur



punitur in hoc ſicut Hæretica & fautrix Hære-
3 tici. ¶ Et procedit etiam ſi ipſe Hæreticus ſe obligauerit ad reſtituendam dotem, vel bona ipſius vxoris eidem, vel alij tertio faciendam, cum non poſſit contrahere poſt commiſſam hæreſim, Cantera *vbi ſuprà, num.24. circa fin.*

4 Similiter hac in ſpecie amittit vxor omnia alia bona tam paraphernalia, quæ ipſa tradidit marito, quam alia, & vltra hoc punitur ſicut ſuſpecta de hæreſi & fautrix hæreticorum, vt probat Cantera *d. n.24.* id limitans duobus modis primo, quando dos non erat libera ipſius vxoris, quia tenebatur eam alicui tertio reſtituere ſoluto matrimonio, vel poſt mortem ipſius vxoris, quia fuit ſibi data ſub ea conditione, vel grauamine, vt fieri poteſt in dote aduentitia, & etiam in profectitia, in eo quod excedit legitimam, vel ſi in teſtamento eſſet ſibi relicta dos ab extraneo ſub ea conditione: tunc enim huiuſmodi dos non confiſcatur, quia eſſet in præiudicium tertij, cui debet reddi dos, & mulier non habeat in ea ple-
5 num, ac liberum dominium. ¶ Et quia confiſcatio bonorum Hæretici non debet aliis eſſe damnoſa, vt probauit Simanc. *in inſtit. Cathol. tit.9. n.64.*
6 ¶ Addens *n.65.* hinc effici, vt ſi quid alienum repertum fuerit inter bona hæretici, vt putà depoſitum, commodatum, conductum, id omne illicò domino eius erit reſtituendum.

7 Sic etiam bona reſtitutioni ſubiecta, quæ poſſidet hæreticus, non publicantur, ſed reſtituenda ſunt ei, cui poſt aliquod tempus relicta erant, *l. Imperator, ff. de fideicom. lib.* Simanc. alios referens *vbi ſuprà, num.93.* quod latè diſſeruimus *in quæſt. præcedenti.*

8 Similiter ſi filio ſuo rogatus ſit Hæreticus aliquid reſtituere, id à fiſco reſtituendum eſt illi, quia pertinet ad filium non tanquam ad hæredem, ſed vt ad creditorem, *l. vnum ex familia, §.1. & ſeq. ff. de legat.2.* Ioan. Monach. *in cap. cum ſecundum leges de hæret. in 6.* Simanc. *vbi ſuprà, num.94.* & Cantera *vbi ſuprà.*

9 Secunda limitatio Canteræ ad eandem primam partem diſtinctionis ſupradictæ eſt, vt ipſa procedat quando dos mulieris, vel bona ipſius eſſent in bonis mariti. Secus autem erit quando ea non eſſet in bonis mariti, verbi gratia, ſi mulier habeat dotem, vel alia bona penes aliquem cognatum, vel non erant data marito: tunc enim non confiſcantur, donec ipſa mulier condemnetur tanquam fautrix.

10 Nunc deſcendamus ad ſecundam partem diſtinctionis, quando mulier tempore contractus matrimonij ignorauit maritum eſſe hæreticum (quod in dubio præſumitur, niſi probetur contrarium, *l. verius cum ſimil. ff. de probat.* Simanc.
11 *in propoſito d. tit 9. num.89.*) ¶ vt tunc minimè confiſcentur dos nec bona ipſius, ſi hæreſi non conſenſit, iuxta gloſſ. *fin. in d. c. decreuit*, & ibi communis, Didac Perez alios allegans *in l. 1. tit.1.*
12 *libri ord. col.4. in verſ. alterius dubitatur.* ¶ Quod eſt regulare, ſcilicet, vt dos vxoris non confiſcetur propter delictum mariti, etiam quod eſſet crimen læſæ Maieſtatis, ſeu aliàs in caſu, in quo eius bona confiſcari deberent, vt *in l. ſi marito in princ. ff. ſol. matrim. in l. ſi quiſquis, §. vxores ſanè, C. ad Iul. Mai. & in l. ſi quis poſt hac*, vbi DD. *C. de bon. proſcript.* Anton. de Butr. *conſil.61. ſtrictè non reputo, num.3.* Socin. *conſ.121. præmittenda, num.6. verſ.4. & vlt. reſpondeo, volum.4.* Plotus *conſ. crim. diuerſ.130. num 50. volum.1.* Contad. *tit. de public. bon. num.9 pag.431. colum.2. in fin. & num.11. prope fin. verſ. vxoribus, pag.433. colum.1.* Roland. à Valle *conſ.31. n.33. cum ſeqq. vol.1.* Clar. *in pract. crim. q.78. ſub verſ. quæro ſi bona*, ibi, publicatis autem bonis mariti, & Boſſ. *in tit. de bon. pub. n.73. & 75.* vbi ampliat etiam, quod vxor ſequatur virum de rebellione condemnatum. Et eſt communis, vt teſtantur Eman. Suar. *in ſuis comm. opin. verbo confiſcatio, n.268.* Bonacoſa *in comm. opin. p.1. pag.37. col.2. in fin. verſ. confiſcatis bonis vxoris*, quos ad hoc refert, & ſequitur Farinac. *in ſuis qq. crim. 1. p. q.25. de delict. & pœn. n.111.* ſequitur etiam alios plures referens, & amplians Peteg. *de iure fiſci, lib.5. tit.1. n.82. cum ſeqq.* & iterum *num.118. cum ſeqq.*

Cuius regulæ ea eſt ratio, quia vir in his bo- 13
nis non habet verum, & liberum dominium, & ideo fiſcus tenetur eam dotem vxori, vel eius hæredibus reſtituere. Et præterea vxor pro marito pati non debet, *l. ob maritorum, & per totum titulum, Cod. ne vxor pro marit.* nec ex delicto mariti debet vxoris conditio in eius bonis fieri deterior, *l.1. C. ad l. Iul. de vi public. & l.1. Cod. de priuileg. fiſc.* cum aliis in propoſito adductis per Gigantem *de crimin. læſæ Maieſt. lib.3. tit.1. q.18.*
¶ vbi quod ſtatim viro bannito poteſt vxor do- 14
tem ſuam repetere, ſiue bona mariti ſint publicata, ſiue non: ¶ quia exilium paupertatem inducit 15
iuxta gloſſ. *in auth. de exhibend. & intromit. reis in princ.* cum aliis allegatis per Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. *in tit. de donat. § fin. verſ. quod ſi vir eſt in banno*, Alex. *in l. ſi cum dotem, § ſi maritus, in verſ. ex his infert Imol. ff. ſolut. matrim.* Angel. *in l. cum acutiſſimi, §. illud, Cod. de præſcript. 30. ann.* Roman. *conſil.187.* & Farin. *vbi ſuprà, ad fin. d. num.111.*

Modus autem reſtitutionis prædictæ dotis, vi- 16
ro exiſtente hæretico, hic eſt, vt reſtitutio fiat in ipſis bonis dotis ſi extant, ſi vero ſint conſumpta, ex bonis mariti.

Sed quando dos eſt in bonis mariti, iterum di- 17
ſtinguitur, vt ſi quidem bona immobilia fuerunt dotalia data inæſtimata, vel etiam æſtimata in eum finem, vt ſciretur eius valor, non vero vt æſtimatio faceret emptionem, tunc ipſamet bona in ſpecie ſunt per fiſcum reſtituenda mulieri, vel eius hæredibus, prout fuerint, niſi eſſent diminuta, vel deteriorata dolo, vel culpa lata, aut leui mariti: nam tunc ſicut ipſe maritus tenetur id damnum reſarcire mulieri, vel eius hæredibus, ita etiam ad idem tenebitur fiſcus in locum mariti ſuccedens, ſiquidem ſuccedit deducto ære alieno; niſi dos penes vxorem eſſet etiam peritura, vel minoranda, quia tunc non eſſet culpa mariti. Si vero bona immobilia in dotem fuerint data æſtimata ea æſtimatione, quæ fecit emptionem, prout in dubio pretio iuſto facta præſumitur, vt *in lege quoties, Cod. de iur. dot.* iuxta latè à nobis tradita, & reſoluta in materia, *conſil.17. per totum*, tunc fiſcus tenetur mulieri eiuſque hæredibus ſoluere eam æſtimationem, nec liberaretur, aut ſatisfaceret offerendo prædicta bona, vt in terminis tenet & probat Cantera *vbi ſuprà, num.25.*

Sic etiam è contra, licet ſoluto matrimonio 18
propter vxoris viduæ delictum, cum de eiuſdem vxoris ſolo præiudicio agatur dos eius confiſcetur, vt cum communi plures allegans reſoluit Farinac. *vbi ſuprà, n.112.* ¶ Si tamen vxor delique- 19
rit conſtante matrimonio, tunc cum agatur etiam de intereſſe viri, qui eo tempore dicitur dominus dotis, *l. doce ancillam, Cod. de rei vendicat.* idcirco multo verius eſt, in eiuſdem viri præiudicium dotem minimè confiſcati poſſe, niſi in quinque caſibus,

caſibus, videlicet, Maieſtatis, vis publicæ, parricidij, beneficij, & ſicarij, vt probat text. *in l. quinque legibus*, & ibi Doctores, *ff. de bon. damnat.* Eſt communis vt alios allegans concludit ibi Fa-
20 rinac. *num.* 113. & 114. vbi *num.* 115. quod lucrum dotis debitum marito ex vi alicuius ſtatuti, nec etiam propter delictum vxoris confiſcatur in dictis quinque caſibus conſtante matrimonio, per text. *in d. l. quinque legibus*, & ibi gloſſa, & Doctores, iuncta *l. omnes, vbi etiam ſcribentes, ff. de bon. damnat.* & Pereg. *de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num.* 83. & 118.

21 Nunc autem præfata communis regula, de dote vxoris non confiſcanda propter delictum mariti confiſcatione bonorum ſuorum dignum, ampliatur primo vt licet in hac ſpecie vxor non poſſit eiuſdem dotis confiſcationem impedire, quia non habet pro eius reſtitutionis ſecuritate niſi hypothecam in bonis mariti, ſed bene poſſit dotem poſtea à fiſco repetere, vt tenent quamplures Doctores congeſti per Farinac. *vbi ſuprà, num.* 116.

22 Si tamen in inſtrumento dotali vxor haberet clauſulam conſtituti, per quam & dominium, & poſſeſſio transfertur, vt per DD. *in l. quod meo, ff. de acquir. poſſ.* tunc, & eo caſu poſſet vxor inſiſtere poſſeſſioni bonorum dotalium, & eorum publicationem impedire, donec ſibi fuerit ſatiſfactum de dote, & donatione propter nuptias, de quibus in d. inſtrumento, vt optimè probat Roland. à Valle *conſil. 31. num. 37. cum ſequentibus, vol. 1.* quem refert, & ſequitur Farinac. *vbi ſuprà, num.* 117. qui *numero ſequenti* plures citans probat, quod & ſi eadem vxor in inſtrumento dotali clauſulam conſtituti non habuerit, ſed
23 tempore confiſcationis vel penes ſe habeat res dotales, aut alia bona mariti ſibi pro dote hypothecata, vel etiam reperiatur in poſſeſſione bonorum eiuſdem mariti ſibi pro dicta dote obligatorum, quæ viuente marito iure familiaritatis poſſidebat, tunc pariter & eo caſu fauore dotis datur vxori retentio, & conſequenter poterit bonorum confiſcationem impedire, donec ſibi de dote fuerit ſatisfactum: & quod non eſt neceſſarium vxorem declarare animum ſuum, ſcilicet bona retineat iure hypothecæ dotalis, cum ſufficiat cauſam poſſidendi ſuperueniſſe: quicquid contrarium conſulendo tradiderit Roland. à Valle *conſ. 77. n. 28. cum ſequentibus vol. 1.* Sed cum cauſa poſſeſſionis alleganda ſit, conſequitur neceſſario addendum fore ratione retentionis dotis ſe poſſidere.

24 Addit Angel. *in l. ſi quis per illum text. in verſ. veluti, & c. C. de bon. damn.* quod ſi maritus tempore confiſcationis habuerit penes ſe vltra doté aliqua alia bona, ſeu res ſpectantes ad vxorem tunc & eo caſu vxor poteſt propria auctoritate in res ſuas detentas per virum ingerere manus, ne occupentur per fiſcum. Subdens propterea, quod cauta debet eſſe vxor, vt cum timet bona mariti confiſcari, vel eadem videt confiſcata, non expectet iudicis auctoritatem pro occupando bona ſua, ſed ipſamet manum iniiciat, quantumcumque illa bona per virum detineantur, ſequitur Angel. *de malef. verbo & eius bona publicamus, num.* 10. & Contad. *in pract. tit. de public. bon. n. 9. pag. 432. col. 1. verſ. ſubiungit tamen* Angel. & Farinac. *vbi ſuprà num.* 119.

25 Ampliatur ſecundò prædicta communis regula, vt procedat etiam in dote confeſſata, quando lapſa ſunt tempora ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis. Fiſcus namque in hoc nullum habet ſpeciale priuilegium, ſed ſicut maritus priuatur poteſtate opponendi exceptionem non numeratæ dotis, quando lapſa ſunt tempora ad illam opponendam, ita pariter & fiſcus iuxta communem plurimorum ſententiam, quos refert & ſequitur Farinac. *d. q. 25. n. 120. cum duobus ſequentibus.* Sola namque confeſſio mariti receptæ dotis non ſufficit adhoc, vt ſolum eius virtute fiſcus teneatur vxori dotem reſtituere, niſi ipſa aliis quoque probationibus viro traditam eſſe docuerit, niſi in caſibus de quibus per Anton.
Gomez in loco ſtatim citando. Hæredes namque 26
mariti atque ideo fiſcus qui eius ſucceſſor eſt, vti poſſunt aduerſus vxorem exceptione dotis non numeratæ: ita tamen, vt intra annum continuum à morte, vel condemnatione mariti ea exceptio proponatur, *l. vlt. C. de dot. caut. non num.* ita Simanc. alios allegans *d. tit. 9. num. 67. & 69.* intellige vero cum declaratione Authenticæ poſitæ poſt, d. l. circa tempus, quo proponi debet prædicta exceptio, vt declarat bene Ant. Gom. *in l. 51. Taur. cum ſequenti, num.* 52. Eandem ampliationem principalem, vt ſola confeſſio mariti de dote recepta non præiudicet fiſco, teſtatur communem Boſſ. *de bon. public. num.* 49. & ſequitur Cantera *vbi ſuprà, num.* 62. qui tamen fallitur, dum 27
eam limitat, quando eſſet notorium dotem traditam fuiſſe: quia tunc teneretur fiſcus illam dotem reddere abſque alia probatione. Hoc namque falſum eſt fiſco negante dotem traditam fuiſſe, vt patet, niſi traditio probetur, vel confeſſio huiuſmodi adiuuaretur aliquibus indiciis, vel coniecturis, ex quibus veriſimiliter coniecturari poſſimus verè dictam dotem eſſe receptam, vt latè probat D. Couar. *lib. 1. var. reſol. c. 7. n. 6. verſ. ſic ex confeſſione,* Maſcard. *d. prob. 1. tom. concluſ. 362. num. 14. 15. & 16.*

Similiter verum eſſe non credo alterum dictum 28
eiuſdem Canteræ, dum cenſet quod ſi confeſſio prædicta eſſet emiſſa ante delictum fiſco negante traditionem dotis, etiamſi tranſactum ſit biennium à tempore confeſſionis ante delictum, adhuc ipſa mulier teneretur probare numerationem dotis. nam prædicta confeſſio cenſetur donatio inter virum & vxorem, quæ non confirmatur niſi morte viri, ſed eo tempore, vel tempore ſententiæ non poteſt aliquid donare: ergo confirmatio locum non habet, ita Cantera *vbi ſup. in verſ. ergo certè credo.* Nam prætetquam quod in illo articulo, an confeſſio dotis receptæ à marito matrimonio conſtante habeat vim donationis (prout cenſet habere Cantera *vbi ſuprà*) adſunt duæ opiniones ſibimet inuicem repugnantes, & media quædam alia ſententia, quas refert D. Couar. *vbi ſuprà, num. 4. in verſic. primum, & in verſicul. ſed quod etiam,* & quatuor ſententias diuerſas in hoc refert Thomas Sanchez *lib. 6. de matrimonio, diſputatione 9 per totam.* Vera 29
& communis ſententia atque tenenda eſt, quod lex *ſi quis poſt hac, Cod. de bon. proſcript.* non admittens contra fiſcum dotem confeſſatam, procedit in dubio ſi poſt reatum fuit confeſſata, ſecus ſi ante reatum, & tranſierint tempora opponendæ exceptionis, quia tunc non poteſt fiſcus opponere, ſicut nec is cui ſuccedit, vt in terminis tenet Salic. *ibidem, colum. 2. verſicul. quæ tamen hic de dote,* ſequitur Afflict. *deciſ. Neapolit. 402. col. 4. in fin.* & Iſernia, *in cap. 1. §. diffidamus, de ſtatut. & conſuet.* & Rub. Alex. *conſil. 78. colum 2. in fin. num 4. in verſic. non obſtat textus,* communem dixit Bald. *nouel. in tract. de dot. part. 10. colum. 7. in princip. verſic. niſi in primo,* quos



quos refert & ſequentibus Roland. à Valle *conſil. 31. num. 40. cum ſequitur vſque in fin. conſil. vol. 1.* Plotus *conſ. crim. diuerſ. 130. num. 51. vol. 1.* & probat bene Farin. *d. q. 25. n. 122.* & diximus *ſuprà* in principio huius ampliationis. Stante igitur hac vera & communi ſententia, iure procedere non poteſt contraria præfata Canteræ, quam improbamus.

30 Quod ſi dotis promiſſio, aut dotale inſtrumentum præceſſerit, & poſtea confeſſio ſecuta ſit, videtur probatam eſſe dotis numerationem ex textu *in l. in contractibus, §. ſed quoniam, Cod. de non numerata pecun.* vbi dicitur illis etiam ſecuritatibus, quæ poſt confeſſionem dotalium inſtrumentorum, de ſoluta dote, vel ex parte, vel in ſolidum exponuntur, nullam non numeratæ pecuniæ exceptionem penitus opponi, ex quo textu ibi communis intelligit, vt ea confeſſio vim habeat veræ dotis. Et hæc eſt communis & receptiſſima ſententia probata *in d. §. ſed quoniam,* vt affirmat D. Couarru. plures citans *vbi ſuprà, num.* 6. eſt etiam communis ſecundum Anton. Gom. *in l. 51. Taur. cum ſequentibus, n. 52. verſ. 4. limita,* & alios vbique. Eſt communis, vt plures referens inter quos, & nos affirmat Thom. Sanch. *vbi ſuprà, num.* 10.

31 Dotale namque inſtrumentum dicitur etiam id, quo dos marito fuerit promiſſa, vt notatur *in lege exigere dotem, ff. de iudic.* tametſi ſecundum gloſſam fin. Alberic. Barthol. & Bald. *in d. §. ſed quoniam,* ibi dotale inſtrumentum poſſit referri ad id, quo maritus ſemel confeſſus fuit ſe dotem recepiſſe, quaſi geminata ex interuallo confeſſio excludat exceptionem non numeratæ dotis. Quam ſententiam probat etiam, & ſequitur alios allegans Anton. Gomez *vbi ſuprà, verſic quinto limita.* Sed ſat eſt eum textum priorem interpretationem commodè recipere, vt probet præfatam communem ſententiam: tametſi ab ea diſcedat Aretin. *in l. 2. §. creditum, num. 17. ff. ſi cert. petat. ex textu in lege vltim. Cod. de dat. caut. non numer.* cui reſpondet Couarr. *vbi ſuprà,* defendendo prædictam communem ſententiam, quam etiam ſequitur plures citans, & magis communem profitens aduerſus Roman. Angel. & alios Maſcard. *de probat. 1. tom. concl. 566. num. 7. & 8.*

32 Quinimo ſecundum Matthæum de Afflict. *deciſione Neapolitan 41. verſic. ſed in contrarium, num. 10.* huiuſmodi confeſſio dotis receptæ poſt præcedentem dotis promiſſionem præiudicat creditoribus hypothecariis intermediis, vbi affirmat ſic ex concordi ſententia à Regio prætorio deciſum fuiſſe, idem voluit Boër. *ſingul. 56. verbo confeſſio,* citatus à Maſcard. *vbi ſuprà, num. 9.* ergo & fiſco præiudicabit in noſtra ſpecie.

33 Nihilominus tamen in ſpecie præmiſſa contraria opinio in puncto iuris verior & tenenda videtur, nempe, vt aliis quoque præſumptionibus, & veriſimilibus coniecturis opus ſit, ne confeſſio in fraudem fiſci, aut creditorum fortè ſimulata ſit, vt his in terminis probauit Simanc. *dict. tit. 9. num. 68.* Et quod præcipuè in criminalibus contra fiſcum dicta confeſſio cum cautione dotis non probet datam eſſe, ſed oportere vt reuera conſtet ab vxore traditam, conſtat ex Matthæo de Afflict. *in conſtitutione Neapolitan. vt Magiſter iuſtitiæ, Rubrica 40. num. 40. n. 5. lib. 1.* quem ad hoc citat idem probans Maſcard. *concluſ. 362. num. 5.*

34 Et quod prædicta confeſſio, præcedente etiam promiſſione dotis, creditoribus non præiudicet, tenuit etiam Bald. *nouell. in tractat. de dote 10. parte princip. num. 18. verſic. ſeptimo fallit,* idem *in l. 1. num. 148. in verſic. aut contrarium, ff. ſolut. matrim.* ſcribens hanc dotalem hypothecam minimè fore præferendam creditoribus, quibus poſt dotis promiſſionem ante eius receptæ confeſſionem maritus bona iure hypothecæ obligauerit: idem conſuluit Gratus *conſil. 36. verſiculo, præterea in præiudicium creditorum, volum. 1.* Et cum hac opinione ex eo videtur tranſire D. Couar. *vbi ſuprà, num. 6. verſic. cæterum,* quod eam vltimo loco retulerit, nec ipſam improbauerit, aut priorem contrariam probauerit. Quinmo non tantum anterioribus, ſed nec etiam poſterioribus creditoribus præiudicare conſuluit Ruinus *conſil. 157. in princ. vol. 3.* cum quo videtur tranſire eodem modo expenſus, quo Couarr. Maſcard. *d. concl 566. n. 10.* qui eſt vltimus eiuſdem concluſionis.

Ampliatur tertio principalis regula, vt proce- 35
dat etiam in dote conſtituta à marito vxori ante crimen commiſſum (vt ſolet fieri propter inæqualitatem perſonarum, vel alia ratione) nam ſi de hoc conſtiterit, fiſcus tenebitur ſoluere huic mulieri dotem huiuſmodi: ſecus ſi poſt crimen commiſſum id fiat, ita & rectè declarauit Cantera *vbi ſuprà, d. num. 26. verſ. ego intelligo.*

Ampliatur & quarto, vt procedat etiam in bo- 36
nis paraphernalibus vxoris, & aliis eiuſdem propriis, quocumque tit. quæſitis, & in medietate lucrorum conſtante matrimonio acquiſitorum, cuius augmentum creſcit vſque ad ſententiam publicationis bonorum declaratoriam, vt *in l. 77. Taur.* Omnia enim prædicta non confiſcantur propter delictum mariti, ſed vxori eiuſque hæredibus ſunt reſtituenda, vt in d. lege regia: imò ea propria auctoritate vxor capere poteſt & retinere, vt prædiximus.

Donationes quoque propter nuptias, nec arræ 37
vxori datæ, marito hæreſis damnato confiſcantur, ſed ad vxorem pertinent, quia pudicitiæ præmio cedunt: ſimiliter & pars eorum, quæ data ſunt ſponſæ oſculo interueniente, vt hæc omnia nuncupatim poſt alios probauit Simanc. *dict. tit. 9. num. 70. 71. & 72.* & latius Cantera *vbi ſuprà, num. 27. cum ſeqq.*

Ampliatur quinto etiam in dote, quæ debetur 38
vxori pauperi ſine dote, vel cum modica dote viro diuiti nuptæ, iuxta diſpoſitionem authentic. *præterea, Cod. vnde vir & vxor.* Confiſcatis enim bonis mariti non cenſetur confiſcata eorundem bonorum quarta pars, & ſic dos quæ vxori debetur ex diſpoſitione dictæ authent. *præterea,* ita apertè probat textus *in authentica, bona damnatorum,* vbi gloſſa & Doctores, *C. de bon. proſcript. & in §. fin.* vbi Angel. *in authentica vt nulli iudic.* & eſt communis vt per Socin. *conſ. 121. præmittenda, num. 1. & ſequenti volumine 4.* Contad. *in practic. tit. de pub. bon. num. 11. in fin. in verſicul. vxoribus eorum dotem, &c. pag. 433. col. 1.* Plotus *conſil. crimin. diuerſ. 130. num. 41. & ſequentibus lib. 1.* quos refert & ſequitur Farinac. *dicta q. 25. num. 123.* vbi ampliat vt procedat etiam ſi confiſcatio fieret vigore alicuius particularis ſtatuti, vel conſtitutionis, & etiam quod confiſcatio fiat propter crimen læſæ Maieſtatis, vt ibi benè vtrumque probat. Eandem quintam ampliationem ſequitur & probat Peregrin. *de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 81.*

Sextò ampliatur dicta communis regula, vt 39
procedat etiam in donationibus factis vxoris à conſanguineis viri, & è contra: ſunt enim illius, cui

cui donantur, ac proinde propter hæreſim viri non publicantur donationes huiuſmodi factæ vxori à conſanguineis viri, niſi tempore donationis dictum fuiſſet vt marito acquirantur, vt tenent Simanc. & Cantera *vbi ſuprà, in numeris ſequentibus*. Idemque eſſet in caſu conuerſo, Simanc. *num.76.* Cantera *pag.361. in verſic. & ſecundum hæc*. Ego vero cenſeo veritatem huius articuli neceſſario pendere ab illa difficili & perplexa quæſtione, cui acquirantur prædictæ donationes cum fiunt? Hoc namque cognito facilis & in promptu erit reſponſio ad noſtram.

40 Quare eam reſoluendam eſſe exiſtimo ex regula cum ſex fallentiis, quibus illam abſoluimus *lib.2. pract. quæſtionum, q.120. per totam*, præcipuè *num.2. cum ſeqq.* nempe vt in dubio donata à conſanguineis vel amicis viri vxori, cenſeantur donata contemplatione viri, ac proinde ſibi ſuiſque hæredibus acquirantur, & ſic fiſco eius ſucceſſori, ſi vir crimen hæreſis commiſerit, non vero vxori, nec ſuis hæredibus: & è contra conſanguineis vxoris donantibus eius marito, quia tunc vxori quæruntur in dubio: ac proinde propter hæreſim mariti non publicentur, ſed vxori eiuſque hæredibus reſtituenda erunt, ſecundum magis communem & veriorem ſententiam Bart. quam ibi adduximus, *num.8. cum ſeqq.* vbi latè eam probauimus.

Ab hac communi regula excipiuntur ſex caſus, in quibus ferè omnibus donationes prædictæ acquiruntur ei, cui nominatim fiunt: ac proinde in eiſdem propter hæreſim alterius ex coniugibus, cui non quæruntur, minimè in præiudicium alterius catholici publicabuntur: ſed tantum propter crimen proprium hæreſis eius, cui quæruntur prædictæ donationes. Et in his caſibus ſaluari poteſt, & vera erit opinio ſummaria Simanc. & Canteræ.

41 Primus eſt quotieſcumque conſtaret, donatorem conſanguineum, vel amicum viri voluiſſe donare vxori ipſius contemplatione, & præ maximè ſi hoc fuerit expreſſum. Idem erit etiam ſi contemplatione viri donaret. Si tamen intenderet principaliter donare vxori, eique acquiri voluiſſet, non vero viro, in hac enim ſpecie proculdubio vxori acquiritur, non vero viro. Idem eſt è conuerſo in donatis à conſanguineis vel amicis vxoris viro.

42 Secundus eſt quoties in caſu regulæ vir nihilominus poſt ea intenderet donare, donaretque cum effectu eaſdem res vxori, hocque conſtaret: quia confirmatur hæc donatio morte viri præcedente traditione rei donatæ, ac proinde ipſius erunt. Idem erit è conuerſo. Sed quoad noſtram ſpeciem attinet, nempe committente crimen hæreſis vno ex coniugibus, contrarium eſt dicendum, cum ob id non potuerit confirmari morte donatio prædicta; quinimo tacitè cenſebitur reuocata, vt voluit Cantera *dicto cap.1. de hæretic. apoſtat. &c. num.21. circa fin.* & dicemus infra *in ſequenti tertia limitatione ampliationis*, ſicut expreſsè reuocari poterat & reuera reuocatur præcedente vxore, cui facta fuit donatio, vt illic reſoluimus.

43 Tertius caſus eſt quoties vxor, cui donatur à conſanguineis viri, eſſet æquè conſanguinea, vel proprior ipſis donatoribus, & è conuerſo: quia tunc donatio acquiritur ei cui fit. Et in hac ſpecie idem dicendum erit reſpectiuè in noſtra.

44 Quartus caſus eſt ſtante conſuetudine, vt ſic donata in dubio acquirantur ei cui donantur, non vero alteri coniugi, cuius conſanguinei, vel amici donant. Et ſimiliter in hac ſpecie idem dicendum erit reſpectu confiſcationis affirmatiuè, vel negatiuè.

Quintus caſus eſt, vt regula communis præ- 45
dicta procedat quando fuit donata res, vel materia conueniens marito ab eius conſanguineis, vel amicis vxori, veluti arma, equi & ſimilia. Idem ſi eſſet materia indifferens, quæ poterat competere vtrique coniugi, tunc enim erit mariti. Secus, ſi res donatæ conueniebant tantum vxori, veluti veſtes muliebres, vel ornamenta gemmarum, & ſimilia: hæc namque erunt vxoris. Idem in caſu conuerſo. Et iuxta hanc conſiderationem iudicabitur etiam in noſtra ſpecie reſpectiuè circa confiſcationem horum bonorum faciendam, vel non, propter hæreſim vnius ex coniugibus.

Sextus & vltimus caſus eſt quoties conſan- 46
guineus, vel amicus mariti donans eius vxori, prius ab ea aliqua ſeruitia receperat, vt quia magnam diligentiam adhibuiſſet in curando eum in ægritudine conſtitutum, vel quid ſimile, & poſtea ille donauit ei aliquam rem: tunc enim res ſic donata efficietur propria vxoris & non viri, quia potius videtur facta in compenſationem atque remunerationem ſeruitiorum ſibi impenſorum ab illa vxore, quàm contemplatione conſanguinitatis mariti. Idem erit in caſu conuerſo: ac proinde & in noſtra ſpecie confiſcationis reſpectiuè. Cæterum de prædicta noſtra quæſtione practic.120. *lib.2.* latè poſt nos agit Thom. Sanch. *de matrimonio, lib.6. diſputatione 26. per totam*.

Ampliatur & ſeptimo ſæpè dicta regula com- 47
munis de dote mulieris non confiſcanda propter crimen viri, vt in omni caſu, in quo vel ex qualitate criminis, vel ex forma ſtatuti, aut conſtitutionis delinquentis bona confiſcantur, talis confiſcatio non trahatur ad bona per maritum vxori donata, vel è contra: & hoc regulariter præter quam pro crimine hæreſis & ſimilium, de quibus infra dicemus.

Licet enim regulariter donatio inter virum & 48
vxorem à iure ſit prohibita, vt in toto titulo *Cod. & ff. de donat. inter vir. & vxor.* ſi tamen donans vſque ad mortem in eadem voluntate perſiſtendo donationem non reuocauerit, valebit huiuſmodi donatio tanquam morte confirmata, *l. Papinianus, & l. cum hic ſtatus, ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. donationes quas parentes, Cod. eodem*: latè Anton. Gomez *2. tom. var. reſolut. cap.4. de donat. num.23. verſiculo aduertendum tamen*: communis, vt per Clarum, *§ donatio, quæſt.9. verſic. ſcias autem*. Quatuor tamen conditiones ad hoc requiruntur, quas congerit bene declarans Thomas Sanchez *d. lib.6. diſp.14. num.6.*

Et non ſolum morte naturali, ſed etiam ciuili 49
ea donatio confirmatur: & ideo viro bannito ac condemnato illius bona vxori donata, & è contra non veniunt in confiſcatione bonorum, vt probat *l. res, quæ legata, & in l. res vxoris, Cod. de donat. inter vir. & vxor.* Boſſius *in titulo de bon. public. num.36. in principio, verſiculo, non ita eſt in donatione inter vir. & vxor. & n.52. poſt princip. verſiculo: nam donatio inter virum & vxor.* Petr. Dueñas *in reg.226. in fin. in nona limitatione*, & hos refert & ſequitur Farinac. *d. quæſt.25. n.128.* ¶ vbi *n.129.* quod hoc multo magis pro- 50
cedit in donatione, quam vir facit vxori ex cauſa
augmenti dotis, vt ibi cum aliis latè probat. 51
Quinimo & in donatione cauſa mortis facta inter





coniuges: hæc namque morte ciuili etiam coniugis ſic donantis confirmatur, ac propterea dicta bona in fiſcum minime tranſeunt propter coniugis donantis delictum. Ita tamen, vt ei donanti non cenſeatur adempta poteſtas reuocandi eam donationem vſque ad eius mortem naturalem, *l. ſed ſi mors, ff. de donat. inter vir. & vxorem l. res vxoris, C. eodem titulo*, & pro ſingulari notat Bald. *in l. executorem, col.9. in verſiculo, quæro quidam timens, C. de executione rei iudic.* ¶ vbi propterea di-
52 cit eſſe ſingulare remedium fraudandi fiſcum, videlicet, vt qui timet ne bona ſua à fiſco vendicentur poſſit facere vxori donationem cauſa mortis, quia ſequuto banno & ſic morte ciuili donatio conualidatur: & non per hoc ipſe vir priuatur poteſtate reuocandi donationem vſque ad illius mortem naturalem, *vt in dicta l. ſed ſi mors*, & Bald. ſequuntur Paul. de Caſtr. *in l. poſt contractum in vltimis verbis, ff. de donat.* Iaſ. *in l. ſi ſtipulatus fuerim, §.1. in penultima col. in princip. ff. de verborum oblig.* Marſil. *ſingul.316. incip. accipe*, Plotus *conſil. crimin. diuerſ.130. num.25. volum.1.* & latè comprobat Boſſius *in tit. de public. bonorum num.36. cum ſequentibus*, vbi teſtatur de communi opinione, & *numer.52. poſt principium in verſiculo, idem eſt in donatione inter virum & vxorem cauſa mortis*, Catel Cotta *in ſuis memoral. verſiculo, donatio cauſa mortis facta à marito*, vbi pariter dicit, quod omnes Doctores vbique commendant deciſionem Bald. *in dicta l. executorem*; nec diſſentit Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.124. numer.71.* quos refert & ſequitur Farinac. *dicta quæſt.25. num.131.* Ego vero hanc communem ſententiam ita demum probo, ſi in fraudem fiſci non fiat: alias ſecus per regulas communes & generales, & in ſpecie dicemus ſtatim.

Et procedunt omnia prædicta in hac ſeptima
53 ampliatione etiam quod maritus eſſet reus criminis læſæ Maieſtatis in primo capite commiſſi contra perſonam Imperatoris: adhuc namque ſi propter tale crimen eius bona publicentur, non veniunt in huiuſmodi confiſcatione res prius per maritum donatæ vxori, vel propter nuptias, vel inter viuos, vel cauſa mortis: quia donatio confirmatur etiam viro damnato propter crimen læſæ Maieſtatis, vt cum Ploto *vbi ſup. n.48.* & Socin tenet Farin. *vbi ſup. n.132.*

54 Limitantur nunc primo omnia dicta in hac ſeptima ampliatione, vt non procedant quando donatio prædicta ſiue inter viuos, ſiue ex cauſa mortis, vel augmenti dotis eſſet vxori facta in fraudem fiſci: tunc enim morte ciuili ipſius mariti non confirmatur, & illius bonis publicatis cenſentur etiam publicata vxori donata in fraudem fiſci, l. poſt contractum, vbi gloſſa, Bart. & alij *ff. de donat.* Boſſ. *in tit. de bon. public. num.52. in principio*, ibi, ſi ſunt factæ concurrentibus ſuſpicionibus, & iterum *dicto n.52. poſt medium, verſ.2. dubitatur hæc concluſio*: ¶ vbi amplius, quod hæc
55 donatio poteſt dici facta in fraudem, non ſolum ſi fiat poſt delictum, quo caſu abſque alio donatio dicitur fraudulenta, ſed etiam ſi ſit facta ante delictum concurrente aliqua fraudis ſuſpicione, vt *in l. in fraudem, ff. de iure fiſc.* Anton Gom. *3. tom. variar. reſolut. c. de confiſcat. bon ſub num.4.* & de communi teſtatur Farin. *vbi ſup. n.134.* poſt Picum, Boſſ. & Clarum *in pract. crim. q.78 verſic. ſolet etiam*, quos ibi citat.

56 Limitantur & ſecundo ſuperiora dicta pro ſeptima ampliatione, vt procedant quando mulier tempore banni, & ſic mortis ciuilis ſui viri, reperitur in poſſeſſione rerum ſibi donatarum: tunc enim dictæ res non tranſeunt in fiſcum, quia donatio per viri mortem ciuilem confirmata cenſetur. Secùs ſi tales res donatæ penes vxorem non reperiantur, quia tunc tranſeunt in fiſcum, nec donatio per bannum confirmatur, ita voluit Boſſ. *vbi ſupra dicto num.52. ante medium*, ibi, interim igitur vxor ſtaret in poſſeſſione. Et ex profeſſo tenet & probat Farin. *d. quæſt.25. num.136.*
¶ ex eo quod generaliter ſtatutum ſit in iure, 57
quod ad hoc vt donatio inter virum & vxorem morte confirmetur, neceſſe eſt vt ante mortem mariti interueniat traditio vera, vel ſaltem ficta, quæ vice traditionis veræ fungatur: alias enim ſi ſola promiſſio interueniſſet donatio non firmatur morte, vt tenet Bald. *in d. lege Papinianus*. Eſt communis ſententia, vt teſtatus Cepol. *conſ. crimin.8. numer.5.* Couarru. *in Rubrica de teſtam. 3. part. num.3* Clar. *in §. donatio, quæſt.9. verſ. ſecus autem*, Farinac. *vbi ſup. num.137.* & eſt communis, vt plures allegans affirmat, & eam late probat Thomas Sanch. *lib.6. de matrim. diſput.14. num.6.*

Tertio & vltimo præfata ſeptima ampliatio 58
declaratur, vt non procedat quando memoria defuncti damnaretur: tunc enim licet alias donatio facta vxori confirmaretur per mortem ciuilem ipſius donantis, & propterea res donatæ non tranſeant in fiſcum; non tamen ſic eſt quando eiuſdem viri delinquentis, & donantis defuncti memoria damnatur, quia tunc talis donatio non confirmatur, ſed reuocatur, *l. cum hic ſtatus 35. § ſi donator, verſicul. ſi maritus vxori, ff. de donat. inter vir. & vxorem*, Bart. *in l. poſt contractum, verſiculo, ſeptimo adde, ff. de donat.* Salicet. *in l. ſi quis poſt hac, colum 5. C. de bon. proſcript.* Boſſius, *de bon. public. num.36. poſt principium, verſiculo, quæ tamen lex recipit limitationem, & numer.52. ante medium, verſiculo, limitatur tamen hæc concluſ.* vbi idem probat in dotis augmento, refert & ſequitur Farinac. *d.25 num.135.* & Thom. Sanchez, *lib.6. de matrimonio, diſputatione 14. num.1.*

Ex quo infertur, quod cùm pro crimine hæ- 59
reſis damnetur perſona defuncti, *vt in cap. ſi quis Epiſcopus, de hæretic. l. quoniam venerabilis, C. de Epiſcopis & clericis*, Zanchin. *in tract. de hæretic. q.13. n.4* Farin. *dicta 1. p. q.10. de Inquiſit. n.38.* Et ſi talis donatio morte non confirmetur, quinimo tacite cenſeatur reuocata, vt eſt prædicta, talis donatio facta à viro vxori tranſibit in fiſcum, vt patet ex prædictis, & præterea tenet in terminis Cantera *in d. c.1. de hæret. ſchiſmat. &c. n.21. circa fin.* & diximus ſupra in ſecundo caſu donationis factæ vxori à conſanguineis, vel amicis viri, & ſic de ſimilibus.

### *Quoad creditores mariti agamus modo.*

QVæro an creditoribus hæretici exiſtentibus 60
ante crimen commiſſum ſatisfaciendum ſit ex bonis poſtmodum publicatis? In quo affirmatiue reſpondendum eſt: hi namque præferuntur pœnis fiſcalibus, nec poſſunt vlla bona ad fiſcum pertinere, niſi quæ ſuperſunt deducto ære alieno, *l. C. de pœn. fiſcal. &c. lib.10.* & in terminis ita late probat & tenet D. Simanc. *de inſtitut. Catholic. titul.9 numer.121.* & Cantera *in ſuis qq. crimin. in capit.1. de hæretic. apoſtat. &c. num.21.* vbi quod debet conſtare clare de debito, & quod realiter ſit debitum, & quod

obligatio non fuerit facta in fraudem fiſci. ❡
61 Ampliat Simanc. *vbi ſup. n.122.* vſque adeo fiſ-
cum teneri creditoribus hæretici ſatisfacere, vt
etiam ſi Eccleſiæ reconciliatus locuples poſtea
efficiatur, aut aliquid bonorum ex indulgentia
Principis impetrauerit, creditores ex antegreſſo
non habeant cum eo actiones, ſed ære alieno ex
præcedenti tempore pœna liberatus ſit, excepto
ſi partem bonorum recuperauerit, nam pro rata
portione obligatus erit, Quemada *q.20.* dicemus
*infra* latius.
62 Et quod fiſcus capiens bona tanquam confiſ-
cata teneatur ad onera legatorum & fideicom-
miſſorum, & creditoribus hæreditariis quaſi hæ-
res, & ſic teneatur perſoluere omnia debita con-
demnati, teſtatur communem ex aliis Iul. Clarus
*in practica crimin. quæſt.78. in verſic. ſed an teneatur.*
Sed quando capit bona vt vacantia non tenetur
ad legata, neque ad fideicommiſſa, iuxta ſenten-
tiam communiter receptam ex Ripa *in l. ex facto,*
63 *§. ex facto, num.6. ad Trebell.* ita Clar. *vbi ſup.* ❡ ad-
dens, quod ſi bona deferantur ad fiſcum ex ſuc-
ceſſiuo edicto deficientibus aliis ſucceſſoribus,
fiſcus in hac ſpecie non tenetur ad legata & fi-
deicommiſſa, ſecundum magis communẽ ſenten-
tiam & practica obſeruatam, & ideo non eſſe ab
ea in iudicando recedendum, cõtra Bald. *in l. eam
quam n.5 in fin. C. de fideicomm.* contrarium tenen-
tem, & Salicet. *in l. vnic. §. penult. n.39. C. de caduc.
tollend.* dicentem quod communiter tenetur opi-
nio Bald. idem cum Clar. *vbi ſup.* contra Bald. &
Salicet. ſequitur & profitetur Farin. *n.186. in loco
infra citando.*
64 In omnem tamen caſum quando fiſcus ſucce-
dit alicui, ſiue tanquam in bonis vacantibus, ſiue
ex confiſcatione, numquam tenetur vltra vires
hæreditarias, etiam ſi non confecerit inuenta-
rium, vt cum communi reſoluit Iul. Clar. *vbi ſup.
in verſ. vnum ſcias,* de quo *ſupra.*
Sed vt materiam hanc habeatis perfectè abſo-
lutam, atque declaratam, conſtituo regulam ge-
neralem in propoſito cum ſuis ampliationibus
& limitationibus cum Farin. nouiſſimè poſt hæc
ſcripta viſo *in ſuis quæſt. crimin. 1. p. q.25. de delict.
& pœn. n.169. cum pluribus ſequentibus,* in modum
qui ſequitur.
65 Fiſcus in omni caſu, in quo capit bona confiſ-
cata, tenetur ſatisfacere creditoribus delinquen-
tis de bonis incorporatis, nec non & ad legata fi-
deicommiſſa, & alia onera hæreditaria, ad quæ
ipſe delinquens tenebatur. Hæc eſt communis
ſententia (vt prædiximus) quod etiam profitetur
& ſequitur alios allegans Farin. *ibi ſup. n.170.* ſe-
quitur & probat Peregrin. *de iure fiſc. lib.5. tit.1.
n.54. in verſic. ſic etiam,* vbi in verſiculo ſequenti
hoc intelligit in debitis contractis ante commiſ.
crimen, non poſt contractum Couarr. *in quarto de
ſponſal. 2. p. c.6. §.8. ante num.10.* niſi ex cauſa ali-
mentorum & defenſionum ipſius rei, de quo *ſu-*
66 *pra* diximus, & probatur iure: ❡ quia tunc fiſcus
habetur loco hæredis, *l. tutores in fin. & ibi gloſſa,
C. ad legem Iul. de vi priuat. l. inter eos,* & ibi etiam
gloſſa, Bart. *ff. de fideiuſ. l. non intelligitur, §. ex cau-
ſa,* & ibi gloſſa *in verbo, pertinet, ff. de iure fiſc.* Bald.
*in l. penult. §.1. C. ad Trebell. & in l.4. C. ad legem
Falcid.* communis ſecundum Aymon Crauet.
*conſil.265. numer.7.* prout eum & alios idem ſe-
quutos refert & probat Farinac. *d. quæſt.25. nu-
mer.169.* & vltra eum Peregrin. *de iure fiſc. lib.5.*
67 *titul.1. num.53.* ❡ Et in hæredem omnes actio-
nes actiuæ & paſſiuæ tranſeunt, quia hæres &
defunctus cenſetur vna eademque perſona, *vt in
authentica de iureiur. à morient. præſt. poſt princip.*
latè Ioſeph. Ludouic. *in ſuis commun. opinionibus
concluſione 16. per totam.* ❡ Hinc plurima dedu- 68
cuntur, quæ latè examinat Peregrin. *de iure fiſc.
dicto lib.5. tit.1. num.69. cum ſequentibus.* ❡ Et de- 69
bet conſtare de vero credito, alias chartula con-
feſſionata inter aſſertum creditorem & reum
condemnatum non probaret, quia ſuſpecta &
ſimulata præſumetur, niſi ex probationibus vel
aliis legitimis præſumptionibus fides illius char-
tulæ confirmaretur: & ſi parùm ante delictum, vel
poſt facta appareret, augeretur fraudis ſuſpicio,
vt vtrumque iure probat Peregrin. *de iure fiſc.
lib.5. titul.1. numer.54. ad fin. fol. mihi 132. co-
lumna 1.*
Ampliatur primo hæc cõmunis ſentẽtia, quod 70
fideiuſſor ipſius debitoris condemnati, vel tertius
poſſeſſor bonorum conuentus à creditoribus
eiuſdẽ debitoris, poterit opponere diſcuſſionem
prius eſſe faciendam in fiſcum, tanquam princi-
palem debitorem, vel tanquam principali debito-
ri ſuccedentem: ſicut hoc facere poſſet aduerſus
ipſum proprium principalem debitorem, ſi de-
linquens non fuiſſet beneficio, Authentica præ-
ſente, *C. de fideiuſ. & Authentica, quod ſi debitor, de
pigno.* Fiſcus igitur in hac ſpecie in primis diſcu-
tiendus eſt, ita gloſſa *in l. ſententia,* vbi Bald. *C. de
fideiuſſor.* quam ſententiam plures ſequuntur. Et
licet contrarium verius crediderit Bart. *in l. fin. in
final. verb. ff. ſi cert. pet. & in l. decem ff. de verbor.
obligat.* cuius opinionem late defendit Abb. *con-
ſil 29. columna penultim. lib.2.* Ancharan. *conſ.294.
& 317.* Socin. *conſil.46. col.5. volumine 4.* Iacob. de
S. Georg *in dicta l. fin. n.3. verſ.3. fallit:* prior tamen
ſententia non ſolum communis, ſed etiam magis
communis à Doctoribus nuncupatur, vt videre
licet apud Gabriel. *lib.3. titul. de fideiuſſ. concluſ.1.
numer.4. in verſic. & quia prima opinio,* Aymon
*conſil.273. num 7* Anchar. Regien. *quæſt.25. num.4.
p.2.* Michaël Craſſ. *in ſuis communibus opinioni-
bus lib.1. cap.11. quæſt.7.* & Farinac. qui præd.
citat *vbi ſupra, num.171.* dicentem quod non re-
cedas ab ea.
Hæc tamen ampliatio vera eſt, & procedit 71
quando bona debitoris vniuerſaliter confiſcan-
tur, ſecus ſi certa tantum res confiſcaretur, vt cum
aliis probat Peregrin. *d. lib.5. tit.1. n.66.*
Ampliatur & ſecundo præfata regula, vt ſi de- 72
linquens habuerit bona ſita in diuerſis territo-
riis, & creditores pro conſequendis ſuis debitis
agant contra fiſcum illius territorij, in quo ipſi
creditores contraxerunt cum debitore delinquẽ-
te, non poteſt idem fiſcus illos remittere ad fiſcũ
alterius territorij & iuriſdictionis, vbi alia bona
confiſcata ſunt, ex regula iuris quæ habet, ❡ 73
quod in eo loco, in quo contractus celebratus eſt
in eo debitor ſoluere debet, & non in alio inuito
creditore, *l. is qui certo,* & ibi Bart. *ff. de eo quod
cert. loco,* Angel. & Alexand. *in l. qui Romæ in prin-
cip. ff. de verborum obligat.* & in ſpecie ita tenet
Immol. *in l. ex facto, ff. de hæred. inſtit. & in conſil.
25. colum 10. & ſequenti,* Paul. de Caſtr. *conſil.209.
num.1. verſic. ſi enim,* quos refert & ſequitur An-
char. Iun. Regien. *in ſuis quæſt. famil. quæſt.25. n.5.
iuncto num.12. p.2.* ſequitur Roland. à Vale *de lu-
cro dot. quæſtione 20. numer.10.* & iterum *con-
ſil.78. numer.15. volumine 2.* ❡ quod ſicut qui-
libet fiſcus poteſt agere in ſuo territorio contra 74
nomina debitorum ibidem exiſtentia, & ad
condemnatum ſpectantia: ita pariter & quili-
bet fiſcus debet correſpondere & ſatisfacere cre-
ditoribus eiuſdem condemnati, ſecundum Ca-
noniſtarum



noniſtarum & Legiſtarum communem opinio-
nem, prout eos refert & ſequitur Farinac. *dicta
quæſt.25. n.171.* vbi alios citat dicens, quod qui-
libet fiſcus tenetur creditoribus ſuis ibi in illo
territorio exiſtentibus pro rata bonorum, &
prout quiſque habet bona condemnati, & non
pro virili.
75 Non tamen tenetur fiſcus vnius territorij ſatiſ-
facere creditoribus alterius territorij, vbi alia
bona confiſcata ſunt, ne fraudetur fiſcus vnius
territorij illum priuando omnibus bonis confiſ-
catis, altero fiſco illæſo remanente, ſecundum
Cyn. Petr. Bald. & Angel. *in dicta l. ex facto, ff. de
hæred. inſtit.* eſt communis ſecundum Auguſtin.
ad Angel. *de maleſ. verbo & eius bona publicamus,
num.9.* prout refert & ſequitur aduerſus Immol.
contrarium tenentem Iul. Clar. *in practic. crimin.*
76 *§. fin. quæſt.78. verſic. ſed quæro an hoc caſu,* ❡ vbi
limitat, præterquam ſi bona vnius territo-
rij non ſufficerent: tunc namque, ne creditoribus
iura pereant, & ne in totum eorum credito fru-
ſtrati remaneant, eis ſatisfaciendum eſt etiam de
bonis ſitis in alio territorio, & ita plures apud ſe
in Magiſtratu Mediolani ſeruatum fuiſſe teſtatur,
refert & ſequitur Farinac. *dicta quæſtione 25. nu-
mer.173.*
77 Ampliatur tertio, vt ſi condemnatus habuerit
aliqua nomina debitorum, quæ poſtmodum fue-
rint confiſcata, non poteſt fiſcus eiſdem credito-
ribus dare in ſolutum pro concurrenti debiti
quantitate dicta nomina debitorum, ſicut nec de-
bitor ipſe non poteſt creditori ſuo aſſignare de-
bitoris ſui nomen in ſolutum, *vt in leg. cum à quo,*
& ibi Bald. & Salicet. *C. de ſolut.* ita Anchar. Iun.
*d. q.25. n.6. in fin. iunctis n.10.11. & 13. p.2.* & Fa-
rinac. *vbi ſup. n.174.*
78 Ampliatur & quarto, quod in huiuſmodi cau-
ſis creditorum agentium contra fiſcum pro re-
cuperatione eorum creditorum procedi debeat
ſummariè & ſine dilatione, licet iudices male
ſeruent contrarium in animarum ſuarum detri-
mentum, vt ex Salicet. refert Clar. *dicta quæſt.78.
verſic. ſed quæro an hoc caſu, in fin.* & Roland. *con-
ſil.31. num.36. volumine 1.* & Farinac. *vbi ſupra
num. 176.*
79 Ampliatur etiam & quinta regula præmiſſa, vt
bonis debitoris confiſcatis liberatus ſit ipſe de-
bitor pro parte & quantitate confiſcata, adeo, vt
creditores non poſſint amplius contra ipſum de-
bitorem agere, ſed contra fiſcum, qui debitoris
bona confiſcata retinet, textus *in l.2.* vbi Bald. &
Salicet. *C. ad legem Iul. de vi publica, & l. ſi marito,*
vbi gloſſa, *ff. ſolut. matrim. & in l.1. cum ibi notatis.
C. de fideiuſſ.* Peregrin. *de iure fiſc. lib.5. tit.1. n.55.*
Plotus *conſilio crimin. diuerſor.130. num.8. volum.1.*
vbi quod non per hoc eſt liberatus fideiuſſor, per
textum *in dicta l.1. & l. fin. C. de duobus reis, lege
capitis, ff. de fideiuſſ.* Pereg. *vbi ſupra verſiculo illud,*
vbi *num. ſequenti* hoc declarat & per Caſtrenſ.
*conſil.209. volumine 2.* & bene declarat Auguſtin.
ad Angel. *de maleſ. in dicto verbo & eius bona pu-
blicamus, num.9.* & Farinac. *dicta q.25. num.178.
qui num.179.* hoc ampliat etiam quod prædictus
debitor reſtitutus & aggratiatus de delicto de-
uenerit ad meliorem fortunam, iuxta *lib.4. C. de
ſentent. paſſ.* qui textus eſt mirabilis in hoc, vt per
80 Doctores ibi ab eo citatos. ❡ Quod procedit
quando debitor ipſe non ad bona, ſed ſolum à
delicto ſit reſtitutus & aggratiatus: ſecus, ſi reſti-
tutus eſſet etiam ad omnia bona confiſcata, vel
ad aliquam quotam partem illorum, & tunc (licet
ſecus ſit ſi ad rem tantum particularem reſtitue-
retur) cùm per hanc reſtitutionem reſeruæ dican-
tur in ipſum actiones paſſiuæ, remanet denuo
obligatus eiſdem ſuis creditoribus, qui propter-
ea poterunt contra ipſum debitorem agere pro
recuperatione ſuorum creditorum, ſicut pote-
rant ante condemnationem, *vt in l.3.* vbi Angel.
Bald. & Salicet. *C. de ſent. paſſ. & in leg. ſi deporta-
tis, C. eodem tit. & in l.2. & 3. ff. eodem,* citat plures
ita tenentes eos ſequutus Farinac. *vbi ſup. n.180.*
amplians vt procedat etiamſi reſtitutus iſte ne-
gligat à fiſco recuperare bona, ad quæ fuit reſti-
tutus, ad hoc ne teneatur ſuis creditoribus, quia
non per hoc erit liberatus, ſed adhuc conueniri
poterit, *l. penult. ff. de ſentent paſſ.* gloſſa *in l.4. C. eo-
dem,* & Angel. *in l. ſi debitor in fin. C. eodem ti-
tulo.*
Fideiuſſor tamen datus poſt publicationem bo- 81
norum non obligatur, cùm nulla adſit principa-
lis obligatio, cui adhærere poſſit, vt cum Paul. &
aliis tenet Peregrin. *vbi ſup.* vbi quod nec etiam
naturaliter teneatur, nec pro poſt quæſitis excuti
poſſit debitor principalis iam liberatus per pu-
blicationem bonorum.
Sublimitatur præcedens limitatio, ſi dictante 82
ſtatuto, ſeu aliqua ſpeciali conſtitutione fiſcus
emiſiſſet proclama, vt creditores infra certum
tempus comparerent & docerent de ſuo credito,
quo elapſo & de credito nõ docto amplius ad ali-
quid petendũ non admitterẽtur: quia tunc ſi cre-
ditores in petendo eorum credita negligentes
fuerint, non poterunt amplius contra fiſcum age-
re, nec etiam contra debitorem principalem ad
bona reſtitutum, ita conſuluit Petr. Anton. Au-
guſt. *conſ.10. num.17. cum ſequentibus, lib.3.* Et licet
contrarium ex multis verius eſſe Boſſ. *in tit.* de
proclamo quod fit in bonis publicationis, *n.15.*
& 16. hanc tamen ſublimitationem optime de-
fendit Sforcia Oddus Peruſ. *de reſtitutione in in-
teg. p.2. quæſt.97. art.3. per totum, numer.15. cum ſe-
quentibus,* & ſequitur Farinac. *vbi ſupra, nu-
mer.181.* voluit etiam Peregrin. *de iure fiſc. lib.5.
tit.1. numer.54. in verſic. creditores autem, fol.131.
col.3.*
Sublimita ſecundo eandem præcedentem li- 83
mitationem, vt licet ad bona reſtitutus teneatur
ſuis creditoribus ſatisfacere, non tamen prohi-
betur (ſi vult) dictis ſuis bonis cedere in fauorem
eorundem creditorum: & ſic cedendo liberatur,
ſicut & liberaretur alter debitor. Quæ eſt verior
& æquior aduerſus quamplures tenentes contra-
rium, vt per Brun. *in tractat. de ceſſ. bon. p.4. quæ-
ſtione 15. verſiculo in hoc autem,* & alios quos re-
fert & ſequitur Farinac. *vbi ſup. num.182.* quam
optime defendit Sforcia Oddus *vbi ſupra, art.4.
per totum num.19. & ſequentes.* Sed in hoc diſtin-
guendi ſunt tres caſus, vt bene per Brunor à So-
le *in ſuis quæſtionibus legal. in q.19. numer.68. cum
ſequentibus.*
Limitanda tamen eſt primo ſupra dicta regula
communis affirmatiua, quæ habet quod fiſcus
capiens bona confiſcata delinquentis teneatur
ſatisfacere ſuis creditoribus, legatariis, & fidei-
commiſſariis, &c. vt procedat, ſcilicet, in quãtum
bona confiſcata ſufficiunt, & non vltrò de ſuo
proprio, etiam quod inuentarium non confecerit
ſecundum communem ſententiam, de qua teſta-
tur Iaſ. *in l. ſcimus in principio, num.1. C. de iure de-
liber.* & cum eo & pluribus aliis Farinac. *vbi ſu-
pra num.183. cum duobus ſequentibus,* vltra Cla-
rum ſupra citatum paulo poſt principium huius
quæſtionis. ❡ Imò etiam fiſcus hæres teſtamen- 84
tarius, inuentario non confecto, non tenetur

creditoribus vltra vires hæreditarias, ſecundum
veriorem opinionem Bart. & Bald. contra alios,
teſte Peregrin. *de iure fiſc. lib. 4. tit. 1. num. 3.* A for-
tiori idem erit quando fiſcus non capit bona vt
hæres, ſed vt vacantia vel publicata, ſecundum
eundem Peregrin. *dicto lib. 4. titul. 3. numer. 13. &
num. 64.*

85 Secundo limitatur præfata communis regula,
vt licet fiſcus teneatur ſatisfacere creditoribus
delinquentis ex cõtractu, non tamen teneatur ſa-
tisfacere creditoribus ex delicto, quibus fiſcus
præferri debet etiam in pœnis pecuniariis, vt de
communi teſtatur D. Couarr. *lib. 1. var. reſol. c. 16.
poſt n. 8.* Claudius Baltand. *in regula crimin. 140.
num. 1.* Iul. Clar. *d. q. 78. in verſic. vidi quandoque,* &
eos referens Farinac. *d. q. 25. num. 188.* vbi *num.
ſequenti* aduertit, quod ſi ex eodem delicto, pro
quo bona confiſcantur, & ex eadem ſententia ve-
nit de iure delinquens etiam condemnandus ad
intereſſe partis offenſæ, tunc ea concurrente cum
fiſco pro ſua pœna præferri ſemper debet pars
pro emenda damni paſſi: & quod ita ſæpius ſerua-
tum vidit, & æquitati etiam magis conſonum di-
xit idem Claud. *vbi ſup. dicta regula 140. in fin.* &
eſſe veriſſimum cenſeo.

86 Tertio limitatur, vt procedat cum fiſcus ſucce-
dit in omnibus bonis, vel quota eorum; ſecùs ſi
reus fuiſſet condemnatus in certam pecuniariam
ſummam, quia tunc fiſcus non tenetur illius cre-
ditoribus, ſed debitor ipſe. Fiſcus autem in ſubſi-
dium poſſet conueniri pro quanto in eum perue-
niſſet à creditoribus anterioribus, ſi debitor non
eſſet ſoluendo, vt cum Socin. Iun. *conſ. 74. n. 23.
volum. 3.* tenet Peregrin. *d. lib. 5. tit. 1. num. 59.* Sed
poſt hæc ſcripta latiſſimè agit de hac materia
Thom. Sanch. *in ſua Summa lib. 2. c. 17. per totum*
omnino videndus. Superiora tamen ſufficiunt in
propoſito, vt ad alia magis neceſſaria in praxi
deueniamus.

### SVMMARIVM.

1 *Patronatus ius Eccleſiaſticum an comprehenda-
tur in confiſcatione bonorum vniuerſali?
Quatuor concluſionibus reſoluitur per totam
quæſtionem.*

## *An ius patronatus Eccleſiaſticum comprehendatur in confiſcatione bonorum vniuerſali?*

1 QVÆRO an confiſcata bonorum vniuerſi-
tate ob delictum poſſeſſoris ius patro-
natus Eccleſiaſticum cenſeatur etiam
confiſcatum? Hanc quæſtionem tangunt & exa-
minant latiſſimè antiqui & moderni profeſſores
noſtri Pontificij à gloſſis vſque ad nouiſſimos, in
pluresque opiniones ſcinduntur, atque diſtinctio-
nibus pene confunduntur. Ideoque vt obſcurita-
tem fugiamus, claritatem & receptas ſententias
amando, omiſſa diſputatione, breui reſoluam ſer-
mone quod alias amplo campo diſperſum eſt. Sit
igitur.

2 Prima concluſio. Confiſcatis vniuerſis bonis,
ſeu vniuerſa hæreditate ius patronatus in ea co-
hærens in fiſcum tranſit, ita volunt gloſſa *in cap.
filiis vel nepotibus, verbo propinquis, 16. q. 7.* quam
ſequuntur cum communi Abb. *n. 9.* Decius *n. 6.*
Felin. 3. *in c. quanto de iudic.* Roch. de Curt. *de iu-
re patronat. verbo ipſe, vel is, quæſtione 8. & 29.
numer. 69.* communis ſecundum Citadin. *in eo-
dem tractat. 9. p. quæſt. 20. num. 28.* Ferrer. *conſ. 179.
num. 1. & 2.* Aufrer. *in tractat. de poteſtat. ſecul. re-
gula 4. fallentia 21.* Iul. Clar. *lib. 5. recept. ſentent. §.
fin. quæſtione 78. in verſiculo quæro modo.* Et pro-
culdubio vera & communis eſt, quando confiſ-
catio à iudice Eccleſiaſtico fit, atque tunc abſque
contradictione procedit ſecundum D. Molin. *l. 1.
de Hiſpan. primog. c. 24. num. 16.* Canter. *in ſuis quæ-
ſtionibus crimin. cap. 1. de hæret. apoſt. &c. numer. 50.
pag. 408.* vbi quod in crimine hæreſis non eſt
dubium, quia hæreticus priuatur omni honore,
& eſt infamis iure Canonico, & per iudicem Ec-
cleſiaſticum. § Sed quando confiſcatio fit à iudi- 3
ce ſeculari, etiam vniuerſitatis bonorum, pluri-
bus dubia viſa eſt hæc communis ſentẽtia: quo-
niam ius patronatus non poteſt transferri in fiſ-
cum, nec ipſi applicari, nec iudex ſecularis illius
cognitionem habere poteſt, cùm ſit incapax co-
gnoſcendi de iure ſpirituali vel ei annexo, prout
eſt ius patronatus, *d. c. quanto, de iudic.* quod qui-
dem transferri non poteſt niſi per modos à lege
Pontificia probatos, *cap. ex litteris, c. cum ſeculum,
c. cura, c. quia clerici, de iure patron.* ſed confiſcatio
non eſt huiuſmodi ſaltem lege Pontificia: ergo
ius patronatus non venit in confiſcatione bono-
rum, ita gloſſa *in Clementina paſtoralis, verbo ſub-
iecta,* per textum ibi *in §. cùm etſi illa, de re iudic.*
quam ſequitur Barbat. *in d. c. quanto num. 17.* & ibi
Decius. *num. 6.* Caſſan. *in conſuetud. Burgund. in
Rubric. 2. §. 2. gloſſa 2. num. 9.* & eſt communis ſe-
cundum Couarr. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 18. n. 7.*
& Gigas *de crimin. læſæ Maieſtatis lib. 2. titul. de
pœnis, quæſt. 4. in principio, num. 3.* vbi quod ſecun-
dum eam ita alias & conſultum & iudicatum in
Venetorum dominio teſtatur. Et eſſe communem
cum Gigante & Couar. *vbi ſup.* refert Clar. etiam
*vbi ſupra*, & communem & magis communem
plures allegans teſtatur. & eam ſequitur Farinac.
*in ſuis quæſtionibus crimin. 1. p. quæſtione 25. de de-
lict. & pœn. num. 151.* eamque etiam ſequitur Pe-
regrin. *de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 121.* D. Coſta *in
c. ſi pater, de teſtament. in 6. 2. p. verbo Trebellianica,
num. 7.* & Cantera *vbi ſupra, num. 49.* § Quod qui- 4
dem verum eſſe tenet Clarus vbi ſupra, quando
ius patronatus non erat tranſiturum in extraneos
hæredes: tunc namque nec tranſit in fiſcum. Se-
cus, ſi tale ius erat tranſitorium etiam ad extra-
neos hæredes, quia tunc ſibi placet opinio gloſ-
ſæ, quod tranſeat etiam in fiſcum: non enim vi-
det cur non debeat in fiſcum tranſire, qui per
omnia habetur loco hæredis. Sed de hac diſtin-
ctione & doctrina Clari multum dubitat Fari-
nac. *vbi ſupra, num. 153.* qui diſtincte tenet præ-
fatam ſecundam ſententiam negatiuam, quam
eſſe communem affirmat: quia iudex laicus in-
capax eſt cognoſcendi vtroque caſu ſuper iure
patronatus, quod ſpirituale eſt, *vt in dicto c. quan-
to*, nec etiam durante vita delinquentis, vt per
ipſum ibi *n. 54.*

Nihilominus tamen adhuc verior veriſſima- 5
que opinio eſt, ius patronatus cùm vniuerſitate
villæ, ſeu hæreditatis confiſcata in fiſcum tranſi-
re, etiam ſi iudex laicus confiſcationem fecerit
vniuerſitatis villæ vel hæreditatis, dummodo id
non ſpecifice de iure patronatus loquens faciat,
ſed generice vniuerſitatem, cum qua patronatus
ex ſui natura tranſire debet, fiſco adiiciat, vt per-
multi Doctores aduertunt: & in terminis probat
Cæſar



Cæſar. Lambert. *de iure patronat. lib. 3. quæſt. 8. art.
8. in 8. caſu num. 20.* loquens in vniuerſitate villæ
vel caſtri; quamuis in vniuerſitate hæreditatis
contrarium & abſque iuridico fundamento exi-
ſtimauerit ibi in nono caſu, *num. 21* ſecundum D.
Molin. *vbi ſupra dicto num. 16. verſiculo cæterum,*
qui hanc opinionem probauit, & verius credit
Petr. Greg. *in ſyntag. iur. vniuerſi lib. 3. c. 17. num. 5.*
eſtque veriſſima propoſitio & ita ſecure tenenda
ſecund. D. Sahagum *in dicto c. quanto, num. 33. cum
ſequentibus*, vbi reſpondet fundamentis contra-
riis. Iuridicus enim modus eſt tranſeundi ius
patronatus cum vniuerſitate bonorum etiam
inter laicos, iuxta receptas noſtri iuris traditio-
nes, vt *in d. c. ex litteris, & c. cum ſeculum, de iure pa-
tronat.* ergo & per confiſcationem vniuerſitatis
bonorum. Non enim poteſt ratio diuerſitatis
congrua in hoc aſſignari inter eam & venditio-
nem, conductionem, donationem, permutatio-
nem, vel ſucceſſionem, ſed ex omnibus his tranſ-
fertur ius patronatus cum vniuerſitate bono-
rum, vt in dictis iuribus & communibus traditio-
nibus: ergo idem in confiſcatione vniuerſitatis
bonorum, cui ius patronatus cohæret, iure opti-
mo dicendum eſt. Hinc eſt, vt vendita à fiſco bo-
norum vniuerſitate in emptorem ius patrona-
tus bonis inſitum transferatur ex dictis iuribus,
& ita in practica frequentiſſimum eſſe probat
idem Gigas *vbi ſup. q. 2. & 4.* & frequentior ſcri-
bentium ſententia recepta eſt, vt plurimos refe-
rens affirmat D. Molin. *vbi ſupra num. 25.* Deni-
que quamuis verum ſit iudicem laicum de iure
patronatus principaliter nec acceſſorie cognoſ-
cere poſſe, attamen quando de bonis, quibus
ineſt, pronuntiat in ciuili, vel criminali, ius pa-
tronatus non conſideratur reſpectu ſententiæ,
ſed reſpectu bonorum.

6 Secunda concluſio. In omnibus caſibus, in qui-
bus ius patronatus cum vniuerſitate bonorũ con-
fiſcatur, non debet tranſire exercitium eius iuris
patronatus in fiſcum, nec etiam in hæredes delin-
quentis, ſed Eccleſia ipſa libera remanere debet
ſub Epiſcopi poteſtate, vt late pluribus compro-
bat Roch. de Curt. *vbi ſup. qu. 29. n. 68.* & ſequun-
tur omnes ſecundum Cæſar. Lambert. *vbi ſup. n.
22.* qui idem probat, & Bernard. Diaz *in ſua pra-
ctica crimin. Canonica, c. 131.* in noua impreſſione,
& ita obtinuit ſecundum Simanc. *in ſuis inſtitut.
Catholic. tit. 9. n. 96.* argumento *cap. fin. de hæret.
& l. iura libertorum, ff. de iure patronat.* ſequitur
etiam D. Molin. *d. lib. 1. de Hiſpan. primog. c. 24.
num. 77.* Qua in ſpecie Eccleſia remanet libera
patrono, vel aduocato, itaque ille, ad quem pri-
mo ſpectabat inſtitutio, non habeat liberum col-
lationem: & ſic ius patronatus prædictum eua-
neſcit, ita vt neque Eccleſia præſentationem
habeat, vt concludunt Innoc. Ioan. Andr. Domi-
nic. & Cardin. Abb. & cæteri communiter: eſt-
que vera & communis opinio ſecundum Roch.
de Curt. *vbi ſupra, quæſt. 3.* eamque tenent om-
nes, vt affirmat eos ſequutus Lambert. *vbi ſupra
in 9. art. ſtatim ſequenti.* Non enim ex hoc præiu-
dicium fit ſequentibus patronis vocatis: quia in
hac ſpecie de qua agimus, nempè, quando ius pa-
tronatus Eccleſiaſticum inſitum eſt vniuerſitati
bonorum, caſtro ſcilicet, villæ, vel ciuitati, aut
hæreditati liberæ, non ſunt alij patroni vocati,
ſed dominium prædictæ vniuerſitatis eſt libe-
rum domini ſui, delictum confiſcatione omnium
bonorum ſuorum dignum committentis. & ideo
merito vt ad filios, nec ad fiſcũ tranſeat, ſed quod
potius euaneſcat & Eccleſia remaneat libera, vt
habet communis ſententia prædicta.

Limitatur primo prædicta ſecunda concluſio,
quando delinquens haberet compatronos: nam
tunc totum ius patronatus deueniret ad alios
patronos. Secundo limitatur, quando ex funda-
tione vel conſtructione conſtaret ius patronatus
debere deuenire ad aliquam certam perſonam,
vel alias perſonas: nam tunc non remaneret libe-
ra Eccleſia, ſed ad eos nominatos deueniret, vt in
ſpecie probat & tenet rectè D. Cantera, *vbi ſup.
numer. 50. in verſicul. ſed tanquam, pagin. 408.
colum. 1.*

Quod ſi vniuerſitas, cui ineſt ius patronatus,
eſſet antiqui vinculi, vel maioratus, tunc idem
dicendum & cenſendum eſt, quod in rebus ma- 8
ioratus diſtinguendo reſoluimus *ſupra lib. 1. pract.
q. 66. per totum.*

Quibus ſic firmiter conſtitutis & in praxi ob-
ſeruandis, reiiciendæ ſunt aliæ diuerſæ opinio-
nes, quas alij Doctores in hac materia tenebant,
prout refert & merito eas reiicit atque improbat
D. Sahagun *vbi ſupra numer. 29. cum ſequen-
tibus.*

Præfatæ duæ concluſiones tenendæ loquun- 9
tur, vt vidimus, quando ius patronatus Eccleſia-
ſticum inſitum eſt vniuerſitati bonorum (quod
ſæpiſſimè contingit) nempè vt dominus talis Op-
pidi, Caſtri, vel Ciuitatis habeat ius præſentandi
in tali Eccleſia, Collegio, vel Monaſterio.

Cæterùm ſi ius patronatus huiuſmodi non ſit,
hoc eſt reale, ſed perſonale, vt putà quia nomi-
nantur perſonæ, quæ hoc iure patronatus vti de-
beant, certæ & in ſpecie, vel etiam alij certifi-
candi, veluti proximiores conſanguinei, prout cõ-
muniter contingit in fundationibus Capellania-
rum & huiuſmodi, tunc ſit tertia concluſio.

Tertia concluſio. Ius patronatus perſonæ co- 10
hærens, non vero bonis (quod verificatur vt mo-
do dicemus) non euaneſcit facta confiſcatione
bonorum, nec etiam dicta ſententia criminis per
iudicem laicum, nec cum bonis tranſit, quia non
eſt reale, ſed perſonale: idemque vſque ad Eccle-
ſiaſtici ſententiam patronus erit, vtique poterit
iure præſentandi, ſiue crimen hæreſis commiſe-
rit, *vt in c. cum ſecundum leges, verb. confiſcationis,
de hæret. lib. 6. cum ſimil.* ſiue aliud dignum etiam
confiſcatione bonorum ad forum iudicis laici
pertinens, veluti læſæ Majeſtatis humanæ, & ſi-
mil. quia, cùm ius patronatus ſit annexum ſpiri-
tuali, incapax profecto eſt iudex ſecularis, ſiue
principaliter, ſiue incidenter & acceſſorie confiſ-
cationis & priuationis ipſius, iuxta dictum *cap.
quanto, de iudic.* donec à iudice Eccleſiaſtico com-
petenter confiſcentur & ab eo priuetur. Quod eſt
veriſſimum, vt patet, & ſecurè tenendum, vt affir-
mat D. Sahagum *vbi ſup. n. 38.*

Quarta concluſio. Facta à iudice Eccleſiaſtico 11
competenti priuatione huius iuris patronatus
perſonalis, id non euaneſcit, nec Eccleſia rema-
net libera, ſed totum remanet vel penes compa-
tronum aut compatronos, ad quos deuenit, vel
ad eam perſonam vel perſonas ſucceſſiue in fun-
datione contentas vel nominatas, tanquam bona
reſtitutione grauata per fundatorem, dicta de cri-
mine ſententia per iudicem Eccleſiaſticum, non
vero antea (vt prædiximus) vel ad proximiores
iuxta fundationis formam, vt patet, & tenet in
terminis D. Sahagum *vbi ſupra, n. 39 & 40.* Vnde
non erit neceſſaria (ſed tamen vtilis ad tollen-
dum omne dubium) conditio fundatoris, quam
in fundatione conſulit apponendam Didac. Pe-
rez, *in l. 1. tit. 6. lib. ordin. colum. 230.* nempe, vt ad

fiſcum venire non poſſit ius patronatus, ſed ad ſuos hæredes & deſcendentes. De quibus & aliis opportunis in materia latè nouiſſimè agit Tho. Sanchez *in Decalog. precept. lib.2. cap.19. a numer.2. vſque ad 17.* qui eſt videndus quoties opus fuerit.

## SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis an tranſeat in fiſcum, confiſcatis bonis emphyteutæ & per totam quæſtionem.*

5 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ad hæredes extraneos non tranſit, & n.7. cum ſeqq.*

6 *Ea, quæ ad extraneos hæredes non tranſeunt, nec etiam in fiſcum, qui in bonis confiſcatis loco extranei hæredis habetur.*

9 *Authent. de alienatione & emphyteuſi, §. ſi vero contigerit el 1. collact. intellectus.*

10 *Confiſcata emphyteuſi propter crimen domini directi ipſius cum reliquis eius bonis, emphyteuta ſoluet penſionem fiſco, quam domino ſoluebat.*

12 *Commoditas & vſusfructus emphyteuſis Eccleſiaſticæ, durante vita emphyteutæ delinquentis, tranſit in fiſcum; ſed contrarium, num.13. Idem in bonis feudalibus, vt in n.14.*

---

*An emphyteuſis, confiſcatis bonis emphyteutæ, tranſeat in fiſcum?*

## QVÆSTIO XXXVIII.

1 QVÆRO etiam, an emphyteuſis conceſſa priuato, vel Eccleſiæ confiſcatis bonis emphyteutæ tranſeat in fiſcum? Et in hac quæſtione prius agemus de emphyteuta priuati, poſtea de emphyteuta Eccleſiæ.

2 Circa primum aliqui ſimpliciter dicunt, quod bona emphyteutica non tranſeant in fiſcum. Sed nihilominus Bart. *in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, n.6. ff. de damno infect.* ita diſtinguit in hac ſpecie emphyteutæ priuati, vt ſi quidem ex natura conuentionis, ſiue inueſtituræ eſt tranſitoria ad extraneos hæredes, tranſibit etiam in fiſcum: ſi vero non eſt tranſitura ad extraneos hæredes, non tranſibit quoque in fiſcum. Eſt communis ſecundum Apoſtillam ad Angel. *de malef. verbo eius bona, n.16.* vt refer Clar. *§. emphyteuſis, quæſt.29. in princ.* vbi ipſe reſoluit cum communi, quod ſiquidem emphyteuſis eſt ſimpliciter conceſſa priuato, non videtur dubitandum quin tranſeat in fiſcum, ſicut & alia bona ipſius delinquentis. Si vero in ipſa conceſſione appoſita ſint aliqua verba, ex quibus appareat cõtrahentes noluiſſe emphyteuſim ad extraneos hæredes tranſire, tunc non trãſibit in fiſcum, qui habetur loco extranei hæredis: eſt communis vt cum Clar. & aliis affirmat D. Mol. *lib.4. de Hiſpan. primog. c.11. n.4.* Eandem diſtinct. Bart. teſtatur cõmunem & ſequitur alios allegans Farin. *in ſuis qq. crim. 1. p. q.25. de delict. & pœn. n.59. & 60.* ſequitur etiam eam plures citans Peregr. *de iure fiſc. lib.5. tit.1. n.120.* Et iuxta præmiſſã diſtinctionẽ cõmunem intelligo Quemad. *q.11.* & Simanc. *in ſuis inſtit. Catholic. tit 9. n.97.* emphyteuteſim hominis priuati in fiſcum tranſire propter hæreſ. emphyteutæ, ſed ius ſuum integrum domino conſeruari, quia fiſcus in ius priuati ſuccedit. Hoc namque tunc procedit iuxta præcedentem communem reſolutionem, quando emphyteuſis priuata tranſitura erat, vel tranſire poterat ad extraneos hæredes, aliàs ſecùs.

3 Nihilominus tamen nouiſſimus Cantera *in quæſt. crim. c.1. de hær. ap. ſt. &c. n.46. verſ. ſed certe, pag.403.* tenet contra prædictam reſolutionem, credens quod licet in emphyteuſi priuati ſit clauſula quod tranſeat ad hæredes extraneos, adhuc tamen non tranſeat in fiſcum confiſcatis bonis emphyteutæ, & à fortiori ſi nihil eſt dictum, ſed conſolidatur dominium vtile cum dominio directo. Affirmans præterea, quod ſecundum iſtam opinionem fuit declaratum per Auditores ſupremi Conſilij Inquiſitionis in Regnis Hiſpaniæ, vt eſt inſtructio in tangentibus ad inuicem bonorum, incip. *Quanta à la coſas.*

Secùs tamen dicit eſſe idem author ibi *n.48. verſic. ſed deueniendo, in cenſu*: quia propter delictum illius, qui dedit rem cenſualem, non poteſt ipſa confiſcari, cùm nullum habeat tunc ille dominium; ſed tantum confiſcabitur ius illud quod habet ad accipiendum illam penſionem, & non conſolidabitur cum dominio, cùm illud ius percipiendi penſionem ſit ſeparatum à dominio directo & vtili. Propter delictum tamen illius qui accepit cenſum hoc eſt rem cenſualem, bene poteſt ipſa confiſcari, penſio tamen ſoluetur danti illam rem cenſualem, prout dicit eſſe declaratum per inſtructionem Inquiſitionis, *fol.22.* ¶ Ego quoad emphyteuſim priuati teneo prædictam communem reſolutionem & diſtinctionem, niſi aliter praxis ſupremi Conſilij Inquiſitionis in hoc ſe habeat, prout haberi dicit Cantera *vbi ſup.* cui ſtandum erit. Quoad rem cenſualem probo quod idem author dicit.

4 Quoad ſecundum, ſcilicet, emphyteuſim Eccleſiæ, communis ſententia Doctorum eſt quod non tranſeat in fiſcum propter crimen emphyteutæ, Eccleſiæ publicatione ſuorum bonorum dignum, quam tenet Bart *in dicta l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, n.6. ff. de damn. infect.* Ruyn. *conſ.155. quantum ad caſum, n.10. & 11. volum.1.* Gigas *de crimine leſæ Majeſtatis lib.2. tit. de pœn. committent. crimen leſæ Majeſtatis, q.6. n.1. & 2.* Nellus *de bannit. in 1. p. ſecundi temporis, quæſt.34.* Dec. *conſ.442. n.29.* Martin. Laudenſ. *in tract. de fiſc. quæſt.3.* Curt. Sen. *conſ.59.* Dux. *n.18. in verſiculo, eſt quoque verum,* Anton. de Butr. *conſil.61. ſtrictè non reputo,* Plotus *conſil. crimin. diuerſ.130 numer.67.* Ruyn. *conſi.24. num.11. & ſequentibus, & conſ.117. col.2. volumine 1.* vbi de magis communi teſtatur. De qua etiam teſtatur idem Ruyn. *conſil.161. num.7. eodem volumine 1.* Socin. *conſil.121. num.18. lib.4.* Franciſcus Turza poſt Alexand. quem allegat *in ſuis communib. opinionib. opinione 147.* Auguſtinus ad Angel. *de maleſ. verbo & eius bona publicamus, num.16.* Bonacoſa *in communib. opinionib. 1. part. pag.37. colum.1. verſic.1. incipit, confiſcatis bonis,* & iterum *pag.14. column.1. verſic.3. incipit confiſcari nequeunt bona Eccleſiaſtica,* & hos referens Farinac. *d. quæſtion.25. num.52.* Vbi hi duo vltimi hoc ampliant adeò procedere, vt neque in contrarium valeat decretum, ſeu conſtitutio alicuius Principis ſecularis: & probatur hæc opinio *in c. fœlicis, §. ſi qua vero, de pœn.1. in 6.* vbi hæreticus priuatur ipſo iure feudo & aliis ab Eccleſia receptis, quæ libere ad Eccleſias reuertuntur.

5 Ratio huius receptiſſimæ ſententiæ eſt, quoniam Eccleſiaſtica emphyteuſis ad hæredes extraneos non tranſit ſecundum magis communem Doctorum opinionem, de qua poſt alios plures quos refert latè Iul. Clar. *§. emphyteuſis, q.28. verſic.3. eſt caſus & ſequentibus,* vbi *in verſic. quidquid tamen tranſit,* cum hac ſententia magis communi, quod emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe & hæredibus, ſiue cum debitis ſolemnitatibus, ſiue ſine illis, numquam tranſit ad extraneos hæredes, ſed tantummodo ad filios, ſiue deſcendentes ipſius recipientis, niſi vltra debitas ſolemnitates expreſſe conceſſa fuerit etiam pro hæredibus extraneis, vel ſi in ipſa inueſtitura appoſita ſint talia verba, quæ hoc importent, putà *pro ſe & quibus dederit, vel pro ſe & pro hæredibus quibuſcumque, &c.* Et in materia confiſcationis bo-
6 norum hæc eſt præcipua & principalis regula, ¶ quod ea, quæ ad extraneos hæredes non tranſeunt nec etiam tranſeunt in fiſcum, qui in bonis confiſcatis loco extranei hæredis habetur, *l.2. C. ad legem Iul. de vi. l. eorum ff. ad l. Iul. Maieſt. iura libertorum ff. de iure patronat. gloſſ. in l.1.* vbi Bald. & alij, *C. de bon. quæ lib* eſt communis, vt plures citans teſtatur Far. *d. q.25. n.51.*

Nihilominus tamen contrariam ſententiam, imò quod emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſeat in fiſcum in præmiſſa ſpecie, tenent plures authores, & communis videtur ſecundum Carol. Ruyn. *conſil.23. n.33. volum.5.* & in effectu eam videntur tenere Bart. & alij *in d. §. ſi de vectigalibus,* vt refert Iul Clar. *§. emphyteuſis, q.29. in princ. in verſ. tu dic. ibi: aliqui vero.*

Sed hoc non obſtante præcedens ſententia negatiua eſt tutior: æquior, & magis communis, imò quod fauore Eccleſiæ emphyteuſis Eccleſiaſtica in fiſcum non tranſeat, vt affirmat Clar. ibidem *in verſic. breuiter, & verior meo iudicio, iuxta d. c. fœlicis, §. ſi quà verò.* Tum etiam, quia ſecundum Clar. ſi aliud diceremus ex eo efficeretur conditio ipſius Eccleſiæ longè deterior, cum proculdubio fiſcus ſit potentior quam priuatus, non ſolum difficultate conueniendi, ſed etiam ex infinitis priuilegiis, quæ habet, præſertim quia numquam eſſet ſpes caducitatis, cùm ſemper fiſco competat reſtitutio in integrum: neque quod propter finem lineæ res ad Eccleſiam reuerteretur, quia fiſcus nunquam moritur. Neque eſt aliquo modo veriſimile, quod Eccleſia eo animo aliquam rem in emphyteuſim concedat, vt poſſit caſus euenire, propter quem ad ipſam res emphyteutica vlterius non reuertatur, quod eſſet in maximum ipſius Eccleſiæ detrimentum.

7 Quæ ſententia limitanda aliquibus videtur in caſu, quo ex pacto, vel ex conſuetudine, vel ex aliqua Pontificia conſtitutione emphyteuſis Eccleſiaſtica eſſet ad extraneos hæredes tranſitoria: tunc namque videtur vt in fiſcum quoque tranſeat, vt ſenſerunt Socin. *conſil.266. col.11. verſic.3. confirmatur, & col.12. in verſic. ex quibus infero, vol.2.* Ruin. *d. conſil.155. quantum ad caſum col. fi. circa princip. vol.1.* Alex. *in l. etiam in princip. col. penult. verſic. hac tamen ſecunda,* & ibi Curt. *in apoſt. l. ff. ſolut. matrim.* cum aliis relatis per Gigant. *de crim. leſ. Maieſt. q.6. n.4. & 5.* & latè hanc comprobat opinionem reſpondens contrariis Boſſ. *in tit. de bon. public. n.60.* & poſt eum Bonacoſa *in comm. opin. crim. 2. p. pag.17. col.2. verſ.3. incip. confiſcari nequeunt bona Eccleſiaſtica, &c.* Ex quibus vereor ne hæc opinio communis ſit, ac proinde tenenda in praxi.

Nihilominus tamen verius videtur contra hanc limitationem, vt emphyteuſis Eccleſiaſtica minime tranſeat in fiſcum, etiam quod ſimus in caſibus in quibus ad hæredes extraneos ſit tranſitoria, vt voluit expreſſe Clar. *vbi ſupra, d. q.29. verſic. breuiter,* ibi, *ſi vero emphyteuſis ſit ad extraneos tranſitoria, &c.* ex rationibus prædictis ex quibus ſuo iudicio hæc opinio eſt tutior, & æquior & etiam magis communis: eandem ſequitur Farin. *d. q.25. n.55.*

8 Dato tamen quod limitatio præcedens eſſet verior & tenenda tanquam communis, Eccleſia poſſet intra biennium rem illam emphyteuticam à fiſco petere ſi vellet, iuxta textum *in auth. de alien. & emphyteuſ. §.1. incip. ſi vero contingerit el 1. collat. 9.* Erit igitur in arbitrio Eccleſiæ an velit remipſam apud fiſcum dimittere, aut ab eo auferre, iuxta illum textum & communem opinionem Carol. Ruin *d. conſil.25. num.33. lib.5.* quam eſſe magis communem ex ipſo profitetur Iul. Clar. *vbi ſupra*, ſed Ruin. non dicit eſſe magis communem, ſed quod videtur ea communis, & eam ſequitur cum aliis quos refert D. Simanc, *de inſtit. Catholic. tit.9. num.104. & 105.* ¶ Et licet 9
ille textus *in d. §. ſi vero contigerit*, videatur loqui in emphyteuſi conceſſa ab Eccleſia Conſtantinopolitana, communiter tamen intelligitur vt diſponat in conceſſa etiam à quacumque alia Eccleſia, teſte Alex. *in d. §. ſi de vectigalibus, poſt n.30.* ſecundum Clar. *vbi ſupra* vbi etiam probat, validam eſſe prædicti textus deciſionem, quamuis ſit conſtitutio Imperatoris circa res Eccleſiaſticas, cùm concedat in hoc priuilegium Eccleſiis, iuxta tradita per Doctores *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit.* Et ita cenſeo tenendum cum hac declaratione, quidquid contrarium latè probet Boſſ. *vbi ſupra*, imò quod quando emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſit ad extraneos hæredes, tranſeat etiam in fiſcum irreuocabiliter, dicens ſecundum eam aliàs fuiſſe iudicatum contra monaſterium Sancti Regundi Mediolani: cuius opinionẽ, in hoc contra Clarum ſequitur Farin. *vbi ſupra n.56.* dicens ſe neſcire quomodo Clar. hanc opin. fauore Eccleſ. dixit magis com. cum re vera ex præallegatis contra Eccleſ. non ſolum ſit magis communis, & magis à Doctoribus approbata, ſed verior & aliàs ſeruata, vt per Boſſ. *vbi ſupra*. Ego verò cum Clar. cenſeo in hoc in fauorem Eccleſiæ circa prædictam opinionem & electionem ſibi conceſſam infra biennium à *d. § ſi vero contigerit*, comm. & magis receptam ſent. & veram, ac proinde tenendam ex *d. § ſi vero contigerit.*

10 Quod ſi dominus directus emphyteuſis commiſerit delictum dignum confiſcat. omnium bonorum, confiſcabitur dominium directum, & emphyteuta ſoluet penſionem fiſco quam domino ſoluebat, & habet fiſcum pro domino, vt in praxi ſe vidiſſe ſeruari in crimine hæreſis affirmat Cantera *vbi ſup. n.46.* qui *n.44.* idem dicit in feudo, quod in emphyteuſi.

11 Secundo limitatur præfata communis ſententia negatiua, quæ habet quod emphyteuſis Eccleſiaſtica non tranſeat in fiſcum, vt non procedat quando confiſcatio bonorum fit à iudice Eccleſiaſtico, quia tunc in ea venit etiam emphyteuſis Eccleſiaſtica, vt per Martin. Laud. *in tractatu de fiſc. q.3.* qui alios allegat, & ſequitur Gigas, *de crim leſæ Maieſtatis lib.2. tit. de pœn. committ. crim. leſæ Maieſtatis, q.6.* & Farin. *d. q.25. num.57.*

12 Tertio limitatur, quod in caſu, in quo emphyteuſis præſertim Eccleſiaſtica non tranſit in fiſcum, non tamen prohibetur fiſcus durante vita emphyteutæ delinquentis percipere fructus &

commoditatem illius dominij, quod in emphyteuſi habebat ipſe emphyteuta delinquens, ſoluendo tamen annuum canonem directo domino & Eccleſiæ, cui poſtmodum mortuo condemnato res emphyteutæ deuoluitur & reuertitur: ita materiam hanc declarat Nellus *de bannitis in 1. p. ſecundi temp. tit. de pœn committ. crim. læſæ Maieſt. q. 6. n. 9.* ſequitur Farin. *d. p. 25. n. 58.* dicens facere pro hoc in ſimili tradita à ſe *n. 34. de bon. fideicommiſſariis.*

13 Ego verò multum dubito de hac tertia limitatione, imò eam non eſſe veram omnino cenſeo, ſed potius contrarium, ſcilicet, vt in caſu ipſius nó ſolum tunc non confiſcetur emphyteuſis quoad illius proprietatem, ſed nec etiam quoad commoditatem & vſumfructũ durante vita emphyteutæ delinquentis, ſequentibus rationibus & fundamentis. Primo ex textu *in d. c. fœlicis, verſ. ſi qua vero, de pœn. in 6.* vbi dicitur quod hæreticus ipſo iure priuatur feudis, locationibus, officio, vel beneficio ſpirituali vel temporali, ſi quæ ab aliquibus Eccleſiis obtinet, quæ ſic libere ad Eccleſias reuertantur, quod Eccleſiaſticorum Rectores de ipſis pro ſua voluntate diſponant: fiſcus ergo in his nihil ſe immorari poteſt, nec vti commoditate horum durante vita hæretici. Et eadem ratio militat in emphyteuſi Eccleſiarum, ergo & idem ius.

14 Secundo, quia ſic videmus quod in caſu, in quo bona feudalia non confiſcantur (quod regulare eſt, vt infra ſtatim *in q. proxima* dicemus) non ſolum tunc non confiſcatur feudum, quoad illius proprietatem, ſed nec etiam quoad commoditatem & vſumfructum durante vita feudatarij delinquentis, iuxta veram & communem ſententiam, quæ ſeruatur in praxi, quã tuetur & defendit aduerſus nonnullos idem Farinac *d. q. 25. n. 68. 69. & 70.* Ergo idem eadem ratione dicendum eſt in emphyteuſi Eccleſiaſtica, argumento *l. illud cum ſimil. ff. ad legem Aquil.* nulla namque congrua ratio differentiæ in hoc inter emphyteuſim Eccleſiaſticam & feudum aſſignari poteſt, nec eam aſſignat Farinac *vbi ſup.* prout aſſignare debuerat, ſi memor fuiſſet ſe contrarium probaſſe in emphyteuſi Eccleſiaſtica *n. 58.*

Tertio, quia non obſtant tradita à ſe *n. 34. de bon. fideicommiſſ.* quia eam ſtatim limitauit ipſe *num. 35. & 36. cum ſequentibus,* in duobus caſibus de quibus *ibi* per eum, quorum ratio & in noſtro quoque militat præcipuè cum emphyteuſis Eccleſiaſtica regulariter ad hæredes extraneos non tranſeat, & ſic extra deſcendentes alienari non poſſit iuxta communem reſolutionem, de qua *ſupra.* Et ſupradictis & aliis opportunis in materia latè agit nouiſſimè Thom. Sanchez *in Decalogi pracept. lib. 2. cap. 19. à num. 19. vſque ad 38.*

SVMMARIVM.

1 *Bona feudalia an veniant in confiſcatione bonorum & num. ſequent.*
3 *Feudorum tria ſunt genera, de quibus hic.*
4 *Feudum, quod hæreticus habuit, non eſt confiſcandum, ſed Catholico domino reſtituendum.*

*An bona feudalia veniant in confiſcatione bonorum vaſſalli?*

QVÆSTIO XXXIX.

QVÆRO præterea an bona feudalia confiſcentur, vbi aliàs de iure, vel vigore ſtatutorum bona vaſſalli delinquentis eſſent confiſcanda, vel ad agnatos aut dominum deuoluantur? 1

Et in hoc partem negatiuam tenet Bart. *in l. ſi finita, § ſi de vectigalibus num. 3. ff. de damno infect.* eſtque communis opinio, vt plures citans teſtatur Iul. Clarus *in § feudum, quæſt. 84. in principio,* qui tria genera feudorum conſiderat Primum eſt de quo vaſſallus non poteſt libere diſponere ſine licentia domini & ſine conſenſu agnatorum, cuiuſmodi eſt feudum antiquum ex pacto & prouidentia. Et huiuſmodi feudum, etiam quod vaſſallus delinquat & eius bona fiſco applicentur, nunquam venit in confiſcatione bonorum, cuiuſcumque generis ſit delictum: iniquum enim videtur atque abſurdum, quod vaſſallus poſſit delinquendo præiudicare domino, aut agnatis, quibus non poſſet præiudicare alienando. Secundum autem genus feudorum eſt, de quo vaſſallus poteſt cum conſenſu domini libere diſponere etiam in extraneum, in præiudicium filiorum vel agnatorum, & huiuſmodi eſt quodcumque feudum, ſub quocumque tenore conceptum ſit: & hoc caſu quoque non confiſcatur feudum, ſed indiſtincte & abſolute conſolidatur vtile dominium cum directo, & ſic applicatur domino. Tertium genus feudorum eſt, de quo vaſſallus tam in præiudicium domini quam agnatorum poterat libere diſponere, putà quia erat conceſſum pro ſe & quibuſcumque hæredibus, vel pro ſe & quibus daret, &c. Quæ omnia feuda poſſunt ſine domini licentia in quoſcumque etiam extraneos transferri, & tunc applicantur fiſco cùm cæteris bonis vaſſalli, ſi ſit idem fiſcus qui & domini directi; ſi verò eſt alius diſtinguit, vt ibi per eum. 2 3

Feudum igitur, quod hæreticus habuit, non eſt confiſcandum, ſed Catholico domino reſtituendum, textus *in cap. fœlicis, §. ſi qua vero, de pœn. lib. 6.* excepto ſi feudum huiuſmodi libere alienari poteſt in quoſcumque etiam extraneos hæredes, vt conſtat ex ſupradictis, & tenet etiam alios allegans D. Simanc. *de institutione Catholic. tit. 9. num. 120.* & regulam prædictam negatiuam cum ſua limitatione ſequitur etiam & communem profitetur plures allegans Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin. quæſt. 25. de delictis & pœn. n. 61. & 71. cum ſequentibus* & Pereg. *de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 106. cum ſequentibus.* Qui quidem in quampluribus numeris latiſſime agunt de hac materia, eamque declarant & exornant ampliationibus & limitationibus, & ideo ad eos erit recurrendum quoties ex facto caſus acciderit: pro nunc ſufficiat reſolutio præcedens communis, quæ quæſtioni reſpondet. Et poſt hæc ſcripta de hac materia agit Thom. Sanch. *in ſua Summa lib. 2. c. 19. n. 39.* 4

SVMMA



SVMMARIVM.

1 *Confiſcatis bonis patris, an confiſcetur vſusfructus, quem ipſe habet in bonis aduentitiis filij ſui familias? per totam quæſtionem. Et num. 7. cum ſequentibus, quid de peculio profectitio filij? Et quid, quando bona patris occupantur à fiſco propter delictum pecuniarium patris? num. 9.*
10 *Confiſcatio bonorum patris non trahitur ad legitimam filiorum ipſius delinquentis. Ampliatur & limitatur pluribus modis, vt in num. 11. cum ſequentibus, vſque in finem quæſtionis.*

*An confiſcatis bonis patris confiſcetur vſusfructus, quem habet in bonis aduentitiis filij ſui familias?*

QVÆSTIO XL.

1 QVÆRO etiam, an confiſcatis bonis patris propter ipſius crimen confiſcetur etiam eius vſusfructus, quem habet in bonis aduentitiis ſui filijfamil. pro tempore vitæ ipſius patris? Et in hoc ſunt duæ opiniones inuicem ſibi contrariæ. Prima habet non confiſcari prædictum vſumfructum, ſed quod debetur filio & conſolidatur cum proprietate ſecundum Gigantem, qui concordantes adducit de crimine læſæ Maieſtatis *lib. 2. tit. de pœn committ. crimen læſæ Maieſtatis, quæſt. 13. n. 4.* & ante eum Bald *in l. 1. C. de bon. quæ lib. Corn. conſil. 208 ad fin. lib. 3.* quam ſententiam aliquibus rationibus fundat Anton. Gom. licet eam non probet *2. tom. variar. reſolut. c. de ſeruit. num. 16. in principio,* inter quas illa magis aſtringere videtur, quod cum hic vſusfructus, quem pater habet in bonis aduentitiis filij, non ſit tranſmiſſibilis ad hæredes, nec in fiſcum, qui loco hæredis habetur, *l. 2. C. ad legem Iul. de vi, l. eorum ff. ad legem Iul. Maieſt. l. 4. ff. de iure patronat. l. 1.* & ibi gloſſa, & communiter Doctores, *C. de bon. quæ lib. l. 3.* & ibi etiam Bart. & communiter Doctores, *ff. de interd. & releg.* Sed hæc ratio inefficax eſt, quoniam etſi hic vſusfructus non tranſeat ad hæredes & ideo nec ad fiſcum, ſola tamen commoditas quis prohibet quod non tranſeat ad fiſcum: ſicut poteſt in quemlibet extraneum tranſire per alienationem, vel locationem vſufructuarij pro tempore vitæ ſuæ, *l. arboribus, verſic. vſufructuarius, ff. de vſufruct.* & ibi communiter Doctores, *l. non vtitur verſic. plane, eodem tit.* & ibi etiam gloſſa ordinaria, & communiter Doctores, textus *in l. neceſſario, §. fin. ff. de peric. & commodo rei vendit.*, & ibi gloſſa & communiter Doctores, *l. ſi quis domum, §. 1. ff. locat. §. 1. inſtit. de vſu & habit.* & ibi Faber, & alij Doctores, *l. 24. tit. 31. p. 3.* & confirmat Ant. Gom. *d. c. 15. num. 15.*
2

3 Merito igitur contrariam priori ſententiam probauit Ant. Gom. *d. c. 15. n. 16. verſic. ſed his non obſtantibus,* imo quod propter patris delictum confiſcetur etiam vſusfructus, quem ipſe habet
4 in bonis aduentitiis filij: & eſſe generale in confiſcatione bonorum, vt veniat vſusfructus reſpectu commoditatis, quem delinquens habet eius vita durante in bonis alicuius, pro quo eſt bonus text. *in l. ſi poſtulauerit. §. ſi ab eo, ff. de adult.* per quem textum ita etiam tradiderunt ibi Bart. & communiter DD. vt plures referens affirmat Ant. Gom. *vbi ſupra,* necnon & Farin. *in ſuis qq. crimin. 1. p. tit. de delict. & pœn. q. 24. num. 51.* & Petr. Plaça *in epitome delict. lib. 1. c. 22. n. 59 ante med. verſ. ſiquidem patre delinquente,* diximus *ſupra* alia quæſtione quæ dicantur bona hæretici.

Sed in hac ſpeciali quæſt. de vſufructu peculij aduentitij filij famil. pro concordia diſtinguendum eſt: quod aut patris delictum eſt tale, per quod ipſe patitur maximam vel mediam capitis diminutionem, & conſequenter in totum ſoluitur patria poteſtas, & tunc qui ceſſat nomen patris, vſusfructuſque dicitur extinctus & cum proprietate conſolidatur, *l. corruptionem, C. de vſufruct. cum ſimil.* ideò non publicatur, ſed ad filium reuertitur. Si vero delictum non eſt tale, per quod patria poteſtas & patris nomen aboleatur, tunc è contra, quia vſusfructus ſeu illius commoditas non eſt extincta, ideo publicatur ad fiſci commodum durante vita patris delinquentis, ita Salic. *in l. ſi quis poſt hac. §. ſi quid etiam q. vlt. n. 4. verſ. ſed nunc quæro. C. de bon. damn.* Alex. poſt Roman *in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, n. 10. verſ. circa hac, quæ ponit hic Bart. ff. de damno infect.* Curt. Iun. *conſil. 4. n. 29.* Plaça *d. c. 1. n. 59. fere in medio, verſic. ſed pro conciliando Doctorum ſententia. pag. 573. in fi.* Menoch. *in 9. remed. recup. poſſ. num. 144.* Plot. *conſil. crimin. diuerſ. 140. num. 14. tom. 1.* quos refert & ſequitur Farinac. *d. q. 14. n. 53.* 5

Ex qua recepta concordia deducitur plene, quod in crimine hæreſis publicatis bonis patris non publicatur eius vſusfructus, quem habet in bonis ſui filij famil. aduentitiis, cum per hæreſim commiſſam à patre filius habeatur pro emancipato, ſicque efficiatur ſui iuris, & extinguatur vſusfructus patris & conſolidetur cum proprietate, textus *in c. 2. §. vltim. de hæret. lib. 6.* iuncto textu *in § finitur, de vſufruct.* & in ſpecie ita cum Ruin. & Boer. tenet D. Simanc. *de inſtit. Catholic. tit. 9. num. 81.* & probat latè Cantera *in ſuis quæſtionibus crimin. in c. 1. de hæret. apoſt. & c. num. 35.* & Azeued. *in l. 1. n. 208. tit. 5. hoc lib. 8. noua collect.* Id ipſum eadem ratione erit dicendum in aliis criminibus à patre commiſſis, ob quæ eius bona publicantur, & ipſe patiatur maximam, vel mediam capitis diminutionem, ex qua ſoluitur patria poteſtas, & ſic filius efficitur ſui iuris: quia tunc extinguitur vſusfructus patris, & conſolidatur cum proprietate per ſupradicta. 6

Peculium autem profectitium filij publicatur publicatis bonis patris ob eius crimen hæreſis, vel ſimiliter quia ipſius patris peculium eſt, ita Cyn. Bald. Immol. & Alex. *n. 45. cum ſequentibus in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. de damno infect.* quos refert & ſequitur D. Simanc. *d. tit. 9. n. 17.* Et hanc ſententiam latè comprobat & ſequitur Cantera *vbi ſupra, n. 36.* vbi *numeris ſequentibus* duobus modis eam limitat. Primo vt non procedat in delictis, ob quæ pater non perdit ciuitatem nec patriam poteſtatem, ſicut perdit ob hæreſim. Secundo, vt non procedat quoties talo peculium profectitium eſſet deputatum ad ſatiſfaciendum creditoribus peculiaribus, refert & ſequitur D. Azeu. *in d. l. 1. n. 209. tit. 3. lib. 8. nou. collect. reg.* Et probatur primo ſupradicta principalis concluſio, quia pater in peculio profectitio 7

habet

habet verum & liberum dominium: ergo cadit in confiſcationem iuxta reſolutionem veram & communem, *de qua ſupra q. 37. n.* 10. Secundo ex textu *in l.* 1. *§. alienatio ff. quando act. de pecul. eſt annal. in verſic. ſed ſi el.* 2. prout eum expendit Alexand. *vbi ſupra.*

8 Contrariam tamen opinionem, imò quod peculium profectitium non confiſcetur ob crimen patris, ſed ipſum remaneat penes filium illud habentem, probat *l.* 3. *§. ſed vtrum, ff. de minor. in verſic. nec eo*: vbi quod magis intereſt patri habere peculium quàm filio, licet aliquo caſu peculium ad fiſcum ſpectet, vt puta ſi patris eius bona ad fiſcum propter debitum pecuniarium occupata ſunt: nam peculium eius ex conſtitutione D. Claudij ſeparatur. Ecce ergo textum, vbi etiamſi bona deueniant ad fiſcum non venit peculium profectitium, quod filius habet: quem textum dicit ſe neſcire alibi Bart. ibi *num.* 4. poſt Alber. *col.* 3. ad hoc quod publicatis bonis patris non publicatur peculium profectitium, & ad idem expenderunt Imm. *in d. §. ſi de vectigalibus, col. fin. num.* 6. *& ibi* Alex. *num.* 44. Angel. & Imm. *in l. ſi filiusfamilias, ff. de damno infect.* Bald. *in l. penult. in fin. C. qui bon. ced. poſſ. & in l. executorem, n.* 34. *C. de executione rei iudic.* Aretin. *in §. actiones autem de peculio. col. penult* & ibi Iaſ. *n.* 64. *inſtit. de actionib.* Nellus *in tractat. bann.* 2. *p. ſecundi temp. q.* 26. Alber. *in* 3. *p. ſtatut. q.* 12. Roderic. Suar. *in repetit. l. poſt rem iudicatam, notabil.* 13. *n.* 6. *cum ſequentibus*, vbi *in fin. n.* 9. dixit hanc eſſe communem opinionem, quam etiam ſequitur D. Cou. *lib.* 2. *var. reſol. c.* 8. *num.* 7. *in verſ. hinc apparet*, ibi *ſicut nec publicatus*, *&c.* ſequitur & dicit communem Anton. Gom. 2. *tom. variar. reſol. c.* 15. *de ſeru. n.* 14. *verſic. imò quod magis eſt*, ſequitur Conrad. *in practic. de officio prae. in cauſ. ciuil. tit. de execution. ſentent. num.* 14. *verſic.* 4. *in peculio, pag.* 218. *col.* 2. D. Menoch. *in* 9. *remed. recup. poſſ. num.* 72. Plotus *conſil. crimin. diuerſ.* 130. *num.* 11. *tom.* 2. dicit communem Salicet. *in l. ſi quis poſt hac. §.* 1. *num.* 3. *C. de bon. proſcript.* & Clar. *in pract. crimin. q.* 78. *verſic. quaero nunquid*, & Farinac. *d. q.* 24. *num.* 26. eſt communis ſecundum Pereg. *de iure fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 26.

Nihilominus tamen in noſtra ſpecie criminis hæreſis & ſimilium tenenda eſt prior pars, tanquam verior & à Doctoribus recepta, nempè vt propter crimen hæreſis patris, vel ſimile, ob quod ipſe amittat ciuitatem & filius ſui iuris efficiatur, publicetur peculium profectitium ipſius filij ex fundamentis ſupra pro ea adductis. Et hæc eſt communis opinio, quando pater ex ipſa condemnatione amitteret patriam poteſtatem, ſecundum Boſſ. *de bon. public. n.* 71. *in fin.* & Clar. *vbi ſupra*, qui ſic limitat & intelligit communem opinionem contrariam præcedentem, & Roderic. Suarez *vbi ſupra n.* 11. ſequitur alios allegans Farin. *d. q.* 24. *n.* 28. vbi eam dicit eſſe magis communiter à Doctoribus receptam, & per fiſci procuratores in practica obſeruatam ſecundum Boſſium *vbi ſupra.*

9 Cui non obſtat littera dictæ *l.* 3. *§. ſed vtrum, ff. de minor.* pro contraria parte *ſupra* expenſa quoniam loquitur in debito pecuniario patris, hoc eſt, quando bona patris occupantur à fiſco propter debitum pecuniarium, vt patet ex litera: tunc enim, inquit textus quod, peculium profectitium ſpectat ad filium, nam peculium eius ex conſtitutione Diui Claudij ſeparatur, & merito vt ſatisfiat creditoribus peculiaribus, quibus non præiudicatur in peculio ob debitum non peculiare fiſci in bonis extra peculium à patre contractum, quod & tenuit ſic etiam limitans præcedentem communem opinionem Roderic. Suar. *vbi ſupra n.* 12.

At vero nos agimus in crimine hæreſis & ſimilibus, pro quibus pater non ſolum amittit bona, ſed etiam ciuitatem & patriam poteſtatem. Meritò ergo, vt tunc confiſcetur quoque peculium profectitium filij, cum enim ipſum peculium profectitium habeat fundamentum in patria poteſtate, ipſa ſublata non remanet peculium, *l. fin. C. de inofficioſo teſtamento.* quod autem filius efficiatur ſui iuris propter hæreſim patris eſt textus *in c.* 2. *§. fin. de hæret. lib.* 6. & diximus *ſupra quæſt. præcedenti*, qui intellectus probatur ex dicto *§. ſed vtrum*, ibi: *Licet aliquo caſu peculium ad filium ſpectet*, & ibi: *vt puta ſi patris eius bona à fiſco propter debitum pecuniarium occupata ſunt, &c.* Quibus verbis aperte innuitur regulariter extra illum caſum eſſe contrarium dicendum, nempè in noſtro confiſcari peculium illud ob crimen huiuſmodi patris, quia exceptio firmat regulam in contrarium iuxta *l. nam quod liquidè cum ſimil. ff. de penul. legata.*

Pro quo etiam adduco legem 1. *§. ſed & ſi alio, verſiculo, ſed & ſi morte ff. quando de pecul. actio eſt annalis*, vbi quod ſi morte vel deportatione patris filius ſui iuris efficiatur, de peculio intra annum hæres patris (nempe mortui) vel fiſcus eo deportato, tenetur: & in terminis ita tenent & declarant hanc materiam Cynus Bald. Roman. & Alexand. quos refert & ſequitur Cantera *vbi ſupra num.* 37. *&* 38. tametſi ab eis diſſentiat Anton. Gomez *vbi ſupra* ſequutus ſecundam opinionem prædictam indiſtinctè. Sed nihilominus noſtra reſolutio tenenda eſt, quia magis veritati accedit ac litteræ dictorum Iurium quam in ſpecie noſtra hæreſis commiſſæ à patre tenent nuncupatim Simanc. & Cantera *vbi ſupra* aduerſus contrarium tenentes, & in crimine læſæ Maieſtatis, idem faciunt Imm. & Alexand. *in dicto §. ſi de vectigalib. n.* 46. & eos referens Roderic. Suar. *vbi ſup. n.* 10. dicens probari *in l. quiſquis cum ibi notatis, C. ad legem Iul. Maie.* & Cantera *vbi ſup.* & eſt magis communis & in practica obſeruata, vt conſtat ex Boſſ. & Farin. *ſupra citatis.* Nec obſtat reſponſio Bart. *in dicto §. ſi de vectigalib. n.* 11. ibi, *tu reſponde, aſſignata ad dictum §. ſed & ſi alio, in verſiculo, ſed & ſi morte*, ne probet præfatam ſententiam, ſcilicet, quod licet fiſcus teneatur, tamen à filio recuperabit retinendo de peculio, vt *dicto §. ſequenti* dicit patere: hoc namque minime dicit, nec probat *§. ſequens.* Non obſtat etiam alia reſponſio Guillelm. de Cun. nempè quod publicatis bonis patris peculium principaliter pertinet ad fiſcum, vt *in dicto §. alienatio*, ſed filius debet poſtea illud habere de manu fiſci, & fiſcus à creditoribus peculiaribus debet conueniri: vnde debebit exigere cautionem à filio quod defendat ipſum aduerſus creditores peculiares, argumento *l.* 1. *§. hæres, ff. quando act. de pecul. eſt ann.* Quia reſpondetur vt per Alex. *vbi ſupra dicto num.* 46.

Deinde obſeruandum eſt, quod ſic etiam regulariter confiſcatis bonis patris ob delictum eius, talis confiſcatio non trahitur ad legitimam filiorum ipſius delinquentis, immò ſalua remanere debet, ita Bald. *dicto conſil.* 171. *volum.* 1. *& conſil.* 156. *condemnatus, volum.* 3. Decius *conſil.* 253. *colum. penult. in princip.* & eſt communis, vt plurimos allegans teſtatur Farinac. *d. quæſt.* 24. *num.* 34. vbi quod licet Ioan. de Lignian. Gardin. Caſſan. 10

&



& Boſſ. teneant contrarium; non tamen per hoc recedendum eſt à præfata priori ſententiam, non ſolum magis communi, ſed etiam æquiori & veriori, prout tanquam veriorem latè comprobat & à contrariis defendit Roland. à Valle *conſil.* 97. *per totum. volum.* 2. quem refert & ſequitur Clarus *in practic. q.* 78. *verſ. videndum eſt etiam.* Bonacoſ. *in ſuis communib. opin. crim. p.* 2. *pag.* 16. *à tergo, colum.* 2. *littera C. verſic. decretum generaliter*, & Tobias Nonius *conſil.* 95. *num.* 12. vbi pariter de communi teſtatur & probatur præcipue *in l. cum ratio, ff. de bon. damn.* & latè Farinac. *quæſt.* 24. *num.* 34.

11 Et hæc communis regula & ſententia ampliatur primo, vt eius ſpecie legitima debeatur filiis à die publicationis & confiſcationis bonorum & condemnationis, & ſecundum illud tempus æſtimatio facienda eſt, non autem à die mortis ipſius patris, vt probari videtur *in l.* 1. *ff. de bon. damn.* ibi, *accipiunt*, quod verbum eſt præſentis temporis. Licet enim regulariter legitima conſideratur & debetur ſecundum facultates, quæ tempore mortis patris reperiuntur, & ab eo die & non antea, vt eſt notum in iure: non eſt tamen abſurdum quod hoc caſu conſideretur & & debeatur à die condemnationis & publicationis bonorum, quoniam mors ciuilis æquiparatur naturali, vt per Doctores *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſt.* & alibi ſæpiſſime: ita tenet Boſſ. *in tit. de bono public. n.* 6. & latè defendit ac pluribus comprobat & concordantes adducit Roland. à Valle *dicto conſil.* 97. *n.* 34. *cum ſequent. volum.* 2. Et licet contrarium ſenſerit Rubeus Alex. *in l. Titia, §. Imperator, num.* 212. *ff. de legat.* 2. non per hoc tamen recedas à priori ſententia, quæ & verior eſt & æquior ſecundum Farinac. *d. q.* 24. *n.* 36.

12 Ampliatur ſecundo præfata communis regula, vt licet legitima filiorum regulariter ſit triens hæreditatis quando filij ſunt quatuor aut pauciores, & dimidia quando ſunt quinque vel vltra, vt notatur *in authentica nouiſſima, C. de inofficioſo teſtamento*: nihilominus legitima, quæ ex bonis paternis publicatis detrahitur, ſi pater habeat vnum, vel duos filios, erit non triens, ſed dimidia totius hæreditatis, *l. fin.* ib: *Dimidia parte ærario vendicata, alia eis reſeruatur*, & ibi Cynus & Doctores *l. ſi deportatus*, & ibi gloſſa Odofr. & Salicet. *C. eodem gloſſa in leg.* 1. *in verbo, etiam portionem & in l. cum rationem, & § ſi plures, in verbo, ſi plures ff. de bon. damnat.* Plotus *conſ. crim. diuerſ.* 130. *n.* 87. *vol.* 1. eſt communis ſecundum Roland. à Valle *d. conſ.* 67. *n.* 30. *&* 31. *lib.* 1. Si vero pater habeat tres vel plures filios, tunc non eſt tractandum de quota hæreditatis, nec de legitima, quia tota hæreditas & omnia bona paterna ex diſpoſitione Adriani Imperatoris filiis reſeruantur, vt in *d. l. fin. §. ſi plures*, iuncta gloſſa, & ibi etiam Cyn. & Angel. *ff. de bon. damn.* ſequitur alios allegans Roland. à Valle *d. conſil.* 97. *n.* 32. *cum ſequentibus*, vbi ampliat hoc etiam habere locum in filiis adoptiuis, dummodo non ſit facta in fraudem adoptio. Eandem hanc ampliationem ſequitur etiam Plotus *conſ.* 130. *n.* 87. & Tobias Nonius *conſil.* 98. *n.* 8. *& conſil.* 15. *n.* 12. & Farin. *vbi ſup. n.* 87. *cum tribus ſequ.* vbi quod ab ea non eſt recedendum in iudicando, ſi quidem iuris expreſſa authoritate firmata eſt & Doctorum communi calculo recepta.

13 Hodie tamen bona damnatorum ſeu proſcriptorum non fiunt lucrum iudicibus, aut eorum officiis, nec ſecundum veteres leges fiſco applicantur, ſed vel aſcendentibus & deſcendentibus & ex latere vſque ad tertium gradum ſi ſuperſint, vt *in authentica, bona damnatorum, & in corpore, vnde ſumitur, C. de bon. proſcript.* præterquam in crimine læſæ Maieſtatis, in quo veteres leges ſeruari iubentur ibidem, & concordat *l.* 6. *tit.* 7. *& l.* 8. *tit.* 10. *& l.* 5. *tit.* 31. *p.* 7. & ibi Greg. Lopez.

Limitatur nunc primo prædicta communis regula, vt non procedat quando bona materna confiſcantur propter matris delictum, quia tunc filij nihil debent de illius bonis habere, *l. de bonis matris, C. de bon. proſcrips.* Hanc limitationem indiſtinctè approbant Doctores ſecundum Auguſt. ad Angel. *de malef. in verb. & eius bona, ſub n.* 28. refert & ſequitur Clar. *d. q.* 78. *verſ. videndum eſt etiam, in fi.* & Farin. *d. q.* 24. *n.* 41.

Limitatur 2. vt procedat in filiis conceptis ante condemnationem & public. bonorum, ſecùs in filiis conceptis poſtea, quibus nulla debetur legitima ex bonis paternis confiſcatis ante conceptionem, ita Bald. *in dicta l. fin. col.* 1. ſequitur Roland. à Valle *d. conſil.* 97. *num.* 38. *in verſic. hoc velle videtur*, & eſt verior & communior ſecundum Boſſ. *in tit. de crimin. læſ. Maieſtatis num.* 138. vbi ſubdit eſſe bene aduertendum quod Doctores loquuntur in filiis conceptis & natis poſt deportationem patris; vnde ſecùs ſi pater non deportaretur ſed bannitur, ex ratione differentiæ de qua ibi per eum, ſequitur Farinac. *vbi ſupra num.* 42. *&* 43. 14

Tertio limitatur non procedere in crimine hæreſis, in quo filij priuantur paterna hæreditate in totum & per totum, & ſic etiam quoad legitimam, etiam quod filij ſint Catholici, vt *in c. vergentis*, & ibi Doctores omnes, *de hæret.* Et iure ciuili idem eſt diſpoſitum *in auth. Gazaros. C. de hæret.* eſt communis, vt plures allegans affirmat Farinac. *vbi ſupra num.* 44. 15

Limitatur quarto in crimine læſæ Maieſtatis, vt *in dicta authentica bona damnatorum in fin. & in l. quiſquis, §. filij vero, C. ad legem Iuliam Maieſtatis, l.* 2. *tit.* 2. *& in l.* 9. *tit.* 31. *p.* 7. diximus *vbi ſupra.* 16

Et poſt hæc ſcripta de ſupradictis latè agit Thom. Sanchez *in Summa lib.* 2. *c.* 16. *n.* 8. *cum pluribus ſequentibus*, cuius dicta ad ſuperiora reducenda ſunt.

## SVMMARIVM.

1 *Peculium profectitium, vel aduentitium filij familias, an veniat in confiſcatione bonorum eius, & numeris ſequentibus. Et, quid in peculio caſtrenſi, vel quaſi? num.* 11. *cum ſeqq.*

18 *Hæretici bona auocantur à quocumque hærede poſſeſſore. Idem in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, num.* 18.

19 *L.* 3. *incip.* ſi filius, *C. de bon. proſcript. intellectus, & num. ſequent.*

22 *Bona deportati morientis ſine liberis peruenire debent ad fiſcum. Et quomodo hoc intelligatur, num.* 23. *&* 24.

Bo

*An peculium profectitium, vel aduentitium filij famil. veniat in confiſcatione bonorum eius? Et quid de peculio caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi?*

## QVÆSTIO XLI.

1 QVÆRO è contra, an confiſcatis bonis filij familias propter eius crimen veniat in confiſcatione peculium profectitium, vel aduentitium ipſius filij? Et quoad profectitium quod non veniat probat *l.certum, C. famil. erciſcund.& l.cum oportet, C.de bon. quæ lib.* proprietas namque huius peculij & vſusfructus eiuſdem non filij ſed patris eſt, & ſolùm filius habet adminiſtrationem, vt in dictis iuribus, & tenent Angel. Immo & Doctores *in l.ſi filius fam ff. de damno infect.* Bart. Angel. Imm. & Alex. *in l.ſi finita, §. ſi de vectigalibus ff. eodem tit.* Conrad. *in pract. crimin. de public. bon. n. 3. verſic. 4. ſimiliter limita, pag. 419.* Plotus *conſil. crimin 130. n. 20. tom. 1.* Gigas *in tract. de crim. laſ. Maieſt. lib. 2. tit. de pœn. comit laſa Maieſt. q. 10* Boſſ. *tit. de bon. publ. num. 71.* vbi quod in hoc nulla eſt difficultas, ſequitur D. Simanc. *de Catholic. inſtit. tit. 9 n. 80.* & de communi teſtantur Curt. Sen. *conſ. 59. n. 12.* Socin. Iunior. *conſ. 77. num. 6* & Peregr. *de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 125.* Ruin. *conſ. 24. num. 5. volum. 1.* vbi quod in hoc nemo dubitat, Clar *in pract. crimin. q. 78. verſic. preterea quæro*, Alciat. *conſ. 6. num. 12. tom. 1. lib. 2.* Emman. Suar. *in commun. opinionibus, verſ. confiſcatio, n. 166.* Octau. Vulpell. *reſponſ. 15 lib. 1.* D. Couar. *lib. 2. variar. reſol. c. 8. n. 7. verſic. ſic delinquente filio*, Ant. Gom. *2. tom. variar. reſolut. c. 15. de ſeruit. n. 14* & plures referens Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin in 1. p. q. 24. de*
2 *delict. & pœn. num. 3. vbi num. 4.* cum Boſſ. & Ant. Gomez *vbi ſupra* ampliat hoc procedere etiam quod pater conceſſerit filio liberam & abſolutam adminiſtrationem eiuſdem peculij profectitij: quia non per hoc cenſetur data facultas alienandi.

3 Sed nec etiam peculium aduentitium, in quo pater habet vſumfructum, venit confiſcatione bonorum propter delictum filij in præiudicium patris, nec quoad proprietatem, nec quoad vſumfructum: ſi enim filiusfamilias nullo modo poteſt alienare proprietatem bonorum aduentitiorum per contractũ vel vltimam voluntatem, ſine conſenſu & voluntate patris, ne ipſi aliquod fiat præiudicium in ſuo vſufructu, & ne inquietetur ab extraneo proprietario, vt *in l fin. § filius autem, C.de bon. quæ liber.* ergo eadem & maiori ratione non poterit per delictum alienare, vt *in l. Imperator*, & ibi Bart. *ff. de fidei commiſſ. lib.* & in terminis ita tenuerunt Bar. *in l. ſi finita, § ſi de vectigalibus, in 6. q. principali, n. 12.* & ibi Paul. de Caſtr. *col. fin.* Imm. *n. 6* Alex. *44. ff. de damno infect.* ſequitur plures allegans & latè fundans Ant. Gom. *2. tom. var. reſ. c. 15. de ſeruit. n. 22. cum duobus ſequentibus*, Rojas *de ſucceſſ. c. 7. n. 59. & 60.* vbi dicit communem, & quod executio non eſt in his bonis facienda, *Deciſ. pedemont. 94.* per totam, eſt communis ſecundum Couar. qui eam ſequitur *vbi ſupra, in verſic. ex his patet*, & Petr. Dueñas *in reg. 275. limitatione 1.* & Clar. *in pract. crim. q. 78. verſic. ſed quid in aduentitiis, & q. 86. verſic. 2. infertur ibi*, quinimo pro delicto filij, Menoch. *in 9. remed. recuper. n. 75. in fin.* Alciat. *conſ. 6. n. 12. tom. 2. lib. 2.* Octauian. Vulpel. *reſponſ. 15. 1. p.* Emanuel Suarez *in communibus opinionibus littera C. num. 266.* Curt. Sen. *conſil. 59.* Dux Philippus *num. 11.* Ruin. *conſil. 24. numer. 6. lib. 1. & conſil. 109. in fin. & conſil. 117. numero 6. lib. 1. & conſilio 149. numero 13. lib. 3.* Boëcius *concilio 57. num. 17. lib. 1.* Conradus *in practica lib. 1. capit. 9. §. 2.* & ita fuiſſe in hoc caſu aliàs iudicatum teſtatur Capella Toloſana *deciſione 120. item fuit quæſitum* & Boët. *deciſ. 7. num. 10.* Et hæc opinio non ſolum eſt communior, ſed etiam verior, prout poſt alios eam latè defendit à contrariis & comprobat pluribus rationibus & iurium authoritatibus Menoch. *vbi ſupra n. 65. & pluribus ſequentibus*, teſte Farinac. *d. q. 24. num. 5. per totum*, vbi eam ſequitur & plurimos citat, & communem, communiorem & veriorem appellat contra communem ſententiam Iacobi de Aren. Cyn. & aliorum, quam etiam ſequebatur D. Simanc. *vbi ſupra tit. 9. num. 16.* quam ipſe veriſſimam eſſe cenſet, loquens tamen in filio hæretico, de quo ſtatim agemus.

4 Quid tenendum? Ego profecto in filio condemnato ob crimen hæreſis læſæ Maieſtatis diuinæ, vel etiam humanæ, ſecundam opinionem ſupra relatam & ſic affirmatiuam probo ex his, quæ in terminis latè fundat Deciſio Pedemont. 94. Octauian. *n. 8. cum ſequentibus vſque in fin.* vbi quod ex illis fundamentis hanc opinionem ſequutus fuit Senatus in cauſa cuiuſdam filij famil. crimine læſæ Maieſtatis damnati: cenſuit enim proprietatem peculij aduentitij eiuſdem filij condemnati in publicatione venire ſaluo vſufructu patri, (quod intelligo pro tempore vitæ ſuæ) crimen enim læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ æquiparantur lege 1. *ff. ad legem Iul. Maieſtatis, c. vergentis de heret. in 6. cum duobus ſequentibus, c. accuſatus, §. in eo, & cap. cum ſecundum leges eodem titulo lib. 6.* ergo idem in vtroque, ita Octauian. *vbi ſupra num. 29.* vbi hoc vrgentiſſime probat, quem ſequitur Farinac. *vbi ſupra num. 9.* aduerſus Gigant. qui aliud voluit, & in terminis filij famil. crimine impietatis damnato etiam rectè probauit Simanc. *vbi ſupra d. tit. 9. num. 16.*

5 In reliquis verò criminibus (his exceptis) ſequor priorem & magis communem ſententiam negatiuam, ſecundum quam ſæpiſſimè in praxi conſului & informaui, eſtque veriſſima. Et propterea conſtitutio *l. ſi quis in tantam, C. vnde vi cum ſimil.* non habet locum in filio, qui propria authoritate occupat bona ſua aduentitia in præiudicium patris, vt tenuit ibidem Bart. *n. 11. & 12. & in dicto §. ſi de vectigalibus, n. 14.* & ibi Alexand. *num. 24.* Tiraquel. *in legibus connubiali gloſſ. 3. num. 148.* Petr. Plaça *in epitom. de delict. c. 23. num. 11. verſiculo 2. conneſtiri*, Menoch. *vbi ſupra num. 65.* & alios referens Farinac. *d. q. 24. n. 5. verſic. & propterea.*

6 Ex quibus fieri videtur, vt in caſibus in quibus pater non habet vſumfructum in bonis aduentitiis filij, publicatis bonis filij huiuſmodi peculium aduentitium publicatum cenſebitur, ſiquidem tunc filius de illo diſponere poterat, vt *in §. 1. in authentica, vt liceat matri & auiæ.* Nec patri vllum præiudicium fieri ex hoc videtur, ſiquidem vſumfructum non habet in illis bonis, ita Gigas *de crimine laſa Maieſtatis lib. 2. de pœn. committ. crimin. laſa Maieſtatis, quæſt. 11. verſiculo, in caſibus autem*, vbi in hoc citat Crotum *in lege frater à fratre num. 21. ff. de condic. in deb.* & Ruin. *conſil. 24. num. 16. lib. 5.* dicentem hanc eſſe communem ſententiam, à qua non videtur diſſentire Menoch. *vbi ſuprà, num. 84. cum ſeqq.* ita Farin. *vbi ſuprà, n. 6.* qui contrarium tenet, vt ſtatim videbimus.



7 Contrariam tamen ſententiam in hoc potius videtur tenere Carol. Ruin. *vbi ſuprà, num. 14.* ibi, ſecundo reſpondetur, dicens priorem opinionem procedere & habere locum, quando quis indiſtinctè poteſt alienare, & ſic tam inter viuos quàm in vltima voluntate: ſed filius in poteſtate licet poſſit alienare, quando habet etiam vſumfructum, non poteſt tamen per vltimam voluntatem alienationem facere, *lege penultima. & finali, C. qui teſtam. fac. poſſ.* quia igitur non eſt peculium ex teſtamento tranſmiſſibile ad hæredem extraneum, non eſt tranſmiſſibile ad fiſcum, ita Ruin. Non igitur bene citatur à Gigante in contrariam partem, nec eam dicit communem, cum potius teneat hanc negatiuam *d. n. 14.* & præterea non habet in illo conſilio pluſquam 14. numeros, & ita meritò hanc ſecundam partem probauit Iul. Clar. *d. q. 78. verſiculo, ſed quid in aduentitiis*, ibi, ſed certè quidquid dicat Gigas, & *verſiculo, quæro etiam quid in peculio caſtrenſi in fin.* ibi: Et ideo propter hanc rationem, vbi inquit ipſe, ſi propter delictum filij non confiſcatur peculium caſtrenſe, ſecundum magis communem Doctorum opinionem, etiam quod de eo poſſit filius liberè diſponere tam inter viuos quàm in vltima voluntate, multo magis non debet confiſcari peculium aduentitium, etiam quod in eo pater non habeat vſumfructum, ac etiam quod in eo filius habeat alienandi inter viuos poteſtatem. Eandem ſententiam aduerſus Gigantem cum Socin. quem citat, ſequitur etiam & probat Farinac. *vbi ſuprà, dicto num. 6. verſiculo, quibus non obſtantibus*, vbi eam exiſtimat æquiorem & veriorem. Nec obſtat auctoritas Menoch. in contrarium allegati, quia tandem in reſolutione cogitandum relinquit, ſubdens quod auctoritas Ruin. magna eſt, & in dubio contra fiſcum, & in benigniorem partem, ita Farinac.

8 Quid tenendum? Ego proculdubio hanc ſecundam partem vt veriorem & tenendam probo, non ſolum rationibus ſupra pro ea adductis, ſed etiam illa potiſſimum, quod iuxta magis communem ſententiam, quam *ſup. q. præced. n. 10* adduximus & probauimus, confiſcatis bonis patris talis confiſcatio non trahitur ad legitimam filiorum ipſius delinquentis, quæ non obſtante dicta confiſcatione illis ſalua remanet, & ſibi debetur à die publicationis, & ſecundum illud tempus æſtimatio facienda eſt, vt ibidem quoque probauimus, *n. 12.* quia mors ciuilis æquiparatur naturali: ergo idem eſt dicendum in caſu conuerſo filij, vt ipſius bonis confiſcatis propter crimen legitima patris non cenſeatur confiſcata; ſed ſtati ei debeatur, cum par ratio ſit vtriuſque legitimæ, *l. cum ratio cum ſimil. ff. de bon. damn.* Vnde cum hodie iure Regio aſcendentium legitima in bois ſuorum deſcendentium, his non relictis ſint omnia bona filiorum ab inteſtato deſcendentium, & cum teſtam. duæ tertiæ partes, conſequitur vt hæc legitima aſcendentium minimè confiſcetur per delictum deſcendentium, & quod ſtatim ei debeatur, præterquam in crim. hæreſis & læſæ Maieſtatis humanæ, vt *ibid. n. 15. & 16.* probauimus.

9 Quod à fortiori procedet quando pater, licet in aduentitio peculio filij non habet vſumfructum, habet tamen ſpem futuri vſusfructus: quia tunc illud per delictum filij non confiſcatur in præiudicium ſpei quam in eo pater habet, ſecundum Carol. Ruin. *dicto conſil. 34. num. 13. verſiculo, tertio prædicta*, quem ſequitur Socin. Iun. *conſ. 77. num. 13. & 14. lib. 2.* & Menoch. *in dicto 9. rem. recup. poſſ. num. 87. cum ſequentibus*, & Farinac. *vbi ſupra, num. 7. per textum in l. fin. §. filius autem, C. de bon. quæ lib.* cùm negat filium poſſe alienare bona, in quibus pater habet vſumfructum, vel quid aliud: ſpes namque in multis aliis caſibus multum operatur, vt latè docet Tiraquell. *in legibus connub. poſt leges ipſas, num. 34. cum ſequentibus*, Ruin. *conſil. 19. num. 4. & conſil. 98. num 15. lib. 1.* Socin. Iun. *conſil. 91. num. 30. lib. 3.* Alciat. *reſponſ. 171. in fin.*

10 Ex quibus deducitur, quod etiam ſi pater filio liberam adminiſtrationem conceſſerit in peculio caſtrenſi, nihilominus adhuc ipſum non confiſcetur propter delictum filij ſuorum bonorum confiſcatione dignum, ſicuti idem in peculio profectitio diximus ſupra in principio quæſtionis propter præiudicium patris, de quo *ſuprà*, & ita in terminis tenet & probat Farinac. *vbi ſuprà, num 8.* aduerſus Barthol. & alios quos ibi citat, exiſtimantes in hac ſpecie hoc peculium ob filij delictum confiſcari quoad proprietatem, patri reſeruato vſufructu. Sed hi auctores non conſiderarunt id quod ſupra adduximus de legitima debita patri, quæ minimè confiſcatur, ſicuti contra nec legitima filij ob delictum patris vt ſupra deduximus: ergo nec etiam proprietas legitimæ confiſcatur, cùm ſtatim per condemnationem & publicationem bonorum delinquentis morte ciuili debeatur parentibus, & filiis reſpectiuè.

11 Nunc condeſcendamus ad ſecundam partem quæſtionis reſpectu, ſcilicet, peculij caſtrenſis vel quaſi caſtrenſis, an confiſcetur per delictum filij confiſcatione omnium ſuorum bonorum dignum? Et in hoc articulo ſunt contrariæ opiniones, quas hîc examinare decreui, vt veritas eluceſcat, & quid tenendum ſit doceamus.

12 Primò igitur indubium videtur, vt filiofamilias impietatis damnato, peculium eius caſtrenſe, vel quaſi publicetur, ſequentibus rationibus & fundamentis. Primò, quia filiusfamil. in peculio caſtrenſi vel quaſi vice patrisfamil. fungitur, nec patri aliquid ex caſtrenſibus bonis, vel quaſi debetur, *l. 2. C. ad Senat. Conſult. Macedon. l. 4. & l. nota Marcelli. ff. de caſtr. pecul. lege Senatus conſulto, §. 1. ff ad Sylanian. lege filiusfamilias in fin. ff. de donat.* Secundò, quia filius habet verum & liberum, plenum, & perfectum dominium in his bonis, vt dicunt Doctores: ergo confiſcantur ob ipſius crimen, vt *in cap. cum ſecundum leges cum ſimil. de hæret. in 6.* Nec enim paterfamil. in caſtrenſi peculio vel quaſi proprietatem habet, aut vſumfructum, quinimo actionem & perſecutionem caſtrenſium rerum ſemper filius inuito patre habet, *l. 3. C. de caſtr. pecul. milit. lib. 12. l. miles, & l. pater in fin. ff. eodem.* Tertiò, quia filiusfamilias poteſt hodie cedere & alienare bona peculij caſtrenſis vel quaſi, & ſic per contractum & diſtractum alienare, *l. cum filij, Cod. qui bon. ced.*
13 *poſſ.* ergo & per delictum. Quartò, quia licet olim iure antiquo filius in caſtrenſi peculio non habebat hæredem, ſed illud ipſo decedente ab inteſtato pater occupabat, non iure hæreditario & ſucceſſionis, ſed tanquam bona propria, *l. 2.* & ibi gloſſ. *ordin. ff. de caſtr. pecul.* ideo nimirum ſi eodem iure dictum peculium caſtrenſe non confiſcaretur, vt *in l. 3. C. de bon. proſcript.* Non ſic hodie de iure nouo C. & Authenticorum, & ſecundum

quod filius habet hæredem in quibuſcumque bonis ſuis, etiam caſtrenſibus vel quaſi, quæ patribus vel ſucceſſoribus ſuis deferuntur iure hæreditario & ſucceſſionis, & non alio modo, *l.3. C.de bon.quæ lib.& l.fin. C.eodem, Auth.de hæredit quæ ab inteſt.defer.§.ſi igitur defunctus, collat.9. Authent. in ſucceſſione, Cod. de ſuis & legit. hær. Authent. defuncto, C.ad Tertull. l.6. Tauri*: ergo abrogata ratione legis antiquæ cenſetur etiam abrogata ipſius legis diſpoſitio. Et in terminis hanc opinionem tenent Angel. & Roman. *in d.l.ſi finita, §.ſi de vectigal. n.25. ff. de damno infect. & in l.ſi filiusfamil. ff.eodem*, Nellus *in tractat. bannit. 1.p. ſecundi tempor. quæſt.25.* & his aſſentitur Anton. Gomez *d.cap.15. 2.tom.var.reſol.num.13. verſiculo, ſed his non obſtantibus*, & eam proculdubio probauit D.Siman. *d.tit.9.num.15.* Et veriorem videri in puncto iuris in crimine hæreſis & in crim.læſæ Maieſtatis humanæ affirmat eam ſequutus Cantera *vbi ſuprà, num.40.* vbi credit quod hoc ſeruaretur in praxi. Nec obſtat dicta *l.3. C. de bon. proſcript.* quia vt prædiximus procedit de iure antiquo, quo filius nullo modo habebat hæredem ab inteſtato in peculio caſtrenſi vel quaſi, ſed illud occupabat tanquam bona propria illius, vt *in d.l.2. ff. de pecul.* hodie verò occupat iure hæreditario, vt per Anton. Gomez *vbi ſupra*, & Octauian. *d. deciſione Pedemont.94. num.27.*

14 Contraria tamen omnino in hoc ſententia, imò quod publicatis bonis filiifamil. ob eius crimen peculia caſtrenſia, vel quaſi non publicentur, ſed quod imò ad patrem deferantur, probat expreſsè *d.l.3.incip. ſi filius, Cod.de bon. proſcript.* cuius verba ſunt hæc. *Si filius tuus, cùm eſſet in tua poteſtate, in inſulam deportari meruit, peculium eius, nec quod in caſtris acquiſiuit, vel quod ei militaturo donaſti auferri tibi debet*, vbi hoc ita tenent Odofr. Petr. Cyn. Alb. Bald. Faber. & Salicet. Bart. Imol. *in dicto §.ſi de vectigalibus, num.6.* & ibi Alexand. *num.40.* idem Bart. & Imol. *in dicta l. filius, ff.de damno infect.* ſequitur bene probans Roder. Suarez *vbi ſuprà, num.2. cum ſequentibus*, dicens quod opinio Bart. in hoc *in d. §.ſi de vectigalibus* in veritate non eſt opinio, ſed legis diſpoſitio tam olim quam hodie, vbi duobus modis eam limitat: ſequitur etiam Palac. Rub. *in Rubrica de donatione inter vir & uxor. §.66.num.24.* & Bernard. Diaz *in practica crimin. c.132. num.6. in nouis*: ſequitur etiam & dicit communem Pariſ. *conſil.157. num.36. volum.4.* Eandem ſequitur & communem profitetur & tenendam olim & hodie D.Couar. *vbi ſuprà, n.7. verſic.& quod publicatis*, Boſſius *in tit. de bon. public. poſt num.71.* Suarez *in ſuo Theſauro recept. ſent. littera C. num.266.* & in terminis criminis hæreſis idem probat Quemad. *quæſt.19.* eſtque crebrior hæc opinio ſecundum D. Simanc. *dicto num.15.* licet eam non ſequatur, & magis communem teſtatur Clarus *d. q.78. verſ.quæro etiam*, dicit veriorem & crebriorem Menoch. *in d.9. reſ. recup.poſſ. n.69.& 70.* & non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo ab hac opinione, ſecundum Canter. *vbi ſuprà, d.n.40.* Et non ſolum eſt communior, ſed etiam æquior & verior, vt plures allegans & bene eam probans aduerſus priorem ſententiam affirmat Farinac. *d.quæſt.24. n.11.12. & 13.* necnon & Peregrin. *de iure fiſc. lib.5. tit.1. num.150.* Neque obſtat reſponſio *ſup.* aſſignat ad *d. l. ſi filius*, ſi quidem ante mortem naturalem ipſius filiifamil. tempore, quo hæredi locus non eſt, patri peculium caſtrenſe filiofamil. delinquente defertur in ſolatium patriæ poteſtatis, quod voluit prius Bald. *in d.l.ſi filius.* Et ideo ipſa Codicis conſtitutio non fuit ea ratione ſancita, quod filiusfamil. non haberet ab inteſtato hæredem in caſtrenſi peculio: quamobrem ea ratione ſublata minimè dicendum eſt dictam conſtitutionem antiquatam eſſe, ita Couar. *vbi ſuprà, ſub eodem verſic. hinc apparet propè fin.* & ſenſit expreſsè Clar. *d. quæſt.78. verſic. quæro etiam quid in peculio caſtrenſi, ad fin.* & laudat Farinac. *vbi ſuprà, num.13 ad fin.* Non ergo, quod hodie filius in caſtrenſi peculio habeat hæredem & ſucceſſorem, ſequitur quod illud poſſit alienare per delictum, ſed potius contrarium, cum (vt ſuperius dicebamus) legitima non veniat in confiſcatione bonorum.

Non etiam obſtant cæteræ rationes, & argu- 15
menta pro priori parte adducta: quia ea bona debent publicari, quæ iure communi ad delinquentem pertinent. Secus in eo quod ad eum pertinet de iure ſpeciali, vt eſt caſtrenſe peculium quod habet miles: ita reſpondent pleriqué DD. qui hanc ſecundam tenent opinionem.

Quid tenendum in hoc difficili articulo, & ad- 16
modum controuerſo? Ego quidem omnibus hinc inde ponderatis, atque in mente ruminatis (ſaluo meliori iudicio) cenſeo, tenendam primam ſententiam in confiſcatione bonorum ob crimen hæreſis filiifamil. vel læſæ Maieſtatis humanæ, ex fundamentis de quibus ſupra adductis pro ea, quam vltra ſupradictos latè probat Deciſ. Pedemont.94. *num.8. cum ſequentibus*, quamuis loquatur in peculio aduentitio: ſed multo magis idem dicendum eſt in peculio caſtrenſi, vel quaſi, in quo idem filius plus iuris habet, quam in aduentitio. Et in terminis eam etiam probat & tenet Gigas *de crim. læſæ Maieſtatis lib.2. titul. de pœn. commit. crim. læſæ Maieſtatis q.12. in fin.* & Farin. *d.q.24. num.14.* & Peregr. *de iure fiſc. lib.5. tit.1. ſub num.130. limit.1.& 3.* ea potiſſimum du-
cti ratione, quod lex *quiſquis, §.filij vero, Cod.ad* 17
*legem Iul. Mai.* mandat filiumfamil. propter tale crimen amittere omnia bona ſua, non diſtinguendo inter bona, quæ ſunt ſua de iure communi, & ea quæ ſunt de iure ſpeciali: & quia ſi aliter diceremus fruſtratoria diceretur illius legis diſpoſitio, imponens filio huius criminis reo pœnam confiſcationis bonorum ſuorum, cum is non habeat alia bona, quæ poſſint ſua dici quam caſtren-
ſia vel quaſi. ¶ Et in crimine læſæ Maieſtatis di- 18
uinæ auocantur bona à quocunque hærede, & poſſeſſore, *cap.fin.de præſcript.in 6. cap.accuſatus, §.in eo, & cap.cum ſecundum leges*, & ibi gloſſa, & Ioan. Andr. *de hæret. in 6.* & crimen læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ æquiparantur à lege, *l.1. ff. ad legem Iul. Mai. cap. vergentis de hæret. in 6. & cap.quæro, cum duobus & ſequentibus, 6. quæſtione prima*, & in vtroque horum crimine hanc partem etiam vt veriorem probat Azeued.
*in l.1.n.210. tit.3. hoc lib.7. nouæ collect.reg.* ¶ Ne- 19
que in his criminibus obſtat *d.l.3. in cap. ſi filius, Cod. de bon. proſcript.* quia ipſa non loquitur in crimine læſæ Maieſtatis, cum tantum agat de pœna deportationis, quæ non irrogatur damnatis de crimine læſæ Maieſtatis, quibus mortis naturalis, & confiſcationis omnium bonorum imponitur, vt *in d. l. quiſquis in princ.* & cum Alex. poſt Imol. reſpondet Deciſio Pedemont. prædicta *94.num.32.ad fin.* Et hæc eſt melior reſponſio, quam aſſignata eidem legi à Cantera *vbi ſuprà, d.num.40.* dicente, quod text. *in d.l.3.* non loquitur quando bona confiſcantur, nec de hoc vllum



20 vllum verbum in illa l. ſed tantum dicit quod quando filius, qui eſt in poteſtate patris, propter delictum deportatur in inſulam, remanet peculium penes patrem etiam caſtrenſe, non enim pro omnibus criminibus, quæ merentur deportationem, bona confiſcantur, prout videmus quotidie: multi enim deportantur & in exilium mittuntur, imo etiam & ad triremes quorum bo-
21 na non publicantur. Non tamen mihi placet hæc reſponſio, quia illo iure attento bona deportati deſcribebantur & confiſcabātur & mox ad Principem mittendam eſſe deſcriptionem cauebatur
22 *in l.ſi quis intra 7.Cod.eodem tit.* ¶ Denique quod bona deportati morientis ſine liberis peruenire debeant ad fiſcum text. expreſſus *in l. fin. in principio, Cod. eodem tit. de bon.proſcript.* debet tamen intelligi propter crimen læſæ Maieſtatis cum hodie iure communi regulariter bona non
23 confiſcentur, niſi pro crimine læſæ Maieſtatis *authent.bona damnatorum, Cod. de bon. proſcript.* quam ad hoc citat poſt Alber. Decius *conſil.442. num.6.* & ſequitur Deciſ. Pedemont. præcitata 94. *num.5.& 18.* eſt communis vt plurimos allegans profitetur & ſequitur Farinac. *vbi ſupra, quæſt.25.*
24 *num.3.* ¶ Sed in omnibus iuriſdictionibus & locis, in quibus inſulæ non reperiuntur, dictæ pœnæ receſſerunt ab vſu & aula, ita eſt receptum communiter ab omnibus, teſte Iul.Clar. *in pract. crim. §.fin. q.67. verſ. deportatio etiam in princ.* & Farinac. *quæſt.19.num.15.*

25 Sed in caſibus in quibus fallit hæc communis regula, & in eis confiſcantur bona delinquentis pro aliis criminibus quàm læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ, prout etiam iure noſtro Regio ſunt plures, in illis vera eſt, & tenenda magis communis ſententia ſecundo loco *ſupra* fundata, nempe vt in eis peculium caſtrenſe, vel quaſi non confiſcetur propter crimen filiifam. ex fundamentis de quibus *ſupra.*

De ſupradictis nouiter poſt hæc ſcripta agit Thomas Sanchez *in Decalogi præcept. lib.2. c.15. à num.3. vſque ad 17.* qui etiam erit videndus quoties caſus contigerit.

## SVMMARIVM.

1 *Pater in vita non tenetur ſoluere condemnationem pecuniarum pro filio delinquente? num. ſequentibus. Limitatur num.7. cum ſequentibus.*

2 *Filius in vita patris non eſt dominus bonorum patris, neque ei eſt debita legitima.*

3 *Legitima filij non venit in confiſcatione bonorum ipſius filij viuente patre, etiam ſi poſt eius obitum in fiſcum deferantur bona. Ampliatur num.4.*

5 *Filio reo læſæ Maieſtatis pater non ſolum viuens, ſed etiam moriens tanquam patriæ proditori non tenetur relinquere legitimam, illumque exhæredando vel prætereundo non rumpitur teſtamentum. Ampliatur n.6.*

12 *Filius an in diuiſione bonorum parenti teneatur conferre quod pater in eius vita ſoluit pro eo ſponte, hoc eſt, quantitatem pecuniarum quam ſoluit, & num.13. cum ſequentibus.*

*An pater in vita teneatur ſoluere condemnationem pecuniarum pro filio delinquente.*

## QVÆSTIO XLII.

QVÆRO modo, pro complemento mate- 1
riæ quæſtionis præcedentis, an pater teneatur ſoluere condemnationem pecuniarum pro filio delinquente, ſaltem quatenus eſt in legitima? Et ipſum ad hoc non teneri nec agi ad id poſſe palam eſt: quia filius in vita patris non eſt verè dominus bonorum patris, neque ei eſt debita legitima, ita tenet Bart. per text. ibi *in l.1.*
*§.ſi impuberi, verſic.vltimo iſte text. ff.de coll.bon.* 2
eſt communis vt plures allegans affirmat Padilla *in l.3.num.33.D.de iur. & fact. ign.* & nos *in rep. §.ſui, num.90. inſtit. de hæred. qual. & diff.* idem profitetur plurimos citans Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin. prima parte, quæſtione vigeſimaquarta, de delict. & pœnit. numero decimoquinto & decimoſexto.*

Ampliatur primò hæc recepta ſententia, vt 3
procedat etiam ſi confiſcentur bona filij pro eius crimine: quia adhuc non confiſcatur eius legitima ei debita ex bonis parentis, qui tempore ſententiæ viuebat, etiam vt poſt ipſius obitum in fiſcum deferantur, Bald. *in l.ſi qua, ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* Alexand. *conſ.37. lib.1. col. ante penult.* Socin. Iun. *conſil.51. lib.1.* & hos referens D.Couar. *lib.2. var. reſol.c.8. num.7. ad fin. verſ. & his addendum*, & nos *in d. §.ſui, num.94.* idem probauimus alia etiam ratione, nempe, quia confiſcatio ad bona futura non extenditur, vt *ſuprà alia quæſt.* latè reſoluimus.

Ampliatur ſecundò, vt procedat etiam in cri- 4
mine læſæ Maieſtatis: adhuc enim filio huius criminis reo exiſtente in confiſcatione bonorum non venit legitima ipſius, viuente patre, ita tradit Gigas *de crimin. læſæ Maieſtatis lib.2. tit. de pœn.commit.crim.læſæ Maieſt.q.9.per totam*, ea potiſſimum ratione: quia filio reo læſæ Maieſtatis
pater non ſolum viuens, ſed etiam moriens tan- 5
quam patriæ proditori non tenetur relinquere legitimam, illumque exhæredando vel prætereundo non rumpitur teſtamentum, vt ibi probat & proſequitur atque idem tenet Farinac. *dicta quæſtione 24.num.17.& 18.* hanc etiam ampliationem contra Martin. Laudenſ. probauimus *in d. §. ſui, num.90.& 94.*

Ampliatur & tertiò, vt procedat etiam quod 6
poſt ſententiam pater moriatur: tunc namque legitima illa non confiſcatur, ſed venientibus ab inteſtato defertur, ita tenet Specul. *in tit.de executione ſententiæ, §. ſequitur videre in quibus, verſic. quid ſi filiusfamil.* Gigas *de crimine læſæ Maieſtatis, lib.2. tit. de pœn. committ.crimin. læſæ Maieſtatis, quæſt.18.* Bald. *in d.l.ſi qua*, & Couar. *vbi ſuprà*, & alios allegans Farinac. *d. quæſt.24. num.19.*

Limitatur tamen primò prædicta communis 7
ſententia, de qua in princ. huius quæſtionis, vt licet fiſcus non poſſit patrem cogere ad ſoluendam legitimam pro filio delinquente & condemnato, poterit tamen ipſe filius, ſi propter delictum teneatur in carceribus, & ex illis euadere non poſſit, patrem iudicis officio cogere vt ipſi legitimam aſſignet, vt à dictis carceribus redimatur.

Et iſte eſt vnus ex caſibus, in quibus pater tenetur legitimam aſſignare filio in eius vita, vt per Dueñas *regula* 356 *in quinta fallentia, vbi id probat*, necnon & Farinac. *d. quæſt.* 24. *num.* 21. *cum ſequentibus.* Idem concludo pro alimentis filij, vt *in l. cum oporteat*, §. *cum autem*, *Cod. de bon. quæ lib.*

8 Limitatur ſecundo ſtante ſtatuto, quod pater teneatur ſoluere condemnationem pro filio, quia tunc pro eo tenetur, quæ eſt magis communis ſententia, vt cum gloſſa alios allegando reſoluimus *in d.* §. *ſui*, *num.* 91. & Farinac. *d. quæſt.* 24. *num.* 160. vbi contra Bald. Angel. & Imol. cum communi opinione Doctores plurimos citans reſoluit valere huiuſmodi ſtatuta, & tanquam laudabilia eſſe ſeruanda propter publicam vtilitatem, & vt delinquentium audacia reprimatur. Et *num.* 161. hoc ampliat, vt procedat non ſolum quatenus eſt in legitima, ſed etiam in omni alio peculio profectitio, aduentitio, & caſtrenſi, cum in pœnis temporalibus ob aliorum ſcelera etiam innocentes ex cauſa puniri poſſint, vt per Couar. ibi per eum citatum, & per ipſum Farinac. ibi *num.* 153. & 155. *in verſic. & rurſus*
9 *in ſpecie.* Sed procedit hæc ſecunda limitatio reſpectu pœnæ pecuniariæ, ſecus reſpectu pœnæ corporalis, vt cum communi reſoluimus *in d.*
10 §. *ſui*, *num.* 92. vbi quod poſſit etiam ſtatutum obligare patrem pecuniariter pro delicto filij vltra legitimam, & quod tale ſtatutum eſt intelligendum de filiis legitimis tantum, vel de naturalibus tantum: & eſt etiam communis præfata declaratio, vt pluſſimos congerens affirmat & ſequitur eam Farin. *vbi ſuprà*, *num.* 189. & *num.* 190.

11 ¶ Deinde præfata ſecunda limitatio communis de ſtatuto obligante patrem ad ſoluendam condemnationem pro filio ſublimitatur aliis pluribus modis, vt per Farin. *d. q.* 24. *n.* 162. *cum pluribus aliis ſequentibus*, apud quem ſunt videndi quoties caſus occurrerit.

12 Illud denique in propoſito diſcutiendum erat, an ſi pater cum non teneretur ſoluit tamen condemnationem pro filio, filius poſtea tenetur conferre poſt mortem patris aliis fratribus quod pro ſuo delicto pater communis ſoluit? niſi eam quæſtionem iam abſoluiſſemus *in d.* §. *ſui*, *numero* 92. ibi namque reſoluimus diſtinguendo cum Barthol. communiter approbato *in leg. Stichum*, *numero ſecundo ad fin. ff. de pecul. legat.* ſcilicet, quod aut pater ſoluit ex neceſſitate, quia fideiuſſit pro filio, vel coactus per ſtatutum, & tunc computabitur in partem legitimam ipſius filij, & ſic conferre tenetur per iura, quæ ibi allegat: aut ſoluit non ex neceſſitate, ſed voluntariè, & tunc videtur cauſa pietatis concedere, nec à filio poterit repeti, nec ipſe id tenetur conferre, argumento *l.* 1. *Cod. de neg. geſt.* niſi filius haberet peculium, & pater eſſet eius legitimus adminiſtrator, quia tunc in dubio videtur adminiſtratorio nomine ſoluere, & ita eſſe tenendum diximus in iudicando, & conſulendo aduerſus alteram communem opinionem contrariam, quæ indiſtinctè habet quod imputetur in legitimam filij.

13 Hoc autem limitauimus eo caſu, quo pater prius feciſſet meliorationem tertij & quinti bonorum ſuorum in alterum filium, vel nepotem irreuocabiliter: quia tunc cum pater non poſſit facere duas donationes tertij & quinti metam excedentes, nec vllo modo præiudicare filiis plus, quam in vno tertio & quinto, huiuſmodi filius delinquens tenebitur conferre condemnationem, quam pro eo ſoluit pater etiam volens. Hac vero melioratione non facta, non tenebitur conferre condemnationem tanquam ſibi donatam, ſed imputabitur in tertio, & quinto, in quibus eum poterat pater meliorare, & ſi excedat, exceſſus computabitur in legitimam: quod ſi pater prius fecerat prædictam donationem reuocabiliter, ſatis videbitur reuocata pro quantitate condemnationis ſolutæ voluntariè: & hæc quantitas condemnationis ſoluta & melioratio prius facta reducetur ad vnum tertium & quintum bonorum patris, & in amplius non valebit melioratio, quàm reliquum fuerit dempta condemnatione, ex tertio, & quinto, ita reſoluimus *vbi ſuprà*, & ad nos nomine proprio citato in prædicto loco ſe remittit D. Couar. *d. lib.* 2. *variar. reſolut. cap.* 8. *num.* 7. *verſic. ſic delinquente filio ad fin.* in noua additione ſecundum impreſſionem Salmant. factam ann. 1578. in ædibus Dom. à Portanaris.

Superuenit nouiſſimè Ceuallos Tolet. *in ſuis* 14
*communibus opinionibus contrariis*, *quæſtione* 513. *per totam*, qui referens prædictas duas opiniones communes contrarias & nos *vbi ſuprà*, *numero ſexto*, *cum ſequentibus*, veriorem inquit ſibi videri ſecundam ſupradictam ſententiam, quæ habet indiſtinctè condemnationem ſolutam à patre pro filio delinquente imputandam eſſe in ſuam legitimam, & filius teneatur eam conferre, niſi in quatuor caſibus. Primò, quando pater eſt fideiuſſor filij. Secundò, quando habet bona aduentitia illius. Tertiò, ſi fuit particeps criminis perpetrati à filio. Quartò, quando prius fuit facta filio melioratio irreuocabilis tertij & quinti, quia tunc imputabitur quod datum eſt in tertium, & quintum, ſecus ſi donatio fuit facta reuocabiliter, vt ego exiſtimo *vbi ſuprà*. Hæc Ceuallos *vbi ſuprà*.

Nihilominus tamen verior, communis & te- 15
nenda eſt præfata diſtinctio, & noſtra ſententia ſupra poſita, & caſus limitationis aſſignati per Ceuall. *vbi ſuprà*, ad ſuam contrariam ſententiam non ſunt veri, quia imo in ipſis, quod ſic ſolutum eſt computari debet in legitimam, atque conferri, quod nullus negat.

Poſtremo de ſupradictis iam reſolutis numeris præcedentibus vſque ad 14. agit, licet non ita latè, Thom. Sanch. *in Decalog. præcept. lib.* 2. *c.* 15. *num.* 19. *cum ſequentibus.*

SVMMARIVM.

1 *Bona Clerici hæretici an confiſcentur, & cui fiſco applicentur? & num. ſeqq.*

## *An bona Clerici hæretici confiſcentur.*

## QVÆSTIO XLIII.

QVÆRO an bona Clerici hæretici confiſ- 1
centur? Et in hoc obſeruandum eſt, vt ſiquidem acquiſita ſint Eccleſiæ non publicentur, ſi vero ſunt propria, ſed tamen intuitu Eccleſiæ acquiſita publicari non debent, ſed eidem Eccleſiæ reſtituenda & applicanda ſunt: & ſi à pluribus Eccleſiis ea recepit, applicantur Eccleſiis & diuiduntur inter eas, *cap. excommunicamus el primero* §. 1. & ibi gloſſa, & Doctores *de hæret.* *DD. in cap. relatum* 2. & *cap. requiſiſti, de teſtam.* Anchar. *in cap. cum ſecundum leges de hæret. lib.* 6. ita reſoluunt poſt alios Bernardus Diaz *in pract. crim. cap.* 132. *in nouiſ. num.* 7. vbi quæ ſit cura Epiſcopi, in hoc & prius *cap.* 114. *numer* 4. & D. Simanc. *in ſuis inſtit. Cathol. tit.* 9. *numer.* 88. & 89. D. Cantera *in ſuis quæſtionibus criminal. cap.* 1. *de hæret. apoſtat. &c. num.* 51. *pagina* 398. Petr. Cened. *collectan.* 55. *num.* 6. *pag.* 187. *col.* 1. Couar. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 9. *n.* 12. *in princ.*



Addit Simanc. *vbi ſuprà*, *num.* 90. quod cum verior ſententia ſit, quod Clerici verum dominium habent fructuum ſuorum beneficiorum, & moribus ab legibus Hiſpaniæ receptum ſit, vt clerici libere eoſdem fructus etiam in vltima voluntate alienare ac diſtribuere poſſint, relinquitur vt propter hæreſim confiſcari queant, citans in id Maiorem. *lib.* 4 *ſentent. diſtinct.* 24. *quæſt.* 20. Gabriel. *diſtinct.* 15 *quæſt.* 8. Sylueſt. *verbo*, *clericus*, 4. Corneum, *conſil.* 314. *vol.* 3. Zaſium *conſil.* 9. *lib.* 2. Couarr. *in cap. cum in officiis, de teſtament.* idque non procedit in Prælatis, quia inteſtabiles ſunt.

2 Bona vero Clerici hæretici patrimonialia, & alia vndecumque quæſita ad Epiſcopum pertinent, ita tamen vt ea diſtribuat in pios vſus, DD. *in d. cap. excommunicamus*, §. 1. *de hæret.* late Ignat. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz, *in d. cap.* 114. *litt. F.* & Tiber. Decian. 1 *tom. tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 2. Verior tamen & iuſtior in hoc ſententia eſt, vt ad fiſcum ea bona pertineant pro alimentis eorundem Clericorum pœnitentium & aliorum pauperum, & aliis impenſis Sancti officij Inquiſitionis, quod cautum eſt Extrauaganti Bonifacij, vt Boſſius retulit, & eo iure ſemper vtuntur Inquiſitores, vt etiam iure probant alios citantes D. Simanc. *num.* 92. & Cantera *vbi ſuprà*, & prius Bernardus Diaz *dict. cap.* 132. *n.* 7.

3 Bona tamen immobilia Clerici committentis crimen hæreſis pertinent ad Principem ſecularem, ita tenent & probant Oldrad. *conſil.* 17. ſiue is habuerit beneficium, ſiue non habuerit, Guilerm. Benedict. *in repetitione*, *cap. Raynutius*, *de teſtam. verbo & vxorem*, *num.* 242. & Rupell. *forenſ. inſtit. lib.* 3. *fol.* 307. cuius rationem aſſignat. Felin. *in cap. irrefragabili*, §. *cæterum*, *colum. vltima*, *de officio ordin.* Quia ſcilicet ad ipſum Principem ſecularem ſpectat executio confiſcationis pœnæ huius criminis, *d. capit.* cum ſecundum leges, quin addit idem Felin. eam conſtitutionem ſublatam eſſe per Extrauagantes quaſdam Romanorum Pôtificum & deinde ſancitum, vt bona cuiuſcumque hæretici diuidantur pro æquis portionibus inter Romanam Eccleſiam, Epiſcopum, & hæreticæ prauitatis Inquiſitorem.

4 Sed hoc minime ſeruatur ſaltem in Hiſpania, vbi bona ſiue mobilia, ſiue immobilia etiam Clerici Hæreſeos damnati, etiam habenti Eccleſiaſticum beneficium, ad fiſcum Regium pertinent, atque ita praxis obtinuit, quæ non eſt aliena à iure, cum præter Oldradum, & aliorum ſententiam Rex ipſe Catholicus curam habeat conſtituendi ſummum illud prætorium, quod in eius cura, & apud ipſum Principem cauſas totius Hiſpaniæ ad huius criminis punitionem pertinentes tractat, cui præeſt vnus ex ſummis Hiſpaniæ Præſulibus, qui expenſis Regiis per totam Hiſpaniam conſtituit, ac mittit hæreticæ prauitatis Inquiſitores ad labem iſtam ex ſtirpandum. Mirum igitur non eſt, omnium Hæreticorum bona ad Principem & Regium fiſcum deferri ad tot expenſarum ſubminiſtrationem, ita tenet D. Couar. *d. lib.* 2. *varia. reſol. cap.* 9. *numer.* 12. vbi aliis id confirmat quod iuſte introductum fuit, vt affirmat author Repertorij Inquiſit. *in verbo diuiſio bonorum circa fin.* & Couarr. *in ſupradictis* refert Iulius Clar. *in* §. *hæreſis*, *verſic. item bona ibi*, ſed hoc etiam in practica, vbi refert aliam praxim illius ducatus, eandem Couarr. ſententiam, & praxim eo tacito refert, & ſequitur Igna. Salced. ad Bernardum Diaz *d. cap.* 114. *litt. F.* & Don. Ioan. Vel. *de pœn. delict. cap.* 14. *de hæret. in verſic. apud nos tamen*, *pagin.* 65. Azeued. *in lib.* 1. *num.* 200. *cum ſequenti*, *titul.* 5. *lib.* 8. *nou. collect. reg.* & melius Couar. citans Paramus Inquiſit. *de origin. officij Sanctæ Inquiſitionis lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 2. *num.* 14. *verſic. hinc ſequitur rectè*, *pag.* 142. *col.* 2. qui à *princ. d. num.* 14. refert & congerit varia iura per diuerſa ſecula in hæreticorum bonis confiſcandis ſancita, & præcipue quam plurium ſummorum Pontificum decreta, & tandem finit cum prædicta praxi hodierna, de qua per Couar. *vbi ſuprà.*

Cui accedit alia non infirma ratio, ea nem- 5
pe, quod Reges noſtri Catholici Ferdinandus, & Eliſabeth Sanctum officium Inquiſitionis ad prædictam labem peſſimam purgandam ab Hiſpania in eam primi introduxerunt, vt hiſtoriæ Hiſpaniæ teſtantur: quamuis primum in Hiſpania Beato Dominico commiſſum fuit, vt ſuprà, *quæſt* 33. præuaricauimus. Merito igitur, quod ad Principem ſecularem eiuſque Regium fiſcum bona hæreticorum, ſiue laicorum, ſiue clericorum pertineant, & ideo rectè noſtra *l.* 1. *titul.* 3. *hoc lib.* 8. cauetur, *que todos los bienes del hereje indiſtinctè, deſpues que por el iuez Eccleſiſtico fuere condenado por hereje, ſean para la Camara del Rey.* Procedit ergo hæc l. ex ſupradictis etiam in bonis Clerici hæretici: & in Hiſpania omnia ea bona data ſunt à Regibus noſtris Catholicis officio Sanctæ Inquiſitionis pro ſalariis, alimentis, & aliis pluribus neceſſariis impenſis, vt in ſecunda inſtructione Hiſpal. *cap.* 12. ita Simanc. *dict. titul.* 9. *numero centeſimo trigeſimoſecundo*, & Cantera *dict. capite primo*, *de hæret. apoſt. &c. numero quadrageſimoſecundo, verſic. verum eſt.*

SVMMARIVM.

1 *Confiſcatio bonorum hæretici in terris dominorum particularium ad quem fiſcum pertineant? & num. ſequentibus.*

## *Confiſcatio bonorum hæretici in terris dominorum particularium ad quem fiſcum pertineat?*

## QVÆSTIO XLIV.

QVÆRO, viſo quod bona publicata hæ- 1
reticorum ad fiſcum Principis ſecularis pertineāt, vt *in q. proxime præced.* in terris dominorum particularium recognoſcentium Superiorē, nempe Regē veluti Ducū, Comitum, & Marchionum aliorumque huiuſmodi dominorum,

norum ad quem fiſcum pertineant, an ad eorum Cameram, vel ad fiſcum Regium, vel alterius Domini ſuperioris, non recognoſcentis alium ſuperiorem temporalem?

2 Et in hac quæſt. Guid. Papa *deciſ.76.* & Boniſ. *in Clem.8.n.85 de hæret.* & Tiber Decia. *in 1. tom. tract. crim.lib.5.cap.44.num.3.* exiſtimant ad fiſcum inferioris immediatique Domini habentis merum & mixtum imperium prædicta bona pertinere eo, habeant fiſcum, quod gloſſ. & Imol. *in c.quia diuerſitatem, de conceſ.preb.* Felin. *in cap. excommunicamus 1. de hæret.* Cou. & cæteri citati *in q. præced.*

3 Cæterum contrarium, imo quod ad Regem ea bona pertineant iure optimo probant D. Simanc. *in inſtit. Catholic. tit.9.num.128.* & Cantera *in ſuis quæſtionibus crim. cap. 1. de hæret. & apoſt. &c. num.42. per totum*, vbi quod ita ſeruatur in practica: & quod ſe Inquiſitore multoties ſeruauit ſine aliqua contradictione. § Quod ſi bona pu-
4 blicata hæretici ſint in aliis Regnis, quilibet Rex occupat ea, quæ in ſuo Regno inuenerit & hæc à plurimis eſt recepta ſententia, *in cap. vergentis, de hæret.* & tradunt omnes *in cap. cum ſecundum leges de hæret. lib.6.* & cum eis alios plures referens D. Simanc. *vbi ſuprà, n.129.* & Cantera etiam *vbi ſuprà.*

5 Et an confiſcatio bonorum ob crimen extendatur ad bona exquiſita extra territorium confiſcati agit latiſſime Proſp. Farin. *in ſuis quæſtionibus crimin. 1. parte quæſtion.25. num.94. cum pluribus ſeqq.* vbi ponit ſex concluſiones cum ſuis ampliationibus & limitationibus.

## SVMMARIVM.

1 *Hæreticus an ante condemnationem teneatur in foro conſcientiæ bona fiſco offerre? & n. ſequentibus præcipue* n.16. & 17. *vbi pars negatiua declaratur.*

5 *Cap. cum ſecundum leges, §. confiſcationis de hæreticis libro 6. intellectus, & numeris ſequentibus.*

8 *Legiſlatori non licet talem condere legem, quæ reum obliget in foro conſcientiæ ad magnam aliquam pœnam in ſe ipſo exequendam, nec id expedit, nec in dubio hoc velle legiſlatorem eſt præſumendum, vide n. 24. Leges 4. titul.2. partita 7. intellectus.*

10 *Maritus conſtante matrimonio in ſeruo, & ancilla dotali habet dominium legale.*

---

## *An hæreticus ante condemnationem teneatur in foro conſcientiæ ſua bona fiſco offerre?*

## QVÆSTIO XLV.

1 QVÆRO denique an hæreticus nondum à iudice condemnatus, nec ab aliquo accuſatus teneatur in foro conſcientiæ bona ſua omnia offerre fiſco, alioqui tanquam res alienas retinens tamdiu ſit in reatu peccati mortalis, quamdiu bona quæ poſſidet non reſtituit fiſco?

2 Et quidem quando pœna à lege non ſtatuitur ipſo iure, aut ipſo facto crimine commiſſo incurrenda, conueniunt omnes non deberi ante latam ſententiam, qua delinquens ad eam ſoluendam à iudice condemnetur.

Controuerſia extat, quando pœna amiſſionis 3
proprioꝛum bonorum à lege vel canone ſtatuitur ipſo iure, aut ipſo facto incurrenda, quo pacto & hæreticis & contrahentibus inceſtas nuptias & pleriſque aliis delinquentibus eſt pœna confiſcationis amiſſioniſve omnium bonorum ſtatuta? Hanc diſputationem difficilem reddit Alfonſ. à Caſtr. *lib.2. de poteſt. leg. pœn. cap.8. cum ſequenti*, vbi copioſius & neruoſius omnibus partem affirmatiuam probat, cuius opinionis ſex fundamenta in ſumma colligit ex eo D. Simanc. *de inſtit. Catholic. tit.9. num.159. cum ſeqq.* & quinque refert Moli. *de iuſt. & iur. 1. parte diſputatione 95. col. 573. cum ſequentibus*, quorum illud præ cæteris fortiſſimum eſſe videtur, nempe quod hæreticus priuatus eſt ipſo iure dominio bonorum ſuorum, & in fiſcum tranſlatum eſt, vt *in cap. cum ſecundum leges de hæret. lib.6. cum ſimil.* ergo vero Domino bona illa reddere debet. Reliqua fundamenta non ita aſtringunt, vt opus ſit hic ea referre, præſertim cum Simanc. & Mol. *vbi ſuprà*, illis ſufficienter ſatisfaciant ſigillatim. Hæc fuit prius opinio Abbatis, & aliorum quam plurium, quos præfati authores citant, necnon & D. Couar. *in 4. de ſponſ. cap.6. §. 8. num. 10.* eamque tenere videtur Ant. Gom. 3. *tom. var. reſ. cap.2. num.5.*

Contrariam ſententiam, & ſic negatiuam ge- 4
neraliter, & in ſpecie criminis hæreſis, de quo agimus, probarunt & tenent magis communiter Doctores, eſtque veriſſima & tenenda proculdubio, prout aliàs in aliis noſtris ſcriptis ſæpe latè documus cum ſuis declarationibus, & limitationibus, præcipue *lib. 2. canon. quæſtionum, cap.5. num.14. cum ſequentibus*, eſtque receptiſſima ſententia Theologorum & Iuriſperitorum, quam latiſſime & optime pluribus fundamentis loquentes in hæretico vltra Dominic. à Sot. *de iuſt. & iur. lib.1. quæſt.6. art. per totum*, probant & defendunt reſpondentes fundamentis contrariis Simanc. *d. tit.9. numer.158. cum pluribus ſequentibus vſque ad num.251.* incluſiue, dicens eam eſſe crebriorem, æquiorem, & veriorem, opinionem autem contrariam duriſſimam ac pene impoſſibilem, & Molin. Theolog. *vbi ſuprà, col.578. in verſ. contrariam ſententiam*, vbi citat Adrian. *quolib.6. q.1.* Caiet. *2.2. q.62. art.3. & in ſumm. verbo pœna*, Victor. *in relect. de Indis inſulan. p.1. num.6.* Sot. Couar. & Simanc. *vbi ſuprà*, necnon & Nauar. *in man. cap.25. num.66.* Syluest. *verbo hæreſis 1. q.8. & verſic. aſſaſſinus, quæſt.5. &* Archid. *in cap. fælicis, de pœn.* & tandem inquit, quod eſt communis hodie inter Theolog. & Iuriſperitos. Sed & ſunt alij quam plurimi authores eam tenentes, imo iam nunc eam omnes tenent, vſque adeo, vt ſi quis ab hinc contrarium tenere tentaret non audiretur, imo ſperneretur.

Huius receptiſſimæ ſententiæ primum ſolidiſ- 5
ſimum fundamentum eſt text. *in c. cum ſecundum leges, §. confiſcationis, de hær. lib. 6.* cuius verba hæc: Confiſcationis tamen huiuſmodi executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per Principes aut alios dominos temporales, iuxta Greg. Pap. prædeceſſoris noſtri declarationem, antequam per Epiſcopum loci, per aliam perſonam Eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata.

Huic text. reſpondet Alphonſ. à Caſtr. ſenten- 6
tiam illam iudicis Eccleſiaſtici, de qua *in d. §. confiſcationis*, non eſſe neceſſariam declarantem crimen eſſe commiſſum, vt hæreticus incidat in pœnam illius c. quoniam hæreticus à tempore com-
6 miſſi criminis, etiam ante iudicis ſententiam, amiſit dominium bonorum ſuorum, ſicque non requiritur declaratio adhoc vt pœna incurratur, eſt enim iam incurſa, ſed adhoc vt bona poſſint apprehendi per fiſcum, cum non conſtet de delicto incurſo. In ſumma hæreticus ſtatim ante ſententiam amittit dominium bonorum ſuorum, & tantum habet poſſeſſionem eorum ſine dominio, fiſcus autem è contrario habet dominium ſine poſſeſſione: vnde Papa *in 1. p. d. cap. cum ſecundum leges*, priuat hæreticum dominio bonorum ſuorum, & nihil prorſus in illa parte loquitur de priuatione poſſeſſionis. Tandem *in illo §. confiſcationis* agit de poſſeſſione, & præcipit vt quamuis hæreticus ſit à tempore commiſſi criminis priuatus dominio bonorum ſuorum, fiſcus tamen non poteſt tollere poſſeſſionem eorum ab hæretico, niſi prius iudex Eccleſiaſticus declaret illum eſſe aut fuiſſe hæreticum. Hæc Caſtro *vbi ſuprà.* Et quod hæreticus ſtatim amittit dominium bonorum ſuorum ipſo iure *ex d. cap. cum ſecundum leges* tenet etiam nouiſſime Tiber. Decian. 1 *tom. tractat. crimin. cap.10. num.3.* & communiter DD. hoc tenent, teſte Molin, *vbi ſuprà, col.582. verſ.* dubium vero.

Nohilominus tamen text. *in d. § confiſcationis* eſt fortiſſimum fundamentum præfatæ receptiſſimæ ſententiæ contra Caſtr. vt patet ex eius litt. ſuper relata. Nec obſtat reſponſio Caſtr. ſupra eidem textui aſſignata: nam reſpondemus.

7 Primo, quod textus ille agit in foro exteriori vt patet ex eo, & nihilominus ad occupationem bonorum hæretici à fiſco faciendam requirit ſententiam iudicis Eccleſiaſtici: ergo à fortiori erit dicendum in foro interiori animæ, in quo & ſi perquam maximum & grauiſſimum crimen hæreticum commiſerit, vt puta quia Majeſtatem diuinam læſerit, non tamen inuenitur eidem impoſita pœna priuationis bonorum, ſed tantum à iure Pontificio, quod forum exterius reſpicit: & nihilominus adhuc in eo, ad hoc vt fiſco bona hæreditaria tradantur & à fiſco occupentur, requiritur ſententia iudicis Eccleſiaſtici: ergo ante eam in neutro foro tenebitur bona fiſco reſtituere, ſiue imperita ſponte tradere. Non petit fiſcus, ergo reus non ſoluet ante petitionem & condemnationem: quinimo nec poſt ſententiam, niſi à ſe pœna petatur: tantum enim tenetur pati executionem ſententiæ, non vero ſe offerre eidem, vt reſoluimus *vbi ſuprà d. lib.2. canon. quæſt. cap 5. n.28.*

8 Quinimo nec legiſlatori licet talem condere legem, qua reum obliget in foro conſcientiæ ad magnam aliquam pœnam in ſe ipſum exequendam, quod ſi liceret nullo modo expediret: & in dubio non eſt præſumendum, quod legiſlator voluerit obligare quempiam ad pœnam omnium bonorum in ſe ipſum exequendam, vt latiſſime aduerſus Caſtr. probat D. Simanc. *vbi ſuprà, à num.191. cum ſequentibus, vſque ad d. num.227. incluſiuè.*

9 Secundo modo reſpondetur, quod hæreticus non eſt priuatus ante ſententiam vero dominio bonorum ſuorum, ſecundum veriorem ſententiam: quia neque propter hæreſim, neque propter aliquantumuis horrenda crimina priuatur aliquis ipſo facto dominio bonorum ſuorum iure naturali, diuino, aut gentium, quia ſicut acquiritur apprehenſione ex iuſtis cauſis, & titulis, ſic etiam e conuerſo certis ex cauſis amittitur, quarum nulla eſt peccatum eius qui dominium habet, quod verum quidem eſt, & omnium conſenſu receptum, D. Thom. 2. 2. *quæſt. 12. art. vltimo*, Vbald. *tom.1. lib.2. cap.81. cum ſequentibus*, Scotus, Gabriel, Almain & cæteri *lib.4 ſent. diſtinctione 15.* Conrad. *de contract. quæſtion.7.* prout eos refert Simanc. *vbi ſuprà, num.129.* Nec fiſcus ſine traditione, vel apprehenſione dominium bonorum hæretici acquirit: hæc autem poſt ſententiam fieri debet, vt *in d. cap. cum ſecundum leges:* ergo ante ſententiam fiſcus naturale dominium non habet, quod ſi aliquod habet, erit improprium & quoddam ciuile, & non aliud quam ius proſequendi iudicio bona illa, quæ quidem non antea proprie fiſci eſſe poterunt quam de crimine ſit pronuntiatum, & fortaſe nec tunc, ſed apprehenſione ſubſequuta. Traditionibus enim & vſucapionibus dominia rerum acquiruntur, non autem verbis legum, *l. traditionibus, C. de pact. cum ſimil. facit l. quæſitum ff. qui & à quibus*, ibi, quoniam ante damnationem Dominus eſt, vbi loquitur in reo Maieſtatis criminis.

Neque obſtat l. Regia *4. tit.2. par.7.* quæ in ſpe- 10
cie rei criminis Maieſtatis inquit: *la muger fue en tenencia de los bienes à la ſazon que los enagenaua, perdido auia ya el ſeñorio por ſu maldad, è era ya de la Camara del Rey*, vbi late Greg. Lop. Dominium namque illud non eſt actuale, nec reale, de quo loquitur *d. l. quæſitum*, ſed tantum improprium, hoc eſt, dominium iuris, quod habet fiſcus ad illa bona capienda poſt condemnationem, quod ſufficit ad impediendam alienationem, & tranſlationem dominij realis, quod retinet reus criminis Maieſtatis in præiudicium iuris fiſci factam, vt in eademmet l.4. cauetur cum ſimilibus, quod probo ex *l. b.3. præced.* ibi. *Deue el Rey iuzgar al muerto por infamado de traycion, e mandar tomar à ſu heredero todos ſus bienes que ouo de parte del traydor.* Expendo primum pro nobis, quod lex illa non dicit, *que el dominio ſea del fiſco, ſino que tome al heredero del traydor ſus bienes:* ergo quod lex ſequens appellat dominium lex præcedens innuit eſſe ius occupandi, ſiue capiendi bona rei: ſicque improprie & large dicitur dominium. Secundo expendo verbo ſuum eſt, es, fui ibi *ſus bienes*, ſcilicet, *del heredero*, quod denotat dominium ipſius hæredis, quod ipſe acquiſiuit ſucceſſione in hæreditatem rei criminis Maieſtatis: quia cum hæredes facti ſumus omnia ad nos tranſeunt, præterquam poſſeſſio, vt *in l. cum hæredes, ff. de acquir. poſſeſſione*: ecce ergo probatam *in illa l.3. iuncta l. 4.* ſtatim ſequenti noſtram diſtinctionem dominij realis, actualis, & naturalis, ſiue proprij, & improprij nempe iuris, quod competit fiſco occupandi illa bona. Expendo etiam in idem l.1. ibi, *y perder los bienes*, & l.2. ibi, *todos ſus bienes para la nueſtra Camara*, tit.18. *de las trayciones* lib.9. Coll. reg. ergo declaratio requiritur ad hoc vt bona rei criminis Maieſtatis proprie & vere efficiantur fiſci. Idem videmus in rei vendicatione, quæ competit domino rei, & tamen actuale dominium cum poſſeſſione eſt penes detentorem, & ſic de ſimilibus. Neque obſtat iuris regula, quæ habet, quod duo in ſolidum non poſſunt eſſe domini eiuſdem rei: quia intelligenda eſt in vno eodemque modo dominij, nempe proprio, vel improprio, ſecus in diuerſis dominiis & reſpectu ipſorum, vt patet in exem-
plis prædictis & aliis ſimilibus. § Et præcipue 11
K 4 hoc

hoc videmus in ſeruo dotali, in quo maritus habet ciuile dominium, hoc eſt legale, vxor autem naturale, *l. 3. C. de iure dot. & l. quamuis, ff.* 12 *eodem titul.* ¶ Similiter etiam marito conſtante matrimonio competit rei vendicatio ancillæ dotalis: quia habet in ea dominium à lege introductum & ſic ciuile, non vero vxori, *l. doce ancillam, C. de rei vendic.* & tamen vxor habet dominium naturale rei dotalis, vt probat textus expreſſus *in l. in rebus, C. de iure dot. ibi:* Cum eædem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanſerint dominio, & reddit text. rationem huiuſmodi: Non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum (ſcilicet, rerum dotalium) in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas deleta, vel confuſa eſt. Filius quoque viuo patre dicitur quaſi dominus bonorum eius, quorum tamen verum dominium apud patrem eſt, *l. in ſuis, ff. de lib. & poſt.* Sic igitur dicendum eſt in noſtra ſpecie, vt quamuis concedamus dominium legale bonorum hæretici eſſe penes fiſcum à die commiſſæ hæreſis; naturale tamen apud ipſummet hæreticum eſt, ac proinde ante condemnationem non tenetur hæreticus bona ſua fiſco tradere aut reſtituere, donec condemnetur & ab eo petantur. Denique conſidero quod verba illa text. *in d. cap. cum ſecundum leges*, ſcilicet, hæreticorum bona ipſo iure decernimus confiſcata, nihil aliud videntur ſignificare quam quod ea bona ipſo iure delata ſunt fiſco & obnoxia confiſcationi, ſicque ad fiſcum pertinent, ſed tamen opus eſt vt fiſcus ea petat, & hæreticus accuſetur, & ordine iuris ſeruato condemnetur, vel declaretur hæreticus & bona eius occupentur à fiſco: hoc autem facto, alienationes à die commiſſi criminis viribus non ſubſiſtunt, ac proinde alienata à poſſeſſoribus vendicari poterunt per fiſcum, antea vero minime, ſed tantum confiſcari quouſque ſententia feratur, vt ſtatim dicetur.

13 Et ita merito quod huiuſmodi delinquentes habeant dominium bonorum ſuorum à tempore commiſſi delicti vſque ad latam ſententiam tenuerunt Archid. Victor. Soto, & alij, quos refert & ſequitur Molin. *Theol. ſupra, 1. parte de iuſt. & iur. diſputat. 95. column. 58. verſic. dubium vero*, ibi contrarium tamen: dicens in hoc ſenſu accipienda eſſe iura, quæ contrarium innuunt, & quod nec aliud voluiſſe videntur plerique ex Doctoribus contrariæ ſententiæ. Sic etiam intelligenda ſunt quæ diximus *d. lib. 2. canon quæſt. cap 3. num. 67. cum ſequentibus*, quæ alias videbantur contraria ſupradictis, nempe, vt procedant in dominio ciuili & improprio, prout eſt legale, ſecus in dominio naturali & proprio.

14 Nec ſup. noſtræ ſententiæ principali quicquam obſunt Regiæ leges nonnullæ, quæ obligant expreſſim ad pœnam in foro conſcientiæ præſtandam, vel ſoluendam: illæ namque leges duplici ratione tolerari poſſunt. Tum quia de quibuſdam hominibus loquuntur, quibus officia publica commiſſa ſunt ea lege, ne quid vltra ſalarium accipiant, alioqui ad pœnas ibi ſtatutas teneantur. Tum etiam, quia ſuo iuramento ſe illi aſtringunt ad eas pœnas ſoluendas. Quibus caſibus dubium non eſt quin pœnas illas ſoluere teneantur, quod longe diſtat à quæſtio. propoſita, vt reſpondet Simanc. *vbi ſupra* 15 *num. 16.*

Secundum principale fundamentum huius receptiſſimæ & veriſſimæ ſententiæ eſt noſtra hæc l. Regia 1. *titul. 3. lib. 8. nou. collect. Reg.* ibi: *Teſtal, deſpues que por el iuez Eccleſiaſtico fuere condenado por hereje, perda todos ſus bienes, y ſean para la noſtra Camara:* ergo ante condemnationem, licet eius bona ſint ipſo iure confiſcata vt in d. cap. cum ſecundum leges, non tamen ſunt amiſſa. Quod ſi fateamur quod ſint amiſſa, non tamen ideò ſunt in dominio naturali fiſci, ſed tantum in ciuili.

Licet autem hæreticus aut quicunque alius, 16 qui in crimen incidit, cui eſt pœna amiſſionis bonorum ipſo iure ſtatuta, non teneatur bona ſua fiſco tradere ante latam ſententiam, ea tamen lata retro agitur confiſcatio à tempore commiſſi delicti, ita vt bona omnia, quæ à tempore commiſſi delicti illius fuerunt, ad quemcumque quocumque tit. deuenerint pertineant ad fiſcum, etiam ſi hæreticus poſt ſuam mortem damnetur. Et hac de causa reſcinduntur omnes alienationes, & quicumque alij contractus, etiam cauſa dotis ab eiuſmodi delinquentibus à tempore commiſſi delicti facti, vtpote nullius momenti: nec fiſcus tenetur ſoluere pretium, quod hæreticus in commutationem pro his bonis accepit exceptis quibuſdam caſibus, vt latè diſſeruimus *vbi ſupra dicto n. 67. cum pluribus ſequentibus*, & tenet Soto *d. lib. 1 de inſtit. & iur. queſt. 6. artic. 6. verſic. 3. concluſio, pag. mihi 63.* & nouiſſimè Molin. Theolog. *vbi ſupra, col 581. cum ſequentibus.*

Prædictam autem concluſionem receptiſſi- 17 mam quæ habet, quod reus non teneatur ad pœnam ſoluendam in foro conſcientiæ ante ſententiam, & condemnationem, pluribus modis declarauimus *d. cap. 5. numer. 15. cum pluribus ſequentibus*, & quæ ibi dicta ſunt hic iterum memoriæ recolenda erunt.

Et poſt hæc ſcripta multis retro annis hanc quæſtionem pertractant Thomas Sanch. *in præcept. Decalog ſuæ Summ. lib. 2. cap. 22. numer 6. cum pluribus ſequentibus, pag. 334.* vbi noſtram ſententiam prædictam probat cum ſuis declarationibus & limitationibus, & Fr. Ludouic. de Mirand. *in manuali Prælatorum, tom. 2. queſt. 25. art. 19. per totum, pag. 160.* vbi quinque concluſionibus eam reſoluit, omnino videndis & tenendis, quæ à ſupradictis non diſſonant.

## SVMMARIVM.


1 *Hæreticus negans crimen an teneatur ad reſtitutionẽ bonorum, damnorum, & expenſarum in foro conſcientiæ, & numeris ſequentibus. Reſoluitur hæc queſtio ſex concluſionibus omnino videndis.*

5 *Appellantes & lites protrahentes iniuſtè, & ſcienter, vt aduerſarium lædant, tenentur ad reſtitutionem.*


*Hæreticus negans crimen an teneatur ad reſtitutionem bonorum in foro conſcientiæ?*

## QVÆSTIO XLVI.

QVæro nunc in propoſito, an accuſatus de 1 hæreſi à ſe commiſſa negans crimen, quod ſi confeſſus fuiſſet ſuis bonis priuandus veniret, teneatur



teneatur & ſic obligatus in foro conſcientiæ ad reſtitutionem eorum?

In hac quæſtio. Sotus *vbi ſuprà, art. 6. concl. 4. in fin.* inquit hunc de quo quærimus teneri ſoluere eam pœnam, quam ſolueret ſi crimen commiſſum confeſſus eſſet, niſi pœna eſſet corporalis, quam nemo à ſe ipſo ſumere tenetur, ad exilium tamen tenetur, & ad ſoluendum omnia, quæ ſoluenda fuiſſent ſi crimen confeſſus eſſet.

Nauar. tamen *in enchirid. c. 14. n. 49.* contrarium potius tenet, quia leges pœnales non obligant in conſcientia niſi poſt latam ſententiam, vt latè probauimus *ſuprà.* Quid tenendum?

Et quidem ſententia Soti eſt nimis aſpera & contra praxim: quare rem hanc rectè mihi abſoluiſſe videtur ſex concluſionibus Ludou. Carb. *in tractat. de reſt. quæſt. 31. per totam*, quæ ſunt huiuſmodi.

2 Prima concluſio, quando pœna futura erat corporalis, qui negat verum crimen non tenetur ad eam ſoluendam. Et hæc eſt doctrina certa, in qua etiam Sotus conuenit, & eſt communis opinio.

3 Secunda concluſio. Iſte tenetur ad reſtitutionem damni, quod ſe dediſſe negauit, veluti ſi negauit ſe cuipiam damnum intuliſſe, aut aliquid debere: tenetur namque ad hoc damnum reſarciendum. Ratio eſt, quia etiam ante negationem erat obligatus.

4 Tertia concluſio. Qui in iuſto iudicio iniuſtè negauit crimen, tenetur reſtituere omnia damna & expenſas, quæ ex tali negatione tertia perſona patitur: v.g. dum iſte veritatem occultat, oportet producere nouos teſtes, noua iura, noua chirographa, ſeu teſtamenta deſcribere, quæ fieri ſine expenſis non poſſunt. Hæc & id genus alia damna reſarcienda ſunt.

5 Quare qui appellant & lites protrahunt, vt aduerſarium lædant, & vident ſe contra iuſtitiam facere, tenentur ad reſtitutionem ita D. Antoninus *in ſua Summa 2. part. tit. 2. cap. 2. §. 3.* & eſt communis doctrina ſecundum eundem Carb. *vbi ſupra.*

6 Quarta concluſio. Quando ex negatione veritatis non ſubſequitur damnum tertiæ perſonæ, & pœna exilij infligenda erat à iudice, qui verum crimen etiam iniuſtè negauit non tenetur ex ſe illam ſubire, vt probatur contra Sot. quia hoc peccatum eſt contra iuſtitiam legalem, non vero contra iuſtitiam commutatiuam: ergo non obligat ad reſtitutionem. Nihil enim aufert ciuitati, nec detinet, qui non exulat & relegandus erat ſi crimen confeſſus fuiſſet ita Carb. *vbi ſuprà*, cuius opinionem probo, quamuis eius fundamentum non vrgeat. Offendit namque huiuſmodi delinquens partem læſam & Rempublicam. Nihilominus tamen, quia exilium eſt pœna, non vero intereſſe, negans crimen verum, ex quo imponenda ſibi veniebat pœna exilij, non tenetur ex ſe illam ſubire in foro conſcientiæ, nec in exteriori.

7 Quinta concluſio. Negans iniuſtè verum crimen non tenetur in conſcientia ad ſoluendam pœnam pecuniariam ante condemnationem, & executionem, ſed tantum peccat mortaliter ſecundum probabiliorem ſententiam, quam quatuor rationibus fundat Carb. *vbi ſuprà.*

8 Sexta concluſio. Abſolutus à iudice etiam iniuſtè ad nullam reſtitutionem eſt obligatus. Sed hoc verum intelligo de pœna, non vero de damno illato parti, nec de eius intereſſe debito, ad quod antea & nunc in rei veritate erat & eſt obligatus, nec ſententia iniuſta illum liberauit ab illius reſtitutione.

## SVMMARIVM.


1 *De pœnis hæreticorum, vltra confiſcationem, bonorum, referuntur, & examinantur plures pœnæ in num. ſeqq.*

15 *Abiurare hæreticum errores quid ſit? Et plura de hac abiuratione declarantur in numeris ſequentibus.*

23 *Hæreticus abiurare debet errores, vt in n. 15. cum ſeqq. Et non ſolum hæreticus hoc facere debet, ſed etiam ij, qui in ſuſpicionem hæreſis venerit.*

*Abiurare errores propter vehementem ſuſpicionem, aut leuem, multum intereſt, vt hic n. 23.*

14 *Abiuratio publicè fieri debet, ſi ſuſpicio duxit originem à publico actu, ſecus ſi ſecreto ſit.*

25 *Clericus quando tradendus ſit Curiæ ſeculari, ſi labatur in hæreſim poſt abiurationem.*

25 *Abiuratio errorum coram quibus fieri debeat.*

27 *Abiurare nolens errores ad arbitrium Epiſcopi, & Inquiſitorum vt pertinax, & impœnitens iudici ſeculari relinquendus eſt. Ampliatur num. 28.*

29 *Purgatio canonica quibus caſibus, & quomodo fiat, & de ordine in ea ſeruando? remiſſiuè.*


*De aliis pœnis hæreticorum vltra confiſcationem bonorum.*

## QVÆSTIO XLVII.

QVæro vlterius, quænam ſint aliæ pœnæ, 1 quæ à iure imponuntur hæretico vltra amiſſionem & publicationem bonorum, de qua tantum egimus in quæſtionibus ſuperioribus? Et in hoc de iure Ciuili nouem pœnas congerit D. Ioan. Vela *de pœn. delict. delict. c. 14. de hæret. verb. puniuntur autem.*

Dè iure autem Canonico Zanchin *in tract. de hæret. c. 13. n. 4.* quem refert & ſequitur Farin. *in ſuis quæſtionibus criminalibus 1. p. q. 10. n. 38.* quatuor pœnas congerit. Primò, quod damnatur me- 2 moria defuncti, vt *in cap. ſi quis Epiſcopus in fin, de hæret. & in l. quoniam venerabilis, C. de Epiſcopis & cleric.* Secundò excommunicatur, taliſque excommunicatio non ideo fertur vt illa amplius alligetur, quia iam æternaliter eſt damnatus, ſed id fit in criminis deteſtationem, vt cæteri hoc iudicium terribile Eccleſiæ audientes ſimilia committere contremiſcant, ſecundum Archidiac. *in ſumm. 24. quæſt. 2.* Et licet hodie non videatur neceſſaria talis excommunicationis ſententia, cum à iure hæretici ſint eo ipſo excommunicati *c. excommunicamus el primero, de hæret.* non tamen tollitur præterea, quin poſſit & ab homine excommunicari, iuxta gloſſam & Doctores *in c. quorundam de Iud.* & tradit Gundiſal. *in tract. de hæret. q. 21. num. 7.* Tertiò imponitur pœna confiſca- 3 tionis bonorum, de qua *ſup.* Quartò debent etiam hæretici exhumari, vt Eccleſiaſtica careant ſepultura, *cap. ſacris de ſepult. c. quicumque de hæret. in fin.* quod verum eſt, ſi modo eius oſſa poterunt ab aliorum fidelium oſſibus diſcerni, alias ſecus: imò ſecundum Ant. Gom. *in 3. tom. var. reſol. c. 1. de delict. n. 79. verſ. ex quo primo infertur*, exhumata

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

hoc videmus in ſeruo dotali, in quo maritus habet ciuile dominium, hoc eſt legale, vxor autem naturale, *l.3. C. de iure dot. & l. quamuis, ff.*
12 *eodem titul.* ¶ Similiter etiam marito conſtante matrimonio competit rei vendicatio ancillæ dotalis: quia habet in ea dominium à lege introductum & ſic ciuile, non vero vxori, *l. dote ancillam, C. de rei vendic.* & tamen vxor habet dominium naturale rei dotalis, vt probat textus expreſſus *in l. in rebus, C. de iure dot. ibi:* Cum eædem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanſerint dominio, & reddit text. rationem huiuſmodi: Non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum (ſcilicet, rerum dotalium) in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas deleta, vel confuſa eſt. Filius quoque viuo patre dicitur quaſi dominus bonorum eius, quorum tamen verum dominium apud patrem eſt, *l. in ſuis, ff. de lib. & poſt.* Sic igitur dicendum eſt in noſtra ſpecie, vt quamuis concedamus dominium legale bonorum hæretici eſſe penes fiſcum à die commiſſæ hæreſis; naturale tamen apud ipſummet hæreticum eſt, ac proinde ante condemnationem non tenetur hæreticus bona ſua fiſco tradere aut reſtituere, donec condemnetur & ab eo petantur. Denique conſidero quod verba illa text. *in d. cap. cum ſecundum leges*, ſcilicet, hæreticorum bona ipſo iure decernimus confiſcata, nihil aliud videntur ſignificare quam quod ea bona ipſo iure delata ſunt fiſco & obnoxia confiſcationi, ſicque ad fiſcum pertinent, ſed tamen opus eſt vt fiſcus ea petat, & hæreticus accuſetur, & ordine iuris ſeruato condemnetur, vel declaretur hæreticus & bona eius occupentur à fiſco: hoc autem facto, alienationes à die commiſſi criminis viribus non ſubſiſtunt, ac proinde alienata à poſſeſſoribus vendicari poterunt per fiſcum, antea vero minime, ſed tantum confiſcari quovſque ſententia feratur, vt ſtatim dicetur.

13 Et ita merito quod huiuſmodi delinquentes habeant dominium bonorum ſuorum à tempore commiſſi delicti vſque ad latam ſententiam tenuerunt Archid. Victor. Soto, & alij, quos refert & ſequitur Molin. *Theol. ſupra, 1. parte de iuſt. & iur. diſputat. 95. column. 58. verſic. dubium vero*, ibi contrarium tamen: dicens in hoc ſenſu accipienda eſſe iura, quæ contrarium innuunt, & quod nec aliud voluiſſe videntur plerique ex Doctoribus contrariæ ſententiæ. Sic etiam intelligenda ſunt quæ diximus *d. lib.2. canon quæſt. cap 3. num.67. cum ſequentibus*, quæ alias videbantur contraria ſupradictis, nempe, vt procedant in dominio ciuili & improprio, prout eſt legale, ſecus in dominio naturali & proprio.

14 Nec ſup. noſtræ ſententiæ principali quicquam obſunt Regiæ leges nonnullæ, quæ obligant expreſſim ad pœnam in foro conſcientiæ præſtandam, vel ſoluendam: illæ namque leges duplici ratione tolerari poſſunt. Tum quia de quibuſdam hominibus loquuntur, quibus officia publica commiſſa ſunt ea lege, ne quid vltra ſalarium accipiant, alioqui ad pœnas ibi ſtatutas teneantur. Tum etiam, quia ſuo iuramento ſe illi aſtringunt ad eas pœnas ſoluendas. Quibus caſibus dubium non eſt quin pœnas illas ſoluere teneantur, quod longe diſtat à quæſtio. propoſita, vt reſpondet Simanc. *vbi ſupra*
15 *num.16.*

Secundum principale fundamentum huius receptiſſimæ & veriſſimæ ſententiæ eſt noſtra hæc l. Regia 1. *titul.3. lib.8. nou.collect. Reg.* ibi: *Teſtal, deſpues que por el iuez Eccleſiaſtico fuere condenado por hereje, perda todos ſus bienes, y ſean para la noſtra Camara:* ergo ante condemnationem, licet eius bona ſint ipſo iure confiſcata vt in d. cap. cum ſecundum leges, non tamen ſunt amiſſa. Quod ſi fateamur quod ſint amiſſa, non tamen ideò ſunt in dominio naturali fiſci, ſed tantum in ciuili.

Licet autem hæreticus aut quicunque alius, 16
qui in crimen incidit, cui eſt pœna amiſſionis bonorum ipſo iure ſtatuta, non teneatur bona ſua fiſco tradere ante latam ſententiam, ea tamen lata retro agitur confiſcatio à tempore commiſſi delicti, ita vt bona omnia, quæ à tempore commiſſi delicti illius fuerunt, ad quemcumque quocumque tit. deuenerint pertineant ad fiſcum, etiam ſi hæreticus poſt ſuam mortem damnetur. Et hac de-cauſa reſcinduntur omnes alienationes, & quicumque alij contractus, etiam cauſa dotis ab eiuſmodi delinquentibus à tempore commiſſi delicti facti, vtpote nullius momenti: nec fiſcus tenetur ſoluere pretium, quod hæreticus in commutationem pro his bonis accepit exceptis quibuſdam caſibus, vt latè diſſeruimus *vbi ſupra dicto n.67. cum pluribus ſequentibus*, & tenet Soto *d. lib.1 de inſtit. & iur. quæſt.6. artic.6. verſic.3. concluſio, pag. mihi 63.* & nouiſſimè Molin. Theolog. *vbi ſupra, col 581. cum ſequentibus.*

Prædictam autem concluſionem receptiſſi- 17
mam quæ habet, quod reus non teneatur ad pœnam ſoluendam in foro conſcientiæ ante ſententiam, & condemnationem, pluribus modis declarauimus *d. cap.5. numer.15. cum pluribus ſequentibus*, & quæ ibi dicta ſunt hic iterum memoriæ recolenda erunt.

Et poſt hæc ſcripta multis retro annis hanc quæſtionem pertractant Thomas Sanch. *in præcept. Decalog ſua Summ. lib.2. cap.12. numer 6. cum pluribus ſequentibus, pag. 334.* vbi noſtram ſententiam prædictam probat cum ſuis declarationibus & limitationibus, & Fr. Ludouic. de Mirand. *in manuali Prælatorum, tom.2. quæſt.25. art.19. per totum, pag. 160.* vbi quinque concluſionibus eam reſoluit, omnino videndis & tenendis, quæ à ſupradictis non diſſonant.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus negans crimen an teneatur ad reſtitutionẽ bonorum, damnorum, & expenſarum in foro conſcientiæ, & numeris ſequentibus. Reſoluitur hæc quæſtio ſex concluſionibus omnino videndis.*

5 *Appellantes & lites protrahentes iniuſte, & ſcienter, vt aduerſarium lædant, tenentur ad reſtitutionem.*

---

*Hæreticus negans crimen an teneatur ad reſtitutionem bonorum in foro conſcientiæ?*

## QVÆSTIO XLVI.

1 QVÆRO nunc in propoſito, an accuſatus de hæreſi à ſe commiſſa negans crimen, quod ſi confeſſus fuiſſet ſuis bonis priuandus veniret, teneatur & ſic obligatus in foro conſcientiæ ad reſtitutionem eorum?



In hac quæſtio. Sotus *vbi ſuprà, art.6. concl.4. in fin.* inquit hunc de quo quærimus teneri ſoluere eam pœnam, quam ſolueret ſi crimen commiſſum confeſſus eſſet, niſi pœna eſſet corporalis, quam nemo à ſe ipſo ſumere tenetur, ad exilium tamen tenetur, & ad ſoluendum omnia, quæ ſoluenda fuiſſent ſi crimen confeſſus eſſet.

Nauar. tamen *in enchirid. c.14. n.49.* contrarium potius tenet, quia leges pœnales non obligant in conſcientia niſi poſt latam ſententiam, vt latè probauimus *ſuprà.* Quid tenendum?

Et quidem ſententia Soti eſt nimis aſpera & contra praxim: quare rem hanc rectè mihi abſoluiſſe videtur ſex concluſionibus Ludou. Carb. *in tractat. de reſt. quæſt.31. per totam*, quæ ſunt huiuſmodi.

2 Prima concluſio, quando pœna futura erat corporalis, qui negat verum crimen non tenetur ad eam ſoluendam. Et hæc eſt doctrina certa, in qua etiam Sotus conuenit, & eſt communis opinio.

3 Secunda concluſio. Iſte tenetur ad reſtitutionem damni, quod ſe dediſſe negauit, veluti ſi negauit ſe cuipiam damnum intuliſſe, aut aliquid debere: tenetur namque ad hoc damnum reſarciendum. Ratio eſt, quia etiam ante negationem erat obligatus.

4 Tertia concluſio. Qui in iuſto iudicio iniuſtè negauit crimen, tenetur reſtituere omnia damna & expenſas, quæ ex tali negatione tertia perſona patitur: v.g. dum iſte veritatem occultat, oportet producere nouos teſtes, noua iura, noua chirographa, ſeu teſtamenta deſcribere, quæ fieri ſine expenſis non poſſunt. Hæc & id genus alia damna reſarcienda ſunt.

5 Quare qui appellant & lites protrahunt, vt aduerſarium lædant, & vident ſe contra iuſtitiam facere, tenentur ad reſtitutionem: ita D. Antoninus *in ſua Summa 2. part. tit.2. cap.2. §.3.* & eſt communis doctrina ſecundum eundem Carb. *vbi ſupra.*

6 Quarta concluſio. Quando ex negatione veritatis non ſubſequitur damnum tertiæ perſonæ, & pœna exilij infligenda erat à iudice, qui verum crimen etiam iniuſtè negauit non tenetur ex ſe illam ſubire, vt probatur contra Sot. quia hoc peccatum eſt contra iuſtitiam legalem, non vero contra iuſtitiam commutatiuam: ergo non obligat ad reſtitutionem. Nihil enim aufert ciuitati, nec detinet, qui non exulat & relegandus erat ſi crimen confeſſus fuiſſet: ita Carb. *vbi ſuprà*, cuius opinionem probo, quamuis eius fundamentum non vrgeat. Offendit namque huiuſmodi delinquens partem læſam & Rempublicam. Nihilominus tamen, quia exilium eſt pœna, non vero intereſſe, negans crimen verum, ex quo imponenda ſibi veniebat pœna exilij, non tenetur ex ſe illam ſubire in foro conſcientiæ, nec in exteriori.

7 Quinta concluſio. Negans iniuſtè verum crimen non tenetur in conſcientia ad ſoluendam pœnam pecuniariam ante condemnationem, & executionem, ſed tantum peccat mortaliter ſecundum probabiliorem ſententiam, quam quatuor rationibus fundat Carb. *vbi ſuprà.*

8 Sexta concluſio. Abſolutus à iudice etiam iniuſtè ad nullam reſtitutionem eſt obligatus. Sed hoc verum intelligo de pœna, non vero de damno illato parti, nec de eius intereſſe debito, ad quod antea & nunc in rei veritate erat & eſt obligatus, nec ſententia iniuſta illum liberauit ab illius reſtitutione.

SVMMARIVM.

1 *De pœnis hæreticorum, vltra confiſcationem, bonorum, referuntur, & examinantur plures pœnæ in num. ſeqq.*

15 *Abiurare hæreticum errores quid ſit? Et plura de hac abiuratione declarantur in numeris ſequentibus.*

23 *Hæreticus abiurare debet errores, vt in n.15. cum ſeqq. Et non ſolum hæreticus hoc facere debet, ſed etiam is, qui in ſuſpicionem hæreſis venerit.*

*Abiurare errores propter vehementem ſuſpicionem, aut leuem, multum intereſt, vt hic n.23.*

14 *Abiuratio publicè fieri debet, ſi ſuſpicio duxit originem à publico actu, ſecus ſi ſecreto ſit.*

25 *Clericus quando tradendus ſit Curiæ ſeculari, ſi labatur in hæreſim poſt abiurationem.*

25 *Abiuratio errorum coram quibus fieri debeat.*

27 *Abiurare nolens errores ad arbitrium Epiſcopi, & Inquiſitorum vt pertinax, & impœnitens iudici ſeculari relinquendus eſt. Ampliatur num.28.*

29 *Purgatio canonica quibus caſibus, & quomodo fiat, & de ordine in ea ſeruando? remiſſiuè.*

---

*De aliis pœnis hæreticorum vltra confiſcationem bonorum.*

## QVÆSTIO XLVII.

QVÆRO vlterius, quænam ſint aliæ pœnæ, 1
quæ à iure imponuntur hæretico vltra amiſſionem & publicationem bonorum, de qua tantum egimus in quæſtionibus ſuperioribus? Et in hoc de iure Ciuili nouem pœnas congerit D. Ioan. Vela *de pœn. delict. delict. c.14. de hæret. verb. puniuntur autem.*

Dè iure autem Canonico Zanchin *in tract. de hæret. c.13. n.4.* quem refert & ſequitur Farin. *in ſuis quæſtionibus criminalibus 1. p. q.10. n.38.* quatuor pœnas congerit. Primò, quod damnatur me- 2
moria defuncti, vt *in cap. ſi quis Epiſcopus in fin. de hæret. & in l. quoniam venerabilis, C. de Epiſcopis & cleric.* Secundò excommunicatur, taliſque excommunicatio non ideo fertur vt illa amplius alligetur, quia iam æternaliter eſt damnatus, ſed id fit in criminis deteſtationem, vt cæteri hoc iudicium terribile Eccleſiæ audientes ſimilia committere contremiſcant, ſecundum Archidiac. *in ſumm. 24. quæſt.2.* Et licet hodie non videatur neceſſaria talis excommunicationis ſententia, cum à iure hæretici ſint eo ipſo excommunicati *c. excommunicamus el primero, de hæret.* non tamen tollitur prætcrea, quin poſſit & ab homine excommunicari, iuxta gloſſam & Doctores *in c. quorundam de Iud.* & tradit Gundiſal. *in tract. de hæret. q.21. num.7.* Tertiò imponitur pœna confiſca- 3
tionis bonorum, de qua *ſup.* Quartò debent etiam hæretici exhumari, vt Eccleſiaſtica careant ſepultura, *cap. ſacris de ſepult. c. quicumque de hæret. in fin.* quod verum eſt, ſi modo eius oſſa poterunt ab aliorum fidelium oſſibus diſcerni, alias ſecus: imò ſecundum Ant. Gom. *in 3. tom. var. reſol. c.1. de delict. n.79. verſ. ex quo primo infertur*, exhumata

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mata oſſa concremantur, vel ſi oſſa non habentur cõbucitur effigies, & ita in Hiſpania practicatur
4 tur & in Regno Franciæ, vt teſtatur Clarus §. hæreſis, in verſ. item de crimine, quæ conſuetudo vbi viget proculdubio toleranda eſt, vt per Gundiſalu. d. quæſt. 22. de hæret. num. 5. & Farinac. d. n. 58.
5 ad fin. ¶ Quintò priuantur hæretici manifeſti omni debito fidelitatis, dominij & obſequij, quo illis quicunque tenebantur aſtricti, c. fin. de hæret. vnde eorum liberi efficiuntur ſui iuris, c. 2. §. fin.
6 de hæret. in 6. & infrà, num. 9. ¶ Illud autem de excommunicatione probat quam pluribus iuribus D. Ioan. Vela de pœn. delict. c. 14. de hæret. in verſ. iure vero canonico, ex text. in c. ſanè, 24. q. 1. c. canonica, 11. q. 3. c. ecce, c. reſecanda, 24. q. 3. c. ad abolendam, c. excommunicamus, de hæret. docet Nauar. in Man. cap. 21. Rebuff. in pract. benef. ad Bullam in Cœna Domini, verſ. 1. & late Azeued. in l. 1. n. 134. cum ſeqq. tit. 3. lib. 8. nou. collect. reg. poſt Simanc. tit. 27. num. 1. & latius Caſtr. lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 18. verſ. hanc pœnam, vbi probat hoc eſſe iure diuino conforme, ſcilicet, quod hæretici ſint excommunicati.

7 Sed & quintò vltra ſupradictas pœnas hæretici perpetua notantur infamia c. infames, 6. q. 1. c. alieni, 2. q. 1. probat late Azeued. vbi ſuprà, n. 62. vnde nec iudices eſſe, nec aduocatos, nec alia offic. publica habere poſſunt, c. nulla officia, 54. d. Simanc. & Carrer. quos refert & ſequitur Azeued.
8 vbi ſuprà, n. 65. cum ſequentibus. Imo eorum filij vſque ad ſecundam generationem ad nullum officium publicum, nec ad beneficium Eccleſiaſticum admitti poſſunt, cap. 2. § hæretici, c. ſtatutum el primero de hæret. lib. 6. & l. 8. huius tituli lib. 8. Quod eſt limitandum iuxta benignam interpretationem text. in cap. ſtatutum el ſegundo §. hoc ſanè, eodem lib. & tit. ex quo apparet non extendi ad deſcendentes per ſexum fœmineum niſi ad primum gradum, & filios hæreticorum eſſe infames, quando eorum pater fuit condemnatus & in hæreſi durauit, ſecus autem ſi reconciliatus fuiſſet Eccleſiæ.

9 Sextò priuantur hæretici manifeſti omni debito fidelitatis, dominij, obligationis, & totius obſequij, quo illis tenebantur aſtricti c. fin. de hæret. & eorum liberi efficiuntur ſui iuris cap. 2. §. de hæret. lib. 6. de quo per Alph. à Caſtr. de iuſta hæret. pun. lib. 2. c. 7. col. mihi 1240. cum ſeqq. & c. 8. & non gaudent immunitate Eccleſiarum, vt arg. c. fin. de immun. Eccleſ. docet Boher. deciſ. 110. & Simanc. relati & ſequuti per D. Ioan. Vel. vbi ſup. verſ. 4. priuantur, vbi allegat pro hoc l. 3. tit. 2. lib. 1. nou. collect. reg.

10 Septimò puniuntur hæretici pœna mortis æternæ, ſi in ſua reprobata opinione deceſſerint impœnitentes, vt probat Azeued. vbi ſuprà, n. 160. cum ſequenti.

11 Octauò puniuntur, quia igne corporaliter in hoc ſeculo comburuntur de generali omnium conſuetudine, vt late adduximus ſuprà, Clericus namque hæreticus pertinax, relapſus, vel impœnitens, vltra pœnam priuationis ſuarum officiorum & beneficiorum Eccleſiaſticorum, vt in c. ad abolendam, & c. excommunicamus, §. 1. pen. de hæret. c. 1. & ibi DD. de hæret. lib. 6. eſt communis per Simanc. & alios quos citat Clarus §. hæreſis, verſ. item clericus, degradandus eſt, & iudici ſeculari relinquendus.

12 Quæ quidem degradatio ab vno Epiſcopo duntaxat hodie fieri poteſt ex decreto 4. ſeſſ. 13. Conc. Trid. Param. Inquiſitor de orig. offic. Sanctæ Inquiſitionis, lib. 3. q. 4. n. 37. p. 598. col. 1. c. ad abolendam, c. excommunicamus, 1. c. pen. de hæret. c. 1. & ibi DD. de hæret. in 6. Et quomodo hæc degradatio fieri debeat agunt late Simanc. tit. 46. n. 69. & 70. Paul. Gril. de hæret. quæſt. 7. Villadieg. eodem tract. q. 19. & alij plures citati à Petr. Cened. in ſua collect. iuris Canon. 55. n. 5. pag. 187. & Tyber. Decian. 1. tom. tract. crimin. lib. 5. cap. 20. num. 27. Azeued. in d. l. 1. num. 165. cum ſeqq. vbi n. 175.
cum ſeq. ¶ quod laicus hæreticus pertinax, vel re- 13
lapſus, ſiue impœnitens, eſt tradendus Curiæ ſeculari, & contra eum, vel clericum hæreticos pertinaces, ſiue impœnitentes, poſt clerici degradationem proceditur per iudicem ſecularem ad executionem pœnæ corporalis mortis naturalis igne vltore, l. Arriani, C. de hæret. Caſtr. de iuſta hæret. punit. cap. 12. Simanc. tit. 46. num. 42. cum ſequentibus.

Fallit in hæreticis, quos citò pœnitet erraſſe, & 14
deponentes errorem ad fidei Catholicæ redeunt vnitatem abiurantes omnem hæreſim, vt in c. ad abolendam, & in c. vergentis de hæret. vbi docent Abb. Fel. & alij, Clarus in §. hæreſis, n. 8. & alios allegans D. Ioan. Vela vbi ſuprà, in verſ. aduertas tamen, & Param. de origine Sanctæ Inquiſitionis lib. 3. q. 4. num. 29. pag. 596.

Abiurare errores in propoſito, eſt damnare ac 15
deteſtari errores: qui enim naufragium fecerunt in fide Catholica & ad mentis ſanitatem redeunt, non ante recipiendi ſunt quam errores abiurent & palinodiam canant, id eſt, recantent errores & meliore ſententia corrigant & contraria erroribus aſſerant. Quod quidem ab Apoſtolis ipſis traditum & conſtitutum eſt, vt Baſilius Epiſcopus Anciræ in ſeptima Synodo generali eſt auctor, teſte D. Simanc. tit. 1. de inſtitut. catholic. num. 3.

Fuit ſanè olim ſalubriter inſtitutus abiuratio- 16
nis vſus ob continuas frequenteſque fraudes impias, vt abiurationis robore adacti, & quaſi firmiſſimo vinculo alligati cogerentur in vnitate & puritate Eccleſiæ permanere, ne eis liberum eſſet impunè quoties vellent recedere, vt grauiter conſtituit Leo huius nominis primus epiſtola 84. vt refert Conrad. Brunus lib. 3. de hæret. cap. 6. Eſt enim abiuratio res antiquiſſima in Dei Eccleſia, de qua fit mentio in prima Nicæna Synod. d. cap. 8. & eiuſdem abiurationis fit mentio in Concil. Epheſ. ſub Celeſt. I. celebrato, & in Concil. Laodic. cap. 7. & probat late Gratia. in cap. ſaluberrimum, & cap. donatum, 1. quæſt. 7. refert Addition. ad pract. Bern. Diaz in pract. crim. c. 114. litt. E. verſ. aut abiurauerit eam, & Simanc. vbi
ſuprà, num. ſeqq. bene probat, ¶ quod ad hoc vt 17
hæreticorum conuerſio ſimulata non videatur, quatuor ab eis exiguntur: primum vt errores deteſtentur: alterum vt fidem Catholicam veram, ſicuti eſt, confiteantur: tertium vt promittant & iuramento confirment ſe nunquam à recta fide receſſuros: quantum vt hæc omnia libello ab eiſdem ſubſcripto comprehendantur. Præterea hæreticus, qui abiurat errores, iurare debet etiam ſe nunquam ad eos eſſe rediturum, quemadmodum omnibus abiurandi formulis conſtitutum eſt: indignus eſt enim, vt eius ſimplici affirmationi credatur qui ab ea fide, qua ſe in baptiſmo obligauerat, impiè diſceſſit, vt inquit Simanc. vbi ſuprà,
n. 8. ¶ Libellus abiurantis præterea mitti debet 18
ad eas Eccleſias, quæ ſcandalum paſſæ ſunt, vt quæ prius doluerant de homine auerſo & peruerſo, poſtea gaudeant de reuerſo & conuerſo: & qui eius ſermonibus præceptiſque fuerant collapſi, quid tandem habeat fides vera cognoſcant vt



19 vt docet Simanc. vbi ſuprà, num. 11. ¶ vbi num. 12. quod omnes hæreſes abiurare debet qui ad Eccleſiam Catholicam redit, etiamſi in vnam tantum inciderit, prout antiqua conſuetudine inductum eſt, & omnibus abiurandi formulis planiſ-
20 ſimè continetur. ¶ Addit præterea num. 13. quod abiurandi ſunt errores nominatim, nec ſat eſt vt generaliter abiurentur, vt ibi bene probatur.
21 ¶ Et n. 14. quod purè, perſpicuè, & ſimpliciter abiurandum eſt.

22 In ſumma abiuratio ſolemnis hæreſum eſt deteſtatio cum aſſertione catholicæ veritatis, & obligatione, iuramento & pœna munita permanendi in fide Chriſtiana, ita colligitur ex cap. ego Berengarius de conſecratione d. ſt. 2. c. ad abolendam, §. illos quoque de hæret. & c. ſuper eo, & c. accuſatus, de hæret. lib. 6. & in c. inter ſolicitudines, de purgatione canonica.

23 Illud autem animaduertendum quoque eſt, quod non ſolum hæreticus, ſed & is etiam, qui in ſuſpicionem hæreſis venerit, abiurare debet errores de quibus ſuſpectus eſt. Plurimum tamen refert vtrum quiſpiam propter vehementem ſuſpicionem hæreſis abiuret errores, an propter leuem. Is enim, qui propter vehementem ſuſpicionem abiurat hæreſes, & poſtea inuentus fuerit hæreticus, cenſetur quadam iuris fictione relapſus, & confeſtim iudici ſeculari relinquendus eſt. Qui vero ob leuem ſuſpicionem abiurat, quamuis poſtea hæreticus eſſe reperiatur, grauius quidem puniri debet, non tamen relapſus eſſe cenſetur c. accuſatus de hæret. lib. 6. ita aduerſus alios obſeruat Simanc. vbi ſuprà, num. 19. & 20. cum ſequentibus, & Don Ioan. Vela de pœn. d. lict. cap. 14. verſic. relapſi, & Cantera in ſuis quæſtionibus crimin. cap. 1. de hæret. apoſt &c. num. 56. cum ſequenti, Rojas de hæret. ſingul. 1. n. 26. Eymeric. in 3. part. direct. tit. de form. ferend. ſent. ſeu iniung. pœn. num. 165. & ibi Franciſcus Peña comment. 40. inſtruct. Hiſpal. ann. 1500. fol. 14. pag. 2. Inquiſitor Param. de orig. Sanctæ Inquiſitionis lib. 5. quæſt. 9. n. 154. pag. 825. col. 1. & iterum lib. 3. q. 4. n. 10.
24 pag. 594. col. 1. vbi quod ſi ſuſpicio duxit originem à publico actu, publicè abiuratio fieri debet, ſin minus ſi ſecreto, ſecreto fit ſecundum Summ. Tabien. & alios quos ibi refert. Additque, quod poſt abiurationem debet reus commoneri ne vlterius incidat in aliquam hæreſim, quia ſine miſericordia pœna relapſis debita punietur, & vt relapſus brachio ſeculari tradetur vltimo ſupplicio feriendus, cap. accuſatus, §. cum vero de hæret. in 6. Et num. 21. cum ſequentibus, agit quando quis dicatur violenter, vel leuiter ſuſpectus de hæreſi.

25 Ex ſuperioribus intelligendum venit quod alias generaliter dixit Bernard. Diaz d. can. 114. nempe Clericum tradendum eſſe Curiæ ſeculari ſi labatur in hæreſim poſt abiurationem, ſcilicet, hoc verum eſſe quando abiurauit de vehementi, ſecus ſi de leui tantum: nam tunc quamuis reincidat in hæreſim, ſiue abiuratam ſiue aliam, non putatur relapſus, nec relapſorum pœnis plectendus eſt, vt late ibi probat Ignat. Salzed. eius addit. litt. E. verſic. quod vero autor, fol. mihi 385. col. 1.

26 Abiuratio autem errorum olim in Conciliis Generalibus & Prouincialibus fiebat; hodie vero ſat eſt vt coram clero & populo errores abiurentur, ſed ſemper id publicè fieri debet, etiam ab eo qui impubes doli capax in errores incidit, cap. ſi quis Epiſcopus, 1. quæſt. 7. cap. ad abolendam, de hæret. cap. inter ſolicitudines, de purgatione canonica, ita Simanc. vbi ſuprà, num. 23. qui poſtea num. 24. inquit, quod publicè abiurare non debent pueri intra pupillarem ætatem, neque hi qui occultas hæreſes ſponte confeſſi ſunt. Neque propter leuem ſuſpicionem publicè iurari ſolet, ſed priuatim in foro, ſiue auditorio Inquiſitorum, iuxta inſtr. 1. Hiſpal. cap. 5. & 3. Valliſol. cap. 12. de qua re late per Param. vbi ſuprà, lib. 3. quæſt. 4. num. 15. cum ſeqq.

Qui autem errores abiurare non vult, ad arbi- 27
trium Epiſcopi & Inquiſitorum is vt pertinax & impœnitens iudici ſeculari relinquendus eſt, vt ibi quoque tenet & probat Simanc. vbi ſuprà, num. 25. qui tandem num. 25. refert formulas abiurandi, necnon & Param. d. pag. 594. n. 20. verſ. rurſus, ex text. in d. c. ego Berengarius, & ex aliis auctoribus.

Quod ſi hæreſis alicuius plenè probata ſit, & 28
ille puro corde errorem confiteri noluerit, paratus hæreſim abiurare & iniunctam pœnitentiam ſubire, tanquam pertinax & impœnitens iudici ſeculari relinquendus eſt, quamuis millies proteſtatur ſe fuiſſe & eſſe Catholicum, & in fide Chriſtiana viuere ac mori velle, Rota deciſ. 875. Bernard. de Biſignet. tit. de hæret. & probat late plures allegans Simanc. de inſtit. Cathol. tit. 48. num. 25. 26. & 27. ex quo receptam eſſe refert Iulius Clarus in §. hæreſis, verſic. & nota, vbi etiam refert Rebuff. in praxi benef. fol. 469. num. 10. & ſeq. idem tenentem, & dicentem ſe ita vidiſſe ſeruari contra quendam aſtutum hæreticum. Inquit tamen Iul. Clar. vbi ſuprà, quod hæc ſententia ſemper ſibi viſa fuit rigoroſa, remittit tamen ſe determinationi S. Matris Eccleſiæ: ſed nihilominus ſub eadem correctione S. Matris Eccleſiæ mihi prior ſententia verior videtur, & tenenda, tum ex adductis per Simanc. vbi ſuprà, tum etiam, quia decreta eſt in prima inſtruct. Hiſpal. cap. 14. quam citat Simanc. vbi ſuprà, ſecundum Velam vbi ſuprà, d. c. 14. pag. 66. in princ.

De purgatione autem canonica, quibus caſi- 29
bus & quomodo fiat, & de ordine in ea ſeruando agunt late DD. in locis ordinariis, & præ cæteris Simanc. de inſtit. Cathol. tit. 56. per totum, Param. d. lib. 5. q. 4. n. 2. cum ſeqq. pag. 591.

## SVMMARIVM.

1 *Beneficia Clerici hæretici an ipſo iure vacent, vel requiratur ſententia priuationis? & numeris ſeqq.*

3 *Sententia declaratoria hæreſis requiritur, & idem in aliis criminibus.*

4 *Clericus hæreticus rediens ad fidem ante ſententiam recuperat beneficium, ſecus autem ſi poſt ſententiam reuertatur, niſi ex diſpenſatione concurrentibus his, de quibus hic.*

5 *Clericus hæreticus poſt crimen commiſſum non poteſt renunciare beneficium.*

6 *Hæreticus non facit fructus ſuos officij, vel beneficij.*

7 *Collatio beneficij facta hæretico eſt ipſo iure nulla.*

8 *Confeſſarius ſolicitans fœminas in confeſſione Sacramentali eſt puniendus ab Inquiſitoribus priuatiuè.*

*An beneficia Clerici hæretici vacent ipſo iure, vel requiratur ſententia priuationis.*

## QVÆSTIO XLVIII.

1 QVÆRO an beneficia Clerici hæretici vacent ipſo iure, vel requiratur ſententia priuationis? Et in hoc videtur ſententiam priuationis requiri, & ſic quod clericus hæreticus non ſit priuatus ipſo iure beneficio Eccleſiaſtico, primo ex textu *in cap. vt commiſſi, §. priuandi, de hæretic. in ſexto*, dum dicit priuandi, &c. Secundò, quia iura, quibus hæc pœna ſtatuitur, non apponunt aliqua verba latæ ſententiæ, vt patet *in cap. ad abolendam, & in cap. excommunicamus, § credentes, de hæret.* & in terminis ita tenet Alphonſ. à Caſtr. *lib. 2. de iuſt. hæret. punit. cap 9 verſic. altera eſt*, cui vehementer aſſentitur D. Simanc. *de inſtit. cath. tit. 47. num. 72.* dicens quod eſt æquior & benignior.

2 Contraria tamen ſententia, imo quod clericus hæreticus ipſo iure ſit priuatus beneficiis obtentis, verior, communis, & in praxi tenenda, primo ex textu iuncta gloſſa *in cap. quo iure, 8. diſtinctione*, ſecundo ex textu *in d. § priuandi*, dum addit ſtatim textus, vel priuatos nuntiandi dignitatibus, ac aliis beneficiis Eccleſiaſticis, ita vt dictio *vel* exponatur id eſt, vt ibi exponunt ac præterea tenent hanc partem communiter Doctores. Tertiò adeſt pro hac opinione textus *in cap. ad abolendam, §. 1.* ibi, *ſit omnino beneficio ſpoliatus, de hæret.* hæc namque verba executionem inducunt, probantque priuationem ipſo iure indui, atque infligi ex his, quæ adducit Anton. de Butr. *cap. vltimo, colum. 2. de poſtul.* Hanc opinionem ſequitur plures referens Bern. Diaz de Lugo *in ſua pract. crimin. canonica, c. 113. in nou. impreſſ. num. 2.* eſt communis ſecundum D. Couar. qui eam ſequitur *lib. 1. variar. reſolut. cap. 8. ſub num. 4.* ibi, *ſed & obſentis, &c.* ſequitur etiam Rebuff. *in praxi benef. 3. part. in tit. de mod. amittend. benef. num. 4.* & videtur verior Ignatio in addit. ad Bernard. *vbi ſuprà, litt. A.* quam aſſerit hodie nouiſſimo iure confirmatam Bulla Pij V. incip. *Cum ex apoſtolatus*, ann. 1566. lata, dum diffiniuit omnia beneficia, cuiuſcumque generis fuerint, propter hæreſis crimen à quocumque commiſſum ordinationi & diſpoſitioni Apoſtolicæ eſſe reſeruata. Ex hac namque reſeruatione ſecundum ipſum apertè ſupponitur ea beneficia ipſo iure vacare, ſed meo iudicio hæc Bulla id non probat. Addit Ignatius idem clarius probari eo decreto, de quo meminit Locatus in fine operis iudicia. impreſſ. Romæ ann. 1570. pag. 475. quo cautum aſſerit quod cum hæreticorum beneficia vacent à die commiſſi criminis, ſi ea reſignentur nullum ius reſignatariis acquiritur, quia hæretici omne ius ſuum amiſerunt, & ideo ſunt reſeruata ordinationi Apoſtolicæ, quod dicit referre etiam Franciſcus Peña *in direct. Inquiſit. lib. 3. ſcholio 155.* Vt cumque ſit, hæc opinio ſaltem iure communi eſt verior, communis, & tenenda.

3 Sententia tamen declaratoria eſt neceſſ. arg. text. *in l. eius qui delatorem, ff. de iure fiſc.* & text. *in cap. cum ſecundum leges de hæret. lib 6.* & ita ex aliis probat Ignat. *vbi ſuprà, verſic. fateor:* & verum credo, quia etiam in pœnis ipſo iure impoſitis adhuc ſententia declaratoria commiſſi criminis requiritur, vt patet ex Tiraquell. plurimos referente *in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, num. 400. C. de reuoc. donat.* Anton. Gomez qui alios allegat *3. tom cap. fin. num. 3.* Roman. à Valle *conſ. 18. num. 11. lib. 1.*

4 Clericus tamen hæreticus rediens ad fidem ante ſententiam recuperat beneficium, ſecus autem ſi poſt ſententiam reuertatur, quia tunc illud non recuperat niſi ex diſpenſatione, vt cum aliis probat Bern. Diaz *vbi ſupra, n. 2. ad fin.* Septem tamen requiruntur ad hoc, quod hæreticus ſemel lapſus retinere poſſit beneficium, quæ congerit Rebuff. *vbi ſupra n. 6. cum ſeqq.* & Peña *vbi ſuprà*. Effectus autem reſultantes ex eo quod clericus amittat ipſo iure beneficium enumerat Bern. Diaz *d. n. 2.* 5 nempe, quod non poterit renuntiare poſt commiſſum delictum, propterea quod agenti petitorio pro beneficio, quod ſemel habuit, obſtat exceptio quod ſit hæreticus ſecund. Abb. poſt Innoc. *in c. inter dilectos, de exceſſ. prælat.* & tenet Tyber. Decian. alios allegans *1. tom. tract. crim. lib. 5. c 44. ſub num. 19 & num. 21.*

6 Quinimo hæreticus, quamuis officium vel beneficium ipſo iure non amitteret, ſed adhuc retineret vſque ad condemnationem, non faceret fructus ſuos, quia eſt priuatus iure exigendi reditus, quod vt iuri magis conſonum probat Alph. à Caſtr. *lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 9. verſic. ſequitur* ibi *poteſt etiam*, quem ſequitur Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz *vbi ſuprà, litt. A. verſ. ſicque.* Contrarium tamen cum aliis probare videtur Tyber. Decian. *vbi ſupra, d. c. 44. n. 1. fol. 241. ad fin.* dum dicit requiri declaratoriam propter fructus medij temporis bonorum hæreticorum, quamuis ipſo iure confiſcentur.

7 Ex quibus deducitur, collationem beneficij factam hæretico eſſe ipſo iure nullam, id quod comprobat Lambert. *de iure patr. lib. 2. p. 1. art. 5. nona q. princ. num. 7.* & ſequitur Salc. in addit. ad Bern. Diaz *vbi ſupra, in verſ. ſicque.* ¶ Et de ſupradictis poſt hæc ſcripta latè agit Thom. Sanch. *in ſumm. lib. 2. c. 6 à num. 5. vſque ad numerum 9.* qui poteſt videri quoties opus fuerit.

8 De confeſſariis ſolicitantibus fœminas pœnitentes ad actus impudicos, & quomodo hoc crimen probetur, & quod eius cognitio pertineat priuatiuè ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis, & quod ipſæ fœminæ ſolicitatæ teneantur id denuntiare Inquiſitoribus, & de aliis pluribus in propoſito circa intellectum decretorum de hoc loquentium Summorum Pontificum Clem. VIII. & Pauli V. videndi ſunt omnino Ludou. à Paramo *de offic. & progreſſu Sanctæ Inquiſitionis lib. 3. q. 10. à n. 115. cum pluribus ſeqq.* & nouiſſimè Rodr. à Cuña in libro quem ſcripſit pro Sanctiſſ. D. N. Papæ Pauli V. ſtatuto nuper emiſſo in confeſſarios fœminas ſolicitantes in confeſſione, &c. per totam.

## SVMMARIVM.

1 *Receptatores hæreticorum qua pœna puniantur omni iure, & an ignorantia eos excuſet numeris ſeqq.*

12 *Receptator hæretici ignorans an teneatur innocentiam ſuam probare? & n. 7. ſeqq.*

20 *Receptans hæreticum bono zelo, vt conuertatur, & non aliàs, crimen non committit coram Deo,*



*Deo, nec pœna receptatoris punitur, præſertim ſi de illius emendatione aliquam habeat ſpem. Et quomodo quoad Eccleſiam hoc probetur? num. 21.*

*De pœna receptatorum hæreticorum.*

*In l. 2. tit. 3. lib. 8. nou. collect. reg.*

## QVÆSTIO XLIX.

1 QVÆRO qua pœna puniantur receptatores hæreticorum, & an ignorantia eos excuſet? Quoad primum l. noſtra 2. *tit.* 3. hoc *lib. 8. nou. coll. reg.* cauetur *que los condenados por la Inquiſicion que ſe an abſentado deſtos Reynos, no bueluan à ellos ſo pena de muerte, y de perdimiento de bienes, y que las juſticias los prendan y executen en ellos las dichas penas, no embargante qualeſquier excepciones, reconciliaciones, ſeguridades, y otros priuilegios que tengan, ſo pena de perdimiento, y confiſcacion de todos ſus bienes, en la qual pena incurran qualeſquier otras perſonas, que à los tales encubrieren, ò receptaren, o ſupieren donde eſtan, y no lo manifeſtaren à las juſticias.*

2 Magiſtratus enim laici requiſiti recuſantes præſtare auxilium vt hæretici puniuntur, vt *in c. vt off. §. ſi de hæret. in 6.* & per Carrer. *de hæret. c. 2. n. 56.* & Menoc. *de præſump. lib. 5. præſ. 8. n. 31. pag. 491.* Tiber. Dec. *1. tom. lib. 5 c. 17. verſ. quadrag fol. 198. col. 4.* & iterum *fol. 219. n. 21 col. 1. & fol. 252. n. 11. cum pluribus ſequentibus, & n. 26. 27. & 33.*

3 Iure Ciuili, Pontificio, & Regio diuerſæ pœnæ ſtatutæ ſunt contra receptatores hæreticorum, vt patet ex late adductis per Carr. Reg *in tract. de hær. c ſi per totum*, & per D Siman. *de inſt. cath. tit. 15. n. 14. cum ſeqq.* vbi refert *l 5. & vlt. tit. 26 p. 7.* & pragmaticam Regiam in hac noſtra l. 2. inſertam. Et de iure Can. *c. excommunicamus el 1. §. credentes*, & ibi Doctores *de hæret.* & Bern. Diaz *in pract. crim. canonica c. 125.* in noua impreſſione Paul. Griland. *de hæret q. 9.* & Gundiſ. de Villad. *eodem tract q. 16.* Locat *in opere iudic. verb fautores*, Zanchin. *de hæret. c. 3. 4. & 5.* & Latius Directi Inquiſ. *2. p. §. credentes. n. 5* & latiſſimè Didac. Perez *in l. 3. tit. 4 lib. 8. ordin. ex pag. 121. col. 2. verſ. quæritur decimotertio*, Sylu *in ſum. verb. hæreſis el 1. n. 10.* Franciſ. Pegn. *in p. direct. ſcholio 56. vſque ad ſcholium 59.* Caſtr *lib. 1. de iuſta hæret. punit. c. 17.* Belluga *in ſpecul. princ. Rubr. 11. §. viſo n. 20.* vbi Camil. Borel. *in addit litt. P.* Petr. Arag. *in 22. q. 11. art. 3. ex pag. 339. ad ſi tex.* Tiber. Dec *1. to tr. crim. lib. 5. c. 51. n. 64. cum ſeqq. & n. 79. cum ſeqq.* Rojas *ſingul. 172.* Et Pius V. Pontifex maximus in ſuo quodam reſcripto & Bulla incip. *Si depromendi*, quod continetur in Bullario litterarum Apoſtolic. *fol. 117.* grauiſſimas pœnas ſtatuit contra hæ-
4 reticorum defenſores, ¶ & vt fautores & receptat. hæreticorum non ſolum indigni efficiantur ad beneficia obtinenda, ſed etiam ad iam obtenta Nouiſſimè plures remiſſiones refert collectan. iur. Canonici 28. *n. 3. ad textum in c. 2. § hæretici, de*
5 *hær. in 6. pag 427 col. 1.* ¶ Receptator enim hæretici dicitur de hæreſi aliquando vehementer ſuſpectus, vt per Monach. *vbi ſup. n. 19.*

6 Quoad ſecundum, an ignorantia receptatorum hæreticorum eos excuſet à prædictis pœnis, & an teneantur probare ignorantiam, vel innocen-
7 tiam ſuam? Et quidem in aliis quibuſcumque receptatoribus, quam hæreticorum notiſſimum in iure eſt ignorantiam illos excuſare, vt proba- 8
uimus *conſil. 36. n. 26. & 27.* quemadmodum & illi iuſtè excuſantur, qui per vim coacti ſunt hæreticos, aut alios facinoroſos recipere *l. 1. C. de deſert, & occult. lib. 12.* & ibi Doctores, *l. 3. ff. de incend.* Ruin. & Naufr. Carrer. *vbi ſupra num. 30.* & Tiber. Decian. *d. cap. 51. n. 71.* & Maſc. *n. 11. & 12.* in loco ſtatim citando: probat cum aliis Simanc. *vbi ſupra n. 17.* hinc fundans idem eſſe in receptante ignoranter hæreticum, quod non faueat in hoc hæreticis, nec peccet in Eccleſiam catholicam. Pro qua ſententia allego *d. l 5. tit. 26. pag. 7.* ibi: *Por ende defendemos a todos los omes de nueſtro ſeñorio, que ninguno dellos no ſea oſado de recibir à ſabiendas en ſu caſa a ningun hereje, &c.* & ita etiam tenet in terminis Caſtr *lib 1. de iuſta hæret pun. lib. 1 c. 16. ibi, receptores el primero, eſtque verum.* ¶ Probabilis namque ignorantia 9
excuſat receptatorem hæretici, gloſſa *in c. accuſatus in verbo non poſſet, & in c. quicunq. verbo ſcienter, de hæret. in 6.* quas refert & ſequitur in propoſito Camer. *vbi ſupra n. 26.* & plures allegans Tiber. Decian. *d. lib. 5. c. 51. n. 70.* ¶ Illi ergo re- 10
ceptatores hæreticorum culpari dicuntur, qui hæreticos ex induſtria & certa ſcientia recipiunt, ſiuè occultè, ſiuè manifeſtè id faciant. Nec refert an talis receptator pluries, aut ſemel tantum: vnum aut plures hæreticos receperit: & qui ſic hæreticum occultaſſet puniendus eſt vt hæreticus.

11 Receptans namque exulem & malefactorem quemcumque, ſiuè bannitum, ſiuè rebellem furem, vel hæreticum, præſumitur particeps delicti ab eo perpetrati, vt cum aliis probat Maſcard. *de probat. 2. tom. concluſ. 12 9 n 1. & 2.* vbi *numeris ſequentibus* eam concluſionem aliquibus modis limitat.

12 Illud tamen circa præmiſſa maiórem dubitationem habere videtur an receptator hæretici ignorans teneatur ſuam innocentiam probare: In dubio namque ignorantia præſumitur ne delictum præſumamus *l. verius, ff de probat. l. merito ff. pro ſoc. cum ſimil.* & in terminis receptantis generaliter delinquentem, quod requiratur probatio ſcientiæ contra eum, & quod aliàs ignorantia præſumatur, & ita particeps delicti non dicatur etiam Bolog. *conſ. 27 in princip.* & ſequuntur plurimi, quos refert & etiam ſequitur Maſcard. *vbi ſupra n 3. vbi n. 4.* quod credatur & ſtari debeat iuramento receptatoris circa ignorantiam delicti à receptatore facti ſecundum D. Simanc. *vbi ſupra n. 16.* & alios, quos congerit ipſe Maſcard.
*ibid. d. n. 4* ¶ qui *n. 5 & 6.* hoc temperat, vt non 13
procedat in receptante exulem publicatum: nam iſtius delicti ita notoriè publicati ſcientia præſumitur, ſecundum communem ſententiam, quam ibi refert & ſequitur.

14 Nihilominus tamen Caſtr. *vbi ſupra* in receptatore hęretici probat contrarium, imo quod receptatores hæreticorum debeant ignorantiam ſuam probare, vt ſe à culpa immunes oſtendant, præſertim ſi antea fuerant manifeſte in hæreſim lapſi, aut vehementem dederant hæreſis ſuſpicionem.

15 Rurſus Carrer. *vbi ſup. n. 26.* in hac eadem ſpe-
16 cie inquit, ignorantiam probari per iuramentum receptatoris ex Bald. *in c. 1. §. conuenticulis, in 5. notabil. de pac. tenen.* & Deciſ. Rotæ 415. & addit. *n. 29.* quod accuſator debet articulare & probare ſcientiam, aliàs ſuccumbet, vt plenè per Decium *in c. à nobis de except.* & Felin. *in cap. ſi quis*

*Epiſcopus de hæret.* & alios, quos refert & ſequitur Tib. Decian. *vbi ſupra n. 70.* niſi notorium eſſet quod ille foret hæreticus, vel quia per ſententiam publice fuiſſet condemnatus, quia tunc præſumitur ſcientia, vt ibi per eum.

17 Sed in hoc reſoluo priorem ſententiam Caſtri procedere & recipiendam eſſe quum veriſimiliter præſumi poſſit receptatorem ſciuiſſe hæreſim eius, quem occultauit, putà quia publice notum erat, quod ille hæreticus erat, vel quia erant amici, vicini, conſanguinei, vel quippiam ſimile, itaque præſumptio erat contra receptatorem, aliàs ſecus, vt conſtat ex eodem Alph à Caſtr. *vbi ſup.* quamuis per dictionem amplificatiua, *præſertim.* Sed expreſſe hoc ſic eſſe intelligendum iure probat Simanc. *vbi ſup. n. 18. & 19.* & ante eum probauit Carrer. *vbi ſup. n. 27.* dum limitat ſuam contrariam ſupra relatam ſententiam, quod eſſet famoſus & notorius hæreticus, vel pronunciatus, quia tunc præſumitur ſcientia & non ignorantia. Non enim diceretur probabilis ignorantia quæ excuſat, ſi fuiſſet notorius, aut pronunciatus hæreticus, bene tamen ſi occultus: alioqui enim regula notiſſima iuris eſt in facto alieno præſumi ignorantiam, vt *in d. l. verius cum ſimil. ff. de prob.* & per alia iura & Doctores de quibus per Menoch. infra citandum *num. 51.* latius per Maſcard. *tom. 2. de probat. concluſ. 879. in princip. fol. mihi* 182. etiam in receptatore iuxta gloſſam & Bart. *in l. 1. §. vlt. ff. de recept.* & dictum eſt ſupra, & probat plures allegans loquens tam in ſpecie no-
18 ſtræ quæſtionis, quam generaliter in aliis receptatoribus Simanc. *vbi ſupra n. 19.* ¶ dicens non ſufficere præſumptionem illam, quæ oriri videtur contra receptatorem, eo ipſo quod aliquem occultauerit, nempe eo quod qui male agit odit lucem & ſe abſcondere ſolet: quia nemo tam perditus eſt, qui plane fateatur quod ſe ipſum occultat quod hæreticus eſt, imo fugere ſolent omnes, qui metu creditorum latitant, vel ſaltem ob leue aliquod crimen. Quam ob cauſam tutius eſt, ne dolum & crimen de receptatore præſumamus, ſed miſericordes ſimus, & omnia in partem benigniorem interpretemur, & niſi ſcientia probetur, aut vehementer præſumatur, nos eum receptatorem abſoluamus, qui iureiurando confirmauerit ſe illud ignoraſſe, vt ſup. probauimus &
19 ſequitur Menoch. *l. 6. præſ. 13. n. 54.* & Maſc. *d. conc. 1259. n. 3. cum ſeq.* & confirmari poſſunt præd. limitationes ſimiliter & limitari poteſt eadem reſolutio ex traditis per Menoch *d. præſ. 13. n. 66. cũ ſeqq.* & Maſc. *2. to. concl. 1104. fol. 413. & d. concl.*
20 *876. n. 6. cum ſeqq. fol.* 182.

Si quis vero hæreticum domi ſuæ ex induſtria recepiſſet, non vt illum occultaret aut defenderet, nec vt illius hæreſi faueret, ſed ſolum vt illum ab hæreſi reuocaret, & vt ad Catholicam fidem conuerteret, etiam ſi pluries illum recepiſſet, non dicetur receptator hæreticorum quoad Deum, nec pœna receptatoris punietur, præſertim ſi de illius emendatione aliquam habet ſpem: imo
21 opus veræ charitatis efficit, quo vix vllum maius proximo præſtari poteſt. ¶ Eccleſia tamen, quę de interioribus non iudicat, ſed de his ſolum, quę foris patent illum propter talem receptionem merito puniet, niſi bona intentione bonoq; fine id feciſſe aperto probaret teſtimonio: quod nullum aliud certum & apertam dari poteſt, niſi idoneis teſtibus probauerit ſe reprehendiſſe illum ob hæreſim quam tuebatur, admonuiſſeque illum vt hæreſi deſerta ad fidem Catholicam rediret: aut aliis huiuſmodi teſtimoniis probauerit ſe bona intentione hæreticum domi ſuæ recepiſſe ſecundum Alph. à Caſtr. *d. lib. 1. de iuſta hær. punit. c. 17. verſi. ſi quis vero.*

## SVMMARIVM.

1 *Filius vel alius conſanguineus receptans hæreticum an puniatur, & qua pœna? num. ſeqq. Et de vxore maritum hæreticum receptante, num. 5.*

5 *Amicitia magna an excuſet receptantem hæreticum?*

---

### *De filio, aut alio conſanguineo receptante patrem, vel conſanguineum.*

## QVÆSTIO L.

QVÆRO ſecundo circa eandem l. Regiam ſecundam, an conſanguineus, vel filius receptans ſcienter conſanguineum, vel patrem hæreticum teneatur pœna receptatoris. 1 Hanc quæſtionem late ad vtramque partem examinat Greg. Lop. *in l. 6. gl. 1. tit. 26. par. 7.* & cogitandum relinquit nihil decidens: tametſi velit, quod ſi forte pater eſſet pertinax in hæreſi, ita quod filius nihil ad eius correctionem proficeret non debeat eum receptare, imo & tenebitur reuelare: ſecus ſi filius veriſimiliter ſperaret de correctione patris, quia tunc durum eſſet eum receptantem patrem ita dure puniri, ſicut ſi receptaſſet hæreticum extraneum. Nihilominus ſtatim dicit: tu latius cogita ſup. his.

Verum loquens in conſanguineo receptante ſcienter conſanguineum hæreticum partem affirmatiuam proculdubio probauit Alph. à Caſtr. *lib. 1. de iuſta hær. punitione, c. 17. verſi. & hoc verum eſſe cenſeo*: quia cum filij puniantur pro delicto patris propter criminis atrocitatem, multo iuſtius eſt vt pro delicto proprio puniantur quando parentes ſuos receptaſſent. Et ſic idem probat Caſtr. in filiis receptantibus patres hæreticos. Et quod conſanguinitas non excuſet à receptationis hæretici crimine tenet gloſ. *in c. excommunicamus, §. credentes, verbo receptatores, de hæret. c. legi 23. q. 8. c. ſi infidelis 28. q. 1.* Gonzal. *de hæret. q. 13.* & Grilland. *de hæret. q. 9. n. 2.* Carrer. *de hæret. c. fi. num. 32.* vbi quod nec inueterata amicitia excuſat. Eandem ſententiam cum Gunſald. *q. 16. in fi.* ſequitur Tiber. Dec. *in 1. tom. tract. crimin. lib. 5. c. 20. n. 32.* ſic limitans *l. 2. ff. de recept.* propter atrocitatem criminis, & D. Spin. *in ſuo ſpeculo teſtam. parte ſiue gloſſ. 12. n. 22.* vbi quod puniuntur grauiſſima pœna receptantes conſanguineum, filium, vel maritum, patrem hæreticum aut matrem.

Sed pro contraria parte præſtat nobis argumẽtum *d. l. 2. quæ eſt ff. de recep.* vbi probatur, quod 3 receptatores aliorum delinquentium affinium vel conſanguineorum nec ſunt abſoluendi, nec ſeuere admodum puniendi: non enim par eſt eorum delictum & eorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt late Per. Duen. *in reg. 393. ampl. 1.* Ant. Gom. *lib. 3. var. reſol. c. 3. de homicid. n. 50.* Auend. *3. p. c. 7. prætor, n. 7.* & optime Gandin. *in tract. de furib. & latron. num. 8. cum ſequentib.* & de patre, auo & auia & de vxore receptatoribus agit Bonif. *in tr. de rece. n. 4. cum ſeq.* & Auend. *vbi ſup. n. 10.* & de ſupradictis Roland à Vall. *conſ. 45. n. 46. cum ſeq. vol. 1.* Carrer. *in repet. prax. crim. in addit. ad verbum receptare*, vbi ampliat in magna amicitia, & vtrumque late probat Dic Perez *in l. 1. tit. 16. lib. 8. ordin. pag. 323. col. 2. & pag. ſequenti.*



4 Quare in ſpecie noſtræ quæſtionis videtur tenendum vt filius patrem hæreticum, vxor virum, aut frater fratrem ſcienter receptans pœna quidem ordinaria aliorum extraneorum receptatorum non puniantur, ſed mitiori arbitrio Dominorum Inquiſitorum. Negari enim non poteſt minus in hoc conſanguineos delinquere quam extraneos receptatores; credendi enim ſunt illi receptare conſanguineos tanquam conſanguineos, non autem tanquam hæreticos: nam vt ait Cicero in Lælium, *cum propinquis amicitiam natura ipſa peperit*, at cauſa naturalis potentior eſt, ac proinde ſemper illa conſideranda & præferenda eſt, & in terminis quod prædictæ perſonæ non ſint vel certè leuiſſima pœna coërcendi, & conſanguinei cæteri non ſeuere admodum puniendi iure probat D. Siman. *tit. 15. n. 21.* & Tiber. Decian. *1. tom. tract. crim. lib. 5. c. 51. n. 68. fo. 254. co. 1.* vbi quod etiamſi non liceat conſanguineum & affinem hæreticum receptare, vt *per gloſ. & omnes in c. excommunicamus el primero §. credentes, de hæret.* probatur *in c. ſi quis Epiſcopus, & cap. ſeq. eodem tit.* nulla enim cognatio præferenda eſt religioni *c. leg. 23. q. 8. c. ſi infidelis, 28. q. 1.* cum his tamen indulgendum etiam naturæ & humanitati, & præcipue in coniunctis arctiſſimo vinculo, vt ſi filius patrem, vel è contra, frater ſororem & è contra, ideo arbitrio iudicis, hoc eſt, Dominorum Inquiſitorum (vt prædiximus) erunt puniendi etiamſi occultauerint, vt *in d. l. vltim. ff. de recep.* Multa enim eorum arbitrio relinquuntur, vt de probat. & de pœn. in his debent æquitatem ſeruare, vt cum aliis probat Tiber. Decian. *d. lib. 5. c.*
5 *24. n. 28.* ¶ Quinimo ſecundum eundem Decian. *d. c. 51. n. 69.* vxor receptans maritum non punitur, quia hodie non fit ſeparatio matrimonij ex aliquo delicto, vt *in cap. 2. & in ca. gaudemus de diuort.* & tradunt Alexand. & alij quos ibi refert.

Amicitia autem, etiam maxima, & inueterata, non excuſat receptantem hæreticum, ſicut nec receptantem bannitum, vt per Salic. *in l. nullus, C. de malef.* Ananias Afflict. & Carrer. quos refert & ſequitur Dec. *d. c. 51. n. 74.* vbi putat minuendam pœnam prout ex conſanguinitate minuendam dixerat de hoſpite & caupone ibi per ipſum *num. 73.*

## SVMMARIVM.

1 *Puniri an iuſte quis poſſit pro alterius culpa? & num. ſequent.*

2 *Filij hæreticorum credentiũ receptatorum, & fautorum vſque ad ſecundam generationem ſunt incapaces beneficiorum Eccleſiaſticorum & officiorum publicorum dicto n. 1.*

3 *Filij hæreticorum nati ante hæreſim patris an puniantur pœnis, quibus puniuntur poſtea nati, & num. ſequent.*

---

### *An iuſte quis pro alterius culpa poſſit puniri.*

*In l. 3. & 4. tit. 3. lib. 8.*

## QVÆSTIO LI.

QVÆRO lege 3. & 4. huius tit. 3. l. 8. cauetur, 1 *que los reconciliados por el delicto de heregia, y apoſtaſia, ni los hijos y nietos de quemados y condenados por el dicho delicto haſta la ſegunda generacion, y haſta la primera por linea feminina no puedan tener oficios Reales ni publicos, ni de honra como ſon los eſpreſados en eſtas dos leyes ſin eſpecial licencia y mandado de ſu Mageſtad, ſo las penas en que caen e incurren las perſonas priuadas, que vſan de oficios para que no tienen habilidad ni capacidad, y de confiſcacion de todos ſus bienes para la Camara, y fiſco de ſu Mageſtad, en que incurran por el miſmo hecho ſin otro proceſſo, ni ſentencia ni declaracion alguna.* Idem prope cauebatur, imo & ad benef. Eccleſ. extenditur *in c. 2. §. hæretici, de hæret. lib. 6.* vbi ita diſponitur.

Hæretici autem credentes receptatores, & fautores eorum, ipſorumque filij vſque ad ſecundam generationem ad nullum Eccleſiaſticum beneficium ſeu officium publicum admittantur, quod ſi ſecus factum fuerit decernimus irritum & inane. Et *in c. vt commiſſi, §. priuandi, & in c. ſtatutum el ſegundo eodem tit. lib. 6.* declaratur 1. & 2. gradum per paternam lineam comprehendere, per maternam vero ad primum duntaxat hoc velle extendi: de quo late per D. Simanc. *de cath. inſtit. tit. 29. num. 15.* & Canter. *c. 1. de hæret. apoſtat. &c. n. 11. & 12. pag. 371. cum ſequenti*, & Rojas *de hæret. 2. p. aſſert. 41. n. 336. cum ſeq.* Et de his cauſis hodie Inquiſitores mandato Regio cognoſcere, & arbitrio ſuo ſtatuere poſſunt ſecundum Simanc. *tit. 29. num. 15. ad fi.* Rationem autem, quare puniantur filij ob crimen parentum, aſſignat Param. *de orig. & progreſ. offic. Sanctæ inquiſ. lib. 3. de accuſat. q. 9. n. 162. cum ſeqq. pag.* 826. & per Cen. *in ſuis practic. qq. commun. contra commun. q. 653. num. 3. fol. 150.*

An iuſte quis pro alterius culpa poſſit puniri, 2 & an filij nati ante hæreſim patris his pœnis puniantur?

De primo late egimus *lib. 2. can. qq. c. vlt. in pri. & per plures n. ſeqq.* & poſt nos regulam negatiuam communem cum pluribus ampliationibus, declarationibus, & limitationibus ponit, & latiſſime proſequitur Proſp. Farin. *in ſuis qq. crim. 1. p. cap. 14. per totum.*

Quoad ſecundum, an filij nati ante hæreſim 3 patris puniantur pœnis iuris, de quibus in hac noſtra l. Regia, quibus puniuntur filij nati poſt crimen hæreſis à patre commiſſum, ſunt in hoc duæ communes contrariæ & magis receptæ ſententiæ, ſic appellatæ à Doctoribus. Prima quidem negatiua, altera vero affirmatiua, & vtraque quamplurimis rationibus & fundamentis, ac numero authorum munita & comprobata, vt conſtat à nobis traditis & congeſtis *d. li. 1. can. qq. d. c. 30. n. 30. cum ſeq. per totum vſque in fi. vbi n. 37. cum ſeq.* affirmatiuam vt veriorem, receptiorem, atque vſu & conſuetudine in praxi receptam ſequuti ſumus atque probauimus, reſpondentes fundamentis contrariæ partis. ¶ Sed quia poſteà



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in publicum prodierunt modernorum ſcripta, qui verboſe & prolixe ſatis negatiuam priorem opinionem late probare nituntur plura adducentes & inculcantes, & magis communem & in praxi obſeruatam affirmantes, optimum atque neceſſarium duxi, meo ſolito ac claro ſtylo breui ſermone docere, quid adhuc tenendum ſit in q. hac perquam difficili, loquendo ſolum de filiis natis ante hæreſim patris, de quibus eſt noſter præſens ſermo, non vero de alio crimine læſæ Mai. humanæ, tametſi de vtroque promiſcue loquantur præfati authores.

4 In primis adducunt præfati moderniores pro parte negatiua authoritatem D. Auguſtini ſuper Deut. *queſt.* 41. *tom.* 4. *ſuorum operum* interpretantis cap. 42. vbi dicitur, non morientur patres pro filiis, inquit: *Quod eſt ergo quod alibi dicitur, Deus reddens peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem? de filiis nondum natis illud intelligitur, hic autem de filiis iam natis eſt facta diſtinctio: non enim trahit aliquid à patre, qui iam natus erat quando pater eius peccauit.* Et eiuſdem Auguſt. ſuper Pſalm. 84. verſi. 5. littera F. his verbis. *Etenim peccata parentum non pertinent ad filios, quæ faciunt parentes iam natis filiis: iam enim nati filij ad ſe pertinent, & parentes ad ſe pertinent*, & ibi Magiſter ſentent. *verſic.* 9. affirmando hanc opinionem eſſe receptam inter omnes Theologos. Eandem late probat Nauar. in conſilio manuſcripto, & ſua ſubſcriptione roborato in fauorem nobilium Sotelorum Zamorenſ. *verſi. la ſegunda cabeça, n.* 15. *cum ſequentibus*, vbi ad fin. conſilij inquit ſe ita iudicaturum abſque vllo ſcrupulo, *y penſaria que en ello ſeruia mucho à Dios*, quod ego impreſſum habeo ann. 1594. in libell. allegation. iuris nuper typis mandato in fauorem D. Petri Ponce de Leon ſuper negotio Comitatus de Baylen, *fol.* 81. *cum ſequentibus*, vbi late eam probat allegans Cald. & alios. Sed ex profeſſo eam quamplurimis fundamentis probat ac defendit licentiatus Lorenço Polo aduocatus d. D. Petri Ponce in prima allegatione in præd. libello poſita, vbi refert 71. authores huius partis, *los veynte y dos que hablan indiſtintamente en todo genero de delicto, y los veynte y quatro eſpecialmente en el crimen leſæ Maieſtatis humanæ, y los veynte y cinco reſtantes en el crimen de la heregia.* Et idem aduocatus in ſecunda ſui iuris allegatione pro eodem in prædicto libello inſerta, *fol.* 255. *cum ſequ.* nititur probare opinionem affirmatiuam contrariam non eſſe magis communem, & toto cælo errare eos, qui eam dicunt eſſe magis communem, obſeruatam, atque vſu receptam, cum contrarium ſit certum nempè, *que ay ſeys vezes mas de authores por la parte negatiua que por la affirmatiua, y mucho mas graues, y que tiene por ſi textos expreſſos tam de iure Ciuili quam Canonico & Regio, y la contraria no es mas que opinion, ſin que aya texto alguno, que expreſſamente comprehenda los ante nacidos, y que es la cauſa mas pia, y de interpretacion mas benigna, y con todas las cauſas y razones de iuſticia, equidad, fauor, y clemencia.*

*Eſta miſma opinion ſiguen tambien* Henriquez *lib.* 14. *ſuæ Summæ moralis, cap.* 5. *n.* 4. & Flamin. Pariſ. *lib.* 3. *de reſig. ben. c.* 1. *n.* 85. *in fi.* & Alph. à Cartagena *in quodam conſ. incip. Rex Vngariæ, q.* 7. Quint. Mand. *in tr. de ætat. min. c.* 2. *n.* 22. Bald. *in l. curialib. in prin. C. de Decu. lib.* 10. & Iacob. Rebu. *in l. priuil. in fi. C. eod. tit.* & Alph. Mont. *in l.* 6. *in prin. tit.* 27. *p.* 2. & Tiraq. *de prim. q.* 23. *n.* 10. Sunt itaque 79. authores pro hac parte ſecundum præfatum aduocatum Polo, vbi quoad vſum & obſeruantiam contrariam refert ſententiam latam in fauorem dictorum nobilium Zamor. pro quibus conſuluit Nau. vbi ſup. *los quales por ſentencias del Conſejo de las Ordenes, aquien vino remitido de Malta, y ellos por orden de ſu Mageſtad, lo ſentenciaron, fueron declarados por habiles y capaces de tener habito como oy dia lo tienen, no embargante que ſu madre auia ſido hereje, declarada por tal, y auer eſtatuto del Orden, que hijos de penitenciados no puedan tener habito:* ita aduocatus Polo *vbi ſup. fol.* 234. *col.* 2. *ad fi.* Eandem ſententiam negatiuam probauit Eman. Rodr. *in ſua Sum. c.* 127. *n.* 5. adonde dize, *que conforme à ella ſe ha juzgado en muchos tribunales deſtos Reynos:* & eam eſſe adnotandam inquit D. Io. de Vela *de pœn. delict. n.* 21. *verſ.* 2. Tandem nouiſſime att. hunc late examinat in vtramq; partem eaſdem duas communes contrarias ſententias adducens perdoctus Ceual. aduocatus Tolet. *in ſuo ſpec. pra. qq. comm. opin. contra communes, q.* 653. *per totam, pag.* 249. *cum ſeq.* vbi nos & alios quamplures authores citat: & tandem hanc eandem ſententiam negatiuam latè comprobat, amplectitur & ſequitur, dicens eſſe veriſſimam de iure communi & ſemper magis communem & receptam, & de iure regio indubitabilē *per l.* 9. *tit.* 22. *p.* 4. & *l.* 6. *tit.* 27. *p.* 2. & *l.* 5. *tit.* 31. *p.* 7. Et addit præfatus author *n.* 29. & 30. quod hęc opinio eſt fulta iure Canonico, Ciuili & Regio, & ex authoritatibus Sacræ paginæ, & quod ſic fatuus eſſet iudex qui ab hac opinione recederet, & quod tanquam ipſa veritas eſt tenenda & ſequenda in palatiis & in ſcholis, tam in aduocando quam in conſulēdo. Et in fi. illius quæſtionis inquit, hanc opinionem eſſe veriorem & receptiorem, & quod nuper pro ea in ſupremo Regis Conſilio fuit iudicatum. Non tamen author hic tangit difficultatem huius opinionis, quam patitur ex iuribus ſexti libri decretalis, de quibus infra ſtatim agemus.

Hæc ſunt, quæ pro iſta parte nouiſſime poſt noſtra ſcripta inuenio aucta.

5 Nihilominus tamen in filiis natis ante crimen hæreſis à patre commiſſum (quidquid ſit in crimine læſæ Mai. humanæ, & in aliis criminibus, in quibus pro filiis antea natis & ſentio & teneo, præter hæreſim) verior, communior & receptior, atque in praxi obſeruata eſt opinio contraria affirmatiua, quam defendimus & probauimus *vbi ſup.* vt conſtat ex eius fundamentis & authoribus in ſpecie hæreſis loquentibus, & ab eis & negatiuam tenentibus relatis, tex. ineuitabili ſua expreſſa deciſi. qua præciſe comprehenduntur filij antea nati, *in c. filij de hær. in* 6. vbi filii eorum, in articulo mortis hæreſim commiſerunt, pœnas canonicas patiuntur: igitur de iam natis nulli poteſt eſſe dubium, cum poſt mortem quis generare non poſſit, & tex. qui eadem inductione conſtat *in c. ſtatutum el ſegundo* § *hoc ſane eod. tit. lib.* 6. vbi quod filij hæreticorum, qui tales eſſe vel tales etiam deceſſiſſe probantur, incurrunt præd. pœnas. Quibus pletique ex authoribus tenentibus partem negatiuam non reſpondent, vel quia ad ea non aduertunt, vel quia quæſtionem ex profeſſo non examinant, ſed ſummarie aut ex tranſitu difficultatem non penetrantes eam opinionem indigeſte & crude pro arbitrio & captu proprio ſequuntur. Cæteri vero (& hi quidem pauci) ſentientes contradictionem vrgentem, quam ſibi faciunt præd. iura, nituntur eis aliquibus modis reſpondere, ne obſtent ſuæ opinioni: verumtamen eorum reſponſiones reuera nihil valent, quia potius ſunt ſubterfugia & euaſiones, quam



quam ſatisfactiones, quæ animum vnius cuiuſque vel mediocriter ſapientis quietum aut ſecurum reddant, quin potius ſemper in mala fide conſtituant ſuam opinionem. Superant namque iura illa & euacuant vires contrariæ partis, quæ niſi eadem iura extarent profecto erant maximæ, & inuincibiles: verum eis extantibus cætera contraria prorſus concurrunt, quia vbi eſt tam expreſſa & ineuitabilis iuris Pontificij deciſio non licet aliàs argumentari. Et quod inſufficientes ſint prædictæ reſponſiones quatenus ad aſſignatas per D. Simanc. *vbi ſupra*, qui melius cæteris rem agitauit, conſtat euidenter à nobis in terminis dictis dicto *cap.* 30. *num.* 41. *cum ſequentibus.*

6 *Vengamos pues à las reſpueſtas de Nauarro* vbi ſupra verſiculo nono, fol. 83. *adonde dize, que no prueua nada in propoſito el dicho capitulo* filij. *Por que lo primero no habla de fama ni infamia de hijos. Lo ſegundo, que no habla mas de hijos, que de eſtraños herederos, legatarios, y otros ſuceſſores. Lo tercero, que no habla de ſola heregia cometida al tiempo de la muerte. Lo quarto, que habla de la heregia infamada, ò ſoſpechoſa antes de la hora de la muerte. Lo quinto, que no habla mas de hijos que de otros herederos, parientes, o eſtraños ex teſtamento, ò ab inteſtato. Lo ſexto, que por otros muchos reſpectos, fuera de la infamia de que tratamos, conuiene à los hijos, y anſi à los otros deudos y amigos defender la innocencia del muerto, pudiendoſe hazer iuſtamente, y que anſi no ſe deue dezir que aquel texto prueua manifeſtamente lo contrario, antes ſe deue afirmar, que ni aun obſcuramente lo prueua: y que por algo deſto Villadiego, que tuuo la parte affirmatiua, no dixo que eſte texto probaua la parte contraria, ſino ſolamente que hazia algo por ella, y que ſi el aduirtiera à todo lo ſuſodicho dixera que no hazia nada, aunque Couarruuias diga que es texto manifieſto para ello.* Hæc ſunt verba & reſponſiones Nauarri *vbi ſupra.*

7 *Mas eſtas ſoluciones no excluyen la fuerça del texto. Porque en quanto à la primera (que es dezir, que no habla de fama ni infamia de los hijos) reſpondo, que aunque es verdad que ahi ſolo ſe trata de ſi los hijos, ò herederos de aquellos, que in articulo mortis pidieron que los conſolaſſen los hereges por impoſicion de las manos, ſi ſe admiten ò no aprouar ſu innocencia, por dezir que eſtaua entonces fuera de ſu iuyzio, ò ſin habla, pero el texto decide en eſto, que no ſean admitidos à prouar ella, ſi los tales defunctos quando viuian eſtauan infamados ò ſoſpechos de heregia, ò ſi legitimamente conſtare que eſtando en ſu ſano y bueno entendimiento, pidieron la dicha conſolacion de herejes, que mas verdaderamente es deſolacion. Y anſi baſta eſto poſtrero, que es eſtar en ſu iuyzio quando pidieron lo ſuſodicho, aunque antes no eſtuuieſſen infamados ni fueſſen ſoſpechoſos de heregia: pues lo vno ò lo otro alternatiuamente ſe requiere, y no entrambas coſas iuntamente, para que ſus hijos y herederos no ſe admitan à prouar ſu innocencia, como conſta por la diccion,* aut legitimè conſtiterit, &c. *que es alternatiua, como es notorio de derecho y lo prueua y tiene Octau. Vulp.* de aduerb. & præb. in dictione aut, pagin. 12. in principio, *y anſi le reputan, y han de tener por herejes y credentes, como conſta de aquel texto, que eſtà ſituado en el titulo de ellos. Luego ſi ſon herejes los difuntos por ſolo pedir en ſu iuyzio,* in articulo mortis, *aquella diabolica conſolacion è impoſicion de las manos de los herejes, bien ſiguen las penas canonicas à los hijos de los tales antes nacidos: y anſi tuuo mucha razon el ſeñor Obiſpo Couarruuias en dezir que era manifieſto aquel texto por eſta parte affirmatiua, y a mi parecer no tiene reſpueſta.*

*La ſegunda reſpueſta de Nauarro al miſmo texto (que es dezir, que no habla mas de hijos, que de eſtraños herederos legatarios, y otros ſuceſſores) digo que es de ningun momento, porque baſta hablar de hijos para nueſtro intento, como habla de ellos, y que hable de eſtraños herederos, legatarios, y ſuceſſores, no quita la fuerça de lo primero, porque deſtos tambien habla para en razon de ſi han de lleuar la herencia, y mandas, ò no.*

*A la tercera (que es dezir, que no habla de ſola heregia cometida al tiempo de la muerte) digo que ſi habla, como ſe dixò en la reſpueſta à la primera ſolucion, pues loquitur textus ille alternatiuè, y no copulatiuè vt patet ex dictione aut, &c.*

*A la quarta ſe reſponde lo miſmo.*

*A la quinta eſt à ſatiſfecho baſtantemente, por lo reſpondido a la tercera que es la miſma.*

*A la ſexta, que baſta para lo que tratamos que el prouar la inocencia conuenga à los hijos, aunque conuenga à los eſtraños tābien para otros muchos reſpectos fuera de la infamia: y no por eſſo dexan de ſer infames los hijos de los que* in articulo mortis *ſon y mueren herejes, aunque antes no eſtuuieſſen infamados, ni fueſſen ſoſpechoſos de heregia. Aſsi que ninguna coſa concluyente reſponde en efecto Nauarro à aquel texto, como ſe vè euidentemente por qualquiera que eſtuuiere libre de aficion de ſu parecer. Y lo eſtoy deſto (ſi no me engaño) porque no he eſcrito como Abogado, ni aconſejando, ſino en lectura ordinaria, ſin tener el caſo* in facti contingentia.

*Reſponde tambien Nauarro al texto* in c. ſtatutum, §. hoc ſane, de hær. lib. 6. *que no concluye nada, porque ſolamente dize, que los hijos de los que mueren herejes ſin conuertirſe ſon infames, pero no eſpecifica de los que nacieron antes o deſpues de la heregia, ni aun añade diccion vniuerſal, todos. Y no ſe ſigue de las dichas palabras, que tambien los hijos que nacieron antes de la heregia ſon infames, ſino ſolamente los que nacieron deſpues de la heregia: porque aunque hable generalmente aquel texto de los hijos del que muere hereje, ſe ha de limitar por otras leyes, &c.*

Sed hæc reſponſio excluditur penitus ex littera illius textus, quatenus loquitur de filiis hæreticorū alternatiuè, nempè, qui tales eſſe vel tales etiā deceſſiſſe probentur; quamuis enim verba illa priora, *qui tales eſſe, &c.* poſſent admittere interpretationem & limitationē Nauarri: cæterum ſequentia, ibi, *vel tales etiam deceſſiſſe probentur*, nullo modo abſque violentia eam admittunt, ſiquidem eo caſu filij neceſſario nati eſſe debent ante hæreſim. Nec obſtat ſi dicatur, poſſe tunc etiam eſſe filios natos ante hæreſim inceptam & poſt eam incurſam, quæ multo tempore durauit ante condemnationem & declarationem ipſius: quia etſi in hac ſpecie procedere poſſet reſponſio & interpretat. Nauar. alteram quoque ſpeciem expreſſe comprehendit deciſio illius textus, in qua minime locum habere nec verificari poteſt eadem reſponſio & limitatio, nempè, cum hæreſis incepit & conſumata fuit in articulo mortis tantum, ita vt hæreticus deceſſiſſe probetur, tunc namque clarum eſt filios eius relictos fuiſſe antea natos, & de his loqui dictus §. *hoc ſanè.* Quod patet ex verbis prædictis ipſius ibi, *vel tales etiam deceſſiſſe probentur*, ad differentiam

corum qui in vita hæreſim incurrerunt, de quibus prius textus loquutus fuit. Loquitur igitur ſiue in vita, ſiue in morte quis hæreſim incurrerit dummodo talis deceſſerit.

8 Nunc agamus de aliis reſponſionibus eidem textui aſſignatis per aduocatum præfatum Laur. Polo in ſua prima ſupra citata allegatione iuris in fauorem prædicti D. Petr. Ponce de Leon *à fol. 37. ad fin & fol. ſequ.* Primo namque inquit textum hunc habere duas partes: in prima confirmat Bonifac. VIII. Pontifex diſpoſitum ab Innocent. & Alexand. IV. ſuis prædeceſſoribus, declarans inhabiles & incapaces officiorum & beneficiorum publicorum hæreticorum filios. Et hoc eſt planum, quod ſolùm comprehendat poſtea natos, hi ſi quidem ſolum poſſunt probari filij hæreticorum, vt prius latè probauerat idem author. Secunda pars textus, quæ incipit ibi *hoc ſane*, minime agit de pœnis filiorum, ſed potius tota ea venit ad temperandum poſitas contra eos quampluribus modificationibus & exceptionibus, quibus dicit quod filij iam comprehenſi ſub regula primæ partis, qui erant antea nati, euitant prædictas pœnas ſi patres eorum Catholici deceſſerunt. Et ſimiliter quod excluſio officiorum & beneficiorum publicorum, *pueſta haſta la ſegunda generacion*, debeat extendi vſque ad primam in linea materna: & quod ex hac benignitate & fauore nullo modo pœna inferri poteſt contra iam natos, vt ibi latius proſequitur.

Sed hæc reſponſio minime tollit difficultatem ex modo prædicto contra ſecundam reſponſionem Nau. Tum præterea, quia verus & literalis ſenſus primæ partis illius textus eſt, quod Summus Pont. Bonif. VIII ibi referens ſtatutum fœlicis recordationis Innoc. & Alexandri, prædeceſſorum ſuorum, ne videlicet hæretici, credentes, receptatores, defenſores & fautores eorum, ipſorumque filij vſque ad ſecundam generationem ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, ſeu publicum officium admittantur, quod ſi ſecùs factum fuerit ſit irritum & inane, declarat primum & ſecundum gradum per paternam lineam comprehendere, per maternam vero ad primum dumtaxat vult hoc extendi. Itaque hæc eſt propriè declaratio, vt patet ex ſe, & conſtat ex eodem textu ibi, *declaramus*. At in ſecunda parte eiuſdem textus ibi, *hoc ſanè*, ſimiliter hoc declarat idem Pontifex Bonifacius intelligendum eſſe de filiis & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum huiuſmodi, qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur (in quibus verbis conſiſtit tota vis noſtræ ſententiæ) non autem illorum, quos emendatos eſſe conſtiterit & reincorporatos Eccleſiæ vnitati, &c.

Quamuis igitur prima pars illius textus egerat ſimpliciter de filiis hæreticorum, & ſic dato quod non comprehenderet iam natos, in ſecunda vero parte hoc ampliat & intelligendum eſſe videtur (inquit Summus Pontifex, vt videmus in littera) de filiis & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum huiuſmodi, qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur. Et ſic loquitur non ſolum de illis, qui probantur eſſe hæreticos, & ſic quando probatum fuit in vita eos tales eſſe, ſed etiam qui probantur tales ſcilicet hæreticos deceſſiſſe. Quamuis ergo prædicta ſecunda pars textus benignitatem, fauorem, & moderationem primæ contineat, nihilominus continet etiam intellectum ampliationis filiorum & nepotum hæreticorum, non ſolum eorum qui probantur eſſe hæreticos, ſed etiam tales deceſſiſſe probantur. Ceſſat igitur omnino & euacuatur præfata prima reſponſio, ſeu potius euaſio aduocati D. Petr. Ponce, & remanet textus ibi in ſuo robore pro noſtra ſententia & magis communi affirmatiua.

9 Secunda reſponſio eiuſdem aduocati, quæ eſt D. Simanc. *de inſt. Cath. c. 29. n. 23.* etiam ceſſat & conuincitur ex his, quæ in terminis adduximus *dicto lib. 2. canon. q. dicto c. 30. n. 41. cum ſequ.* Nec obſtat ſi quis dixerit, illud quod Pontifex dicit *in dicto §. hoc ſanè* ibi, *vel tales etiam deceſſiſſe probantur*, ex ratione requiri, vt planè conſtet illos nec emendatos fuiſſe, nec Eccleſiæ vnitati reſtitutos, non autem vt filij ante illorum hæreſim nati contra omnem iuris rationem pœnis à iure ſtatutis comprehendantur. Quoniam hoc procedere poſſet, ſi non præcederent in textum verba illa, *qui tales eſſe*, ſcilicet, *probantur*, prout præcedunt: verum illis ſtantibus, ſequentia, ſcilicet, *vel tales etiam deceſſiſſe probantur*, includunt non ſolum caſum, quo probatur & conuincitur hæreſis actualis in vita alicuius, ſed etiam quando probatur aliquem hæreticum deceſſiſſe, & ſic poſt mortem eius hoc conſtat & probatur, prout in caſu & ſpecie *cap. filij, de hæret. eodem lib. 6.* vbi ſufficit, quod qui in articulo mortis ſanæ mentis hæreticorum conſolationem, ſeu potius deſolationem per manus impoſitionem perſerit, ad hoc vt eius filij vel hæredes innocentiam eius probare non poſſint poſt mortem: ergo fuit hæreticus, ac proinde eius filij incurrunt pœnas à iure ſtatutas, & eius hæredes atque ſucceſſores extranei fiunt incapaces bonorum ipſius. Facit igitur non ſolum aliquid, ſed etiam multum, imò eſt apertus pro ea vt cenſuit Villadieg. *de hæret. quæſt. 24.* quidquid eos, ſcilicet, Couar. & Villadieg. mirentur. Nauar. & Polo *vbi ſupra* nitentes nihil facere, ſed reuera eam probant vt vidimus.

Non obeſt etiam quod ipſi dicunt, nullum textum eſſe expreſſum, quo decidatur filios ante hęreſim natos incurrere in pœnas iuris; cum tamen ſint plures probantes contrarium. Quia reſpondemus ſatis expreſſum dici, quod ſalua ratione recti ſermonis aliud ſignificare non poteſt.

Sic poſtquam ſcripſeram contenta in dicto meo *c. 30. can. quæſtion.* dum eſſem in Curia Regia Matriti mandato Regis, dictus D. Ponce de Leon eiuſque præfatus aduocatus me conſuluerunt ſuper dicta quæſtione, vt meum quoque proferrem iudicium in fauorem dicti D. Petr. pro parte negatiua, quam in meis ſcriptis improbaueram quamuis nondum in lucem editis: quia tunc illis ſuper ſucceſſione Comitatus de Bailem pendebat in gradu reuiſionis, & mihi oſtenderunt præfatas duas iuris allegationes aduocati Laurent. Polo deſiderantis ſumme eidem Domino P. fauere, cuius lacrymis mouebar ac compatiebar ſuæ calamitatis innoxiæ. Et nihilominus reſpondi eam partem benignam, fauorabilem, atque æquiſſimam eſſe, nec non iure probandam, niſi adeſſent iura præcitata *dicti tituli de hæret. in 6.* quibus ſi mihi congruæ reſponſiones darentur libenter illis aſſentirem, ſed quod tunc datæ non placebant: & tandem nullæ aliæ potuerunt inueniri, ſicque nolui ſubſcribere prædictis iuris allegationibus.

Poſtea paucis diebus labentibus ſententia diffinitiua in gradu reuiſionis prolata fuit per prope omnes Dominos de Conſilio ſupremo Regali in prædicta cauſa iuxta præfatam noſtram ſententiam affirmatiuam & magis communem, decimo



decimo die Ianuarij, ann. 1594. quæ eſt poſita ad fin. prædicti libelli, qua pronuntiarunt & declararunt remedium l. Tauri & ſuarum declarationum intentatum per dictum D. Petrum Ponce de Leon locum habere & præceperunt vt eidem daretur tenuta & poſſeſſio bonorum, ſuper quibus fuit lis illa, *con que el dicho D. Pedro Ponce de Leon no ſe intitule ni llame Conde de Baylen, ni vſe ni exerça la juriſdicion de la dicha villa por ſu perſona, ſin orden y licencia de ſu Mageſtad*. Ecce enim quomodo nuper D. P. Ponce natus ante hæreſim patris (de quo non fuit dubium) per Conſilium ſupremum fuit priuatus dignitate & officio publico Comitatus & iuriſdictionis per ſupra à nobis fundata: quo fit vt ſecùs atque à prædicto Ceuall. refertur, pronuntiatum fuit in Conſilio Regio ſupremo. Accepimus tamen poſtea, Regiam Maieſtatem illi ex gratia & priuilegio conceſſiſſe præfatum titulum Comitis, & iuriſdictionem.

Poſt hæc ſcripta multis annis elapſis articulum hunc latè examinant Thom. Sanch. *in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 27. per totum*, & Fr. Ludou. de Mirand. *in ſuo manuali Prælat. tom. 2. quæſt. 1. art. 2. pag. 6.* qui in contraria ſunt ſententia in fauorem filiorum hæreticorum, qui ante hæreſim patris nati ſunt. Et nituntur reſpondere prædictis iuribus contrariis, non tamen concludenter: quia prædicti textus indiſtinctè & generaliter loquuntur, & ideo teneo contra eos, vt ſupra in crimine hæreſis.

## SVMMARIVM.

1 *Filij hæreticorum an ad ſacros ordines promoueri poſſint? & numeris ſeqq. diſtinguitur. Et num. 5. quid filiis & nepotibus eorum, qui crimen læſæ Maieſtatis humanæ commiſerunt?*

---

*An filij hæreticorum ad ſacros ordines promoueri poſſint?*

## QVÆSTIO LII.

1 QVÆRO ſecundo circa eaſdem leges 3. & 4. *titul. 3. lib. 8. nou. collect. reg.* an filij hæreticorum ad ſacros ordines promoueri poſſint? Quod indubium videtur cum hoc non ſit iure prohibitum, ergo cenſetur permiſſum: & quia ſumus in odioſis & pœnalibus in quibus benignior eſt interpretatio facienda iuxta communes & vulgatas regulas.

Nihilominus contrarium verius cenſet & probat D. Simanc. *de inſtit. Catholic. tit. 29. num. 14.* & in tertia inſtructione Hiſpalenſ. *cap. 11. approbatum*, & ſequitur Ignat. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz de Lug. *in pract. crimin. canonica, c. 25. in nouis, numer. 22. pag. 77. in verſic. dubitari etiam:* quia filij hæreticorum non admittuntur ad Eccleſiaſtica benef. & publica officia conſequenda, vt in noſtris legibus, & *in cap. 2. §. hæretici, & in cap. ſtatutum el ſegundo de hæret. lib. 6.* ſed ordines ſacri ad maxima Eccleſiaſtica officia miniſtranda inſtituti ſunt: ergo & hi cenſentur filiis hæreticorum prohibiti. Denique, quia filij hæreticorum infamia notantur, & aliis inferioribus honoribus priuantur, *vt in cap. clerus. 21. diſtinctione & cap. fœlicis, § nulli, de pœn. 6.* late D. Couar. *lib. 2. var. reſol. cap. 8. num. 2. in principio*, & cæteri omnes: ergo ad ſacros ordines promoueri non debent.

2 Benigna tamen interpretatione inductum eſt, vt illi tantum hæreticorum filij ab honoribus & publicis muneribus repellantur, quorum parentes Eccleſiæ vnitati non fuerunt reſtituti & reincorporati. Et vſque ad ſecundum per lineam maſculinam, per lineam vero fœmininam vſque ad primum gradum dicta infamiæ nota tantum extenditur, *vt in dicto cap. ſtatutum el ſegundo, §. hoc ſanè, de hæretic. lib. 6.* & in his noſtris legibus Regiis.

3 Cuius diſcriminis ratio ea potiſſima eſſe poteſt: quia deterior eſt infectio viri quam fœminæ, maiori enim bono maius malum opponitur, vt docet Ariſtot. *lib. 8. Ethic.* ſed præſtantior eſt mas quàm fœmina, & primæ cauſæ efficienti propinquior: quidquid enim fœmineum eſt cenſetur eſſe imperfectum, vt quod patiatur magis quam agat.

4 Poteſt etiam altera ratio differentiæ aſſignari, nempè quod ſicut nobilitas, dignitas, & familiæ honores deſcendunt in poſteros à ſexu virili, ſic ex contrario maiorem iacturam ex paterno crimine iuſtiſſimum eſt quod ſoboles patiatur: ita Simanc. *vbi ſupra, numer. 15.* & Salced. *etiam dicto num. 22. prope fin.* Sed quare magis ad ſecundum gradum per lineam maſculinam, ad primum vero per fœmininam, & non ad vlteriores gradus hæc infamia extendatur? Poteſt dici ſic legiſlatoribus beneplacitum viſum fuiſſe ob bonum Reipublicæ, & ne præterea Catholici vltra præmiſſos gradus inquietarentur.

5 Sed an idem ſeruandum ſit in deſcendentibus ab illis, qui crimen læſæ Maieſtatis humanæ cõmiſerunt? dubium facit, quia iſtas leges nec probat, nec laudat Dionyſius Halicarnaſ. *lib. 8. de antiq. Rom.* eaſque quodammodo ab eius Republica relegauit Plato *lib. 9. de legib.* vt refert D. Couar. *d. lib. 2. var. reſol. c. 8. n. 2.*

Nihilominus tamen deciſionem noſtrarum legum in filiis & nepotibus hæreticorum loquẽtium, ad nepotes ob crimen læſæ Maieſtatis humanæ commiſſum à parẽtibus, vt nepotes eorum quoque afficiantur infamia & officiorum publicorum indignitate, extendunt, iuxta communem ſententiam Cyn. Alber. *num. 4.* & Salic. *num. 3. in l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſtatis*, aduerſus Bart. *in l. patri, ff. de adul.* & Philip. *in d. c. ſtatutum el ſegundo* & Dec. *conſil. 64. col. 1.* Licet dicta *l. quiſquis §. 1. & l. 2. tit. 2. par. 7.* de filiis tantum meminerint, vbi Gregor. Lopez *in gloſſa magna, verbo ſus hyjos, col. 2. verſ. ſed an intelligatur*, fatetur eam eſſe communem ſententiam.

6 Sed quidquid ſit de iure communi, ipſe Greg. Lop. *de iure Regio* adhæret verbis dictæ l. 2. quæ tantũ loquitur de filiis, & non extẽdit eius diſpoſitionem ad nepotes, neque ad vlteriores: quia in materia odioſa verbum *filiorum* non extenditur ad nepotes, & aliis rationibus de quibus ibi per eum. Et ſic profitetur quod diſpoſitionem dicti *cap. ſtatutum ſecundo, de hæretic. in 6.* loquentis in crimine hæreſis, & noſtrarum legum non extenderet in hoc ad crimen læſæ Maieſtatis temporalis. Quod verius & tenendum videtur attenta diſpoſitione dictæ leg. 2. Regiæ, quæ ſi aliud voluiſſet id expreſſiſſet, ſicut exprimunt noſtræ leges Regiæ loquentes in crimine hæreſis, & dictum *c. ſtatutum el ſegundo.*

7 Quare in ſpecie noſtræ quæſtionis principalis cenſeo, filios Catholicos hæreticorum vſque ad ſecūdam generationem per lineam maſculinam, & vſque ad primam per fœmininam eſſe infames, ac proinde ad beneficia Eccleſiaſtica & officia publica Regia & ad Sacros ordines, nec ad aliquod prædictorum eſſe admittendos; vlteriores vero poſſe admitti. Quod ita declarauit ſacra Congregat. illuſtriſſimorum Cardinalium Rom. qui Conc. Triden. interpretationibus præſunt, die 12. Iunij anni 1592. ad Epiſcopum Pacenſem, addentes hoc. Quin etiamſi filij, vel nepotes eſſent eorum, qui licet hæretici fuerunt, conſtat tamen emendatos eſſe & vnitati corporique Eccleſiæ reſtitutos, nimirum, quod ſuſceperint pro admiſſa culpa ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam, quā aut perfecerunt, aut ei perficiendæ inſiſtunt, vel certe quoad eam perficiendam parati ſunt iuxta conſtitutionem Bonifacij VIII. quæ incipit, *ſtatutum*, &c. nempè poſſe eos admitti, niſi vbi Apoſtolico aliquo priuilegio, aut confirmatione contrarium cautum fuerit.

8 Filios vero illius, qui crimen læſæ Maieſtatis humanæ admiſerit, cenſeo non eſſe admittendos ad prædicta vſque ad primam tantum lineam & generationem indiſtinctè, iuxta præcedentem reſolutionem.

SVMMARIVM.

1 *Filij hæreticorum, &c. an priuentur beneficiis iam obtentis? & numeris ſequentibus. Et quid de nobilitate ſanguinis, vel antiquo priuilegio parentum? n.8.*

*An filij hæreticorum, &c. priuentur beneficiis iam obtentis?*

## QVÆSTIO LIII.

1 QVÆRO etiam circa eaſdem leges Regias an filij hæreticorum, receptatorum, & cæterorum contentorum in prædicta prohibitione priuentur beneficiis iam obtentis, necne?

2 In qua quæſtione bonas remiſſiones refert Petr. Zened. *in ſua collectan. 28. num. 5. ſuper 6. lib. Decret.* ſed nihil decidit. Eam tamen latè in vtramque partem examinat D. Couarr. *lib. 2. var. reſol. cap. 8. num. 8. verſiculo, cæterum quod filij hæreticorum.*

3 Et quod obtentis priuentur etiam ipſo iure probarunt Ioan. Andr. *in cap. vt commiſſi, colum. 2.* Dominic. ibi *in §. prohibendi, de hæret. in 6.* Henrich. *in cap. vergentis, colum. 4.* & ibi Anania *colum. 2. de hæret.* Imol. *in l. inſulam in principio, ff. ſolut. matrimonio,* Præpoſit. *in cap. ſatis peruerſum, 56. diſtinctione,* Ioan. Lup. *in tractat. de iuſta obtent. reg.* Nauar. *5. p. §. 8.* vbi fatetur hanc opinionem magis communem eſſe, & ſimiliter profitetur Iul. Clar. *in §. hæreſis, verſic. item Clericus,* ex relatione Couar. licet eam non probet: ſequitur tamen eamdem Pelaez *de maiorat. 1. p. quæſt. 1. num. 66.* & Tiber Decian. *1. tom. tractat. crimin. lib. 5. cap. 45. ſub numer. 4.* Et probatur hæc ſententia argumento textus *in cap. fœlicis, §. quod ſi quis, de pœn. in 6.* ex quo patet filios percutientis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ipſo iure priuari beneficiis, quæ tempore commiſſi criminis obtinebant: & tamen crimen illud multo minus ac leuius eſt eſt quàm crimen hæreſis.

4 Nihilominus tamen contraria opinio verior eſt & tenenda imò quod filij hæreticorum nec ipſo iure, nec per ſententiam priuentur beneficiis Eccleſiaſticis, quæ tempore commiſſi criminis iam obtinebant. Licet enim ob parentis culpam inhabiles efficiantur ad Eccleſiaſtica beneficia obtinenda, non tamen bonis propriis priuantur, & ideo poterunt retinere beneficia obtenta, præſertim quia nullo iure contrarium probatur: quare cum hoc ſit pœnale non debet extendi, ſed potius reſtringi, regula odia, de reg. iur. *in 6.* & qui inhabilis ſit ad beneficia, regulariter obtentis non priuatur iuxta gloſſam in Clement. 1. §. *ipſius de pœnis* & ibi Zabarel. Imol. & Bonif. Vital. *numer. 54.*
5 § Sicut etiam videmus, filios ob crimen læſæ Maieſtatis commiſſum à parentibus non priuari beneficiis obtentis eo tempore, quo pater ſcelus perpetrauit iuxta gloſſam *in cap. ſatis peruerſum, 56. diſtinctione,* quam ſequitur Roman. *ſingul. 685.* dicens idem eſſe ſiue ſit crimen læſæ Maieſtatis ſecularis, ſiue Eccleſiaſticæ. Quamuis hoc gloſſæ teſtimonium commodè adduci pro hac opinione non valeat, quippe quæ expreſſim loquatur in crimine læſæ Maieſtatis ſecularis & vtatur ea ratione: quia Princeps ſecularis non poteſt propriis legibus Clericos punire, coſvè priuare Eccleſiaſticis dignitatibus, vt in propoſito perpendunt Imol. Henrich. Abb. & Hippolyt. quos refert & ſequitur D. Couar. *d. num. 4. verſic. hæc vero gloſſa.* Sed nihilominus noſtra verior opinio in ſpecie noſtræ quæſtionis aduerſus primam partem tenenda eſt per prædi. quam in terminis probant Anton. de Butr. & Panormit. *in cap. vergentis, de hæreſ.* Gundiſalu. à Villadieg. *de hæreſ. quæſtione 23. num. 2.* & Repertorium Inquiſit. *verbo filij.* Couar. *lib. 2. var. reſolut. cap. 8. num. 4. verſiculo, contrariam ſententiam,* D. Simanc. *de inſtitutione Catholic. tit. 29. num. 20.* Didac. Perez *in l. 1. titul. 7. lib. 8. ordin. pag. 197. col. 1. in principio:* & hanc ſequitur Decian. ſibi contrarius *vbi ſup. dicto numer. 4. verſiculo, limit. 7.* Iulius Clarius *in §. hæreſis, verſiculo, item clericus,* vbi quod hæc opinio mitior atque benignior eſt, & Salced. in addit. ad Bernard. Diaz *in practic. crimin. cap. 114. in nouis, littera A. verſiculo quinimo:* qui duo vltimi referunt Simanc. *dicto tit. 29. num. 7.* dicere pia & benigna interpretatione receptum eſſe, quod neque per ſententiam priuentur, & Salced. addit. Simancam aſſeuerate ita pronuntiatum fuiſſe per Inquiſitores Valliſoletanos, neutrum tamen apud Simanc. inuenio *dicto num. 7.* nec 20. quo loci eum pro hac parte citauimus. Eandem ſententiam veriorem ſequitur alios allegans aduocatus Polo in ſua prima iuris allegatione pro D. Petro Ponce de Leon, *fol. 47. col. 2. & fol. 97. col. 1.* & ante eum Hoxeda *de benef. incompatib. cap. 23. num. 100.* & ſequitur alios allegans Inquiſitor Param. *de origin. & progreſſ. offic. Sanctæ Inquiſitionis lib. 3. de accuſ. in cauſ. fid. quæſt. 9. num. 203. cum ſequentibus, pag. 83. cum ſequenti:* & eam latè iure probat & multo probabiliorem affirmat Thom. Sanch. *in ſua Summa lib. 2. cap. 18. numer. 26.* & præcipuè *num. 28.*

7 Sic etiam licet filij hæreticorum admitti non debeant ad nouos honores & dignitates, non tamen priuantur habitis, aut his ad quas ſibi ius quæſitum eſt ex diſpoſitione aſcendentium, qui ante crimen patris deceſſerint, vt latè probat D. Brunel. Conſiliarius Regius Italiæ in ſua allegatione iuris impreſſa in fauorem D. Petri Ponce de Leon ann. 1594. *fol. 98. verſiculo, hoc autem præſuppoſito, cum ſequentibus,* & aduocatus Polo *vbi ſupra.*

7 Nec obſtat textus in dicto *cap. fœlicis, §. quod ſi quis, de pœn. in 6.* pro contraria parte expenſus: quia non ſequitur, maiora & grauiora crimina eſſe vindicanda maioribus, aut ſaltem eiſdem pœnis quibus minora: ſæpè enim Reſpublica minora crimina variis ex cauſis maioribus pœnis inſequitur ob euitandam delinquentium audaciam, vt reſpondet Couar. *vbi ſupra.* In pœnis itaque non licet arguere de minori ad maius, ſed ea pro vnoquoque delicto imponenda eſt, quæ in ſpecie inuenitur iure impoſita, aduocatus Polo alios allegans *vbi ſupra, fol. 50. col. 1. verſic. lo ſegundo,* & Brunel. *latè ibi fol. 60. col. 2.*

8 Ex qua opinione veriori tenēda infertur, filios hæreticorum minimè priuari nobilitate ſanguinis, vel antiquo parentum priuilegio, ad eos deriuata, vel deriuato. Licet enim minoribus beneficiis habeantur indigni, & paterna infamia notentur, omnibuſque honoribus priuentur, ac proinde in eis locum habeat diſpoſitio noſtrarum legum & iuris Canonici; nihilominus ea, quæ non à patre, ſed à maioribus proueniunt, non auferuntur à nepotibus & aliis deſcendentibus propter patrum ſuorum crimina *l. quiſquis, §. 1. C. ad legem Iul. Maiſ. l. 3. ff. de interdict. & releg.* & illic Bart. Ioann. Lup. de regn. Nauar. *p. 5. §. 6. cum ſequentibus,* Dec. *conſil. 318.* Igneus *in l. 3. §. fin. & in l. vltim. ff. ad Sylan.* ita probat Otalor. *in 4. p. de nobil. cap. vltim.* & Simanc. *dicto tit. 29. num. 18.* vbi quod hæc ſententia eſt verior, & quod hoc iure vtimur, quia non inueniuntur aliqua lege nobilitate iſta priuati, nec leges pœnales extendendæ ſunt, ſed reſtringendæ.

SVMMARIVM.

1 *Filij Catholici hæreticorum an priuentur ſucceſſione aut vocatione ſuorum maiorum? & numeris ſequentibus per totam quæſtionem. Et procul dubio non priuantur, quando pater nunquam ſucceſſit in illo iure, vt in n. 12.*

3 *Maioratus dicitur dignitas.*

7 *Quilibet vocatus ad maioratum habet ſuam propriam vocationem & ſubſtitutionem. Et primo vocatus debet præferri poſtea vocatis. Quod procedit etiam in primogenio in teſtamento inſtituto, vt in num. 8. & à fortiori in iure acquiſito per contractum: quia illud non abſtulit lex quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt. nec lex Regia, vt in n. 9.*

10 *Iura prouenientia ex contractu oriuntur ex iure gentium, atque illa nemini auferuntur.*

11 *Filij emancipati non priuantur bonis à patre eis donatis, ante quam crimen læſæ Maieſtatis committeret.*

13 *Filius quando non agit de ſuccedendo patri, ſed auo vel agnato tranſuerſali, delictum patris nullo modo præiudicat filio quoad feudi ſucceſſionem.*

14 *Praxis huius quæſtionis in cauſa Comitatus de Baylen refertur, ſententia lata in Conſilio ſupremo Regali.*

15 *Iuriſdictio & dignitas Ducatus, Comitatus, &c. obtineri non poteſt per infames, & ſic per filios hæreticorum.*

*An filij hæreticorum Catholici priuentur ſucceſſione, aut vocatione bonorum ſuorum maiorum.*

## QVÆSTIO LIV.

QVÆRO circa prædicta an filij catholici hæreticorum priuentur ſucceſſione defe- 1
renda, vel delata ex fideicommiſſo, vel maioratu ab auo, proauo, vel aliis maioribus relicto, vinculo vel maioratu bonorum inſtituto cum vocatione deſcendentium, collateralium, & aliorum conſanguineorum ſuorum? Et in hoc partem affirmatiuam, nēpe quod filij hæreticorum non ſolum priuentur ſucceſſione paterna, ſed etiam auita, imò & agnatorum & cognatorum, tenuerunt Cyn. *in l. quiſquis, §. filij, C. ad legem Iul. Maieſt.* Ancar. *in cap. ſtatutum el ſegundo num. 2. de hæret. in 6.* Zanchin. *de hæret. cap. 18. num. 2.* Angel. *in l. C. de hæred. inſtit.* vbi Corn. *num. 11.* Henrich. Boi. *c. vergentis, col. fi. de hæret.* Decian. *1. tom. tract. crimin. lib. 5. cap. 45. num. 12.* & de filiis & aliis domeſt. hæreticorum Pelaez *de maiorat. 2. p. quæſt. 4. in 2. illatione:* & in terminis maioratus inſtituti in teſtamento hanc partem tenet & probat Greg. Lop. *in l. 2. tit. 2. partitâ 7. in gloſſa las mandas, verſiculo, ſi vero talia bona,* dicens ſecùs eſſe in primogenio inſtituto ex contractu.

Quæ ſententia in primis probatur ex eo, quod 2
licet argumentari à crimine læſæ Maieſtatis humanæ ad crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ cap. cum ſecundum leges *de hæret. in 6.* vbi Doctores; at filij committentium crimen læſæ Maieſtatis humanæ priuantur omni ſucceſſionis commodo *d. l. quiſquis, §. filij, cap. ſi quis cum militibus, 6. q. 1. cap. vergentis de hæret. in 6.* & vtrobique omnes: ergo, &c.

Secundo eadem affirmatiua ſententia probari 3
videtur ex noſtra leg. 3. *hoc tit. 3. lib. 8. nou. coll. reg.* in qua ſtatuitur, quod Eccleſiæ reconciliati propter hæreſim, necnon & filij nepoteſque per lineam maſculinam eorum, qui ob hanc cauſam combuſti ſunt, non poſſunt eſſe Conſiliarij, neque Auditores Cancellariarum, nec pariter habere poſſunt alia officia de quibus in hac l. agitur, ſub pœna contra illos comminata, qui cùm priuatæ eſſent perſonæ officia vſurpant: ergo ſunt inhabiles & infames ad honores & dignitates, officia publica & beneficia, iuxta diſpoſitionem textus *in c. 2. §. filij, & d. c. ſtatutum el ſegundo,*

Tertio, quia maioratus dicitur dignitas, vt ſcribunt poſt alios D. Couar. *lib. 3. variar. reſol. cap. 5. num. 5. verſiculo ſexto, & lib. 1. cap. 15. num. 14. propè fin.* & alij plures, quos refert licet eos non ſequatur Molin. *lib. 1. de Hiſpan. primog. cap. 13. num. 1.* & Burg. de Paz *in 1. p. quæſtionum ciuil. quæſt. 5. n. 1.* & ad dignitatem non admittuntur hæreticorum filij ob infamiam, quæ à dignitatibus excludit, *c. infamibus, de reg. iur.*

Hæc & alia adduci poſſunt pro hac parte, præcipuè ſi maioratus haberet vaſſallos cum iuriſdictione, vel etiam titulum dignitatis, Ducatus, Comitatus, vel Marchionatus & ſimil. etiam in conſequentiam & cohærentiam territorij, per iura ſupra allegata.

Sed nihilominus in ſpecie quæſtionis noſtræ 4
in principio propoſitæ, ſemota iuriſdictione & tit. dignitatis prædictæ, ſed ſtando in terminis maioratus

maioratus antiqui non habentis aliquam dignitatem annexam verior eſt contraria ſententia: tum ex dictis in calce quæſtionis præcedentis, nempè quod ea,quæ non à patre ſed à maioribus proueniunt, non auferuntur à nepotibus & aliis deſcendentibus propter patrum ſuorum crimina *l. quiſquis, §.1. C. ad legem Iul. Maieſt. l. 3. ff. de interd. & releg. cum ſimil.* Tum etiam ex *l. iura libertorum de iure patronat. & l. eorum, ff. ad legem Iul. Maieſt.* nonobſtantibus reſponſionibus eiſdem aſſignatis ne probent hanc ſententiam à quibuſdam aduocatis tenentibus priorem, à quibus eadem iura vt hanc ſecundam fortiſſimè probent defendit Brunel *vbi ſup. fol. 90.*

5 Sed & tertio eadem ſententia negatina potiſſimum ex eo probatur, quod filiis hæreticorum ob parentum ſuorum crimina non auferuntur ea, quæ proueniunt ab antiquis aſcendentibus maioribus, vt in prædictis iuribus. Cùm enim hæc ſucceſſio vere & propriè proueniat, atque pendeat ex diſpoſitione & fundatione primi inſtitutoris, eo ipſo quod primogenitus naſcitur ſtatim eidem cum iure primogenituræ ſpes quædam certa atque incommutabilis, ac ius ſuccedendi in habitu ad maioratus ſucceſſionem ſuo loco & tempore acquiritur, vt opinantur Oldrad. *conſil. 214. num. 27. cum ſequentibus*, Alber. *in proem. ff. vel. §. diſcipuli, n. 22.* & Paul. de Caſtr. *conſ. 164. col. 4. num. 4. in vltimis verbis, lib. 2.* Abb. *conſ. 85. num. 2. lib. 2.* & ante eos Bart. à quo ipſi acceperunt, *conſ. 59. num. 3. lib. 2.* Decius *conſ. 498. n. 19.* Pariſ. *conſ. 72. num. 4. lib. 4.* Socin. Iun. *conſil. 108. num. 3. lib. 2.* Alciat. *reſponſ. 585. num. 7.* cum aliis, quorum meminit D Molin. *lib. 1. de primog. Hiſpan. cap. 1. num. 17. & lib. 3. cap. 6. num. 37.* & Brunel. *vbi ſupra fol. 93. & 94. col. 1.* vbi etiam quod pariter vocatis ſub conditione ea pendente dicitur ius quæſitum, vt ibi latè probat: ſequitur etiam ibi aduocatus Polo *fol. 43. col. 2.* vbi alios

6 allegat. ¶ Quod ius etiam alio poſſidente formatum & conſiderabile nulla lex de crimine læſæ Maieſtatis loquens filio auferre voluit, nec debuit, quia ius illud prouenit non ex diſpoſitione legis vt aliæ ſucceſſiones hæreditariæ, ſed ex fundatione teſtatoris, vt in terminis conſiderat Anton. Gomez *in l. 40. Tauri num. 91. verſic. 3. non obſtat*, Molin. *lib. 4. de Hiſpan. primog. cap. 11. n. 52.* & cùm conſiſtat in bonis, ac rebus à maioribus vltra patrem & auum prouenientibus, non vero conſiſtat in honoribus, beneficiis Eccleſiaſticis, nec officiis publicis, merito vt illis priuari non debeant prædicti filij hæreticorum. Quod & voluit Angel. *in dicta l. quiſquis, col. 1. ad fin. verbo, proximorum* quatenus inquit illud, quod ibi dicitur filios committentium crimen læſæ Maieſtatis priuari ſucceſſione proximorum, accipi debere ex teſtamento, quaſi ſentiat omnem aliam ſucceſſionem, quæ ex antiqua ſucceſſione proueniat, prohibitam non eſſe, vt clarius aduertit Boher. *deciſ. 6. num. 7.* dum dicit, dictam *l. quiſquis* priuantem filios ſucceſſione intelligi de poſt aduenientc, non vero de ſucceſſione ante crimen commiſſum delata. Et in terminis dictæ legis quiſquis expreſſe id decreuit Anton. Contius *in eius repetitione, verſiculo, omnium proximorum pag. 45.* dicens quod filij eius, qui crimen læſæ Maieſtatis commiſit, non amittunt ſucceſſionem eorum bonorum, in quibus iam ante patris reatum fuerat ſpes eis quæſita ex fideicommiſſo, necnon & Menoch. *conſ. 99. num. 218. cum ſequentibus lib. 1.* poſt Corraſ. *in l. filiam, ff. de Senat.* quod & ſenſit *dicta lib. 2.* ibi: *Ni puedan heredar à pariente que ayan, ni à otro eſtraño que les eſtablieceſſe por herederos, ni puedan auer las mandas que les fueren fechas*, dum loquitur in ſucceſſione hæreditatis & obtentione legatorum poſt crimen delatis. Extendendum igitur hoc non eſt ad antea competentia, prout in terminis probant latiſſimè plures alios authores allegantes aduocatus Polo in ſua prima iuris allegatione pro D. P. Ponce de Leon impreſſa ann. 1594. *fol. 44. per totum cum ſequentibus*, & D. Brunel. in alia ſua iuris allegatione pro eodem ibidem coniuncta, *fol. 88. colum. 2. cum ſequentibus, & fol. 90. col. 1.* vbi dicit indubitatum, & *fol. 91. per totum, & fol. 92. col. 1.* vbi ad ſaturitatem, & optimè D. Molin. *vbi ſupra dicto lib. 4. cap. 11. num. 50. cum ſequentibus*, & comprobat latè Proſper. Farin. *lib. 1. queſt. crimin. quaſt. 25. n. 76. & 77.* & ante eos D. Simanc. *de inſtitut. Catholic. tit. 19. num. 19.*

Quæ ſententia veriſſima, communis & tenen- 7
da comprobatur, quia tot cenſentur inſtitutiones & vocationes ad maioratum, quot ſunt perſonæ, & ſic quilibet habet ſuam propriam vocationem & ſubſtitutionem, & primus vocatus debet præferri poſtea vocatis, vt tenet Paul. Caſtrenſ. *dicto conſil. 164. num. 6. in verſiculo, item non obſtat*, Abb. *dicto conſil. 58. num. 5. & 6.* & alij plures à nobis relati *conſil. 13. numer. 9.* ergo vnius delictum alteri præiudicare non poteſt, vt ſcribit in ſpecie Bald. *in cap. num. 3. ſi vaſſal. feud. priuetur, & in cap. 1. de vaſſall. qui contra conſti. Lothar.* &c. ſequitur Curt. *in tract. feud. p. 5. verſic. limitate*, vbi alios refert Thom. Marin. *in tract. feud. titulo de feud. ex pacto & prouident. antiq. num. 90. & 91.* Socin Sen. *conſil. 38. num. 3. lib. 4.* Ruyn. *conſil. 149. num. 14. lib. 2. & conſ. 117. num. 19. lib. 3.* Gozad. *conſ 84. num. 19.* Zaſ. *de feud. ſub Rubrica de amiſſione feud. n. 102.* & optimè in propoſito Paul. de Caſtr. *conſil. 311. num. 3. lib. 1.* vbi quod quando prima inueſtitura fuit facta expreſſe pro ſe & liberis & deſcendentibus, tunc quilibet ex magis vltimis deſcendentibus cenſetur potius habere ab auo, ſeu primo inſtitutore quam à patre ſuo immediato, qui non fuit primo inſtitutus, & ideo delictum patris, à quo nec habet nec habere cenſetur, non nocet ſibi, nec poteſt vel debet eſſe cauſa auferendi à filio quod ab eo non habet, ſed ab alio, vbique citat ad hoc Cyn. & alios idem Paul. *in l. adoptiuum, §. patrimum, num. 4. ff. de in ius voc.* & ibi Fulgoſ. *num. 6.* Ancar. *in c. 1. num. 5. in principio de nat. ex lib. venter.* Bald. *in l. 1. num. 5. 6. & 7. C. de bon. lib.* & in lege duodecim tabularum, *num. 2. C. de legit. hered.* Abb. *conſil. 13. queſtione 7. lib. 2.* Platea *in l. paterna, num. 2. verſic. & hec faciunt, C. de Decur. lib. 10.* Molin. *in conſuet. Pariſ. 1. p. §. 10. n. 133.* Ioan. Igneus *in lege fin. num. 31. ff. ad Sylan.* dicens quod tunc filius non ſuccedit tanquam ipſe, id eſt patris ſui hæres, ex ſubſtitutione aui, & proaui, ſed tanquam quilibet alius habens acquirendi poteſtatem, vt in ſimili inquit Conſultus in lege ſi pater famil. *ff. de adopt.* & probant latè cum ſupradictis & aliis aduocatus Polus, & Brunel. *vbi ſupra.* Quæ omnia eorumque rationes idem concludunt ac militant in filiis Catholicis hæreticorum, & ſic in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, prout in terminis vnico verbo ſignificauit Calder. *conſil. 3. titulo de heret.* dum aſſeuerat, opinionem pro filiis ante hæreſim natis maximè procedere in his, quæ à patre non proueniunt, ſed ſunt omnino extrinſeca, id quod probant etiam communiter Doctores ſupra citati.

Et ſuperiora procedunt etiam in primogenio 8
ex teſtamento inſtituto, vt aduerſus Greg. Lopez *vbi*



*vbi ſupra*, fundat & probat & tenet D. Molin. *dicto lib. 4. cap. 11. num. 51. cum ſequentibus*, & latius cum eo increpans Gregor. Lopez *vbi ſupra*, contrarium tenentem D. Bruñol *vbi ſupra, fol. 95. col. 1. verſiculo, nec obſtabit authoritas* Greg. Lopez *& fol. 96.*

9 Sed à fortiori procedunt in iure acquiſito per contractum, quod nullo modo ſuſtulit *l. quiſquis nec dicta l. 2. tit. 2. partita 7.* vt reſoluit in ſpecie Greg. Lopez ibi in gloſſa *las mandas, col. penult. in fin.* ibi, *peruenerunt ex titulo donationis inter viuos*, & ſequuntur D. Molin. *vbi ſupra dicto n. 51. cum ſequentibus*, & Bruñol etiam *vbi ſupra*, & hoc idem probat latiſſimè iure & authoritate quamplurium Doctorum aduocatus Polo *vbi ſupra, fol. 46. columm. 1. verſic. qua omnia, col. 1. & 2.* & Menoch. ibidem *in ſua iuris allegatione, fol. 74. col. 1. verſ. 4. ſuffragatur.*

10 Iura namq; prouenientia ex contractu oriuntur ex iure gentium, atque ideo nemini auferuntur, vt tradit Bart. *in l. quidam ſerui* per textum ibi, *ff. de pœn* & leges pœnales de teſtamentis loquentes ad contractus non extenduntur, teſte Bald. *in l. teſtamentum idec, num. 5 de teſtamentis.*

11 ¶ Hinc eſt, vt filij emancipati non priuentur bonis eis donatis à patre antequam crimen læſæ Maieſtatis committeret *l. ſi quis poſthac, §. 1. C. de bon. proſcript.* notat gloſſa *in dicta l. quiſquis, §. emancipationes, verbo, non valeant.* & ibi Cyn. *num. 1. verſic. ſeptimo nota, & num. 5. verſic. prateraa*, Salicet & Faber. *ante fin.* ergo à fortiori non debent priuari donationibus ſibi factis à maioribus, & in quibus habebant ius quæſitum & formatum, antequam eorum pater crimen committeret.

12 Similiter permaximè & proculdubio ſuperiora procedunt, ſi pater crimen committens nunquam ſucceſſit in illo iure, fideicommiſſo, vel maioratu, & ſic eius filius non agit de ſuccendendo patri, quia ipſe nunquam ſucceſſit, ſed auo, vel alij tranſuerſali agnato vt in terminis in filio nato ante crimen læſæ Maieſtatis patris probauit Matth. de Afflict. *cap. 1. verſic. in gloſ. 3. num. 16. que ſit prima cauſ. benef. amitt. in vſibus feud.* & latè plures allegans aduocatus Polo *vbi ſupra, fol. 47. verſic. y eſtas doctrinas*, & Bruñol ibi, *fol. 65. columm. 2. verſiculo prædict.* & iterum *fol. 92. col. 1. ad fin. & col. ſequenti.*

13 Et generaliter quod quando filius non agit de ſuccedendo patri, ſed auo, vel agnato tranſuerſali, quod delictum patris nullo modo præiudicet filio, quoad feudi ſucceſſionem tradit Bart. *in l. 3. num. 2. verſiculo, ſi non eſſet queſitum, ff. de interd. & releg.* Corraſ. *in l. emancipatum, §. ſi quis patrem, num. 4. in fin. ff. de Senat.* Petr. Coſtal. *in eadem l. emancipatum ad fin.* Zaſius *de feudis*, 10. *p. num. 40. verſiculo, quoad delicta vel offenſas*, Iacob. de Sancto Georgio *in inueſtit. feud. verbo delique vaſſalli, num. 60.* Lanzelot. Galiaul. *in lege Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 6. ff. de lib. & poſthum.* & alij plures, quos refert Petr. Ducñ. *in regula 346. numer. 5.* Andr. Gail. *lib. 2. de pace publica, cap. 15. num. 25.*

14 Et ita prædicta & alia plura adducta per præcitatos conſulentes in ſuis iuris allegationibus pro d. D. Petro Ponce de Leon ſuper cauſa ſucceſſionis maioratus & Comitatus de Bailem, in Conſilio ſupremo Caſtellæ iampridem fuit pronuntiatum in fauorem D. Pet. Ponce de Leon ſibi per contractum tranſactionis prouenientis à maioribus ſuis, ac delatæ poſt mortem patris ſui, qui ob crimen hæreſis fuit combuſtus, cùm ipſe filius ante fuiſſet natus, dempta dignitate Comitatus eiuſque iuriſdictione. Hi namque tanquam dignitatibus fuit priuatus propter infamiam ex regula iuris vulgari, vt patet ex tenore ipſius ſententiæ, quæ eſt impreſſa poſt dictas iuris allegationes: *Por la qual ſe mandò, que al dicho don Pedro Ponce de Leon le fueſſe dada la tenuta, y poſſeſſion de los bienes ſobre que auia ſido el pleyto, con que el dicho don Pedro Ponce de Leon no ſe intitule, ni llame Conde de Baylen, ni vſe ni exerça la iuriſdicion de la dicha villa por ſu perſona, ſin licencia y orden de ſu Mageſtad. Y fue dada eſta ſentencia definitiua por los Señores de Conſejo Real en Madrid à 10. dias del mes de Enero de 1594. años, y eſtà la original en el oficio del Secretario de Ioan Gallo de Andrada.*

Quamnis igitur iuriſdictio & dignitas Duca- 15
tus, Comitatus, vel Marchionatus & ſimil. in conſequentiam ſucceſſionis bonorum quibus cohærent videbantur tranſire in infamem, vt latè iure comprobat cum Bald. *in l. 1. num. 1. C. de ſecund. nupt.* & aliis D. Molin. *lib. 1. de Hiſpan. primog. cap. 13. num. 13. cum ſequentibus*, & Bruñol *vbi ſupra fol. 98. cum ſequentibus*: nihilominus verius eſt ac proinde tenendum, iuriſdictionem nec prædictam dignitatem principaliter incidenter, nec in conſequentiam poſſe obtineri per infames, & ſic per filios hæreticorum, vt tenet & probat Gregor. Lopez *in dicta l. 2. tit. 2. partita 7. in gloſſa Las mandas que le fueren fechas, verſiculo & pro reſolutione:* & denique eam ſequi videtur idem Molin. *dicto lib. 4. cap. 11. num. 54.* & expreſſe Didac. Perez *in l. 1. tit. 7. lib. 8. ordin. pag. 199. in fin.* vbi in terminis tenet, quod filij proditoris non venient ad iſtam, ſcilicet, iuriſdictionem & dignitatem Ducatus, Marchionatus, Comitatus, vel huiuſmodi, ſed ille qui fuerit pronepos, & ſic poſt ſecundam generationem per lineam virilem, vel collateralis in defectum deſcendentium ad maioratum vocatorum.

His ſic recte conſtitutis & reſolutis non obſtant fundamenta ſupra adducta pro priori parte in principio quæſtionis: quia eis ſufficienter ſatisfaciunt prædicti conſulentes, & præcipuè noſtræ *leg. 3. tit. 3. hoc lib. 8. nou. collect. reg.* nempè: quod in d. l. nihil diſponitur de hæreditatibus & aliis ſucceſſionibus, in quibus verſatur noſtra quæſt. & ideo nihil obſtet in propoſito, præterquam quod eadem lex non trahitur ad ius quæſitum aliter quam ex facto patris per ſupradicta, cum aliud ſit tollere ius quæſitum, aliud tollere quærendum.

Et poſt hæc ſcripta plurima in prædicta quæſtione congerit Thom. Sanch. *in ſua Summa l. 2. cap. 30. per totum*, qui eſt videndus quoties opus fuerit.

## SVMMARIVM.

1 *Legis 3. & 4. tit. 3. lib. 8. noua collect. Reg. prohibentium reconciliatis eorumque filiis & nepotibus officia publica intellectus & numeris ſequentibus, præcipuè n. 6. & 7.*

3 *Graduum differentia inter deſcendentes ex linea virili heretici vſque ad ſecundum gradum, & fœminine vſque ad primum, ad non obtinenda beneficia publica.*

4 *Hæreticus ad hoc vt quis dicatur conſummatus tria requiruntur, de quibus hic & n. 5. infertur ex hoc, quod in eo habetur.*

Circa

*Circa intellectum verborum legis 3. & 4. tit. 3. lib. 8. collect. Reg. prohibentium reconciliatis eorumque filiis & nepotibus officia publica.*

## QVÆSTIO LV.

1 QVÆRO circa eaſdem leges Regias, dum prohibent, *que los reconciliados por el delicto de la heregia, ni los hijos y nietos de quemados, y condenados por el dicho delicto haſta la ſegunda generacion por linea maſculina, y haſta la primera por linea femenina, no puedan tener oficios Reales publicos de honra, &c.* de intellectu horum verborum?

2 In quo illud proculdubio planum eſt, nempè, eas procedere in filiis hæreticorum in ſua pertinacia decedentium; ſecus verò illorum, quos emendatos eſſe conſtiterit, ac reincorporatos vnitati Eccleſiæ, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe, quam ipſi vel iam perfecerunt, vel humiliter proſecutioni eius inſiſtunt, vel parati fuerunt ad recipiendam eandem. Horum enim filij etiam poſt crimen hæreſis nati incapaces minimè ſunt beneficiorum, nec officiorum publicorum, vt expreſſe deciſum extat *in cap. ſtatutum el ſegundo, §. hoc ſane, de hæret. lib. 6. Rojas alias* allegans *de hæret. 2. p. aſſertione* 42. *num.* 337. & hoc benigna interpretatione legumlatoribus placuit, vt inquit D. Simanc. *de inſti. Cathol. tit.* 29. *num.* 15. & cum eo Igna. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz *in practic. crim. can. cap.* 23. *in nouis ſub num.* 22. *verſ. id tamen*, ¶ vbi aſſignat rationem differentiæ gra-
3 duum prædictorum inter lineam virilem & fœmininam: vel quia deterior eſt infectio viri quam fœminæ; maiori enim bono maius malum opponitur, ſicut Ariſtot. docet *lib.* 8. *Ethic. capit.* 10. quoniam præſtantior eſt ſexus mas quam fœmina, & primæ cauſæ efficienti propinquior, vt ait Philo, *lib. de victimis*, nam quidquid fœmineum eſt imperfectum cenſetur, & ſubditum vt putatur magis quàm agat: vel quia quemadmodum familiæ dignitas, nobilitas, & honores deſcendunt in poſteros à ſexu virili, ſic ex contrario longiorem iacturam in eiſdem ſoboles pati debeat pro delicto paterno.

4 Quæ declaratio noſtrarum legum etiam comprobatur ex textu, *in cap. dixit Apoſtolus ibi*: Qui errant & parati ſunt corrigi nequaquam inter hæreticos ſunt computandi, & *in cap. qui in Eccleſia* ibi, ſua peſtifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hæretici ſunt, 24. *quæſt.* 3. *in cap. ferrum* 50. *diſt.* ibi: quia iam incipit eſſe quod non fuit. Tria enim concurrere debent ad hoc vt quis dicatur hæreticus conſummatus. Primum falſa credulitas ex parte virtutis animæ, ſiue potentiæ rationalis. Secundum peruerſa voluntas in concupiſcibili. Tertium impugnationis pertinacitas ex parte iraſcibili, vt tradunt DD. Paul. Grilland. *in tractat. de hæret. cap.* 1. *n.* 5. Alphonſ. à Caſtr. *lib.* 1. *de iuſt. hæret. punit. cap.* 7. *verſi. hæretici aſſerentes*, &c. Simanc. *de inſtit. Cathol. tit.* 30. *num.* 3. Rojas *de hæret. vbi ſup. aſſert.* 45. *num.* 363. Ægid. Boſſius *in ſua practic. crimin. tit. de hæret. in princ.* Iulius Clar. *§. hæreſis verbo, ad hoc* Alphonſ. Guer. *in Theſaur. Chriſtian. relig. tit. de hæret. n.* 2. & diximus latius *ſup. alia quæſt.*

Ergo ſi lapſus ſemel in hæreſim ad fidem Catholicam reuertatur, vnitatique Eccleſiæ ſit reincorporatus, & pro culpa prædicta ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam receperit atque perfecerit, vel humiliter eius proſecutioni inſiſtit, vel paratus fuit ad eam recipiendam, iam amplius hæreticus dici non valet, ac proinde eorum filij, ac nepotes ſub prohibitione noſtrarum legum minimè continentur, vt iure probat latiſſimè licenciatus Polo aduocat. in ſua allegatione iuris pro D. Pedro Ponce de Leon *ſobre el Condado de Baylen*, impreſſa ann. 1594. inter alias iuris allegationes diuerſorum pro eodem, *fol.* 5. *cum ſequentibus*: & ante eum eamdem principalem ſententiam, & intellectum ad noſtras leges Regias tenet, probat, ac conſtanter ex pluribus defendit Nauar. in ſuo conſil. manuſcrip. pro nobilibus Sotelis Zamoren. hodie impreſſo *por allegacion de Derecho en fauor del dicho D. Pedro Ponce* inter alias iuris allegationes diuerſorum pro eodem, *fol.* 80. *col.* 1. *cum ſeqq.* vbi optimè exponit intelligit, atque declarat noſtrarum hanc l. Regiam, ne obſtet ſupradictis in ſua generalitate, nempe, *que inhabilita à los miſmos reconciliados: pero no à ſus hijos: porque no dize à los reconciliados ni ſus hijos, ſino ſolamente los reconciliados, ni los hijos de los condenados, ſignificando claramente que otra coſa ſe ha de dezir de los hijos de los reconciliados: y que cauſa de auer parecido lo contrario à algunos à ſido el auer leydo de corrida las dichas prematicas, y como hablan de los reconciliados, y de los hijos de los condenados, auerſe los figurado que hablan de los reconciliados y de los hijos, y no mirar que hablan de los reconciliados, y de los hijos de los condenados, y no penſar que entender los de otra manera es dezir que la moderacion del Papa Bonifacio en el dicho cap. ſtatutum el 2. nunca auria lugar, ni conſiderar quanto mas razon ay de incluyr à los miſmos reconciliados que à ſus hijos inocentes: y que dezir lo contrario ſeria dezir que los Reyes Catholicos quiſieron derogar à aquella muy ſancta declaracion del Papa in d. cap. ſtatutum, que declaro que los inocentes no pidieſſen ſus honras por el pecado de ſus padres, quando ſe conuirtieſſen, y no murieſſen herejes peſtinates, lo qual ſus Altezas no auian de querer hazer en manera alguna, tanto por el gran acato que ſiempre tuuieron à la Sancta Sede Apoſtolica, quanto por el poder ſeglar en eſta materia es menor que el Eccleſiaſtico*, vt in cap. vt offic. §. prohibemus, &c. ſtatutum el 1. de hæretic. lib. 6. *y para derogarla era meneſter poder mayor* cap. cum inferior, de maio. & obed. & Clemen. ne Romani, de electio. *Y anſi concluye que tiene por ſin duda eſta concluſion, y que por clara la tiene el D. Siman. y el Dean de Segouia, y Ioan Andr. Domin. Peruſino, y la comun in d. cap. ſtatutum el 2.* & vltra eum & ſup. allegatos eam tenent Roj. *in ſingul. fides* 66. & Grat. *in reg.* 223. *hæreticus*, & Cant. *de hæret. num.* 11. 12. *&* 13. & eos referens ſic declarans noſtram l. D. Azeu. *in d. l.* 3. *&* 4 *huius tit.* 3. *lib.* 8. *num.* 28. & eſt communiter recepta ſent. ſine contradictore aliquo in terminis præd. de ſimplici lapſo reconciliato, vt affirmat idem Lic. Polo in alia eius iuris alleg. *interp. vbi ſupra, fol.* 230. *col.* 1.

5 Neque obſtat, quod eædem ll. Regiæ loquantur de filiis condemnatorum, quos inhabilitant vſque ad ſecundam generationem per lineam maſculinam, & ad primam per lineam fœmininam: quia debent intelligi de condemnatis pertinacibus, non verò de reconciliatis & reincorporatis





poratis vnitati Eccleſiæ, & eorum filiis. Tum quia eædem ll. hoc declarant, ſi quidem, vt perpendimus, dicunt quod inhabilitant reconciliatos & filios condemnatorum, & non filios reconciliatorum, quos certum eſt, ſi vellent includere quod hoc exprimerent. Tum etiam, quia conſulto hos omiſerunt propter deciſionem Pontificiam *d. c. ſtatutum* 2. vt patet ex ſupradictis & in terminis.

7 Quod adeo verum eſſe affirmat Polo in vtroque *loco ſup. citat.* vt procedat etiam in filiis lapſorum traditorum brachio ſeculari, quia etiam in his, dummodo pœniteant & conuertantur, filiorum pœna ceſſat, & ita inquit nouiſſimè tenere in terminis. Henriq. *in ſua ſum. moral. lib.* 4. *tit. de irreg. c.* 5. *n.* 4 Eccleſia namque ad iudicandum aliquem hæreticum pro reincorporato in ſua vnitate ſolum requirit quod ſe reducat & conuertatur etiam in vltimo vitæ ſpiritu, vt probat *text. in cap. firmiſſimè, de hæret.* ibi, bis hæreticus ſchiſmaticus participabit de igne æterno, niſi ante finem vitæ Catholicæ fuerit reintegratus & reincorporatus Eccleſiæ, ad quod perpendit illum text Paul. Gril. *de hær. q.* 5. *n.* 7. *verſ. ego autem.* Quã extenſionem latius comprobare nititur Polo *vbi ſup. fol.* 6. quæ quamuis ſubtilis & colorata videtur, non ita certa eſt ſicut præcedens communis ſententia, iuxta quam reſoluimus noſtras leges Regias minime comprehendere filios ſimplicium lapſorum, reconciliatorum, & reincorporatorum vnitati Eccleſiæ *que quedan viuos imponiendoles alguna penitencia, para que la cumplan: porque entregandolos al braço ſeglar, aunque no ſean relapſos, y ſe reconcilien, y reincorporen en la vnidad de la Igleſia*, diuerſa ratio militat, vt patet ex adductis pro ſecunda opinione, in quæſt. ſtatim ſequenti. Et ideo non probo prædictam extenſionem, & ampliationem, imò non benè ſentio de ea, & contrarium ideo rectè tenet Cantera *in ſuis quæſt. crim. c.* 1. *de hæret. apoſta. &c. n.* 11. *verſ. ſed eſt dubium.*

## SVMMARIVM.

1 *Filij relapſi ad fidem iterum conuerſi an comprehendantur ſub diſpoſitione ll. 3. & 4. tit. 3. lib. 8. nou. coll. Reg.*
2 *Relapſus conuerſus ad fidem an reputetur hæreticus, & quoad quid?*
3 *Relapſus conuerſus ad fidem quis dicatur?*
4 *Hæreticum eſſet dicere, quod quis quamtumuis grauia peccata commiſerit non poſſit vſque ad mortem pœnitere, & ad Eccleſiam redire, & numer. 5. & ſeqq. vbi bene probatur, & num. 21. & 22.*
9 *Correctio legum in dubio eſt euitanda.*
10 *Extenſio legis pœnalis non eſt facienda, etiam ex identitate rationis, & etiam ſi fauor animæ verſetur.*
11 *Generalitas vnius legis diſtinguitur per aliam.*
12 *Lege antiqua loquente diſtinctè, & ſecunda indiſtinctè, per ſecundam non derogatur primæ, ſed ſecunda diſtinguitur per primam.*
13 *Verbum vniuerſale non eſt vniuerſaliter intelligendum, quando profertur in materia, quæ per alia iura, vel aliam diſpoſitionem eſſet reſtricta.*
15 *Indefinita quando æquipolleat vniuerſali, & quando non?*
17 *Relapſi ſine audientia Curiæ ſeculari traduntur, etiam ſi ſint emendati, & n. 18.*
18 *Relapſis quæ Sacramenta ſint adminiſtranda?*
23 *Filij hæreticorum poſt delictum patris nati an ex eorum culpa dicantur puniri?*

*An diſpoſitio ll. 3. & 4. tit. 3. lib. 8. nou. collect. Reg. procedat in filiis relapſi iterùm ad fidem conuerſi?*

## QVÆSTIO LVI.

QVÆRO vlterius circa eaſdem *ll.* 3. & 4. *tit.* 3 *lib.* 8. *nou. collect. Reg.* an earum prohibitiua deciſio procedat & locum habeat in filiis relapſi iterum ad fidem conuerſi? Et quidem viris grauiſſimis videtur adhuc filios relapſorum pœnitentium minime eſſe incapaces beneficiorum & officiorum publicorum ac per conſequens ipſos non comprehendi, nec intellectos eſſe ſub prohibitione Iuris Canonici, & noſtrarum legum Regiarum, nec ſubiacere earum pœnis. 1

Quamuis enim ipſe relapſus, qui ſe conuerſum eſſe dicit, reputetur hæreticus quantum adhoc vt ei non parcatur in vita temporali *cap. ad abolendam, §. illos, de hæret. c. ſuper eo, de hæret. in* 6. attamen poſtquam ceſſit Catholicus non debet reputari hæreticus, quoad alios effectus: cum enim nouiſſima iura diſponãt, quod relapſi etiam ſi conuertantur tradantur Curiæ ſeculari, nec decidant quod aliæ pœnæ, quæ imponuntur ratione hæreſis, habeant locum in illo caſu, antiqui canones reuerſis fauentes in q. præced. citati remanere videntur incorrecti quoad alias pœnas, maxime ad liberandos filios, qui cum ex alieno delicto puniantur, benigna eſt circa eos interpretatio facienda, vt in terminis probauit Dominicus de Sancto Gemin. *in cap. ſtatutum el ſegundo §. hoc ſanè, num.* 2. *de hæret. lib.* 6. quem ſequitur Repertorium Inquiſit. *Verbo, filij, §. nunc videndum, verſi. ſed circa præd.* Simanc. *de Cathol. inſtit. tit.* 29 *n.* 17. Pariſ. *conſi.* 2. *num.* 188. & 190. *lib.* 3 Quam etiam opinionem eſſe magis iuri conſonam teſtatur Hubertin. Locatus *in iudic. Inquiſit. fol.* 108. *verſi. filij, num.* 5. Villadieg. *in tract. de hæret. q.* 23. Montalu. *in l.* 2. *tit.* 26. *p.* 7. *verſi. eſt ergo concluſio*, & Decanus Segouenſ. *in tract. de hæret. c.* 18. Et eam ſequitur & probat Cantera *in ſuis quæſtionibus crimin. c.* 1. *de hæret. Apoſtat. &c. n.* 13. *pag.* 372. *cum ſequenti*, dicens ita vidiſſe pronuntiatum in Inquiſitione Conchenſi, & quod eſt verior de rigore iuris, & fundamentum contrariæ opinionis falſum, quem refert & ſequitur D. Ioan Vela *de pœn. delict. cap.* 14. *de hæret. verſi. deinde & 2. in fi. pag.* 61. *in fi.* Et hæc opinio magna veritas viſa fuit Nau. *in ſuo conſi. manuſcri.* hodie impreſſo inter iuris allegationes diuerſorum pro D. P. Ponce de Leon *fol.* 80. *col.* 2. *verſi. lo tercero ibi, mas digo*, &c. eandem dicit veriorem & maiori numero authorum comprobatam lic. Polo inter præd. iuris allegationes pro eodem D. P. Ponce, *fol.* 8. *col.* 1. *cum ſequentibus*, vbi eam late probat, & conatur reſpondere noſtris legibus, quæ contrarium videntur probare indiſtinctè in filiis condemnatorum, & iterum idem author in ſua ſecunda iuris allegatione ibid. inſerta *fol.* 230. *col.* 1. *verſ. y lo que Ioan Andres*, vbi hanc dicit magis communem opinionem, niſi fallitur profectò tanquam partis aduocatus, vt infrà dicemus.

Quæ prima ſententia ex eo quoque potiſſimum poteſt comprobari fundamento, quia reciliatorum filij non comprehenduntur ſub diſpoſitione, & pœnis noſtrarum ll. vt probauimus *q. præcedenti.* ¶ At reconciliatus dicitur qui conuer-
3 ſus fuit ad fidem & hæreſim abnegauit, licet relaxetur brachio ſeculari, quia vltimus finis Eccleſiæ eſt, vt hæreticus conuertatur, & pertinax non decedat: quare receptum eſt eum admittendum gremio & vnitati Eccleſiæ reincorporandũ ſi ſemper velit emendari, & paratus ſit recipere pœnitentiam ad mandatum Eccleſiæ etiam poſt ſententiam, vt docet Abb. *in c. excommunicamus, n.10. verſ. extra gloſſam de hæret.* Et hæc opinio eſt mitior & magis communis, vt reſoluimus *ſup. alia quæſt. ſup. ſecundam partem l.1. huius tit.* & vltra ibi citatos eam tenet etiam Franciſcus Squilac. *in tract. de fide Cathol. cap.19.* Butſat. qui plures refert, & communem eſſe teſtatur *conſ.14. n.31.* Paul. Grilland. *de hæret. q.5. n.7. verſ. ego autem,* per textum *in cap. firmiſſimè, de hæretic.* idem probat Zanchin. *de hæret. c.16. n.4.* dicens quod etiam ſi quis conuertatur poſt ſententiam, & tradatur Curiæ ſeculari, ipſa tamen Eccleſia admittit prædictam conuerſionem, & recipit ad Eccleſiaſtica Sacramenta, & abſoluit ab excommunicatione, qua hæreticus tenebatur aſtrictus *d. cap. ſuper eo, de hæret. lib.6.* optimè Syluest *in Summ. verbo, hæreſis, q.12.* ibi: Quia conuerſionem eſſe ante ſententiam vel poſt nihil intereſt, ſed dumtaxat attenditur veritas conuerſionis, quæ quocumque tempore fiat credenda eſt, & ea interueniente hæreticus reintegratur myſtico corpori Eccleſię, quod conſiſtit in Sacramentis, vt inquit Ioann. Lup. Senior *in tractat. de hæret. cap.18.* idque conſtat ex forma abſolutionis, quæ fit in huiuſmodi
4 caſibus Inquiſitionis. ¶ Et inquit Oldra. *conſil.271. in principio,* quem ſequitur Decius *conſil.137. num.2.* hæreticum eſſe, dicere quod quis quantumuis grauia peccata commiſerit non poſſit vſque ad mortem pœnitere, & ad Eccleſiam redire, & quod qui contrarium aſſerunt ipſius Eccleſiæ claues deſpicere videntur *cap. ponderet, 50. diſt.* optimus textus *in c. his qui 26. q.6.* ibi. Miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur veniæ moras conuerſio, dicente Spiritu Dei per Prophetam, *cùm conuerſus ingemueris tunc*
5 *ſaluus eris,* &c. 18. Ezech. ¶ *In quacunque hora peccator fuerit conuerſus, omnium iniquitatum, quas operatus eſt, amplius non recordabor:* & ſalutem homini adimit, qui eum ad ſubueniendum ſufficere,
6 vel in momento poſſe non credit. ¶ Vera ergo ad Deum conuerſio in vltimis poſitorum, mente potius eſt exiſtimanda, quàm tempore, vt inquit Cœleſtin. Papa *epiſt.2. ad Epiſcopos Galliæ, cap.2.* refertur *in cap. agnouimus 26. quæſt.6.* extant pulchra verba in propoſito D. Cypriani in ſermone
7 de cœna Domini in hunc modum. ¶ *Sed in eodem articulo temporis cum iam anima feſtinet ad exitum, & egrediens ad labia ſpirantis emerſerit, pœnitentiam clementiſſimi Dei benignitas non aſpernatur, nec ſerum eſt, quod eſt verum, nec irremiſſibile, quod voluntarium, & quæcumque neceſſitas cogit ad pœnitudinem, nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, neque horæ extremitas, neque vitæ enormitas excludit à venia.* Et hæc conuerſio animæ eſt, quæ reincorporat delinquentem vnitati Eccleſiæ, quamuis Curiæ ſeculari traditus fuerit, ſicut videmus contingere in cæteris delinquentibus, qui vltimo ſupplicio puniuntur, vt inquit Siman. *d. tit.19. n.17.*

Dum vero noſtra l. regia 3. loquitur *de los hijos* 8
*y nietos de los quemados y condenados por el delicto de heregia, que no puedan tener officios publicos, &c.* Videtur intelligenda *de los hijos de quemados y condenados, que ſon pertinaces herejes, pero no de los reconciliados,* vt in prima parte legis per omnia ſupradicta in præcedentibus quæſtionibus, & ne aliàs inducatur iuris communis Pontificij correctio, nempe *d. cap. ſtatutum 2. §. hoc ſane, de hæretic. in 6.* quinimo, & eiuſdem *l. in principio,* dum ſolum excludit ab officiis publicis hæreticos reconciliatos, non vero eorum filios, ſed relapſus reconciliatus eſt huiuſmodi: ergo ipſe tantum, non vero eorum filij excluduntur ab officiis publicis, & honoribus per noſtras leges 3. & 4. ¶ Quod autem cor- 9
rectio in dubio ſit euitanda *l.1. C. de inoffic. dot. cap. cum expediat, de elect. lib 6.* cum infinitis vulgaribus, & tradit Molin. *de Hiſpanor. primogen. lib.3. cap.13. numer.41.* & Mieres *de maiorat. 1. parte quæſt.1. numer.41.* & eſt commune omnium aſſertum, præmaxime, quia lege noſtra regia tertia aliter intellecta, non ſolum eſſet correctoria, ſed etiam pœnalis. ¶ Quo ca- 10
ſu etiam ſi eadem adeſſet ratio (quod negatur) extenſio non eſſet facienda iuxta gloſſ. *in Clement. ei qui, verbo eiſdem, de ætat. & qualit.* citat plures Crauet. *de antiquit. tempor. 4. p. numer.85.* Dominic. *in cap.1. de tempor. ordin. lib.6. numer.9.* vbi dicit procedere etiam ſi verſetur fauor animæ.

Nec præcedentibus obſtare videtur generalitas noſtræ leg.3. ibi, *ni los hijos y nietos de quemados, y condenados por el dicho delicto,* quæ comprehendere videntur filios & nepotes relapſorum pœnitentium, quandoquidem relapſi, vt prædiximus, non obſtante ſua pœnitentia concremantur. Nam reſponderi poteſt, quod licet lex generaliter loquens generaliter debet intelligi iuxta legem de pretio cum *ſimil. ff. de public. in rem action.* nihilominus intelligi, ac diſtingui debet per alia iura, præcipuè *d. §. hoc ſanè.* ¶ Non enim inconuenit, quod generali- 11
tas vnius legis diſtinguatur per alteram, vt paſſim videmus in iure noſtro, & ex pluribus probat Corneus *conſil.8. numer.9. lib.2. & conſ.180. numer.3. lib.3. & conſil.155. in principio, verſic. præterea lib.1.* Pariſi. *conſil.106. numer.44. lib.1. & conſil.105. numer.23. & conſil.75. numer.20. & conſil.68. numer.81. lib.4.* Socin. *conſil.119. numer.20. lib.1.* Carol. Ruyn. *conſil.2. numer.3.* vbi dicit hoc procedere, quamuis lex ſit multum præciſa; Laurent. de Pinu *conſil.4. num.31.* Molin. *lib.3. cap.7. numer.9.* & ante eos Bald. *in l. omnes populi, numer.16. column.8. verſic. tertio modo, ff. de iuſt. & iur.* ¶ Dicens quod ſi lex anti- 12
qua loquitur diſtinctè, & 2. indiſtinctè, per ſecundam non derogatur primæ, ſed ſecunda diſtinguitur per primam, refert & ſequitur Corn. *conſil.199. numer.67. lib.2.* Decius *in l. fin. num.3. ff. de edend.* Ruyn. *conſ.135. numer.7. lib.3.* Ceph. *conſil.18. num.40. lib.1.* Vincent. de Franch. *deciſ.149. num.14.* ¶ Et inquit Dominicus *conſ.91.* 13
*n.9.* quod verbum vniuerſale non eſt vniuerſaliter intelligendum, quando profertur in materia, quæ per alia iura, vel aliam diſpoſitionem eſſet reſtricta. ¶ Et inquit Oldrad. *conſ.148. num.7.* 14
nullum verbum adeo vniuerſale, aut indiſtinctum eſſe, quod ex conſideratione debitarum circunſtantiarum non debeat ciuiliter intelligi, & limitationem recipere, ſequuntur plures relati per Ioann. Neuizanc. *conſ.40. num.12,* Chacheran. *deciſ.169.*



*deciſ.169. num.9.* Ergo verba prædictæ noſtræ l. regiæ *de los quemados y condenados por el dicho delicto,* quamuis generalia & vniuerſalia, limitari, interpretari, ac intelligi debent *de los quemados y condenados pertinaces, y no de los reconcilia-*
15 *dos.* ¶ Licet enim indefinita æquipolleat vniuerſali, & comprehendat aliàs omnes caſus, non tamen eos comprehendit, quando eſt diuerſa ratio in aliquo particulari, vt tenet Dynus *in proœm. de regul. iuris lib.6. num.8.* Bart. *in l. pluribus num.6. verſic. ſed certe, ff. de legat.2. & in l. Cæſar. numer.17. ff. de public. & vectig.* & alios citans Craueta *in quodam conſilio poſito poſt deciſ.122.* Senat. Pedem. *num 8.* Sed quod ſit diuerſa ratio in filiis relapſorum pœnitentium, quàm in filiis pertinacium, eſt deciſum *in d. §. hoc ſane:* & generalitas legis ceſſante ratione reſtringitur ſecundum Abb. *conſil.44. col.3. num.3. verſ. & hoc communiter, lib.2 ſequis.* Craueta *conſi.3. in prin.* Cephal. *conſ.76. num.88. lib.1.* Syluan. *conſi.56. num.17. lib.2.* & ita Burg. de Paz *in l.2. Tauri,* dixit noſtram hanc legem idem probare quod dict. §. *hoc ſanè.* Sed & alia adduci poſſunt pro hac 1. par. in fauorem filiorum relapſorum pœnitentium, vt minimè comprehendantur ſub prohibitione noſtrarum legum regiarum; imo liberè remanere videantur iuxta diſtinctionem dicti §. *hoc ſanè.*

16 Nihilominus tamen contraria opinio aduerſus filios horum relapſorum quamuis pœnitentium & reconciliatorum, vt minimè liberentur per deciſionem dicti §. *hoc ſanè,* ſed imo comprehendantur ſub prohibitione noſtrarum legum, verior & communis eſt, ac proinde in praxi tenenda & obſeruanda, ex ſequentibus.

Primò, quia textus in dict. §. *hoc ſanè* tantum excipit filios & nepotes illorum, quos emendatos eſſe conſtiterit, & reincorporatos Eccleſiæ vnitati, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnit. receperint, &c. Itaque duo vel tria copulatiuè requiruntur & interuenire debent, 1. quod conſtet eos emendatos eſſe, 2. quod ſint reincorporati vnitati Eccleſiæ, 3. quod pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam receperint, &c. Hæc autem omnia ſemel tantum lapſis conueniunt, & ſic illis, qui vltimi ſupplicij pœnam euadunt, quia non tradantur brachio ſeculari; non vero relapſis: ergo horum filios non liberat textus ille, ſed tan-
17 tum illorum. Antecedens probatur, ¶ quia relapſi ſine audientia curiæ ſeculari traduntur, etiam ſi ſint emendati, textus expreſſus in *d. c. ad abolendam, §. illos quoque, de hæret. Illos quoque* (inquit Summus Pontifex) *qui poſt abiurationem præfati erroris, vel poſtquam ſe (vt diximus) proprij Antiſtitis examinatione, purgauerint, deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe, ſeculari iudicio ſine vlla penitus audientia decernimus relinquendos, & infra:* textus etenim clare idem probans *in cap. ſuper eo, de hæret. lib.6.* ibi: *Si deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe, ſeculari decernuntur iudicio ſine vlla penitus audientia relinquendi, quamuis eis (ſi poſtmodum pœniteant, & pœnitentiæ ſigna in eis apparuerint manifeſta) Sacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ non ſint deneganda, humiliter petita.* Ergo textus *in d. §. hoc ſanè* non loquitur in relapſis pœnitentibus, quia hi non dicuntur reincorporati vnitati Eccleſiæ, ſed tantum in lapſis ſemel, qui ſi emendati fuerint, reincorporantur eidem vnitati Eccleſiæ. Illi namque dicuntur propriè Eccleſiæ reincorporari, qui per Inquiſitores abſoluti & in gremium Eccleſiæ per debitam abſolutionem & obedientiam reducti, vt iniunctam pœnitentiam peragant, admittuntur: quod cùm relapſis non poſſit conuenire, non poterit eorum filiis accommodari diſpoſitio *d. §. hoc ſanè.*

Secundò hæc eadem ſententia probatur ex eodem §. *hoc ſanè,* dum dicitur in eo: *& pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe, &c.* quia hæc pœnitentia publica de mandato Eccleſiæ ponitur tantum lapſis, quibus remittitur pœna ignis, & vita condonatur, vt patet: quia pœnitentiam debent adimplere, vel humiliter proſecutioni eius inſiſtere, aut paratos eſſe ad recipiendam eandem, vt inquit textus in ſui fine; at relapſi ſine vlla penitus audientia ſeculari decernuntur iudicio, vt *ſupra;* ergo, conſequentia patet.

Tertio eadem noſtra & communis ſententia 18
non parum aſtruitur ex eo, quod etſi relapſis penitus non ſint deneganda Sacramenta pœnit. ac Euchariſtiæ, ſi humiliter petantur, vt in d. cap. ſuper eo inſi. (quamuis hodie de conſuetudine relapſis non datur Sacramentum Euchariſtiæ propter periculum, quod poſſet obuenire ex alteratione quam recipit relaxandus) nihilominus tamen remanent traditi, aut relicti iudicio ſeculari, vt igne ſtatim concrementur, vt in dictis iuribus, & habet communis praxis. Sicque quantum ad forum exterius remanent puniti ratione relapſiæ, vt illis ſit punitio & aliis exemplum; licet quoad forum interius, & ſic quoad Deum proſit ſibi ſua pœnitentia, & ideo eis adminiſtrari præcipitur præd. Sacrament. ſi humiliter petantur: ergo ita etiam quoad forum exterius filij eorum puniri debent infamia patris.

Quarto etiam probatur ex lit. plana noſtræ 19
*l.3.* abſque ſuppletione & ſubauditis intellectibus, nempe *in 1. par.* dum dicit, *mandamos que los reconciliados por el delicto de la heregia y apoſtaſia,* nempe de illis, qui curiæ ſeculari puniendi non relinquuntur: aliàs namque opus non erat dicere, quod hi officia publ. &c. obtinere poſſent. Patet etiam ex 2. p. eiuſdem l. ſtatim ſequenti, ibi: *Ni los hijos y nietos de quemados y condenados por el dicho delicto.* Ex hac namque coniunctione & littera patet in priori parte loqui de illis reconciliatis, qui non comburuntur, & ſic de lapſis tantum pœnitentibus: hi autem ſoli, non vero eius filij inhabiles à l. regia reddunt. ad officia publica. In 2. autem p. excludit filios & nepotes *de quemados y condenados por el dicho delicto,* non vero ipſos condemnatos, quia opus non erat eos inhabilitare, cum concremati ſint, vel cremari debeant prout hæretici lapſi pertinaces, & relapſi etiam pœnitentes. Ergo prohibitio hæc clarè comprehendit filios & nepotes, iuxta enumerationem graduum noſtræ l. vtrumque nempe lapſorum pertinacium, & relapſorum etiam pœnitentium, cùm tam hi, quàm illi comburendi ſint. Ipſos autem ſemel lapſos, reincorporatos tamen vnitati Eccleſiæ, excludit ab officiis publicis, quia viui relinquuntur cum publica pœnitentia ad mandatum Eccleſiæ impoſita: eorum tamen filij & cæteri deſcendentes minimè prohibentur à iure Canonico, nec à noſtris legibus habere officia publica & beneficia: imò expreſſe indulgetur eis vt poſſint ea habere & obtinere *in d. §. hoc ſanè,* & *in noſtra l.3. citata* idem eis permittitur, quandoquidem eis non prohibetur, ſed filiis tãtum *de quemados y cõdenados por el dicho delicto.*

Et hic eſt verus & planus ſenſus dicti §. *hoc ſanè*, & noſtræ l. Regiæ:quem & hanc ſecundam opinionem in terminis tenet gloſſa *in d. §. hoc ſanè*, verbo *reincorporatos* dicens,*quia lapſi fuerant ſim-*
20 *plicer,non relapſi*,quam ſequuntur ibi Ioan. Andr. & Francus, *n.4.* & Franciſcus Pegna in addit. ad director. Inquiſit. *in 3.p. directory, ſcholio 157.pagin.*181. tametſi fateatur eſſe grauiſſimam quæſtionem & non definitam & quod eget Pontificia declaratione:eandem ſententiam ſequitur D.Simancas ſibi contrarius *in Enchirid. titul.*63. *num.7.* prout eum refert probans etiam hanc aſſertionem Ioan à Rojas *de heret.2.p.aſſertione* 42. *num.*336. *cum duobus ſequentibus.* Et hæc opinio videtur communis & ſeruatur in practica ſecundum D. Canter. *vbi ſupra*, licet ipſe priorem ſequatur. Hanc ſecundam ſequitur etiam Iguar. Salced. in addit.ad pract.Bernardi Diaz *dicto capit.23.num.*12 melius Zanchin *de heretic.cap.*18. *num.3.& 4. part.2.* & Hoxed *de incompatib.benef. 2.part.cap.24.num.*1.Azeued.in addit. ad Curiam Piſan.*lib.1. cap.12. num.*8. prout eos refert idem *in lege 3.& 4.num.26. & 27.titul.3.lib.8. noue collect. Reg.* & nouiſſime Inquiſitor Paramus *de origin.& progreſ. offic. Sanctæ Inquiſitionis lib.3.de accuſat.in cauſis fidei,num.*206.*cum ſequenti,pag.*834.

Et hæc ſecunda ſententia meo iudicio eſt longè verior & iuri Pontificio magis conformis, & praxi recepta.

21 Quæ retenta non obſtant fundamenta contraria ſupra pro prima adducta, quia ex ſupradictis iam diluuntur: ſed nihilominus ſingulis per ordinem reſpondebimus.

Ad primum, quod habet, hæreticum ſemper eſſe recipiendum ad gremium Eccleſiæ, atque vnitati eiuſdem reincorporandum, etiam poſt ſententiam & quocumque tempore ingemuerit, miſericordiamque implorauerit, reſpondemus procedere quoad forum poli, & ſic ſaluationem animæ, & vt ei Sacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ exhibeantur, ſi fuerint humiliter petita, ſecùs quoad forum fori vt cauetur in cap. ſuper eo,*de heret.lib.6.*& conſtat ex authoritatibus *ſupra* pro contraria parte adductis. Ita reſpondet Tiber.Decian.*in 1.tom.tract.crimin.lib.5. cap.56.num.7.fol.263.col.*1.vbi citat S.Thom.2.2. *queſt.*11. *art.*4. & inquit quod Eccleſia militans ſemel tantum parcit hæreticis propter grauitatem delicti:nam ſi venia ſæpius daretur, occaſio delinquendi præberetur, & ſic tota Eccleſia conturbaretur.

22 Sed neque quoad forum fori contradicit authoritas Pauli ad Titum tertio cùm dicit, *hereticum vnum poſt primam & ſecundam admonitionem deuita*:nam vt inquit Alphonſ. à Caſtro *lib.2. de iuſta heret.punit.cap.*2.corruptè legitur;alij textus habent, hæreticum hominem poſt vnam correctionem deuita. Et præterea, quia vt ipſe Caſtro inquit, Paulus eo in loco non loquitur de illo, qui poſtquam ab aliqua hæreſi receſſit, ad illam aut alteram rediit, ſed de illo, qui in eadem hæreſi perſiſtit, quam ſemel atque iterum admonitus,ſi tamen ipſe reſipiſceret & iterũ relaberetur, quid agendum de eo Paulus non deffinit. Tertio reſpondet Decian.*vbi ſupra n.*15.quod ibi loquitur Paulus de admonitione extraiudiciali & de iudicio priuato, non de admonitione iudiciali & iudicio publico,prout nos loquimur,vt ibi latius proſequitur declarando authoritatem prædictam Pauli.

Secundum de correctione iuris vitanda etiam corruit,quia hæc materia hic non conuenit,cùm dictus §. *hoc ſanè* ſolum agat de lapſis ſimel tantum reconciliatis, vt probauimus, prout loquitur etiam lex noſtra regia 3.*in principio*,non vero de relapſis:& ſic nulla datur correctio per ſecundam partem eiuſdem legis ibi, *ni los hijos, y nietos de los quemados y condenados por el dicho delito*, dum loquitur de filiis hæreticorum pertinacium, vel relapſorum etiam pœnitentium.

Tertium de lege generaliter loquente, quod debeat intelligi & diſtingui per alias antiquas, verum eſſe fateor;attamen in ſpecie noſtra nihil conuincit:quoniam dictus §.*hoc ſanè*, non agit de relapſis pœnitentibus, ſed tantum de reconciliatis & reincorporatis vnitati Eccleſiæ, & ſic de lapſis tantum pœnitentibus,vt probauimus:ergo nulla lex antiqua,nec alia eſt,quæ filios relapſorum pœnitentium liberet à prædicta infamia & inhabilitate. Quinimò idem §.*hoc ſanè*, eos incluſos reliquit in ſua prohibitione antiqua,prout antea erant, cùm ipſos ab ea non exemerit, ſed tantum filios lapſorum pœnitentium, & noſtra lex 3 literaliter illos comprehendat, & hos, ſcilicet filios lapſorum pœnitentium non condemnat. Fit igitur ex hoc, vt idem probet noſtra lex quod dictus §. *hoc ſanè*, in eum nempè ſenſum, quod filij lapſorum pœnitentium iuxta formam textus *in dicto §. hoc ſanè*, non comprehendantur ſub prohibitione iuris, nec inhabilitentur ad beneficia Eccleſiaſtica.& officia publica, atque honores, ſed pater eorum tantum, nec non & filij hæreticorum pertinacium,vel relapſorum quamuis pœnitentium, cùm tam hi quàm illi tradantur brachio ſeculari puniendi. Meritò igitur vt eorum filij iuxta graduum diſtinctionem,de qua in his iuribus,infames ſint & inhabiles ad beneficia Eccleſiaſtica & publica officia atque honores.

Ad quartum, quod ſit diuerſa ratio in filiis relapſorum pœnitentium, quàm in filiis hæreticorum pertinacium, id negamus quoad forum exterius, vt prædiximus. Nec contrarium probat dictus §. *hoc ſanè*:quia non loquitur in filiis relapſorum, ſed lapſorum tantum, vt aperte ſupra oſtendimus.

Denique verum non eſt abſolute filios hære- 23
ticorum puniri ex alieno delicto, ſiquidem filij poſt delictum patris geniti non tam ex aliena culpa,quam ex propria puniuntur, vt ſentit Alexand.Alenſ.*in 3. parte ſua Summa, queſt.*41. *membro 4. art.*1.ibi. In peccato originali non punitur filius pro peccato alterius:ſolum enim erat vnuſquiſque noſtrum in perſona, aut ſaltem in radice,cum primus delinqueret parens, & quia ſic in illo eramus conſentimus interpretatiuè,& probat latius ex aliis nouiſſime Ceuall. *in ſuis practic. queſtionibus communibus contra communes, queſtione 653. num.6.cum ſequentibus*,& optimè Coſmas Philiarchus Piſtorienſ. Canonicus *de officio Sacerd.2.tom.lib.3.de dogmatic.fidei,c.16.pag.*491. *cum ſequenti.*

Ex quibus omnibus verè, vt præmittitur,perpenſis & recte collatis apparet clarè veritas huius ſecundæ ſententiæ communis & tenendæ, & improbabilitas contrariæ.

---

SVMMARIVM.

1 *Pœna de los ſorteros y adiuinos, y de los que vañ à ellos,& num.ſeqq.vſque in finem.*

*Sorteros y adiuinos,y de los que van à ellos:y quale ſean eſtos,y de ſus penas?per totam quaeſtionẽ.*





---

*De pœnis* de los Sorteros y Adiuinos, y de los que van a ellos.

*In l.5.6. & 7. tit.3. lib.8. noue collect. Reg.*

## QVÆSTIO LVII.

1 QVÆSTIONES in lege 5.6.& 7. loquentes *de las penas, en que caen los Sorteros y Adiuinos y los que van à ellos, y los que vſan de hechizerias y adiuinanças y agoreros, y otras coſas defendidas* poſuimus in lege 5. *tit.1.hoc lib.*8.& latiſſimè agit de hac materia per 22. capita Petr. Gregor.*lib.34.ſyntag. iuris vniuerſi*,poſt Paulum Grilland. *in tractat. de ſortileg.* & alios. Materia ſuperſtitionis hic conuenit,quam exacte declarat D.Simanc.*de inſtit. Catholic.tit.63.per totum*,à quo nonnulla breuiter deſummam.

2 Deuteronomio cap.18 legitur: *Caue ne imitari velis abominationes gentium,neque inueniatur in te qui luſtret filium ſuum aut filiam ducens per ignem, aut qui Ariolos ſciſcitetur,& obſeruet ſomnia atque auguria, nec ſit maleficus, nec incantator, neque qui Pytones conſulat, neque diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus,& propter iſtiuſmodi ſcelera delebit eos.* Somniis igitur credere ſuperſtitioſum & impium eſt: *Non augurabimini,neque obſeruabitis ſomnia,* inquit Sacra ſcriptura Leuitic.21. Eccleſiaſt.34. Diuus Thomas 2.2. *quæſtione 95. artic.*5.
3 vbi hoc intelligit de ea diuinatione ſuſcepta in ſomniis, quæ ex dæmonum reuelatione procedit, quia hæc eſt ſuperſtitioſa & omnino illicita; ſecus de illa ſuſcepta in ſomniis, quæ ex diuina ſunt reuelatione, aut quauis naturali cauſa intrinſeca vel extrinſeca,quia hæc diuinatio illicita non eſt. Somnia extollunt imprudentes, quaſi qui apprehendit vmbram & perſequitur ventum: ſic & qui attenderit ad viſa mendacia & ſomnia malefacientium.Non eſt igitur ſomnis adhibenda fides, quia vana ſunt, & ex repletione,aut vacuitate, aut ægritudine,aut illuſione dæmonum, aut ex cauſis naturalibus eorum imagines & phantaſma prouenire ſolent,Simanc.*d.c.65.n.5.*

4 Qui putant dies quoſdam fortunatos,alios infœlices eſſe hi proculdubio vehementes errant, vt probat Simanc. *dicto tit.63.n.6.* referens Beatum Auguſtinum dicentem magnum peccatum eſſe dies obſeruare, menſes & annos & tempora: ſicut obſeruant qui certis diebus, ſiue menſibus, ſiue annis volunt & nolunt aliquod inchoare, eo quod ſecundum vanas doctrinas hominum fauſta, vel infauſta exiſtiment tempora, *cap. non obſeruetis cum ſequentibus*, 26.*queſt.*7.vbi latè hoc improbatur.

5 Superſtitioſum eſt etiam ex ſyderibus & cometis, & faciebus cœleſtibus futura prædicare, quorum omnium impia temeritas coërcenda & reprimenda eſt; ſed illorum præcipue,qui omnia pendere ab aſtris, & ab eis largiri putant: hi enim conſummati hæretici ſunt; inquit enim Iſaias 47. *Augures, qui contemplabantur ſydera & ſupputabant menſes, vt ex eis annuntiarent ventura tibi, ecce facti ſunt quaſi ſtipula,ignis combuſſit eos* & per Hierem.cap.10.Dominus: *Iuxta vias gentium nolite diſcedere, & à ſignis cœli nolite metuere, quæ timent gentes nolite timere, ea, quæ neque male poſſunt facere neque bene*, & D. Hieronym. inquit: *Obſeruare auguria, requirere ſtellarum curſus, & euentus ex his futurorum rimari, cæteriſque huiuſmodi ſuperſtitionibus implicari,opprobrium Ægypti eſt Idololatriæ matris,cap. ſed & illud*, 26. *quæſtione* 2. Simanc. *dicto titul. 63. numer.7. & 8.* Hoc tamen intelligendum eſt, niſi per rationes & cauſas naturales inquiratur, vt prædiximus *vbi ſupra*, & ita concludit Diuus Thom. 2.2. *quæſtione 95. articul. 5.* in concluſione dicens. Contingentium & caſualium per certitudinem diuinatio ſuperſtitioſa & illicita eſt: diuinatio vero naturalium futurorum, quæ ex cœleſtium diſpoſitione neceſſario eueniunt, non illicita ſed honeſta eſt, & ibi in reſponſione hoc magis declarat, necnon & Caiet. ſuper eo articulo.

Per ſortes quoque de occultis, aut futuris in- 6
quirere ſuperſtitioſum eſt, Gratian. *in capite hi qui, & capit. ſors*,26.*queſt.*2. & inquit, D.Auguſt. *epiſt.* 119. Hi qui de paginis Euangelicis ſortes legunt, etſi optandum eſt vt id potius faciant quàm ad dæmonia conſulenda concurrant; attamen iſta mihi diſplicet conſuetudo, ad negotia ſecularia & ad vitæ huius vanitatem diuina oracula velle conuertere.Et D Thom.*dicta q.95.artic.*8. agens vtrum diuinatio ſortium ſit illicita, concludit quod diuinatio per ſortes dæmonum imperio commiſſas illicita ſit, vt vero in Deum referuntur non illicitum eſt quidpiam per ſortes diuinari.

SVMMARIVM.

1 *Magia an liceat vti ad bonum finem, nempe ad curandum morbos & ſanandum infirmitates?& per totam quæſtionem.*

2 *Licet per preces ſacrorum verborum procurare ſalutem, vel alia vtilia, dummodo habeant ſolum reſpectum ad ſacra, & ad virtutem diuinam.*

4 *Encantadores maleficos,y otros que guardan varias ſuperſticiones, y ſus penas.*

5 *Aſtrologos, Mathematicos, y otros qualeſquier que exercen arte judiciaria de Aſtrologia, &c.de quibus hic,y ſus penas.*

---

*An liceat vti magia ad bonum finem.*

*In eandem l.6.*

## QVÆSTIO LVIII.

QVÆRO circa intellectum dictæ legis 6. 1
ibi,*ni cortar la roſa del monte porque ſane la dolencia que llaman roſa, ni de otras coſas ſemejantes a eſtas por auer ſalud, ò por auer las coſas temporales que codician*, an liceat vti magia ad bonum finem,nempe ad curandos morbos & ſanandas infirmitates? Lex noſtra 6. in præmiſſis verbis hoc improbat,& D.Auguſt. quoque *in ſecundo de doctrin.Chriſtian.*dicens *ad ſuperſtitionem pertinere molimina magicarum artium, & ligatura & remedia, quæ Medicorum quoque diſciplina condemnat, ſiue in præcantationibus, ſiue in quibuſdam notis, quas characteres vocant, ſiue in quibuſcumque rebus ſuſpendendis atque inſignandis*: & declarat Sanctus Thom. 2. 2. *quæſtione 96. art.2.ad ſecundum.*

*dum.* Interdum enim dæmones & Magos eadem ratione, qua poſſunt morbos inferre, poſſe & curare palam eſt, vel cum ſuperſtitione vel ſine ea, & cum rebus, quæ curandi vires habent, adhibitis latenter, vel ſublata cauſa impedimenti ſanitatis, quam ipſi norunt, vel impoſuerunt Dei voluntate, & permiſſione. Interdum tamen ipſi ſimulant morbos curare, qui cum curati verè non ſint, tamen ad tempus curatos videri faciunt adhibitis quibuſdam, quibus leniunt dolorem quem tollere non poſſunt. Exempla pauca profert Petr. Gregor. *ſecunda parte ſyntag. iur. vniuerſ. lib. 34. cap. 17.* vbi *num. 5.* ait, quod neque iſtis Magis, qui remedia iactant, impunitas ſemper data eſt, quinimo & fuit pœna conſtituta merito. Quamuis enim medicamenta & iucunda per ſe, & deſiderabilia ſint, modus tamen per magicam curandi diſplicuit, vt loquens de ſacri morbi per incantationes curatione affirmat Hipprocat. *l. 4. de ſacro morbo*, & de aliis morbis, & alij authores, quos ibi citat Petr. Gregor. & tandem Anton. Caracallan damnantem eos, qui remedia quartanis febribus collo annexa geſtarent. Similiter idem Petr. Gregor. *ibidem cap. 18. in principio*, inquit, quod licet magia probata videatur quibuſdam, quæ certis bonis finibus concludi exiſtimatur, veluti ea, quæ ad conciliandos homines & ad amorem philtra conficit, vel iucunda quædam exhibet, vel morbis medetur, hæc tamen omnia, quia bene non fiunt & ſceleſtiſſima ſunt, ſunt improbata. Et tandem profert in medium horum exempla ex quibuſdam hiſtoriis, & addit quod hæc, quæ vetitis artibus ſcimus facta, & quæ credulorum mentes decipere poſſunt, pœnam merentur: atque hos, qui obiecta ſpecie finis boni interim malo, ſeu magia vtuntur, puniendos eſſe rectè definit, non quod bonum quod quærunt malum ſit; ſed quod male illud aſſequi deſiderent; nec ſunt facienda mala vt inde proueniant bona, quod ibi latius proſequitur, & ita merito pœna mortis per noſtram l. 6. his imponitur. Et vt inquit D. Auguſtin. *de ciuitate Dei*, & habetur *in cap. qui ſine, 26. quæſtione 2.* qui ſine Saluatore ſalutem vult habere, & ſine vera ſapientia exiſtimat ſe prudentem fieri poſſe, non ſanus, ſed æger; non prudens, ſed ſtultus in ægritudine aſſidua laborabit, & in neceſſitate noxia ſtultus & demens permanebit. Ac proinde omnis inquiſitio, & omnis curatio, quæ à diuinis & magicis artibus, vel ab ipſis dæmoniis in Idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda eſt quam vita, & qui ea ſectantur ſi ſe non correxerint ad æternam perditionem tendunt, Pſalmiſta dicente, *omnes dij gentium dæmonia, &c.* & proſequitur. Itaque hæc vanitas magicarum artium ex traditione malorum Angelorum in toto orbe terrarum plurimis ſeculis inualuit, quandam ſcientiam futurorum & infernorum, & per inuentiones eorum inuenta ſunt aruſpicia & augurationes, & ipſa quæ dicuntur oracula & necromantia. Et probat textus *in cap. ex tuarum, de ſortileg.* vbi non fuit licitum inſpicere Aſtrolabium ad furtum cuiuſdam Eccleſiæ recuperandum, etiam bono zelo & ſimplicitate; quinimo id grauiſſimum eſt & non modica inde peccati macula contrahitur.

Sed contra ſupradicta omnia videtur textus *in*
2 *l. 4. C. de maleſ. & mathem.* vbi dicitur: Eorum eſt ſcientia punienda & ſeueriſſimis, nempè, legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus, aut cõtra ſalutem hominum moliri, aut pudicos animos ad libidinem deflexiſſe deteguntur. Nullis vero criminationibus implicanda ſunt remedia humanis quæſita corporibus, aut in agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis, grandiniſque lapidatione quaterentur, quibus non cuiuſque ſalus aut æſtimatio læderetur, ſed quorum proficerent actus ne diuina munera & labores hominum ſternerentur, vbi Bart. dicit quod illa lex, facit contra dictum B. Thomæ, qui reprobat iſtas incantationes. Et cum dicta l. 4. concordat l. 5. *tit. 23. part. 7.* ibi: *Pero los que fiZieſſen encantamiento, ò otras coſas con intencion buena, aſſi como ſacar demonios de los cuerpos de los homes, ò para deſligar à los que fueſſen marido è muger, que no pudieſſen conuenir, ò para de ſatar nube que hechaſe granizo ò niebla, porque no corrompieſſe los frutos, ò para matar laguſta ò pulgor, que daña el pan ò las viñas, ò por alguna otra raZon prouechoſa ſemejante deſtas, no deue auer pena; ante deZimos que deue recibir galardon por ello.* Ergo habemus leges permittentes magiam illam concernentem ſalutem, & bonum aliquod procurantem. ¶ Nihilominus tamen rectius ſtatutum inuenimus apud Leonem Cæſarem & hanc quoque magiam prohibendam & puniendam eſſe, qui de hac re conſtitutionem 65. edidit, teſte Petro Greg. *vbi ſup. c. 18. n. 8.* & iuſtiſſimè per leg. noſtram 6. pœna mortis punitur huius criminis reus.

Obſeruandum eſt igitur in praxi, de iure Ca- 3
nonico & etiam nouiori Regio per noſtram l. 6. hodie iſta non licere etiam ad bonum finem, vt in iuribus ſupra allegatis, & probat D. Simanc. *de inſtitut. Cathol. tit. 63. n. 17. cum ſequentibus*, & Greg. Lopez *in dicta l. 3.* in gloſſa *razon prouechoſa*, vbi citat hanc noſtram l. Regiam & Angel. *in d. l. 4. C. de maleſic. &c.* hoc intelligens, niſi iſtæ incantationes fiant virtute diuina, non per inuocationem dæmonum, quia iſtud eſt prohibitum omni iure. Itaque illa, quæ ſunt ſuperſtitioſa, & quæ de per ſe non poſſunt naturaliter cauſare iſtos effectus, nec poſſunt operari tanquam cauſæ, ſed ſolum quaſi ſigna, & ſic pertinent ad pacta ſignificationum cum dæmonibus inita, ſunt illicita ſecundum D. Thom. *2. 2. quæſt. 96. art. 2. in concluſ. & ad ſecundum*, ſequitur Greg. Lop. *vbi ſupra*,
¶ hinc deducens licere per preces ſacrorum ver- 4
borum procurare ſalutem, vel alia vtilia, dummodo habeant ſolum reſpectum ad ſacra & ad virtutem diuinam ſecundum Alber. *in dicta l. 4.* & inquit Bald. *in l. fin. in principio, col. 1. C. commun. de legat.* ex D. Thom. quem citat, quod aliquando dæmones, qui ſunt infra Lunam & aërem, permiſſione diuina affligunt noſtra corpora & bona, & ideo ſunt quædam incantationes, per quas Angeli boni nos tuentur contra malitiam dæmonum: habetque Eccleſia contra huiuſmodi eminentem tempeſtatem fulgurum & grandinis particularem exorciſmum, vt patet in manuali Eccleſiaſtico, quo Parochi communiter vtuntur, & in fine Breuiarij Romani.

Aduerſus autem incantatores, maleficos, & va- 5
narum ſuperſtitionum obſeruatores eſt motus proprios Alexand. IV. incip. *cùm acceperimus*: & contra maleficos & ſortilegos eſt alius motus proprius Leonis X. incipiens, *honeſtis*, datus ann. 1251. die 15. Februarij. Et de libris Aſtrologiæ iudicialis & Chiromantiæ latè agit Pegna *in ſecunda parte director. Inquiſit. ſcholio 41. verſiculo, inter hos libros, & ſchol. 43. verſiculo, ſcilicet libros Necromantiæ*, Paul. Fuſcius, *de viſitat. lib. 1. capit. 31. numer. 6.* ¶ De omnibus ſupradictis eſt hodie motus proprius Sixti V. dat. ann.

Incarna



Incarnationis dominicæ 1585. nonis Ianuarij, ann. 1. ſui Pontificatus, vbi Summus Pontifex magna & ſancta præfatione præmiſſa, in qua affirmat, non eſſe dubitandum in huiuſmodi futurorum contingentium, & fortuitorum euentuum cognitione & præcognitione (futuris euentibus ex naturalibus cauſis neceſſario vel frequenter prouenientibus, quæ ad diuinationem non pertinent, dumtaxat exceptis) diaboli operationem ſe fallaciter immiſcere, vt ſua fraude, ac dolis miſeros homines à via ſalutis auertat & laqueo damnationis inuoluat, damnans & reprobans omne genus diuinationum, quæ diabolo authore ad fidelium deceptionem à curioſis, vel perditis hominibus fieri ſolent, illa perpetuò valitura conſtitutione Apoſtolica authoritate ſtatuit & mandauit.

5 Quod tam contra Aſtrologos, Mathematicos, & alios quoſcumque dictæ iudiciariæ Aſtrologiæ artem (præterquam circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam) in poſterum exercentes, aut facientes iudicia & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus ſucceſſibus, fortuitiſque caſibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audent, etiamſi id ſe non certò affirmare aſſerant, aut proteſtentur, quam circa alios vtriuſque ſexus, qui ſupradictas damnatas, vanas, fallaces & pernicioſas diuinandi artes, ſiuè ſcientias exercent, profitentur & docent, aut diſcunt, quivè huiuſmodi illicitas diuinationes, ſortilegia, ſuperſtitiones, veneficia, incantationes, ac præmiſſa deteſtanda ſcelera & delicta (vt præfertur) faciunt, aut in eis ſe quomodolibet intromittunt, cuiuſcumque dignitatis, gradus & conditionis exiſtant, tam Epiſcopi & Prælati ſuperiores ac alij Ordinarij locorum, quàm Inquiſitores hæreticæ prauitatis vbique gentium deputati, etiamſi in pleriſque ex his caſibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentius inquirant & procedant, atque in eos ſeuerius canonicis pœnis & aliis eorum arbitrio animaduertant. Inſuper & prohibet omnes & ſingulos libros, opera & tractatus huiuſmodi iudiciariæ Aſtrologiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Aëromantiæ, Pyromantiæ, Oenomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, artis Magicæ, aut in quibus ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, execrabiles incantationes ac ſuperſtitiones continentur, &c. prout latius continentur in d. conſtitutione Sixti V.

## SVMMARIVM.

1 *Iterationis Baptiſmi pœna, & n. 5. cum ſequ. vltra peccatum mortale, vt in n. 4.*

2 *Baptiſmus in dubio conditionaliter poteſt iterari.*

3 *Baptizans conditionaliter vere non dicitur baptizare.*

11 *Baptizans bis an efficiatur irregularis? & an ſi abſolutè baptizet n. 12. Et n. 13. quid quando ignoranter baptizat filios infidelium?*

14 *Irregularitas non contrahitur ob ſolam ceremoniarum iterationem.*

15 *Baptizati irregularitatem incurrant. Limitatur in rebaptizato ratificante poſtea ſciente extra actum Baptiſmi, vt in n. 16.*

*De pœna iterationis Baptiſmi.*

## QVÆSTIO LIX.

QVÆRO qua pœna iure quis puniatur pro 1
crimine grauiſſimo iterationis Baptiſmi? Et hoc quidem grauiſſimum eſſe peccatum patet ex variis ſententiis Pontificum, Conciliorum & Patrum, de quibus *in c. non licet ſecundo cum ſequ. de conſecratione diſt. 4.* Rebaptizat namque in tantum odio habentur, quod qui non ignari rebaptizantur dicuntur quaſi iterum crucifigere Chriſtum, vt *in cap. quibus eiuſdem tituli*: & inquit Clemens Papa VI. *c. 15. conſtit. Apoſtolic.* quod qui initiatos iterum baptizare præſumunt, crucifigunt Dominum, & iterum cum interimunt, derident diuina, eludunt ſancta, inſultant ſpiritui, ſanguinem ſanctum veluti communem contemnunt. Idem docent Damaſc. *lib. 4. de fide orthodox. cap. 1.* Leo Papa ad Ruſtic. Epiſcopum *epiſtola 70. cap. ſi nullo, de conſecratione diſt. 4.* S. Thom. *in 3. parte q. 66. art. 9.* communiter Theologi *in 4. Sententiar. diſtin. 6.* Alphonſ. à Caſtr. *lib. 1. de hæreſ. cap. de baptiſm. hæreſi 5.* Greg. Lop. *in l. 9. gloſſa 1. tit. 4. part. 1.* Hodie in Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cano. 11.* ita cauetur: *Si quis dixerit verum, & ritè collatum baptiſmum iterandum eſſe illi, qui apud infideles fidem Chriſti negauerit, cum ad pœnitentiam conuertitur, anathema ſit, & ſeſſ. 14. cap. 20.* Rationem aſſignat Pater Suarez in 3. partem D. Thom. *3. tom q. 71. diſput. 31. ſect. 6.* vbi obſeruat tunc proprie hoc præceptum violari, ſcilicet de ſacro baptiſmo non reiterando, quando conſtat hominem eſſe baptizatum ſufficienti ritu externo, ſaltem quoad ſubſtantiam Sacramenti, & nulla eſt probabilis ratio dubitandi de intentione debita miniſtri, quæ ſemper præſumitur ſufficiens, niſi aliunde ſit probabilis ſuſpicionis ratio. Cum vero ita de baptiſmo conſtat, non ſolum erit peccatum abſolutè iterum baptizare, ſed etiam ſub conditione, vt ibi latè probat.

In caſu autem dubij, quando ſunt aliqua indi- 2
cia ad ſuſpicandum puerum nõ eſſe baptizatum, non tamen ſufficientia ad ferendum abſolutum aut definitum iudicium, tunc licitum eſt talem puerum baptizare, vt *in cap. paruulos, cum ſequentibus, de conſecratione diſt. 4.* ex Leone Papa *epiſtola 3. c. 1. & epiſtola 92. c. 16.* & ex Gregor. *epiſtol. 4.* & Concil. Carthaginen. *5. cap. 6.* Et tunc ad tollendum omnia pericula addenda eſt conditio *ſi non es baptizatus, ego te baptizo*, vt præcipitur *in c. 2. de baptiſmo.* Antequam tamen in huiuſmodi caſu iterum detur baptiſmus, adhibenda eſt moralis diligentia ad tollendum dubium: nam ſi ſtatim abſque vllo examine detur baptiſmus, valde temere fieret, & contra reuerentiam Sacramento debitam, vt rectè docuit Sotus *in 4. diſt. 3. art. 9.* reprehendens contrariam conſuetudinem aliquorum parochorum, qui maiori reprehenſione digni ſunt, ſi quem conſtat eſſe priuatim domi baptizatum, iterum ſub conditione baptizant. Sed in eo caſu debent ceremonias & ritus baptiſmi ſupplere, & ea quæ ſunt ſubſtantialia omittere; Nauar. *in ſumma c. 27. num. 246.* ſequitur Suarez *vbi ſupra, in verſicul. 2. eſt aduertendum*, & tenet Victoria *in ſumm. de baptiſm num. 35. verſic. eſt peſſima abuſio.* & Ignatius Salced. *in addit. ad practic.* Bernardi Diaz de Lug. *c. 18. verſic. aqua quidem*, ibi *nec ali-*



*quid*

*quid dicta clauſula operatur.* Inquit tamen Cardin. Tolet. *in ſua ſumma lib. 1. c. 64. ad fin. verſic.*
3 *quinto*, quod qui baptizaret ſecundo ſub conditione dicendo, *ſi non es baptizatus*, quamuis eſſet ignorantia craſſa, qui potuit ſcire eſſe baptizatum, imo etiamſi ſciret, non eſſet irregularis, quia verè non dicitur rebaptizare, qui ſub conditione baptizat ſecundum Nauar. *in Sum. cap. 27. num. 246.* Et eſt longè verior hæc ſententia Nauar. contra Sot. Vict. & Cordub. affirmantem contrariam eſſe veram & communem *in Sum. q. 37.* ſecundum Suar. *vbi ſup. in verſi. atque ex hac doctrina, pag. mihi 459. col. 1.*

Et ſupradictum præceptum non iterandi Baptiſmum non minus obligat baptizatum quam
4 baptizantem; peccat enim grauiter qui cum ſit baptizatus eique hoc ſufficienter conſtet, iterum ſe baptizari conſentit, etiam ſi metu mortis id faciat; necnon etiam peccabunt parentes, vel quicumque alij, qui puerum iam baptizatum iterum ad baptiſmum offerunt, eumve baptizari procurant: quia cooperantur actui intrinſecè malo. Admonere ergo debent de baptiſmo iam ſuſcepto, ſolumque ad ſupplenda accidentalia quę deſunt, puerum offerre, ita Suar. *vbi ſup. verſ. vlt. eſt aduertendum.*

His ſic breuiter edictis, ſupereſt vt de pœna huius criminis agamus. Duabus enim perſonis
5 impoſitæ ſunt huiuſmodi pœnæ, ſcilicet, baptizanti & baptizato, qui in ea ætate eſt, vt conſentiendo iterationi baptiſmi delinquere poſſet. De aliis autem perſonis nulla mentio in iure fit: quia licet interdum poſſint cooperari huic delicto, valde tamen per accidens & remotè concurrunt.

Iure igitur Ciuili tam rebaptizanti, quàm culpa ſua rebaptizato pœna capitis imponi-
6 tur *in libro ſecundo, C. ne ſanctum baptiſma iteretur.*

Pœna autem Eccleſiaſtica rebaptizantis ponitur *in l. 1. C. eadem tit. ne ſanctum baptiſma, &c.* vbi dicitur: *Antiſtitem, qui ſanctitatem baptiſmatis illicita vſurpatione geminauerit, ſacerdotio indignum eſſe cenſemus.* Quibus verbis pœna aliqua non iniungitur, ſed criminis acerbitas exaggeratur, nec potuit iure Ciuili aliqua huiuſmodi pœna introduci.

Nihilominus tamen communis ſententia vera & certa eſt, quod bis conferens Baptiſmum
7 efficitur irregularis ex textu *in cap. 2. de apoſtat.* vbi loquens in Acolyto reiterante baptiſmum præcipit, quod ad ſuperiores ordines promoueri non valeat, ſi publicum eſt delictum: ſecus ſi occultum. Ex quo textu omnes DD. docent manere irregularem, qui rebaptizando peccat, vt latè tradunt Theologi *in 4. diſt. 5. & 6.* Soto *diſt. 3. art. 9.* Beatus Antoninus *in 3. p. ſuæ Summæ, tit. 14. cap. 15. §. 12. & tit. 18. c. 6. §. 3.* Nau. *vbi ſup. d. c. 37. num. 246. in princ.* Couar. *in Clem. ſi furioſus 1. parte in princ. num. 8. de homicid.* eſt communis, præter Summiſtas *verbo irregularitas*, ſecundum Suarez *vbi ſupra, in verſ. nihilominus communis ſententia*, vbi quod eam vſus & conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres, ſatis confirmat, & textum illum declarat, & hoc ſequitur & probat additionator Bernard. Diaz *vbi ſupra litt. B.* Et hoc communiter Doctores tenent *ex d. c. 2. de apoſtat.* ſecundum Cardin. Tolet. *vbi ſup. verſicul. 4. qui bis confert*, vbi quod licet ille textus loquatur in Acolyto, qui inſeruit rebaptizanti, multo magis procedit & locum habet in eo, qui bis baptizauit, quando eſt publicum delictum, non autem quando eſt occultum *vt in d. cap. 2.* Similiter efficiuntur irregulares qui rebaptizanti miniſtrant, non ſolum Acolyti, ſed etiam Subdiaconi vel Diaconi officio fungentes, & Compatres ſcientes, quia iſti ſunt rebaptizationis participes *cap. vos autem de conſecrat. diſt. 4.* Mayolus *lib. 3. de irregula. cap. 14. num. 6.* refert & ſequitur Ignatius Salced. in addition. ad Bernardum Diaz *in practic. criminal. & Canonica capit. 18. littera B. verſiculo, efficiuntur etiam.*

Circa cuius textus *in cap. 2. de apoſtat.* & communis præcitatæ praxis intellectum obſeruandum erit primo, quod & ſi Ledeſma *in 4. 1. part.* 8
*quæſt. 7. art. 9. dub. 2* affirmet quod ſi eſt promotus Acolytus, de quo *in d. cap. 2.* non poteſt exercere officium ſuum: nihilominus tamen reuera, cum tex. ille ſolum impediat aſcenſum ad ſuperiores ordines, neque alia in eo fiat irregularitatis mentio & pœnæ ſint reſtringendæ, non eſt vlterius hæc talis pœna extendenda, neque in illo Acolyto miniſtrante rebaptizanti, nec in ipſo rebaptizante: quia licet hic maiori dignus ſit pœna, nihilominus tamen quia hæc maior pœna, qua dignus eſt, non reperitur in iure expreſſa, non cenſeo impedimentum hoc etiam reſpectu illius eſſe ampliandum vltra id, quod verba ipſius capitis ſonant, vt rectè cenſuit Suarez *vbi ſup. ver. ſed ad explicandam*, addens *in verſic. ſequenti* prædictam pœnam incurri ipſo facto ante iudicis ſententiam & declarationem, vt ibi rectè probat.

Secundo obſeruandum eſt, quod vt conſtat manifeſtè *ex d. c. 2. de apoſtat.* prædicta irregula-
ritas in Acolyto miniſtrante rebaptizanti tan- 9
tum incurritur quando eſt publicum delictum, non vero quando eſt occultum, quidquid aliud abſque fundamento cenſeat Scotus *in 4. diſt. 6. q. 8.* dicens quod quando eſt occultum contrahitur etiam irregularitas, licet Epiſcopus poſſit cum eo diſpenſare.

Sed contrarium eſt verius, vt in prædicto cri-
mine occulto minimè incurratur præfata irregu- 10
laritas, nec ſit neceſſaria vlla diſpenſatio, vt tenet Abbas *in d. cap. 2. notabili 2.* ſequitur Sylueſter *verbo irregularitas, n. 4.* & cæteri Summiſtæ & hanc opinionem ſequuntur communiter iuris Interpretes, vt aſſerit Suarez *vbi ſup.* tertium tamen, vbi latè agit an præfata diſtinctio de crimine publico, & occulto ſolum habeat locum in Acolyto cooperante, an vero quoque in miniſtro rebaptizante, & relinquit cogitandum. Tolet. vero *vbi ſup.* inquit non videri baptizantem eſſe irregularem, niſi quando crimen eſt notorium, ſed in rebaptizato ſecus, quia etiam occultus eſt irregularis, vt ibi latè probat: fatetur tamen, ſicut & Suarez *vbi ſup.* eſſe communem opinionem bis baptizantem etiam occulte eſſe irregularem. Hoc tamen intelligit verum, quando ſcienter bis baptizat, vel ignoranter ignorantia craſſa, ſecus ſi ignorantia fuit facta inuincibilis, quia non eſſet irregularis: iuris autem ignorantiam inquit non excuſare.

Tertio ſummopere obſeruandum erit, eum, qui exterius rebaptizat ſine interna intentione con-
ficiendi Sacramentum, tametſi in foro exteriori 11
præſumi poſſet eſſe irregularem, re tamen vera coram Deo non contrahit irregularitatem propter tale crimen. Vnde ſi aliquo modo Eccleſiæ conſtare poſſet de tali intentione, etiam in foro exteriori non deberet huiuſmodi homo iudicari irregularis, tametſi poſſet alia pœna puniri,



vt indicat Nauar. *vbi ſup. d. c. 27. num. 246. in fin.* in illis verbis: *Quia intentio eorum non fuit iterare baptiſmum, & actus agentium non debet operari vltra eorum intentionem l. non omnis, ff. ſi cert. peta.* & probat latius & optime Suarez *vbi ſupra verſic. 4. inquiri poteſt* quod in praxi iam vidi obſeruatum & conſului obſeruandum tam in foro interiori, quam exteriori.

12 Quarto valde diſputant Doctores de eo, qui ob ignorantiam rebaptizat abſolute, non ſub conditione an incurrat hanc pœnam irregularitatis? De qua re latè agunt alios allegantes Ignatius Salced. *vbi ſup. lit. C. verbo ignoranter*, & melius Suarez *etiam vbi ſup. verſic. ſextum dubium* Ex quibus colligitur rebaptizantem, aut rebaptizatum ex iuſta ignorantia, ob quam peccatum mortale non incurrerit, non eſſe irregularem, niſi propter mortalem culpam: tametſi Archidiaconus *in cap. qui bis, de conſecratione diſt. 4.* vt rem in tuto conſtituat, cenſeat, quod rebaptizatus etiam iuſta ignorantia ab Epiſcopo diſpenſationem impetret, licet de iure abſque aliqua diſpenſatione iſtum ad ſacros ordines promoueri poſſe cenſeat, quod verius exiſtimat Ignatius *vbi ſup. ad fin.* vbi inquit eſſe in rebaptizante iuſtam ignorantiam, vt ab irregularitate excuſetur, ſi filios infidelium rebaptizet: nam iuſte ignorare potuit eos fuiſſe baptizatos, vt *in cap. placuit, de conſecratione diſt. 4.* habetur in Concil. Carthaginen. *ca 6.* Idem eſſe cenſet de infantibus expoſitis ſine vllo ſigno, aut ſcripto atteſtante de baptiſmo, vt tenet Mayolus *de irregular. d. lib. 5. cap. 14. num. 4.*

14 Quinto obſeruandum erit, quod propter ſolam ceremoniarum iterationem non contrahitur irregularitas hæc: quia ſolum eſt iniuncta propter peccatum rebaptizandi.

15 Sexto & vltimo ipſimet rebaptizati irregularitatem incurrunt, vt latè probat Suarez *vbi ſupra, verſi. circa rebaptizatum, fol. 461. col. 1. circa fin. cum ſequentibus*, vbi an hæc irregularitas contrahatur ab his, qui ignoranter rebaptizantur, & reſoluit cum vera & communi ſententia negatiuè: eſt lex 9. *in princip. titul. 4. part. 1.* quæ ita ſe habet. *Atreuido ſeyendo alguno para facerſe batear dos veces, ſeyendo cierto que era bateado, non deue fincar ſin pena, porque bien ſemeja que lo fizo deſpreciando el Sacramento del baptiſmo. E por ende tuuo por bien la Sancta Igleſia que ſi fa eſſe lego que non lo ordenaſſen deſpues, ò ſi fueſſe Clerigo que le tolleſſen las ordenes. Otro ſi tuuo por bien que ſi el que lo bateaſe fueſſe Obiſpo, ò otro Perlado qualquier que fueſſe depueſto de la dignidad, è de las ordenes que auie, aſſi como home que paſſa los mandamientos de Sancta Igleſia.* Ibique quod ſolus Papa cum rebaptizato diſpenſat, ſicut cum rebaptizante, non vero Epiſcopus. Quod vltimum tenet & probat Ignat. Salced *vbi ſup. in verſi. iſtorum* autem omnium, dicens quod Papa vix cum illis diſpenſabit vt Religionem ingrediantur, textus *in c. 2. de apoſt.* Tab. *in verſ. diſpenſ. n. 15. verſi 14.*

Addit inſuper Suarez *vbi ſup. in verſi. quin po-* 16
*tius contra alios*, quod etiamſi rebaptizatus poſtea ſciat quid circa illum actum ſit, & ratum habeat ac conſentiat, non manebit irregularis vt ibi latè probat, & voluit Ignat. *vbi ſup. col. fin.* ibi, quæ interpretatio mera diuinatio eſt, tametſi prius *litt. B. in verſi. & non ſolum* aliud tenuerit: qui prædicti Doctores agunt de rebaptizato per vim vel metum. Et tandem Suarez ibid. *col. fin.* reſoluit, quod ſi ille habet intentionem vt rebaptizetur reuera manere irregularem, ſi vero talem intentionem non adhibeat, ſiue per abſolutam vim, ſiue per ſolum metum cogatur ad exteriorem receptionem ablutionis, non manebit irregularis: imo ſi metus ſit grauis nihil peccabit non reſiſtendo, dummodo nec exterius ſignificet ſe conſentire, quia in reliquo nihil operatur, ſed patitur potius.

# AD TITVLVM QVARTVM,

*De los blaſphemos de Dios, y de nueſtra Señora, y del Rey.*

## SVMMARIVM.

1 *Blaſphemus quis dicatur? & de grauitate huius criminis cum pluribus numeris ſequentibus, & num. 8.*

4 *Blaſphemus an ſit qui iurat per membra Chriſti eiuſque Virginis Matris & n. ſeqq.*

9 *Blaſphemi pœna iure Ciuili & Iure Diuino cum ſuis limitationibus, & numer. ſequent. Et iure Canonico num. 16. & 17. & de iure Regio num. 18. & in q. ſequenti per totam.*

*De Blaſphemis.*

## QVÆSTIO LX.

QVÆRO primo circa leges huius tituli 4. quis dicatur & ſit blaſphemus, & de grauitate huius criminis?

Quoad primum reſpondeo, proprie blaſphemum eſſe, qui negat aliquid de Deo quod ei conuenit, aut tribuit Deo aliquid, quod ei nequaquam conuenit. Blaſphemiæ namque nomen importare videtur quandam derogationem alicuius excellentis bonitatis, & præcipue diuinæ. Atque ideo blaſphemus eſt, qui diuinæ Maieſtati derogat, eius poteſtati, aut bonitati detrahens, vt docet S. Thom. 2. 2. *quæſt. 13. art. 1. in reſponſione*, & ibi Caietan *omnes in c. fin. de maled.* Syluest,

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

Sylueſt. in Sum. verbo blaſphemia, quæſt. 1. Alphonſ. à Caſtr. lib. 1. de iuſt. hæret. punit. cap. 12. & comprobat optimè authoritate Sancti Euangelij & alios allegans Arnald. Albert. de agnoſc. aſſert. Catholic. & hæret. quæſt. 6 num. 13. & ſequentibus, & quæſt. 27. n. 1. Dominic. à Soto lib. 8 de iuſt. & iur. q. 2. art. 3. verſi. eſt namque blaſphemia, D. Couar. in c. quamuis pactum, 1. parte, §. 7. num 8. D. Simanc. de inſtit. cathol. tit. 8. num. 1. Auendan. in 2. part. cap. 5. prat. num. 9. vbi plures citat, Auiles cap. 25. prætor. à n. 2. Anton. Gom. 3. tom. var. c. 1. num. 3. Barahon. in addit. ad Palat. Rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 78. litt. C. Didac. Perez in Rub. tit. 8. lib. 8. Ordinam. in gloſſa blaſphemias in princip. pag. 203. Franciſcus Squilacenſ. de fide catholic. cap. 16. Brun. de hæret. lib. 2. qu. 2. & lib. 5. cap. 20. Cantera 2. parte, cap. 3. n. 1. pag. 462. vbi ampliat Clarus §. blaſphemia per totum, Rojas de hæret. 2. p. cap. 167. Paz in ſua practic. 1. tom. 8. partis cap. vni. num. 14. Ioan. Gratian. in reg. 51. n. 41. Salced. in addition. ad Bernard. Diaz de Lugo in ſua praxi crimin. canonica cap. 110. verſic. & quia ſæpiſſimè, pag. 375. Med. in ſua Summ. in expoſitione primi præcepti diuini §. 2. verſi la tercera cabeça, Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4 caſu 375. n. 5. Maſcard. de probat. 1. tom. concluſ. 195. n. 2. & 11. Petr. Greg. in ſua ſyntagm. iuris vniuerſi, lib. 33. c. 12. n. 3. & 4. Decian. 2. tom. tract. cap. 1. n. 1. & generalius ibi num. 5. eſt communis omnium Summiſtarum ſecundum ipſum ibi cap. 2. num. 1. ſequitur plures referens Farinac. in ſuis quæſtionibus crimin. 1. p. q. 20. num. 11. & D. Ioan. Vela de pœn. delict. c. 4. verſi. eſt autem, pag. 19.

2 Ex quo primò infertur quod omnis ille, qui aliquo ſermone negat potentiam Dei, vt putà Deus non poteſt facere hoc, & his ſimilia, cum ex hoc loquendi modo detrahat Deo ſuam potentiam, quæ ei conuenit, erit blaſphemus ſecundum Couar. vbi ſup. num. 9. verſic. 4. eadem, & cum eo Menoch. vbi ſup n. 5. vbi cum numeris ſequentibus hoc tunc demum procedere declarat, quando ſcilicet proferuntur verba ſuper eo, quod verè Deus facere poteſt: ſecus ſi ſuper eo, quod nec ipſe facere valet, vt putà ſi quis diceret Deũ virginem ſemel corruptam reſtituere non poſſe cap. ſi Paulus 32. quæſt. 5. vel ſi diceret Deum efficere non poſſe vt quod factum eſt factum non ſit, vt ex Ariſt. lib. 6. moral. ad Nicomed. cap. 2. & poſt Bart. in l. non dubium, num. 14. C. de legib. & alios plures Legiſtas & Theologos quos citat latè & tradit Tiraquel. de iur. conſt. poſſeſſ. p. 3. limitatione 7. num 6. & 7. vbi etiam numer. 8. in fine in propoſito citat Alex. conſil. 15. num. 7. lib. 5. & Socin. Seniorem 102. lib. 1. conſulentes in eadem ſpecie illum non blaſphemaſſe, qui dixit Deum efficere non poſſe quod rem vnam permutauerit cum altera, quam reuerà non permutauerat. Verùm & in propoſito exemplo contra Alex. Tiraquel. Menoch. & ſequaces, quod imò ſit etiam blaſphemia & illius pœna locum habeat optima ratione defendit & contrariis reſpondet Claud. ad Bertazzo. conſil. 553. verſic. primum itaque. iuncto verſic. reſtat vt reſpondeam, lib. 2. quem refert & ſequitur Farinac. d. quæſt. 20. ſub num. 12. & contra Menoch. vbi ſup. imò quod vt blaſphemus puniatur qui diceret, Deum factum infectum facere non poſſe: nam licet Doctores per viam doctrinæ & ſcripturæ id affirment: non tamen id licere debet homini idiotæ & imprudenti dicere per iocum, riſum, vel iram ſine pœna.

3 Secundo ex ſuperioribus deducitur, quod blaſphemus dicatur etiam, is qui iurat per caput, per pedes, per oculos, per corpus, per capillos, per iecur, per ſanguinem, ſeu alia Dei membra. Ex quo enim Deus huiuſmodi membra non habet, quia ſpiritus eſt, ſpiritus autem nec carnem nec oſſa habet, & per conſequens ſic dicens tribuat Deo quod ei non conuenit, neceſſario ſequitur quod blaſphemus reputetur iuxta præcedentem communem reſolutionem, & probat in terminis ex textu in cap. ſi quis per capillum, 22. quæſt. 1. & ibi notant Archidiaconus & Turrecremata. Probatur etiam hæc eadem deductio in Authent. vt non luxur. contra nat. ibi. Et ab aliis blaſphemis verbis, & iurare per capillos & caput, &c. vbi gloſſa interpretatur ſcilicet Dei: & Bart. in ſecundo notabili expreſſe dicit, quod iurans per membra Dei dicitur Deum blaſphemare, & quod propterea pœna, quæ ex forma ſtatuti imponitur blaſphemanti Deum, habet etiam locum in ſic iurante per eius membra. Hanc etiam ſententiam latè comprobat Arnald. Albert. in tract. de agnoſcend. aſſert. cathol. & hæret. q. 27. n. 14. cum ſequentibus vſque ad n. 39 vbi non ſolum concludit hanc eſſe blaſphemiam, verum & etiam hæreſim ſapere, vt ibidem num. 35. & 36. & Azeued. in l. 6. numer 51. cum ſequentibus, tit. 4. & num. 60. cum ſequentibus, hoc lib. 8. poſt Anton. Theſaurum & alios.

Sed contrarium in ſupradictis ſentire & tenere videntur S. Antonin. Archiepiſcopus Florent. in 2. parte Summæ, tit. 10. cap. 4. in princ. Sylueſt. in ſua Summ. verbo blaſphemia, §. 2. & Angel. declarat verbo iuramentum, §. 12. & Rayner. in Sum. lib. 1. parte 1. tit. de iurament. verſi. ſciendum, & in ſumma confeſſ. lib. 1. tit. 8. quæſt. 7. in princip. quid de iis, qui iurant per membra Dei: Cardinal. de Vio in ſua Summ. verbo blaſphemia, quos refert Arnald. d. quæſt. 27. num. 24. & 15. Caietan. & Nauarra in locis relatis per Claud. ad Bertazzo. conſi. 553. ſub verſi. ex his conſtat, lib. 2. eandem tenet Ludouic. Lopez in ſuo inſtruct. conſcient. 1. p. cap. 51. pag. 183. & cap. 281. pag. 778. & Emanuel. Rodrig. in ſua Summ. 1. parte cap. 34. concluſ. 1.

Horum fundamentum eſt, quod poſtquam verbum caro factum eſt Deus habet & corpus & ſanguinem, ideo per talia iuramenta blaſphemia non inducitur, quia nihil tribuitur Maieſtati diuinæ, quod ei non conueniat, & in Euangelio legitur: Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videris habere, &c.

Sed hoc non obſtat, quia licet Chriſtus ſit Deus habeatque ſua humana membra prout eſt de fide, nominando tamen Deum abſolute intelligimus ſolam naturam diuinam, vel perſonas diuinas ſolùm quantum ad diuinam naturam, non autem quantum ad humanitatem aſſumptam à verbo: & ſecundum naturam diuinam circumſcripta humanitate Deus non habet membra nec corpus, ideo per illa iurare blaſphemia eſt, vt per Arnald. Albert. qui ſic obiectioni contrariæ reſpondet d. q. 27. n. 31. Et hanc etiam partem, & ſic deductionem noſtram tenet Angel. de malef. verbo verba iniurioſa, n. 14. verſ. quæro quæ erit pœna, & ibi Auguſt. in addit. in princ. Boniſa. de Vitalin. in titul. de pœna blaſphemanti, num. 1. Catald. in tract. de Syndic. num. 104. Bernard. Diaz in pract. cap. 110. verbo blaſphemi num. 2. Conrad. in practic. tit. de iniuriantibus, pag. 409. col. 1. in fin. & ſequenti, ſub num. 25. Boſſius in tit. de inquiſit. num. 130. verſi. ſed ſi quis, & num. ſequenti, Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centuria 4. caſu 135. num. 12. & 14. Maſcard. de probat. d. lib. 1. concluſ. 195. numer. 6. & Claud. ad Bertaz. vbi ſup. d. conſi. 553. verſ. ex his conſtat, & in verſi. ab hac concurro, & verſi. de 2. p. ad med. lib. 2. quos refert & ſequitur Farinac. d. q. 20. num. 19. & vltra eum Auend. vbi ſup. num 9. verſi. à concluſ. & Soto lib. 8. de iuſt. & iur. quæſt. 2. art. 3. verſi. ſunt & blaſphemiarum, pag. mihi 732. & Decian. 2. tomo tractat. crim. lib. 6 cap. 2. n. 13. & 14. & Anton. Theſaur. deciſ. Pedemont. 241. num. 4. & ita eſt tenendum, licet alij communiter diſtinguant, vt ibi per eum num. 2. verſi. quidam verò, eandem tenet Azeuedo in lege 6. numero 60. hoc titulo 4. lib. 8.

4 Ex quibus ſecus videtur dicendum in iurantibus per membra Chriſti eiuſque Virginis Matris, vel Sanctorum, vt putà per eius cor, ſanguinem, corpus, oculos, & his ſimilia: hi namque videtur, quod non ſint blaſphemi, cum Chriſtus eiuſque glorioſa Virgo Mater, & Sancti hæc omnia habeant, & ſic iurando per præd. nihil eis tribuatur, quod non conueniat, prout eſt de mente Theologorum ſupra citatorum 2. p. & in ſpecie tradit Boſſius vbi ſup. d. num. 131. verſic. & ideo ſi diceretur, & poſt alios ſic aperte reſpondet Arnald. Albert. vbi ſup. d. q. 27. n. 31. tametſi dicat, quod licet non ſit blaſphemia per ſupradictam rationem, habet tamen in ſe neſcio quid inhoneſtatis, & irreuerentiæ, ex rationibus de quibus ibi per eum.

Sed quod ſit blaſphemia tenet Angel. de malef. vbi ſup. d. n. 14. & Auenda. vbi ſup. necnon & Couar. etiam vbi ſup. verſ. 8. & Azeu. in rub. huius tit. 4. n. 21. & in d. l. 6. num. 60. cum ſequentibus, & numer. 55. & Anton. Theſaur. vbi ſupra num. 3. & 4. Quia quemadmodum cum quis per Dei vitam iurat & execrationis forma vtitur, in eum ſenſum vt Dei vitam in diſcrimine conſtituatur, ſi quod affirmatur verum non ſit, ita & quando quis vtitur his verbis, per caput Chriſti, & ſimilibus capiti Dei malum imprecatur, ſi falſum aſſertioni ſubſit, atque ideo hæc formula execrandi, vel blaſphemiam attinet, vel ineptiſſima eſt, plurimum Maieſtati diuinæ derogans.

5 Sed in hoc vera diſtinctio videtur, quam ponit Decian. d. c. 2. n. 14. ad fin. verſ. aut iuratur per membra Chriſti, nempe vt ſi iuramentum per membra Chriſti fuerit ſimplex aſſertorium, non poſſit tunc dici propriè blaſphemia, nec ſoleat puniri in foro ſeculari, neque etiam in Eccleſiaſtico, niſi falſum iuraret. Si verò iuretur per membra Chriſti per verba in iniuriam, & contumeliam ſeu opprobrium dicta, ex tunc tanquam blaſphemus puniendus eſſet, quod etiam prius dixerat idem author num. præcedenti, nempe 3. verſi. fateor.

6 Iure tamen noſtro Regio proculdubio, los que hazen juramento malos, y feos en deſacato de nueſtro Señor Dios, ò por otro algun miembro ſantiſſimo de nueſtro Señor, incurren en las penas que incurren los blaſfemos, vt in l. 6. huius tit. 4. lib. 8. & dicemus latius infra quæſtione iſta. Et de proferente quid opprobrioſum, vel iniurioſum contra Deum, vel eius Sanctos, quod ſit blaſphemus probat late cum aliis Decian. vbi ſupra, numer. 9. ad finem, & num. 10. & probatur in cap. 2. de maled. & ibi, notat Anan. eſt communis ſecundum Couarru. vbi ſup. & Iul. Clarum §. blaſphemia in princip. & Maſcard. de probationibus 1. tom. concluſi. 195. numer. 3. & Farinac. quæſt. 20. num. 16. & 17. & 12. vbi alios plures citant. Et licet nonnulli ex ſupradictis hoc de impropria, & larga blaſphemia intelligant verum eſſe, vera tamen blaſphemia eſt etiam iuxta Thomæ definitionem, ſi quidem nec maledictio, nec conuitium Deo poteſt aliqua ex parte conuenire, ita tenet Couarruu. vbi ſup. d. num. 8. dicens vnam tantum eſſe ſpeciem blaſphemiæ, ſcilicet propriè, prout eſt illa de qua loquimur, & ſequitur bene probans cum aliis Azeued. in rub. huius tit. 4. n. 15. cum pluribus ſeqq. aduerſus alios, quos prius citauerat à num. 10. cum ſeqq.

7 Quod ſi quis iuraret per Membra Chriſti, quæ in hominibus reputantur turpia, vt putà per anum, per vuluam, per priapum, & ſic per hominis pudibunda, & his ſimilia, tunc propter ſolam irreuerentiam, quæ in his verbis conſideratur & contemptum, & quod talis ſermo referatur in Chriſtum, & multo magis ſi in Deum, proculdubio eſſet blaſphemus, & vt talis puniendus veniret. vt tradit Cataldin. de ſyndic. n. 104. & 105. & omnes Summiſtæ relati per Arnald. Albert. de agnoſc. aſſert. catholic. & hæret. quæſt. 17. & 25. & quæſt. 6. num. 19. & 21. & hoc communiter ab omnibus ſine controuerſia recipitur ſecundum Farinac. qui prædictum Boſſium allegat d. quæſtio 20. numer. 21. ſequitur alios allegans Tiber. Decian. d. lib. 6. cap. 2. num. 10. loquens etiam in iurante per membra pudibunda Mariæ Virginis vel Sanctorum, & addit eſſe ſpeciem hæreſis idem probat cum aliis Azeuedo in dicta lege 6. numer. 55. cum ſequentibus, & Emanuel Rodrig. vbi ſup.

8 Quoad ſecundum de grauitate huius criminis blaſphemiæ, eiuſque acerba pœna, plura cumulat ex Sacris literis, & Summorum Pontificum decretis Ignat. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz de Lugo in practic. crimin. canonica cap. 110. in principio, litt. A. in notis, pag. mihi 373. cum ſequenti, quibus adde, quod blaſphemia omnibus aliis delictis, & facinoribus deteſtabilior eſt, vt latè comprobat Farin. d. q. 20. n. 3. cum plurimis ſeqq.

9 Blaſphemi Iure Ciuili pœna mortis plectebantur, vt in auth. vt non luxurientur homines contra natur. §. & quæſtionem, col. 6. & ibi gloſſa, Bart. Angel. & communiter omnes, gloſſa in cap. fin. de cleric. maled. & in cap. ſi quis per capillum 22. quæſt. 1. Angel. de malef. in verſi. verba iniurioſa, num. 14. & ibi eius addition. Couar. in repeti. cap. quamuis pactum, part. 2. §. 7. num. 10. de pact. in 6. Boër. deciſ. 301. num. 10. Bonif. de Vital. in tit. de pœn. blaſphemant. num. 1. Catald. de ſyndic. num. 106. Foller. in practic. crimin. in fragment. num. 15. in fin. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſu 375. num. 25. vbi quod omnes recipiunt diſpoſitionem d. Auth. Clarus in §. blaſphemiæ verſi. ſed quæro in principio, eſtque communis hæc ſententia, à qua nemo diſcrepat ſecundum Claud. ad Bertazzo. conſi. 551. in verſi. de ſecunda parte, vbi in ſequentibus verſi. hanc communem declarat procedere in blaſphemia iuramento annexa, ſecus ſine iuramento, vt ibi per eum, qui pluribus rationibus hanc comprobat declarationem, referente hoc & ſequente, pluteſque alios authores allegante pro præd. communi ſent. Farin. d. q. 20. n. 2.

10 Quæ pœna mortis iure Diuino imponebatur blaſphemis, quia hi lapidibus opprimebantur, vt Leuit. cap. 24. & poſt alios probant latè Clarus §. blaſphemia, verſi. ſed quæro, in principio, Fab. à Monte Leone in ſua prax. arbit. 4. p. num. 725. & 729 fol. 251. Menoch. d. caſu 375. num. 24. vbi

vbi plures ex antiquis,& ſacris litteris refert caſus, quibus Deus omnipotens blaſphemantes morte percuſſit, de quibus & multis aliis per Maſcard. *de probat. 1. tom. concluſ.* 194. *in princ.* & Ignat. Salced. *vbi ſupra*, refert ſupradictos præter hunc poſtremum Farinacium *vbi ſupra num.* 10.

11 Limitantur tamen primò ſupradicta de pœna mortis imponenda blaſphemantibus in Deum, vt locum non habeant in blaſphemantibus in Sanctos,quia de his non loquitur d.auth.vt non luxur.&c.vt optimè contra alios probat Farinac. *vbi ſup.*

12 Limitatur ſecundò, vt procedant in eo, qui ſolitus & conſuetus ſit blaſphemare,ſecus ſi non ſit ſolitus, vel conſuetus, vt iure bene probat & plures authores ita in terminis adducens Farinac. *vbi ſup. num.* 43 vbi quod iſto caſu non ſoliti blaſphemare poſſunt aliter puniri,quàm pœna capitis, putà pœna fuſtigationis, vel carceris, vel aliter arbitrio iudicantis. Quinimo ad pœnam mortis imponendam blaſphemo non ſufficit, quòd quis conuictus ſit blaſphemare ſemel,vel bis,ſed requiritur, quod pluries blaſphemauerit,aliter dicta pœna mortis locum non habebit,vt plures allegans Farin *vbi ſup.n.* 43. idem probat Azeued. *in l.6. num.* 29. *cum ſeqq. hoc tit.* 4 *lib.* 8.

13 Tertiò limitantur in eo,qui ira vel aliquo iuſto dolore motus blaſphemauit namque mitius puniendus eſt, vt cum aliis late probat idem Farinac. *ibi num.* 47. *&* 48. vbi quod hoc ita demum procedit, ſi ira ortum habuit ex iuſta & non leui cauſa, ſecùs ſi ex iniuſta, vel leui, quia tunc ira non excuſat blaſphemantem. Et ibi refert nonnulla exempla cauſarum, ex quibus iuſta ira procedere poteſt, & quod hoc caſu vt iracundia excuſet debet probari quod fuerit talis, vt alienationem mentis induxerit, & quo aliter blaſphemantem non excuſabit à pœna ordinaria. Et *num* 49. quod qui in ludo blaſphemat tanquam dans operam rei illicitæ non poteſt ex ira ſe excuſare ſecundum Abb.& alios plures, quos ibi refert.

14 Quarto limitantur, vt non procedant in blaſphemante per ebrietatem, & laſciuiam, quia tunc ſic blaſphemans excuſatur ſaltem vt minus puniatur, nempe extra ordinem pœna arbitraria iuxta communem ſententiam Doctorum, quos refert, & ſequitur Farinacius *vbi ſupra, num.* 50. *cum ſequentibus*. Ruſticitas tamen blaſphemantem non excuſabit à pœna ordinaria, vt cum veriori opinione ex pluribus ibi probat, *n.* 53. *cum ſeqq.*

15 Quintò limitantur in eo, qui in continenti poſtquam blaſphemauerit, blaſphemiam reuocat, vel retractat: quia is vel nulla prorſus, vel leuiſſima pœnitentia dignus eſt, vt cum Arnald. Albert. *in tractat. de agnoſc. aſſert. cathol. quæſtio.* 17. *num.* 9. *&* 13. late probat Farinac. *vbi ſupra, num.* 57. *cum ſequentibus*, vbi refert ſigna contritionis.

16 Sextò limitantur de Iure Canonico, vt *in cap. ſi quis per capillum* 22. *quæſtio.* 1. & per textum *in cap.* 2. *de maledicis*, vbi aliis pœnis punitur blaſphemans. Similiter & attento Concil. Lateran. ſub Leone X. ann.1514.celebrato,de quo *infrà* agemus.

17 Septimò limitantur, vt præd. pœna mortis pro blaſphemia receſſerit ab aula, & de conſuetudine non ſeruetur,vt latè per Farin. *d. quaſt.* 20.*num.* 64. *cum ſeqq.* vbi *num.*67. *verſ. ſed quidquid*,inquit,quod quidquid ſit de iure, nunquam vidit pro qualibet atroci blaſphemia imponi mortis pœnam; ſed tantummodo ad plus ad triremes damnari, & hoc rarò & forte nunquam,niſi pecuniariam,vel alias, vt ibi per eum. Erit igitur pœna arbitraria, vt plures referens tenet Menoch.*d.caſu* 375.*num.*50. & Farinac.*vbi ſup. num.* 66.

18 Et hæc de iure commmuni tam Canonico, & Ciuili, quàm conſuetudinario, vt vidimus.Cæterum iure noſtro Regio aliter ſtatutum eſt,vt in legibus huius tit.4.*lib.*8.*nou.coll.reg.*& videbimus in quæſtionibus ſtatim ſequentibus ſuper eas dictas leges regias conſtitutas.

## SVMMARIVM.

1 *Blaſphemia quæ puniantur, & quibus pœnis per leges huius Regni? & num.ſequ.in quibus octo concluſiones ponuntur.*

1 *El que renegare, ò denoſtare à nueſtro Señor Dios, ò à la Virgen ſu Madre, ò à otro Sancto, ò Sancta, incurre en las penas de leyes de las partidas, que hablan en eſta razon.*

2 *Blaſphemantes in Beatiſſimam Virginem, ac etiam Sanctos incurrunt in omnibus, quæ incurrunt blaſphemantes Deum*

3 *Blaſphemi reputantur, qui infamant Euangelium.*

4 *Cauallero, ò eſcudero que tenga tierra, que ſi denoſtare à Dios, ò Sancta Maria, quibus pœnis puniatur per l. partita pro prima & cæteris vicibus? Et quid de cæteris vicibus? num.* 5.

6 *Blaſphemans in Curia,vel intra quinque leucas, qua pœna puniatur iure Regio?*

7 *Blaſphemiæ pœna in homine nobili in quam commutetur ex Camera?*

*Renegans non Deum, nec Virginem Mariam, ſed alios Sanctos, in quam pœnam incurrat? eodem num* 7.

8 *Blaſphemantes ſcienter, & maledicentes perſonas Regias quibus pœnis puniantur?*

9 *Audientes alium blaſphemare poſſunt eum capere,& in carcerem detrudere.*

10 *Blaſphemiæ alia verba, & pœnæ ponuntur,& n. ſequentibus.*

15 *Iudices diſpenſantes in pœnis blaſphemiæ puniuntur eiſdem.*

---

*De blaſphemiis punibilibus per leges huius Regni, & de earum pœnis.*

## QVÆSTIO LIX.

QVÆRO nunc quas blaſphemias & iuramenta, & quibus pœnis leges huius Regni, & præcipue huius tituli puniant? Et in hoc deduco ſequentes ſummarias concluſiones à noſtris legibus Regiis huius tit. quarti gratia clarioris intellectus: poſtea verò alias quæſtiones proponam in praxi perquam vtiles.

1 Prima concluſio. *Qualquiera que renegare, ò denoſtare à nueſtro Señor Dios, ò la Virgen ſu Madre, ò à otro Sancto, ò Sancta, incurre en las penas de las leyes de las partidas, que hablan en eſta razon. Aſſi lo diſpone la ley* 1. *deſte tit.*4. *l.*8. *de la nueua Recop.*

2 Iure communi omnia ſuperius tradita de blaſphemantibus Deum habent etiam locum in blaſphemantibus Beatiſſimam Virginem, ac etiam Sanctos, vt in ſpecie tradunt Angel. *de maleſ. verbo verba iniurioſa, num.*14. Bonifac. de Vital. *in tit.de pœn. blaſphemant. num.*3. D.Couarru. *in cap.quamuis pactum,*1 *part.* §.7.*num.*9. *ſub verſic. ſexto hinc*, Menoch. *de arbitr. iudic. lib.*2. *cent.*4. *caſu* 375.*num.*14. vbi quod quando Virgo Maria Mater Dei, vel Sancti blaſphemantur. Deus ipſe blaſphematur, Fab. à Monteleone *in practica arbitr. part.*4. *fol.*149. *num.*720. Arnald. Albert. *de agnoſc.aſſert. catholic. & hæret.quaſt.*6.*num.* 23.

3 ¶ Vbi quod & blaſphemi reputantur, qui infamant Euangelium. Maſcard. *vol.*1.*de probat. concluſ.*195. *num.*4. quos refert & ſequitur Farinac. *in ſuis quaſt.crim.* 1.*p.quaſt.*20.*num.*25.*&* 26. vbi *num.ſequenti*, latè probat non eadem pœna mortis, qua iure communi ciuili punitur blaſphemans Deum, eſſe puniendum blaſphemantem eius Sanctos, ſed pœna aliqua extraordinaria, vt putà lingua.

4 Sed iure Regio partitarum, de quo fit mentio in hac noſtra l.1. hoc eſt, per l.3.*tit.*28. *p.*17. *El Cauallero, ò eſcudero, que tenga tierra, ſi denoſtare à Dios,ò Sancta Maria,por la primera vez pierde por año lo que tuuiere del Señor, y la ſegunda vez por dos años, y la tercera por toda la vida: y ſino tuuiere tierra, y tuuiere cauallo, y armas pierde lo por la primera vez: y ſino lo tuuiere, y tuuiere vna beſtia la pierda, y ſino la tuuiere, ò ouiere panos nuevos ſe los quite el ſeñor, y le aparte de ſi, y ſi el ſeñor no lo hiziere peche al Rey doblado quanto el Cauallero, ò eſcudero del ſeñor tenia. Et ſi en todo eſſe año otro alguno lo recibiere echando lo el ſeñor de ſi, ò partiendole el del por eſſa razon, peche por el doblado quanto del ſeñor tenia. Y ſi lo tuuiere Cauallero, ò eſcudero, que no tenga ninguna coſa del Señor que lo hecho de ſi, peche por el cient marauedis. Y ſi qualquiera de los ſobredichos en eſta ley, ò en la antes deſta denoſtare a otro Santo incurra en la mitad de la pena ſobredicha.* Quæ lex dum duplo maiorem pœnam imponit his, qui blaſphemant Beatiſſimam Virginem, quàm eis qui cæteros Sanctos, iuſtiſſima eſt ſecundum D. Simanc. *de inſtitut. cathol. tit.*8. *num.*8. *in fin.* Couar. *vbi ſuprà, dict. n.*9. *verſic. nono hinc patet*, & D.Azeued. *in dict. rub. huius tit.*4. *num.*28. *ad fin.* & inquit Gregor. Lopez *in d.l.*3 *gloſſ.*2. eſſe menti tenendam d.l.3. quia in hoc ſeruari iubetur per *l.*1. *tit.*8. *lib.*8. *ordinamenti*. Maximis enim blaſphemiis annumeranda eſt illa, quæcumque dicta fuerit contra Sacratiſſimam Virginem: cuius rei exemplum mirabile Nicephor. commemorat *lib.*18. *Hiſtor. Eccleſ. cap.*33. & ex eo tranſcripſit Simanc. *in princ.dict.num.*8. Sic nefas eſt iurare per intemeratam Deiparæ virginitatem, vt conſtat ex prædictis,& tenet Sot. *lib.*8. *de iuſtit. & iur. quaſt.*2. *artic.*3. *verſic.ſicuti nefas eſt*: & ſic iurans vt blaſphemus punietur, ſi credimus Couar. *d.*1.*part. de pactis in* 6.§.7 *num.*9. *verſ.decimo*, & Azeued. *in l.*6. *huius tit.num.*37.*&* 38. ſed nititur in quibuſdam conſt. Curiar.Madritiriis, *c.*68. *à n.*1528. *& c.*34.Curiar. de Madrit.ann.1570. quæ tamen non ſunt inſertæ in hac noua collect.reg. ideoque caret fundamento.

5 *Mas el ciudadano, ò morador en Villa, ò en aldea, que denoſtare à Dios, ò à nueſtra ſeñora Sancta Maria, por la primera vez pierda la quarta parte de todo lo que ouiere, y por la ſegunda vez la tercera parte, y por la tercera la mitad: y ſi de ay adelante lo hiciere de ſer hechado de la tierra. Y ſi fuere otro hombre de los menores que no tenga bienes, por la primera vez tiene pena de cinquenta açotes, y por la ſegunda que le ſeñalen con hierro caliente en los beços, que ſea fecho a ſemejante de B. por la tercera vez que le corten la lengua*, ita diſponit *l.*4.*d.tit.*28. *part.*7.

*Si fuere rico home el que denoſtare à Dios, ò à Sancta Maria, por la primera vez pierde la tierra que tuuiere por vn año, y por la ſegunda vez por dos años, y por la tercera vez la pierde de llano*, vt in l.2. *tit.*28. vbi Gregorius Lopez *in gloſſa, primera vez*, inquit quod iſtas pœnas approbat noſtra lex.1.cum adiectione tamen,quam lex 2. *titulo* 8. *libro* 8. *ordinamenti*, hodie l.2. noſtri tituli quarti facit, quæ in adiectione illius pœna videtur intelligenda de denegantibus Deum, in quibus Gregorius Lopez arbitratur practicari pœnam abſciſſionis linguæ, de qua in dicta lege 2. quam arbitratur inferendam eſſe etiam pro prima vice, cùm ea lex non exigat conſuetudinem, & veniat adiiciendo pœnam legibus partitarum, & in homine cuiuſcumque conditionis, vt per eundem Gregorium Lopez in dicta lege 4. *gloſſa* 2. & tenet alios allegans Azeuedo *in hac lege* 1. *num.*10. Sed hodie nouis conſtitutionibus praxis alias recepit huius criminis pœnas, vt dicemus infra in quinta concluſione. Et hæc ſufficiant circa primam concluſionem principalem ſupradictam.

6 Secunda concluſio. *Aliende de la dichas penas qualquiera que blaſphemare de Dios nueſtro Señor, ò de la Virgen Sancta Maria en la Corte, ò dentro de las cinco leguas, incurre en pena de que le corten la lengua y de cien azotes publicamente, y ſi blaſphemare fuera de la Corte incurre en pena que le corten la lengua, y pierda la mitad de ſus bienes, la mitad dellos para el que lo acuſare, y la otra mitad para la Camara del Rey: y aſſi lo diſpone la ley ſegunda deſte titulo*: cuius meminit Gregorius Lopez *vbi ſuprà*, & D.Couarruuias *de pactis in ſexto, prima parte*, §.7. *ſub numero* 11. vbi quod nouis conſtitutionibus praxis alia recepit huius criminis punitionem, nempe *l.*5. *infrà* in hoc titulo de qua in quinta concluſione infra ponenda. Tametſi Didacus Perez *in lege* 2. *titulo* 8. *libro* 8. *ordinamenti, pagina* 209.*columna* 1.*in fine, & columna ſequenti* aliud velit, dicens quod cum ratione loci magis grauetur delictum, meritò acerbiſſima pœna flagellorum, & abſciſſionis linguæ venit puniendus blaſphemans in Curia Regis, vt in præſenti lege ſanctè ſancitum eſt, & quod ad litteram eſſet ſeruanda, vt delinquentes in lingua in ea puniantur, prout iuris æquitas & ratio expoſtulat, vt *in cap. an ſit ibi, cum in eo quis puniendus ſit, in quo deliquit, de appellationibus, capite paſtoralis de iure patronatus*, & in aliis iuribus, quæ ibi ad hoc allegat. Iſta tamen linguæ fixio ſecundum eundem Couarruuiam *vbi ſuprà*, & Didacum Perez *vbi ſuprà, pag.*207. *columna* 1. *in fine*, quibuſdam in locis practicatur, alibi loco fixionis verberibus afficitur, ac ligno premitur lingua blaſphemantis, quod lignum Hiſpanè *mordaza* diximus, refert Azeuedo *in hac noſtra lege* 2. *numero* 17. *ad finem, & numero* 18. vbi *numero* 19. quod aliquando blaſphemo lingua perforatur, & ex cauſa hoc fieri poſſe ſecundum Afflict. quem refert, & quod ſi





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

ſi aliquando honorabilis perſona incidat in hoc delictum, poteſt cum eo haberi miſericordia dando magnas eleemoſynas. Et tandem inquit Azeuedo, quod in harum pœnarum impoſitione abſcindendi, aut perforandi, aut ligandi linguam plurimum præualebit conſuetudo.

Ego verò iure noſtro Regio prohibitum expreſsè inuenio iudicibus ſub pœna, ne diſpenſent in aliquo cum blaſphemis, ſed in eos non habita diſtinctione perſonarum exequantur leges huius tituli quarti, & pœnas in eis contentas per *l.20. titulo 6. lib.3. noua collect. regia.* Et ideò quod prædixit Azeuedo nempe, quod cum honorabili perſona poteſt in hoc haberi miſericordia dando magnas eleemoſynas, verum non puto in his Regnis ſaltem in foro ſeculari, in Eccleſiaſtico tamen poteſt ex cauſa locum habere.

7 Vlterius circa eandem noſtram l.2. obſeruauit Cantera *cap.3. de blaſphem. num.5. pagina* 450. *in principio*, quòd loquatur etiam pro prima vice, conſiderata tamen qualitate perſonæ & blaſphemiæ: nam licet pœna dictæ l.2. ſit poſita ita generaliter, credit intelligendam eſſe in homine vili, nam in nobili viro, & alicuius qualitatis commutaretur illa pœna in alia pecuniaria, vel in exilium, vel in alia ſimili pœna. Cui obſtat ea d.l.20. *ſupra* citata, ipſa tamen non loquitur in iudicibus ſupremis Curiæ Regis, quorum praxis in hoc ſeruanda erit, ſed tantum in aſſiſtente, gubernatoribus, prætoribus, & aliis iudicibus ſyndicatus Regni, in quibus ſeruanda eſt.

¶ Et pœnam dict. leg.2. non incurret dicens aliquam blaſphemiam ex grauibus contra aliquem Sanctum, vel Sanctam, non contra Deum vel Beatiſſimam Virginem Mariam, putà dicendo, *reniego de tal Sancto, ò Sancta,* licet grauius ſit puniendus, quam ſi diceret alias minores blaſphemias contra ipſos Sanctos, ſecundum Azeuedo *in dict. leg.1. numero* 21. *&* 22. tametſi ſub dubio, & maiori deliberatione.

8 Tertia concluſio. *Los que de malicia blaſphemar, y dizen palabras injurioſas, y feas contra el Rey, ò Reyna, ò contra ſu eſtado Real, ò contra el Principe, ò infantes ſus hijos, y contra qualquiera dellos: ſi fuere hombre de mayor guiſa, y eſtado ſea luego preſo por la juſticia do eſto acaeſciere, y le embien preſo al Rey para que le mande dar la pena que entendiere que merece. Y ſi fuere hombre de ciudad, ò villa, de qualquier ley eſtado, ò condicion que ſea, ſi tuuiere hijos de bendicion pierde la mitad de ſus bienes para la Camara del Rey, y la otra mitad es de ſus hijos: y no los teniendo pierde todos ſus bienes, las dos partes para la Camara del Rey, y la otra tercera parte para el acuſador. Y los bienes que anſi pierden ſe entiende ſacadas las deudas, doze, y arras de ſu muger. Y ſi el que aſſi blaſphemare fuere Conde, ò rico hombre, ò Cauallero, ò Eſcudero, ò otro hombre de gran guiſa, la juſticia ha de hazer peſquiſa, è embiar à hazer relacion de ello al Rey. Y ſi algun frayle, ò clerigo, ò hermitaño, ò otro Religioſo dixere alguna coſa de las ſobredichas, le prendan y embien preſo à buen recado al Rey: aſſi lo diſpone la ley tercera, de eſte titulo*, quam nouiſſimè legit, D. Azeued. ibidem.

9 Quarta concluſio. *Qualquiera que oyere blaſphemar à otro le puede prender por ſu propria authoridad, y atraerlo à la carcel publica, y poner en cadenas*, ita diſponit l.4. huius tituli quarti, quam ad hoc citant ibi. Azeuedo *in principio*, & Don Ioan Vela *de delict. cap.4. num* 10. Quoniam huius criminis accuſatio cuilibet de populo competit, vt teſtantur Barthol. & ferè omnes *in leg.1. D. de publicis iudic.* Imò hodie in nouiſſimis pragmaticis, *qualquiera que oyera blasfemar à otro, y no le denunciare ante el juez tiene pena de vn mes de carcel, como tambien lo nota Don Iuan Vela*, vbi proximè, *num.*11.

10 Quinta concluſio, *qualquiera que dixere, (à deſpecho de Dios, in deſpectum Dei,) es blasfemo,* quidquid dixerit Baldus *in conſ.476. lib.3. incipit: Ille qui dicit*, nam eius ſententia ferè ab omnibus repudiatur: nam hæc verba nullo modo poſſunt à blaſphemiæ culpa excuſari, quandoquidem manifeſtè tendunt in derogationem poteſtatis diuinæ, quaſi blaſphemus vellet agendum eſſe etiam ſi Deus omnipotens noluerit, quo quidem ſenſu Dei omnipotentis maieſtatem lædi nemo eſt qui non videat; atque ita Baldi ſententiam refellunt Imol. *in l. his verbis, §.1. D. de hered. inſt.* Boëtius *deciſ.*301. Grammatic. *deciſione* 50. & in pragmatica Regni noſtri hæc verba annumerantur.

11 Sexta concluſio, *en la miſma conſtitution ſe condena tambien y caſtigan por blasfemas las palabras ſiguientes, ſi alguno dixere, (no creo en Dios, reniego de Dios,)* quoniam grauiſſimum blaſphemiæ crimen eſt Deum cuius nutu conditi ſumus, cuius prouidentia gubernamur abnegare, & quod prodigioſum eſt Deum ipſum renegare, quæ verba fidei atque eius confeſſioni aduerſantur, ſecundum ea quæ conſiderat Couarruuias *vbi ſuprà, §.7. num.12. verſiculo, ſecundo.*

12 Eodem modo damnantur illa verba, *malgrado aya Dios*, quæ cum tribuant Deo quod ab eo omnino alienum eſt, nihil enim malè Deo poteſt accidere, manifeſtam continent blaſphemiæ culpam. Item & illa, *no ha poder en Dios,* quæ poteſtati Dei omnipotentis aduerſantur, & tandem illa, *peſe à Dios*, Deum tædeat, diſpliceat Deo: quæ detrahunt ſanè excellentiæ diuinæ, non enim conuenit Deo diſplicentia niſi de his quæ ab hominibus prauè committuntur.

13 Ex quibus deduci poteſt quid dicendum ſit de verbis illis, *por vida de Dios*, per Dei vitam, quæ Carolus Imperat. apud Toletum anno 25. eadem qua cæteras blaſphemas damnauit. Et profectò hæc Oratio, *per Dei vitam*, non habet eum ſenſum quem illa, *viuit Deus*, quia cùm dicimus per Dei vitam non inuocamus Deum ſimpliciter in teſtem, ſed eſt execratorium verbum, quemadmodum & illud, per vitam patris, etenim ſalutem patris quis in pœnam aſtringit, & vltionem ſi aliter res eſt, quam is affirmat. Vnde blaſphemia eſt maxima, per Dei vitam iurare, aut execrari, quia ipſam Dei vitam deſignat: quia ita execratur vltioni ac ſi Deus de ſe ipſo ſupplicium ſumere poſſet. Deinde ex his verbis ſignificatur, vitam Dei poſſe finiri, & eum mortalem eſſe, quod admodum blaſphemum eſt, ſequitur Menoch. *lib.2. de arbitrii iud. cent.4. caſu* 375. *num.*12. ¶ Tiber. tamen Decian. *in 2. part. tract. crimin. lib.6. cap.2. num.*13. referens ſeriatim præd. verba, Couarru. inquit quod quicquid ſit per leg. Hiſpaniæ ſancitum, & ſic per hanc noſtram l. regiam, quia in hoc Regno



Regno fortè ex communi vſu loquendi verba illa, *per vitam Dei*, ſonabant blaſphemiam, putat quod ſit verè blaſphemia talium verborum prolatio, non ſecus ac ſi diceret per Deum, niſi animo execrandi & iniuriandi, & contemnendi proferentur hæc verba, quia tunc tranſirent in blaſphemiã. ¶ Sed nos in his Regnis habemus præd. l. regiam expreſſam præcipientem, iurantem per Dei vitam incurrere in pœnas impoſitas à l. præcedenti blaſphemis, & ſic non eſt locus diſputationi, & opinio Couarru. approbatur in hac noſtra l.6. imò etiam ea non ſtante adhuc vera eſſet opinio Couarru. prout eam probat & defendit contra Decian. *vbi ſuprà*, D. Azeued. *in d.l.6. num.*35. cum Sot. *lib.8. de iuſtit. & iur. q.2. artic.3. & eodem lib. quæſt.1. artic.6.* ¶ Ampliatur vt iurare per vitam ſanctorum ſit etiam blaſphemia, vt per Azeued. *vbi ſupra, num.*36. cum inſtruct. conſcient. F. Ludouic. Perez 1. *part. tit. de blaſphemis ſub cap.*181. *verſ. poſtquam de malitia, pag.*778.

13 Septima concluſio. *En los caſos, que ſe ponen penas corporales à los que blaſpheman de Dios nueſtro ſeñor por las prematicas deſtos Reynos, an de ſer demas dellas condenados en diez años de galeras: y en el caſo, que conforme à ellas, en la eſpecie y generos de juramentos en ella contenidos, por la tercera vez ſe pone pena de enclauar la lengua, demas de la dicha pena en el dicho caſo han de ſer condenados en ſeys años de galeras*, ita diſponit l.7. huius tit. quod ita practicatur ſecundum additionat. Didac. Perez *in d.l.1. tit.8. lib.8. ord. pag.*207. dicentem eſſe iuſtiſſimam hanc additionem pœnæ.

14 Octaua concluſio. *Los juezes han de executar las leyes contra los que dizen mal à nueſtro Señor, y à nueſtra Señora, que ſon las arriba referidas, y las penas en ellas contenidas en las perſonas que contra ellas fueren y paſſaren ſin excepcion de perſonas de mayor ni menor condicion, ſo pena que ſi diſpenſaren en ellas en poco, ò en mucho, paſſen ellos la pena que el tranſgreſſor de las dichas leyes auia de paſſar, aſſi lo diſpone el cap 25. de Corregidores, que es la l.20. titul.6. lib.3. deſta nueua Recop.* de qua *ſupra in 2. concluſ.* & contra iudices & Principes ſuper his impiis blaſphemiis conniuentibus oculis pertranſeuntes pluribus rationibus inuehitur Tyber. Decian. *d.2. tom. tract. crim. cap.6. num.*27. tenentur enim honorem Dei ardentiſſimè vindicare argum. text. *in cap. non inuenitur,* 23. *q.4. & c. Imperatores,* 11. *quæſt.*4. & in ſpecie, *Petrus eos monet in tract. de ſyndic. ſub tit. de reg. princ. & Duc. exceſſi, num.*12. nam ſi iniuriam ſuam, imò & cuiuſque priuati acerrimè & vſque ad interitum vindicare ſolent & debent, quomodo poſſunt horrendas blaſphemias in Deum creatorem patrem & ſaluatorem noſtrum patientia execranda relinquere impunitas? Ea namque quæ in nos committuntur facilè poſſumus dimittere: ea vero, quæ in Deum commiſſa ſunt, cum magna diſcretione, nec ſine pœnitentia poſſumus relaxare *c. ſi is qui* 23. *quæſt.*4. nec enim diſſimulare debemus illius opprobrium, qui probra noſtra deleuit, *Cod. de delat. lib.*10. *num.*6.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemus an ſit, qui dixerit*, hoc fiet à deſpecto de Dio, *ſicut Doctores Itali referunt. Affirmatur. Ampliatur, num.2. in eo, qui dixerit*, Deum, tædeat, Deo diſpliceat, *Et his ſimilia. Et in num.3. idem probatur indicente*, al deſpecho de la Virgen, vel Sancti Pietro, vel Sancti Paulo, *& ſic de aliis Apoſtolis & Sanctis.*

4 *Blaſphemus eſt, qui protulerit verba illa*, malgrado aya Dios, *idem in dicente*, no ha poder en Dios, *vt in num.5.*

6 *Blaſphemus an ſit, qui dixerit verba illa*, abnego Deum, vel non credo in Deum.

7 *Blaſphemus an ſit, qui dixerit*, deuoueo Deo, vel deundeo à Dios.

8 *Blaſphemus eſt manifeſtus, qui dixerit*, reniego de Dios, ò de la fe, ò de criſma que recibi.

9 *Blaſphemus eſt ille, qui in Chriſtianam fidem aliquid iniurioſè obiecerit, & 8. vel Deum iniuſtum, aut improuidum eſſe, vt in numero* 10.

11 *Blaſphemia ſunt quinque verba in Hiſpania damnata, de quibus hic.*

12 *Blaſphemia an ſit dicere*, viuit Deus.

14 *Blaſphemia an ſit dicere*, ſicut Deus eſt veritas, *vel*, vt Deus eſt filius Virginis Mariæ, *& ſimilia ſic*, quod aſſero eſt verum.



## *De dicente* hoc fiet à deſpecho de Dios, *an ſit blaſphemus.*

## QVÆSTIO LXII.

QVÆRO in propoſito an ſit blaſphemus, qui dixerit, *hoc fiet à deſpecto de Dio,* ſicut Doctores Itali referunt? Et in hoc Bald. *conſil.476. ille qui dicit, lib.3.* in ea eſt ſententia, vt opinetur verba illa ad blaſphemiam non pertinere ex communi vſu loquendi, quia potius ſunt verba iniurioſa: cumque ſenſum habere videntur, quod ſicut multa mala fiunt Deo nolente ſpeciali concurſu, & quæ diuinæ Maieſtati diſplicent, ita & hoc malum fiet, etiamſi Deo diſpliceat, quibus verbis non derogatur immenſæ Dei poteſtati, quam opinionem imprudenter ſequitur Alexand. in additionat. ad Bart. *in l. apud Labeonem, §. ait prætor. ff. de iniur.* & Felinus *in proœm. Decretal. num.*11. Angel. *in l. his verbis, §. 1. ff. de hæreditat. inſtituend.* & ſequi videtur Socin. *conſilio* 119. *præſupponitur in facto, num.4. volum.4.* & nonnulli alij. 1

Sed nihilominus contrarium eſt verius, & tenendum, tum iure communi, tum etiam iure noſtro regio: imò quod præd. verba ſint blaſphema: non enim poſſunt vllo modo à culpa blaſphemiæ excuſari, ſiquidem manifeſtè tendunt in derogationem poteſtatis diuinæ, quaſi huiuſmodi blaſphemus velit id agendum eſſe, etiamſi Deus omnipotens noluerit quo quidem ſenſu omnipotentiæ Dei Maieſtas læditur. Et ita Baldi ſententiam contrariam falſam eſſe meritò cenſent Imola *in dict. leg. his verbis, §.1.* Socinus, *conſil.*102. *lib.1.* Boetius, *deciſione* 301. qui in principio illius deciſionis affirmat hanc opinionem eſſe veriorem, tam ſecundum Theologos, quam ſecundum Canoniſtas, & Legiſtas: idem etiam iudicauit

Conſilio Neapolitan. vt atteſtatur Grammatic. *deciſione 50.* & ſuper conſtitutione Regni *folio 1.4. columna 3.* quos referunt & ſequuntur hanc opinionem D. Couarruuias *vbi ſupra, numero 9.* & Clarus *dict. §. blaſphemia verſiculo, ſed nunquid*, dicens quod apud illud dominium non ſolum reputatur blaſphemia, ſed etiam connumeratur inter atroces, ita declarante Senatu 1. Auguſt. anno 1556. & 14. Iunij, 1550. ſequitur Menochius *de arbitrar. iudic. libro 2. cent.4. caſu 375. numero quarto*, Maſcard. *de probation. primo tomo, concluſione 194. numero quinto & ſexto.* Hanc obſeruant Veneti *in tota ſua ditione, & eſt in puncto* iuris veriſſima 1. Decianus *ſecundo tomo, tract.cap.2.num.4.* vbi alios allegat & eam latè probat, & eſt non ſolum magis communis, ſed etiam verior ſecundum Farinacium *in ſuis quæſtionibus criminal. prima parte, quæſtione 20. num.15.* & dictum Baldi contrarium *vbi ſuprà*, eſt communiter ab omnibus reprobatum ſecundum Azeued. in Rubrica, huius *titul.4. num.19. & in l.5. numero 3. eiuſdem titul.* & in his Regnis Hiſpaniæ hoc expreſſè cautum habemus *in d.l.& concluſ.5. ibi, y deſpecho de Dios*, & ita obſeruandum eſt proculdubio in praxi.

2 Ampliatur præcedens magis communis ſententia contra Baldum, vt procedat etiam, & idem ſit in eo, qui dixerit: *Deum tædeat, Deo diſpliceat*, & his ſimilia: per hæc enim & ſimilia dicitur quis blaſphemus, ita D. Couarruuias *vbi ſuprà, dict. num.9. verſiculo 5.* idem Soto *de iuſtit. & iur. lib.8. quæſt.2. artic.3. pag.697. colum.1.* Decian. *d. lib.6. cap.2. num.8.* Magiſter Bañez *in ſecunda ſecundæ, quæſt.13. artic.1. in fin.* & Azeued. contra Ludouicum Lopez *in dict. l.5. num.5.* & Farinac. *dict. quæſtion.20. num.14.* poſt Menoch. *dict. caſu 375. num.11.* Vbi tamen hoc procedere declarat, quando huiuſmodi verba ſunt prolata ſuper facto licito, quod Deo non diſplicet, ſecus ſi ſuper facto illicito, vt puta, ſi dicatur, *diſpliceat Deo quod furtum exerceam, quod adulterium committam*, & ſimilia: ex quo enim hæc vt illicita & peccata Deo diſplicent, ideò non erit blaſphemia ſic dicere, ſequuntur hanc declarationem Decian. & Farin. *vbi ſuprà*, nec diſſentit Claud. ad Bertaz. *conſ.553 verbo, ob hac concurro.*

3 Ampliatur ſecunda eadem magis communis ſententia, vt blaſphemia quoque ſit dicere *al deſpecho de la Virgen, vel ſan Pietro, vel ſan Paolo*, & ſic de aliis Apoſtolis, & ſanctis, vt optimè probat Tiber. Decian. *dict. cap.2. num.5.* vbi tamen fatetur quod cum maior reuerentia debeatur Deo quam ſanctis, atrocior erit blaſphemia, quæ directè in Deum dirigitur, quàm quæ in ſanctos, licet mediatè & per indirectum blaſphemetur Deus. Grauior tamen eſt blaſphemia in Virginem Mariam, quam in alios ſanctos, vt per Abb. *in cap. fin. 1. nota, de maledict.* & ideò quando pœna remittitur arbitrio iudicis, maior eſſet inferenda blaſphemantibus glorioſam Virginem Mariam, quam ſanctos, vt ibi per Abb. & Anan. *col.2. in fin.* quos refert & ſequitur Azeued. *in d.l 5. num.7.* qui num. præcedenti addit quod quando quis blaſphemat circa ſanctos Dei, vel aliquem eorum, non incurritur integra pœna, *dict. l.5.* ſed dimidia ex *l.3. titul 28. part 7.* nam cùm *in d. l.5.* nihil prouiſum ſit de Sanctis ſeruabitur diſpoſitio d. l. partitæ circa eos ſpecialiter diſponentis. Et tandem inquit quod ita

4 practicatur quotidie. ¶ Similiter verba hæc: *mal grado aya Dios*, manifeſtam habent blaſphemiæ culpam, vt *in d. l.5.* tribuit enim ſic blaſphemans Deo id, quod eſt omninò ab eo alienum, quia Deo nihil mali poteſt contingere, vt inquit Couar. *vbi ſuprà, d.num.9. verſic. tertio in eadem*, quem refert, & ſequitur Azeued. *in d.l.5. num.4.*

Idem in dicente, *no à poder en Dios*, vt *in d.l.5* 5
& Couar. *d.num.9. verſic. quarto eadem conſtitutio*, & Azeued. *in d.l.5.* ſuper eiſdem verbis, vbi *num.5.* idem eſſe dicit in illo, qui dixit: *non lo por far Dio*, vel *non lo potrebbe far Dio*, vt per Decian. *d.cap.2. num.6.*

De verbis autem illis, *abnego Deum, non credo* 6
*in Deum*, obſeruandum eſt eſſe crimen Apoſtaſiæ, ſi ad falſam affirmationem, aut negationem referantur: nam qui ait ſe non credere in Deum, niſi id quod falſum eſt verum ſit, iam Deum diffitetur, quod ſi ad verum referantur, blaſphema erunt dicta verba, quoniam Deus ſub hac forma non allegatur in teſtem, ſed potius eius nomen blaſphematur, quia diuinæ Maieſtati tribuitur, quod aliquo caſu temerè negari poſſit, ita probat & tenet D. Couarr. *vbi ſupra, 1.part. de pactis in 6. §.7. num.9. verſic. ſecundo*, ſequitur Menoch. *d.caſu 175. num.10.* Decian. *d.lib.6. cap.2. n.7.* & Cantera, *cap.3. de blaſphemis, num.3. pag.447.* vbi latè hoc probat.

Idemque etiam deduci valet à noſtra, l.5. huius titul. relata *in 5. concluſ. ſupra dicta*, ibi, *ò otras tales, ò ſemejantes palabras que las ſuſodichas en ſu offenſa*, cùm præcederent verba illa, *deſcreo de Dios, &c.* Et præterea ex *l.6. eodem titul.* ibi, *y no creo en la fè de Dios, &c.* & ibi, *y otras juramentos malos y feos en deſacato de nueſtro ſeñor*; his namque ſimilia ſunt dicere, *abnego Deum, non credo in Deum, &c.* & ita receptum eſt longa conſuetudine 2. Menoch. *vbi ſupra, dict. num.10.*

Idem probat Couar. *dict. num.9. verſic. ſeptimo*, 7
in verbis illis, *denoueo Deo, deuodeo à Dios*, quorum regia conſtitutio Toletana meminit (nempe anni 25. in Curiis de Toledo, *cap.75.* hodie poſita ſub l 6. huius tit.4. vt in margine eius cauetur) ea exæquans præcedentibus. Hæc namque verba ferè eundem ſenſum habent, quem illa, *deſcreo, non credo in Deum, abnego Deum*, id eſt, *maledico Deum*: & quòd hoc vltimum ſit blaſphemia probat latiſſimè Decian. *dict. lib.6. cap.2. num.9.* Illa autem oratio *voueo Deo*, non tam ad iuramentum, quàm ad expreſſum votum, pertinet: quam ob rem cùm hæc verba ad futurum aliquid referuntur quod pollicemur, voti formam, & ſpeciem habent, ideoque tunc ad voti materiam attinet, & inſpiciendum eſt, quid, fuerit promiſſum. At ſi nihil promittatur futurum, ſed velut iuratoria verba proferantur aſſertionis, aut negationis, ineptiſſima locutio eſt, cùm Deus in teſtem minimè allegetur, ſequitur vtrumque Azeued. *in l.6. huius tit. num.43. cum ſeqq.* vbi latè probat.

Similiter blaſphemia erit manifeſta, eiſdem- 8
que pœnis veteris pragmaticæ, ac Toletan. l. punitur, dicere, *abnego fidem, aut chriſma quod recepi, reniego de la fè, ò de la chriſma que recibi*, legeque Madritiia improbata atque punita, poſita ſub *l 6. huius tit.4.* vt in margine eius obſeruatur: ita tamen D. Couarruuias *d.1. part. de pact. in 6.§.7. num.9. verſ vndecimo.* & Azeued. *in dict. l.6 num.37.* contra Auend. *cap.5. per totum, n.16. lib.2.*

Sic



9 Sic etiam blaſphemia eſt, ſi quis in Chriſtianam fidem aliquid iniurioſè obiecerit, quod eius auctoritati, & certitudini deroget, quaſi verè in Deum ipſum fidei auctorem, & patronum dictum eſſe videatur, cum fides Catholica ab auctore ipſo certitudinem infallibilem habeat, vt cum Socin. *conſ.119. lib.4.* probat D. Couar. *vbi ſupra, d.n.9. verſ. duodecimo.* Omnes enim, qui in Deum, vel eius contemptum iniurioſa, vel obſcena, vel turpia verba proferunt, blaſphemi ſunt, & blaſphemiæ pœnam ſubire debent, vt probat latè plurimos allegans Farinac. *d. q.20. num.16.*

10 *& 17.* ¶ Vbi etiam infert ad eum, qui dixit Deum iniuſtum, vel improuidum, vt per Menochium *d. caſu 375. num.17.*

11 In ſumma Dominicus à Sot. *lib.8. de iuſt. & iur. quæſt.8. n.3. verſ.3.* inquit blaſphemia ſunt illa quinque verba in Hiſpania damnata, ſcilicet, *non credo in Deum* (ſeu vt ſingunt, *de Deo diſcredo*) item *de Deo renego*, quod eſt ipſum abnegare, & abiurare, & *peſe.* hoc eſt, Deo diſpliceat, *cumque tædeat huius, aut illius rei*, ac demum, *per Dei vitam*: & quod prima tria genera ſignificationem infidelitatis habent, & fidei abiurationis; quamuis huiuſmodi blaſphemiæ re vera non ſint apoſtaſia, vt ibi probat. Inquit tamen quod de fide blaſphemare, quam in baptiſmo profitemur, etiam apud Turcas & impuriſſimos idolatras eſſet exhorrendum: & quod ideò non eſt æſtimanda huius impietatis immunitas de ſola ciuili pœna, quæ leuiſſima eſt, carceris, quia eſt citra controuerſiam lariſſimè grauior culpa apud Deum, quam homicidium, quando quidem eſt fidei contraria, quæ ad primum legis mandatum attinet, ob idque Inquiſitores etiam hæreticæ prauitatis in blaſphemos ſolent animaduertere; imò antiquitus pœna acerrima mortis plectebatur blaſphemus, Leuitic. 24.

12 Quamuis autem iurare per vitam Dei ſit blaſphemia, vt ſupra probauimus, dicere autem *viuit Deus*, illa non eſt, ſed nefandiſſima execratio, vt optimè in propoſito probant Sot. *vbi ſupra*, ibi: *ſicut nec illud*, & Couar. *d. num.9. verſic.6.* & conſtat ex adductis per Decian. *dict. cap.2. num.13.*

13 Illa autem verba, *ſicut Deus eſt veritas*, vel *vt Deus eſt filius Virginis Mariæ*, & ſimilia ſic, *quod aſſero verum eſt*, ſi blaſphemiæ non ſunt ſaltem proximè accedunt, quocirca dum falſitas ſic affirmatur, fœdiſſimum eſt periurium blaſphemiæ affine. Et quando affirmatio veritate polleret non tamen eſſet à blaſphemia longe diſtans: nam quamuis veritas, vt aiunt Philoſophi, eo quòd adæquatio eſt rei ad intellectum, ac proinde in indiuiſibili conſiſtens, non recipiat magis & minus, tamen quia diuinæ veritates ipſiſſimæ ſunt veritatum omnium fontes, non ſunt à nobis acceſſibiles, atque ideo inſolentiſſima ſuperbia eſt tantam nobis fidem arrogare, vt veritates caducas noſtras cum illis ſempiternis conferamus: ita Soto *vbi ſupra, verſ. ad hæc profectò, & in relect. de iurament. cap.6.* quem refert & ſequitur Couarr. *vbi ſuprà, d. num.9. verſ. vndecimo*, addens quod imò eſt quædam hæc non infima blaſphemiæ ſpecies, quæ vel à noſtra ſuperbia procedit, vel noſtra inſtimatur iracundia dum tantam nobis fidem præſtari affectamus, qui & decipi ſolemus & decipere, quanta inuertibili debetur veritati diuinæ: vnde cenſet, quod hæc blaſphemia eadem lege regia ad hunc & eundem modum punietur, quod etiam probauit latè Azeued. *in dict. l.6. num.37. cum ſequentibus*, vbi hoc intelligit verum, niſi ex coniecturis appareat ſimilitudinariè, non verò comparatiuè eſſe talia iuramenta prolata, provt diſtinxit Merinna *in ſua inſtruct. confeſſ. in expoſitione, 1. præcepti, §.2. verſ. mas ſi dize, pag. mihi 70. colum.2.* quem ſequuntur Ludouic. Lopez *in 1. part. ſui inſtruct. conſcientiæ, cap.51. verſ. inſuper aduerte, pag.1.8.* & iterum latius *in eodem lib. cap.181. verſ. tertio de iſto, pag.778.* vbi idem vult de illo, qui dicit, *hoc eſt verum ſicut Euangelium*, volens exaggerare verum eſſe quod dicit: & diſtinctionem præd. Merinnæ ſequitur etiam Fr. Emanuel Rodriguez *in ſumm. in 1. part. cap.34. num.2.* ¶ Nihilominus Azeued. *vbi ſuprà, num.40.* verius iudicat cum Soto, & Couar. in dubio, niſi aliud appareat, verba prædicta comparatiuè eſſe prolata, & non ſimilitudinariè, & ideò, niſi aliud probetur, vt blaſphemia eſſe punienda: ſed quod multum proderit ad elidendam hanc animi blaſphemi coniecturam bona fama iurantis, quod non eſt conſuetus iurare, vt ſaltem de blaſphemia non puniatur, ſi aliud in contrarium non probetur, ſcilicet de malo animo iurantis, & proteſtatiuè affirmantis à ſe dictum eſſe verum ſicut Deus eſt veritas, vel ſicut Euangelium, &c. Quæ ſententia mihi ſatis placet, & ita meritò Azeued. allegat pro ſua opinione, cap.34. Coriatum de Madrid anno 1518. quo cum hoc fuerit expreſsè petitum, reſpondetur, *que eſto eſtà à ſaz proueydo por las leyes, y prematicas de eſtos Reynos, que cerca dello diſponen, y eſpecialmente por la ley y prematica fecha en las Cortes de Toledo el año paſſado de 1525. la qual manda que ſe guarde y execute, que es la l.6. deſte tit. referida en la 6. concluſion arriba pueſta*, quibus verbis ſatis hoc inſinuatur, quicquid aliud velit Auend. *2 part. cap.5. num.16. prat. verſic. & ſic*, ibi, *& ſic vltra.*

SVMMARIVM.

1 *Index competens quis ſit ad puniendos blaſphemos? & num. ſeqq.*
3 *Punitus ab vno iudice, ab alio non plectetur.*
4 *Iudice Eccleſiaſtico præueniente contra laicum blaſphemum in huius criminis punitione, leniter tamen eum punivit, an iudex ſecularis poſſit de huiuſmodi cauſa iudicare, & pœnam ſupplere? Et quid quando iudex Eccleſiaſticus prædictum reum iniquè abſoluit, num.5. & 7. & 8. Et numero 6. quid è conuerſo, quando iudex ſecularibus præuenit in huius criminis cognitione.*
6 *Blaſphemus laicus ſe ipſum denuntians coram iudice Eccleſiaſtico, an mitius puniatur.*

---

*De iudicibus competentibus ad puniendos blaſphemos.*

## QVÆSTIO LXIII.

QVÆRO præterea, quis ſit iudex competens ad puniendos blaſphemos? In quo obſeruandum eſt, quod propter offenſam Dei blaſphemiæ crimen eſt mixti fori, text. *in cap.1. de maledic.* & ibi Cardin. & Anan. Felin.

& Decian. in c.cum ſit generale de foro comp. verſ. alius eſt caſus, num.18. Bart. Soc. conſil.119.lib.4. Auend. 2.part. cap.5. prat. num.3. D. Simanc. de inſtit. Cathol. tit.8. num.4. Ignat. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz in pract. crim. Canon. cap.110. in nouis, in verſ. equidem, Didac. Perez in Rubr. tit.8. lib.8. ordin. verſ. & punitus, pag.205. Clar. §. blaſphemia, verſ. hoc crimen, Tiber. Decian. 1.tom. tract.crim.lib.4.cap.10.in 12.limit. & c.16. num.13.& 2.tom. lib.6. cap.4. num.1. eſtque communis ac receptiſſima ſentent. noſtrorum, atque in praxi ſæpiſſimè obtenta, eam ſequitur Farinac. quæſt.20. num.39. in 1.p. eq. ſequitur plures allegans Bouad. in ſua Politica de correg. d. lib.2. cap.17. num.77.

2 Ampliat Auend. vbi ſuprà, ſuperiorem concluſionem, vt procedat etiam in Iudæo blaſphemante, ex Anchar. conſ.15. & DD. in c. poſtulaſti de Iudæis, & l.34. tit.3. lib.8. ord. vet. eamque ſequitur Farinac. vbi ſuprà, ſub num.41. ad fin. vbi quod ita apud eum ſeruatur in vrbe, ex quo ibi Iudæi ſunt ſub protectione, & iuriſdictione etiam iudicis Eccleſiaſtici.

Verùm enim verò Anchar. vbi ſuprà, reſoluit contrarium in quodam Iudæo, qui ex ſpecula coniecerat immunditias, & deturpauerat crucem, quam in proceſſione & litaniis quidam deferebat cum imagine Chriſti Domini noſtri, nempe, vt punitio huius criminis ad iudicem laicum pertineat, non verò ad Eccleſiaſticum, & quod ſit puniendus pœna mortis. § Rurſus d. l.34. licet præcipiat iudicibus ſecularibus, vt procedant contra Iudæos blaſphemantes, & deteſtantes maledicentes Eccleſias & Chriſtianos, &c. Non tamen priuatiuè loquitur, ſicque non tollit cognitionem iudici Eccleſiaſtico. Denique cùm Iudæi ſint iam expulſi à noſtra Hiſpania iuſſu & pragmaticata Catholicorum Regum Ferdinandi, & Eliſabeth, non ponitur nec eſt inſerta d. l.34. in noſtra noua collect. legum huius Regni, imò neque eſt neceſſaria in his Regnis iſta hæc inueſtigatio, quamuis pœna mortis iuſtè ſit imponenda in præmiſſa ſpecie, vt præter Anchar. vbi ſuprà, tenent Paul. Gril. & Menoch. relati, & ſequuti per Azeued in d. l.6. num.66. & Farinac. 1.p. quæſt.20. num.68. Sed de hoc videndus eſt Anton. Theſaur. num.6. in loco ſtatim citando, & dicemus alia q. § Nihilominus tamen in partibus, vbi Iudæi commorantur, ſic blaſphemantes puniuntur tantùm per iudicem ſecularem, non verò per Eccleſiaſticum iuxta text. in cap. à nonnullis de iud. & Anchar. vbi ſuprà, eſt communis vt ex Steph. Auf. de poteſt. ſecul. in 4. reg. num.17. & Boër. deciſ.301. num.18. & Clar. §. blaſphemia col. vltima, & aliis, & cum hac opinione Anchar. tranſiuit Senat. Pedemont. ſecundum Anton. Theſaur. deciſ.141. num.7. verſ. tertio, aduerſus Felin. & Anan. in d. cap. poſtulaſti, & Calder. conſ.1. de iudic. & Præpoſ. in cap. gaudemus, num.5. vſque in fin. de diuort. eandem contra Auendañ. teſtatur magis communem Bouad. vbi ſuprà, verſic. pero de las dichas, refert ſequitur Tyber. Decian. d. lib.6. c.4. num.2. vbi num.3. hoc intelligit eſſe verum, niſi iudex ſecularis eſſet negligens in puniendos blaſphemantes, vt per Socin. latè conſil.129. n.8. & ſequenti per totum, volum.4. eſt communis vt alios allegans teſtatur Farinac. vbi ſuprà, num.41. Ampliatio igitur Auend. non eſt vera & potius eſt contra communem, niſi præd. modo intelligatur & declaretur.

3 Punitus tamen ab vno iudice ab alio non plectetur: id enim iniquiſſimum eſſet, multiſque legibus prohibitum l. Senatus, ff. de accuſat. l. licet, §. vltim. ff. naut. caupon. & ſtabul. c. de his de accuſat. c. Preſbyter 81. diſtinct. quidquid contrarium velit Tyber. Decian. d. c.4. num.1. eius tamen opinio & ſequacium ſaluari poteſt in caſu ſtatim ſequenti.

Dubium tamen eſt circa hoc in praxi ſæpiſſi- 4
mè contingens, an ſi iudex Eccleſiaſticus præuenerit laicum in huius criminis punitione leuemque pœnam pro eo laico blaſphemo impoſuerit iudex ſecularis, nihilominus poſſit de huiuſmodi cauſa iudicare ſuppleteque vſque ad condignam condemnationem? Et poſſe tenet Bald. in authentica clericos, C. de Epiſcopis & cleric. & in l. placet, num.5. C. de ſumm. Trinit. & fid. catholic. & probatur argumento text. in c. fœlicis, § per hoc de pœnis in 6. eſt communis & in praxi ſeruanda ſecundum Couar. in cap. Raynutius in princip. n.39. & eundem D. Couar. lib.2. var. reſol. cap.10. n.6. vbi dicit in praxi vtile fore & fortaſſis obſeruandum ſecundum Alciat. in cap.1. de offic. ordin. in vltim. gloſſ. in terminis latiſſimè probat, & tenet appellans eam magis veram & communem Anton. Gomez in 3. tom. var. reſol. cap.1. num.40. in 4. concluſ. Auend. 2. part. cap.15. prat. num.18. vbi alios allegat, communis ſecundum Simanc. de inſtit. catholic. tit.8. num.5. & ſecundum Iul. Clarum in practic. crimin. §. fin. quæſt.57. ad fin. verſic. ſed quæro, & ſequitur Decianus vbi ſuprà, eſtque opinio veriſſima & communis ſecundum Ignat. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz in pract. crimin. canonica cap.110. in verſic. eſt equidem, ſequitur Auiles in cap.15. prætor. gloſſ.1. num.22. Didac. Perez alios allegans in Rubrica tit.8. lib.8. ordinamenti, pag.205. col.2. verſic. & punitus, diximus lib.1. canonic. quæſt. cap.12. num.12. cum ſequentibus, & ſequitur D. Ioan Vela de pœn. delict. cap.4. in fin. pag.23. in principio, & plurimos congerens eandem ſequitur & communem appellat Bouadilla in ſua politic. de correg. lib.2. c.17. 5
num.94. § Idem erit à fortiori ſi reus mixti fori, & ſic blaſphemus fuerit iniquè abſolutus à iudice Eccleſiaſtico, id quod eſt communi omnium conſenſu receptum ſecundum D. Couar. vbi ſup. in principio num.6. & Simanc. d. num.5. & Bouadi. vbi
ſup. § Aliud eſſet dicendum ſi prius fuiſſet puni- 6
tus à iudice laico, nam ſecundum eum non poſſet deinde ab Eccleſiaſtico moleſtari, prout colligitur ex mente omnium Doctorum, & ſequitur Clarus vbi ſuprà, dummodo pœna impoſita per iudicem laicum, non eſſet minor illa quam pro eo crimine poſſet imponere iudex Eccleſiaſticus, loquendo de pœna corporali, vel pecuniaria: nam licet pœna excommunicationis, quam iudices Eccleſiaſtici paſſim imponunt, ſecundum quid ſit grauior omni pœna temporali, cum tamen tendat potius ad ſalutem animæ, & ſic ſit potius medicinalis quam afflictiua, non eſt in hoc connumeranda inter graues pœnas ſecundum ipſum. Attamen quando pœna impoſita per iudicem laicum eſſet minor illa, quam pro illo crimine poſſet imponere iudex Eccleſiaſticus: tunc meritò quod ſicut è conuerſo iudex ſecularis poſſet ſupplere iuſtam condemnationem, ita Eccleſiaſticus idem è contra facere poſſit; vt cum communi reſoluit Bouadilla vbi ſuprà, in ſua politic. de correg. lib 2. cap.17. num.94.

Licet tamen quando per iudicem Eccleſiaſti- 7
cum non eſt impoſita pœna condigna aduerſus blaſphemum, aliumue reum mixti fori, poſſit iudex ſecularis vſque ad condignam ſupplere, vt habet communis præcedens reſolutio, mitiorem tamen pœnam tunc temporis imponet hic iudex laicus, quam à principio cognouiſſet ſecundum Nicol. Boher. deciſ.289. & Robert. Marant. de ordin. iudic. 6. parte num.97. Couar. vbi ſuprà, n.6. Auend. etiam vbi ſupra, & nos quoque vbi ſupra, num.14. nec non & Ignat. Salced. admonens, vt iudices Eccleſiaſtici in puniendis his criminibus contra laicos non benignitate, ſed potius rigore vtantur, ne anſa detur iudicibus ſecularibus vt ſeuerius eos puniant in ignominiam Eccleſiaſticorum tribunalium: eandem moderationem ſequitur Azeued. in l.1. num.42. tit.4. hoc lib.8.

8 Hæc tamen licet ita ſe habeant, in puncto iuris, omnino ſolida non videntur; contrarium ſiquidem, imo quod in ſpecie prædicta iudex laicus non poſſit iterum de eo crimine cognoſcere, de quo Eccleſiaſticus contra laicum mixti fori proceſſit, & pronuntiauit, nec leuem pœnam ab eo impoſitam ſupplere, tenet Hoſtienſ. in cap. tua de procurat. & ibi Anton. de Butr. columna 2. num.18. idem Anton. de Butr. in cap. 1. de officio ordinar. columna fin. num.16. & ibi Immol. l. final. columna, & Alciat. ſuper gloſſam fin. & Anan. in cap. poſtulaſti de Iudæis, columna fin. in fin. & inquit Ignat. Salced. vbi ſuprà, quod in actionibus forenſibus nunquàm vidit hoc pœnæ ſupplementum à iudice laico impoſi, ſicut & nos, nec vidimus inquàm pluribus annis, quibus in eis fuimus verſati, quod forſan contigit, vel quia iudex ſecularis non teneatur ſtare proceſſui iudicis Eccleſiaſtici ad ſupplendam pœnam, vel propter maximam incertitudinem, quæ verſatur in diſcernendo, quomodo & quando pœna legitimè ſuppleatur vel non: vel quia ad iudicem Eccleſiaſticum tanquam digniorem ſpectat hæc declaratio, & ſemper declarabit condignam pœnam impoſitam
9 fuiſſe. § Addo ipſe quod laici blaſphemi plerumque ſe ipſos denuntiant puniendos coram iudice Eccleſiaſtico, & mitius agitur cum ſponte confeſſo quam cum conuicto, cap. Preſbyteros 50. diſtinctione, cap. in primis, verſiculo ſi autem Epiſcopi, ſecunda quæſtione 1. cap. innotuit 20. in principio, & in verſiculo multa de electione, communis ſecundum Beroum num.88. Burgenſ.25. & cæteros præcipuè nouiores, in cap. at ſi clerici, verſiculo, ſi vero de Iudic. Iulium Clarum, in pract. crim. §. fin. quæſt.60. verſiculo, non deſunt, quod procedit & intelligitur quando liberaliter & ſponte quis confitetur, prout contingit in ſe vltroneo & ſponte denuntiante, vt in noſtra ſpecie, ſecus vero quando quis timore probationis confitetur, tunc enim non agitur mitius cum confeſſo, quam cum conuicto iuxta gloſſam, in c. de hoc verbo, in iure, de ſimon. & ibi Anania & Felin. num.5. Tiraquel. de pœn. temper. cauſ.30. num.90. Sahagum, in d. c. at clerici, verſic. ſi verò, num.13. quamuis ipſe contrarium ibi cum aliis præcipuè Iulio Claro vbi ſuprà, probet, quam perdifficile foret liberalem confeſſionem diſtinguere ab ea, quæ ſit timore probationis, & ideò merito quod iudices de hoc non curent, vt inquit Iulius Clarus, & Alberic. in l.1. § quæſtionum, num.3. ff. de quæſt. & dicit nunquam ſeruari vidiſſe contrarium, nempe, vt quis propter liberalem confeſſionem mitius puniatur, eſtque communis ſecundum Decium num.9. Bero.91. Mantuan.3. in d. verſic. ſi vero, eamque bene probat Sahagum vbi ſuprà, num.14. cum ſeqq. reſoluens confeſſum & conuictum ſimili pœna afficiendum eſſe ex illo text. & cap. nos in quemquam 2. quæſt.1. cap. cum olim de rerum permutatione. Et tandem num.17. cum ſeqq. reſpondens iuribus contrariis primo adductis reſoluit in pœnitendis & diſpenſationibus mitius agi cum confeſſo, & ita obtinere illud vulgare de quo ſupra, nempe mitius agi cum confeſſo quàm cum conuicto, & probari in d. c. Preſbyteros, & in d. c. innotuit; ſecus autem in pœnis, in quibus iuxta communem ſecundam ſententiam, & veriorem confeſſus & conuictus ſimili pœna afficiendus eſt iuxta criminis naturam.

Nihilominus tamen noſtra additio fundata in illo vulgari in propoſito bene fauet praxi, ſiquidem pœna blaſphemis impoſita à iure noſtris legibus regiis nedum pœnam, ſed etiam pœnitentiam concernit, eo, vel maximè quod in noſtra ſpecie prima communis locum habet & iure obtinet, quia blaſphemus ſe ſponte denuntiat coram iudice Eccleſiaſtico ab eo minimè præuentus, nec forſan præcognitus, quare meritò, vt cum eo mitius agatur, quia tunc ceſſat timor probationis. Et in hac ſpecie limitari iure poteſt ſecunda communis ſententia, quoniam ipſa loquitur in eo, qui poſtquam à iudice præuenitur & capitur, liberaliter crimen confitetur timore probationis, vel alias: & ideo quia difficilè foret hac in ſpecie diſtinguere liberalem confeſſionem ab ea, quæ ſit timore probationis, meritò vt confeſſus & conuictus ſimili pœna plectatur. Non vero loquitur ſecunda communis præfata ſententia, nec agit in eo, qui ſe ſponte denuntiat non captus, vocatus, nec compulſus à iudice reſpondere, ſed vltro comparet, & confitetur petens miſericordiam. In hac namque ſpecie bene diſtinguitur ſpontanea confeſſio ab ea, quæ neceſſario ſit, atque ideo merito mitiori pœna plectenda. Omnia hæc eò tendunt, vt intelligamus in noſtro principali dubio non immeritò in praxi non eſſe obſeruatum, aut obtentum, quod iudex ſecularis poſſet iterùm punire laicum blaſphemum, à iudice Eccleſiaſtico prius condemnatum, vſque ad ſupplementum pœnæ condignæ, præſertim hoc caſu, quo blaſphemus ſponte ſe denuntiauit & liberaliter, non vocatus, nec præcitatus, ſe ſiſtit coram iudice Eccleſiaſtico & confeſſus fuit ſuam culpam, petens ab eo pœnitentiam cum miſericordia. *Aun que Bouadilla* vbi ſuprà, *dize, que en lo que toca à ſuplir el ſegundo juez la pena que dexò de imponer el primero, no lo vè practicar, ſino que ſentencia la cauſa como halla por juſtitia, en eſpecial en el caſo de blaſfemia, en que ay pena taſſada; que en otros delictos ſegun Boerio, toda via ſe mitiga la pena arbitraria por el ſegundo juez. Pero Boerio en el lugar que le cita antes tiene que no puede proceder el ſegundo juez, y es la comun en contrario. Y lo que dize Bouadilla, que no vè practicar, es conforme à lo que vamos fundando de practicà contra la dicha comun.*

## SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis an poſſint cognoſcere de crimine blaſphemiæ, eiuſque reos punire? per totam quæſtionem.*

2 *Blaſphemiæ quædam ſunt hæreticales, quædam non hæreticales, vt hic: de his cognitio eſt mixti fori inter iudices ordinarios, de illis Inquiſitores Apoſtolici cognoſcunt vt in n.3. Et quæ pœna in iudicio Inquiſitorum imponitur num.4.*

5 *Sacerdotibus blaſphemis publica pœnitentia imponenda non eſt, ſed alia pœna de quibus num.6. & 7. cum ſeqq.*

10 *Blaſphemus apud dominos Inquiſitores & per Ordinarios Eccleſiaſticos pœna arbitraria plectitur pro perſona & facti qualitate, & conſuetudine blaſphemandi, vel non, & aliis circunſtantiis, de quibus n.11.& 12.*

13 *Hæreticalia verba per iocum proferens, qua pœna puniatur? Et ab Inquiſitoribus puniri poteſt, vt in num. 14.*

15 *Fides facilè non eſt accommodanda illis qui per iocum hæreticalia verba dixiſſe aſſeuerant; ſed maturiori conſilio res expedienda erit, vt hic.*

16 *Verba Sacræ Scripturæ ad iocoſa, ſcurrilia & inania trahentes, & ex diuinis rebus impudenter componentes* paſquines, burlas, falſtas, adulaciones, detractiones, ſuperſticiones, encantaciones, diuinaciones, ſuertes y libelos famoſos, *hi & ſimiles temeratores, & violatores verbi Dei, iuris & arbitrariis pœnis per Epiſcopos coërceri debent. Quando tamen hæreſim ſapiunt, Inquiſitores ad punitionem & correctionem illorum procedunt.*

18 *Qui animo indeliberato, veluti per lubricum, vel lapſum linguæ in blaſphemiam, vel hæreſim prorumpit, puniendus eſt.*

18 *Incumbens rei licitæ, ſi percuſſit Crucem vel Chriſtum, aut aliam imaginem nolens, & non in contemptum, an excuſetur.*

19 *Ebrius blaſphemiam, vel hæreticalia verba proferens an excuſetur.*

20 *Hæreſis à furioſo dicta vel ab inſano, amente, frenetico, & à dæmonio agitato, an ſit impunita? Et n.21. hoc eſſe generale in omnibus delictis, vt ebrietas excuſet à pœna ordinaria. Declaratur num.22.& 23.*

24 *Dormientes blaſphemiam proferentes excuſantur.*

25 *Defenſiones & excuſationes blaſphemiæ, & cuiuſcumque alij delicti remiſſiuè.*

26 *Iudices Eccleſiaſtici ex cauſa poſſunt mitius punire blaſphemos.*

26 *Blaſphemiæ pœna de Iure Canonico quæ ſit? & num.27.*

28 *Iudices laici nullo modo poſſunt diſpenſare in pœna blaſphemiæ; alias incurrunt in pœnam talionis.*

29 *Verba admiranda D. Chryſoſtomi referuntur contra blaſphemos, & in eorum correctionem & punitionem.*

---

*An Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſint cognoſcere de crimine blaſphemiæ, eiuſque reos punire.*

## QVÆSTIO LXIV.

1 QVÆRO vlterius, an Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſint cognoſcere de crimine blaſphemiæ, eiuſque reos punire?

2 Pro huius quæſtionis intelligentia obſeruandum eſt, quaſdam eſſe blaſphemias hæreticales, quia cum hæreſi connexionem habent, eique ſunt confines, & quæ ſpeciem hæreſis præſeferunt, vt ſi quis dicat vel faciat aliquid, quod diuinæ deroget bonitati, credens de Deo ita eſſe, vel ſi per blaſphemiam ab eo prolatam non modicam ſuſpicionem hæreſis dederit, veluti ſi dixerit, *abnego Deum*, *non credo in Deum*, id eſt *deſcreo de Dios, reniego de Dios, ò de la fè, ò de la criſma, ò reniego de la puridad de nueſtra Señora*, & ſimiles blaſphemias. Habent enim verba hæc nefandam ſignificationem infidelitatis, fideique confeſſioni opponuntur.

3 Aliæ vero blaſphemiæ ſunt, quæ Hiſpanè ſonant, *Peſe à Dios, por vida de Dios, mal grado aya Dios, ò deſpecho de Dios*, vel ſi quis iurauerit per membra Chriſti, aut Sanctorum pudenda, cum illorum vituperatione & ignominia, vel impia iurandi conſuetudine aliquid inconderatè, & inconſultè dixerit, & ſimiles: & hæ non ſunt hæreticales, quia quamuis grauiſſimæ ſint, fidei tamen confeſſioni non opponuntur. ¶ Harum cognitio & punitio eſt mixti fori ad ordinarioſque iudices pertinet, vt reſoluimus ſuprà in quæſtione modo præcedente. Illarum verò, quæ hæreticales ſunt cognitionem habent Inquiſitores Apoſtolici, vt conſtat ex Alphonſ. à Caſtro *lib.1. de iuſta hæret. punit. cap.12. verſ. ex quo manifeſtè*, & præcipuè *in verſic. cum igitur tanta ſit*, vbi quod ſi quis dicat Deum iniuſtè punire aliquem, aut non poſſe hoc, aut illud efficere, aut inſipienter rem aliquam egiſſe: hic talis blaſphemus eſt, & ab hæreticorum Inquiſitoribus examinandus, non propterea ſolum quod blaſphemus eſt, ſed quia per talem blaſphemiam dedit non modicam de hæreſi ſuſpicionem: nam vt ſumma veritas ait, *Ex abundantia cordis os loquitur*, ibique latè proſequitur quid tunc Inquiſitores conſiderare oportet: præfatam etiam diſtinctionem ſequitur D.Simanc. *de inſtit.catholic. tit.8.num.6.* Franciſcus Squila Iaceuſ. *de fide catholic c.16.* Albertin. *de agnoſcend. aſſert. quæſt.6. num.14. & quæſt 22. num.63. & quæſt.27. & 36. num.18.* Nicol. Boër. *deciſ.301.* Afflict. *in conſtit. Siciliæ lib.3. rubrica 54.* Grammatic. *deciſione 50.* D.Couar. *de pact. lib.6. 1.part. cap.7.num.13. verſic. crimen*, Rojas *de hæret. 2 part. num.179.* Bañez *in 2.2. quæſt.13. art.1.* Emanuel Rodriguez *in ſua Summ. 1.parte cap.34.num.3. in fin.* & Bouadill. *in ſua politic. de correg. lib.2. cap.17. num.77.* & optime laque Farinac. *dict.quæſt.10. num.29. cum ſequentibus*, vbi plura alia in propoſito & Azeued. *in l.1. num.3. & in l.6. num.49. cum pluribus ſequentibus, tit.4. hoc lib.8. nouæ collect.reg.* vbi cum aliis auctoribus, quos citat, tenet quod iuramenta ſcelerata hæreſim ſapiunt nempe illa, quibus iuratur per caput, capillos, vel pedes, aliaue membra Dei, vel per corpus Dei, contra Ludouic. Lopez aliud tenentem. Imo ſecundum Bald. *in l. accuſationem ſub num.6.* ibi, *idem ſi dico*, iurans per membra pudibunda Chriſti animo indubitato, ſpecies hæreſis eſt; ſecus ſi per laſciuiam & ebrietatem, quem refert Albertin. *in dict.quæſt.27.num.33.* & ſequitur Boër. *deciſ.301. ſub num.1. ibi*, & Bald.Decian. *2.tom.tract.crimin.lib.6.cap.2.num.11.* & Azeued. *vbi ſuprà, in dict. l.1. num.6. & in l.6. num.56.* Adde quod ſi impia iurandi conſuetudine inconſideratè & inconſultè id dixerit, non videtur eſſe hæreticalis iuxta opinionem Caſtri *vbi ſuprà.*

4 Pœna autem in iudicio Inquiſitorum hæc vſu recepta eſt pro his blaſphemiis, in quibus cognitionem habent, vt pro atrocioribus blaſphemiis blaſphemus plebeius trahatur in ſpeculum publicum infami quadam mitra capiti impoſita, & lingua ligata ferro, & ſine chlamyde, & publicè ſententia pronuntiatur, & confeſtim flagellis cæſus in exilium mittitur, ita D.Simanc. *d.tit.8.n.10.* Ioann. vero à Rojas *de hæret. 2.part. num.176.* idem propè dicit: addit tamen abiurationem de



leui & pœnam triremium, quem ſequitur Ignat. *vbi ſuprà, in verſiculo, pœna autem*, & refert Azeued. *in dict.leg.1. num.8.* Si vero blaſphemus nobilis, aut honeſtus fuerit, ſine mitra pœnitentiam publicam ſimiliter agit, & ad certum tempus in Monaſterium detruditur, & mulctam aliquam ſoluit, & nonnunquam propter ſuſpicionem abiurare cogitur. Honeſtiores enim fuſtibus cædendi non ſunt *l.capitalium, §.1.ff.de pœn.* ita Simanc. *d.num.10.* Rojas vero & Ignatius *vbi ſuprà*, ſimpliciter dicunt, hunc pœna pecuniaria condemnandum & in Monaſterium ad certum tempus detrudendum.

In aliis autem blaſphemiis leuioribus ſolent Inquiſitores damnare blaſphemum, vt aliquo die feſto in Eccleſia dum ſacra ſolemnia celebrantur ſtet nudo capite ſine chlamyde, ſine crepidis & calceis, reſti ſuccinctus, & dextera præferens ardentem facem: & ſacris peractis, legitur publicè ſententia qua ieiunia quoque & precationes indicuntur; & prætere a mulcta aliqua punitur maledicus, vt teſtatur Simanc. *vbi ſuprà, n.11.* quem refert & ſequitur Ignatius *vbi ſuprà, in verſiculo, in aliis autem*: ex conſuetudine vero blaſphemandi creſcit pœna, vt ex aliis docet Rojas *vbi ſuprà, num.177.*

5 Sacerdotibus autem blaſphemis publica pœnitentia imponenda non eſt, de qua *in cap 2. de maledic.* ne grex fidelium ſcandalum patiatur, & vileſcat clericalis ordinis auctoritas, ita communiter teneri atteſtatur Abbas *in dict. cap.10. n.8.* ſequitur D.Couarruuias *de pact. in 6. 1.parte.§.7. num.10. verſic ſed quia ſequitur*, & latiſſimè comprobat Simanc. *vbi ſuprà, num.13. cum ſequentibus*, & communem ex eo teſtatur Clarus *in §. blaſphemia, verſiculo, ſed quæro*, & Ignatius *vbi ſuprà, in verſiculo, clericos non ſubire* poſt Bernardum, *ibi, num.2. verſiculo, pœnam vero*, D.Cantera *cap.3.de blaſphem. num.4. pagina 448.* Petrus Gregorius *in ſua ſyntagmat. iur. vniuerſi lib.33.cap.12.num.5.in fin.* & Tiber.Decian. *2.tom, cap.6. num.3.*

6 Sed quamuis Sacerdotes non agant pœnitentiam publicam, non tamen idcirco eorum blaſphemiæ erunt impunitæ, imo tanto ſeuerius puniri debent pro blaſphemia mulcta, ſcilicet, ieiuniis & orationibus, & præterea ſacris interdicendus eſt ad certum tempus & in Monaſterium detrudendus vt vtrumque probat latè Simanc. *vbi ſuprà, num.15.& 16.*

Et ideo clerici blaſphemi deponendi ſunt ab ordine Eccleſiaſtico & clericali, text. optimus *in cap. ſi quis per capillum 22.quæſt.1.* quæ quidem pœna obtinere debet data incorrigibilitate, vel conſuetudine blaſphemandi, prout notant Hoſtienſ. & Alexand. quos refert & ſequitur Cou. *vbi ſuprà*, aut ſecundum ipſum ibi, cum ita grauis fuerit blaſphemia, quod maximam inducat diuinæ maieſtatis iniuriam, ſicuti Abbas exiſtimat *in dict. cap.2.* quem ſequitur Bernard. Diaz *vbi ſuprà, num.2.* qui plura in propoſito addit, cum alias pœna dict. canonis ſit iam olim antiquata per deſuetudinem vt teſtantur Hoſtienſ. *in ſumma de maledic. §. blaſphemantes verſiculo, grauiora etiam*, Bernard. Diaz & Couar. *vbi ſuprà.* & Don Ioan Vela *de pœnitent. delict. cap.4.*
7 *pag.21. in princ.* vbi cum ſupra dict. & aliis reſoluit, hodie pœnam eſſe iudici arbitrariam, niſi ob aſſiduam blaſphemandi conſuetudinem & blaſphemiæ grauitatem Iudex exiſtimauerit practicandam eſſe pœnam *dict. cap. ſi quis per capillum*, & monet Vicarios Epiſcoporum vt ſemper arbitrentur contra clericos blaſphemantes iuxta pœnas eiſdem impoſitas à Concil. Lateranenſ. ſub Leone X. relato à Couar. Bernard. Diaz & Cantera, & illud de pœna arbitraria ſequitur bene declarans Cantera *vbi ſupra, num.4. verſiculo, aut blaſphemus eſt clericus.*

Hodie vero ex Concil. Lateran. ſub Iulio II. 8
cœpto & ſub Leone X. continuato anno 1514. ſeſſ.9. cauetur quod clericus vel Sacerdos blaſphemus prima vice eo ipſo mulctetur fructibus vnius anni ſuorum beneficiorum: pro ſecunda vero vice ſi vnum tantum beneficium habuerit, eo priuetur, ſi autem plura, quod ordinarius maluerit: pro tertia vice dignitatibus & beneficiis omnibus, quæcumque habuerit eo ipſo priuatus exiſtat, ad eaque vlterius retinenda inhabilis reddatur, libereque impetrari & conferri poſſint aliis pœnis contra blaſphemos huiuſmodi per ſacros canones expreſſis in ſuo robore manentibus, cuius Concilij deciſionis meminerunt Bernard. *d.cap.110.circa fin.* & latius Couar. *vbi ſuprà, n.10.* & Menoch. *de arbitr. iud. centuria 4. lib.2. caſu 375. n.19.* Don Ioan Vela *vbi ſuprà*, & alij præcipuè, Proſper. Farinac. *2.tom.quæſtionum crim. quæſt.20. n.63.*

Nouiſſimè tamen motu proprio Pij V. Ponti- 9
ficis Maximi Kalend. Aprilis, ann.1566. lato, quicumque clericus in hoc blaſphemiæ crimen contra Deum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vel glorioſam Virginem Mariam eius Genitricem incurrerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium & quorumcumque beneficiorum ſuorum, pro ſecunda beneficiis ipſis priuatur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponitur & in exilium mittitur. Quod ſi clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro ſecunda carceribus mancipatur: pro tertia verbaliter degradatur & ad triremes mittitur. Qui reliquos Sanctos blaſphemauerit, pro qualitate blaſphemiæ arbitrio iudicis punitur, qui motus proprius eſt inſertus, atque poſitus in ſecunda parte Bullarij *folio 924. in ordine 5. ſub verſic. ad abolendum*, & refert Farin. *vbi ſuprà.*

Contra laicos vero aliæ pœnæ imponuntur per dict. Conc.Lateran. & motum proprium præcitatum, quas nuncupatim refert Farin.

Nihilominus tamen blaſphemus apud domi- 10
nos Inquiſitores pœna arbitraria præd. plectitur, & per Ordinarios Eccleſiaſticos ratione circunſtantiarum contingentium etiam erit atque imponetur, vt modo dicebamus, & tenet Hoſtienſ. *in dict. §. blaſphemantes verſiculo, grauior*, Anchar. Anton. Butr. & Cardinal. *in cap.2. de maledict.* vbi Abbas, dicit, quod ita communiter tenetur ſecundum Bernard. Diaz *dict. cap.110. num.2.* & Canter. *vbi ſuprà, num.4. pag.448.* idem conſtat ex Simanc. *d. tit.8. num.16.* & probat nouiſſimè Tiber. Decian. *2.tom.tract.crimin.lib.6.cap.6.n.7.* poſt Menoch. *vbi ſuprà*, alios allegantem *num.29. in fin. & num.30. cum ſeqq.* vbi quod Iudex pro perſonæ & facti qualitate pœnam indicere poterit, qua, is qui blaſphemare conſuerit, & qui incorrigibilis eſt, grauiter puniendus eſt. ¶ Et è 11
contra ille erit mitius puniendus, qui non conſueuit blaſphemare, & ille qui calore iracundiæ blaſphemauit, vt cum aliis idem probat Menoch. in hæreſim ira inconſueta proferente, & Simanc. *tit.17.num.47.cum ſequentibus.* Sed hoc debet intelligi modo calor iracundiæ à iuſta cauſa oriatur, ſecus ſi ex iniuſta vt ex Abbate, Anan. & Iaſon. D. Couarr. *dict. §.7. num.13. verſic. quid*

de

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*de conſuetudine*, ibi excuſatur tamen, Greg. Lopez *in rubrica tit.* 28. *pag.* 7. eſtque communis hæc diſtinctio ſecundum Mencha. *controuerſ. illuſtr. c.* 18. *num.* 29. vt refert D. Azeued. *in l.* 1. *num.* 17. *tit.* 4. *hoc lib.* 8. & Clarus §. *fin. in practic. quæſt.* 60. *verſ. eſt etiam ira*, vbi *in verſic.* reperio tamen inquit, quandoque eos, qui etiam ſine iuſta cauſa calore iracundiæ in verbis exceſſerant, puta contumelias alicui inferendo, fuiſſe mitius punitos, & refert Afflict. dicentem quod per Curiam Neapolit. fuit abſolutus quidam ruſticus, qui faciendo computa cum domino ſuo iratus dixit, quod Deus non potuiſſet facere quod eſſet debitor tot operarum, ſed ibi concurrebat etiam cauſa ruſticitatis, & ſic duplex cauſa excuſans magis debet excuſare quàm vna ſolum, & non poteſt dici quod ita fuerit iniuſta, vt obſeruauit Farinac. *quæſt.* 20. *ſub num.* 48. qui *num.* 51. ſimpliciter refert Clarum *vbi ſuprà*, cum eo tranſiens. Sed contrarium probat Decian. 2. *tom. tract. crimin. cap.* 2. *n.* 10. dicens quod iudices diligenter conſiderent qualitatem blaſphemiæ & cauſam & modum, quo profertur, neque ita paſſim admittant excuſationem ruſticitatis: quia plerumque iſti ruſtici peiores ſunt cæteris, neque Deum venerantur, aut timent. Ego attenta ſimplicitate vel malitia ruſtici blaſphemantis hoc æſtimarem, non enim blaſphemantem iracundia ſemper excuſat, ſed cum tanta eſſet iracundia, quod eum à mente alienauerit vt cum Hoſtienſ. & aliis probat Auend. 2. *part. c.* 5. *prat. num.* 12. *ad fin.* & Azeued. *vbi ſupra, num.* 17. & 18. & Canter. *cap.* 3. *de blaſphem. num.* 2. *pag.* 449. & cum aliis Farinac. *ſub dict. n.* 48. vbi quod hoc debet probari, & Didac. Perez *in rubric. tit.* 8. *lib.* 8. *pag.* 205. vbi hoc intelligit arbitrio boni iudicis.

Non enim ſemper blaſphemantem iracundia excuſat, ſed cùm tanta eſſet iracundia, quòd à mente alienaret, vt cum Hoſtienſ. & aliis probat Auend. 2. *p. c.* 5. *prat. n.* 12. *ad fin.*

Nihilominus tamen qui ita, vel aliquo iuſto dolore motus blaſphemat, licet non in totum blaſphemiæ pœnam euadat, mitius tamen puniendus eſt ſecundum Goffred. Henrich. Archid. *in cap. quid ergo in fin.* 15. *quæſt.* 5. quos & alios plures referens idem probat & tenet Farinac. *dict. quæſt.* 20. *num.* 47. dum tamen, vt prædiximus cum communi, ita habuerit ortum ex iuſta & non leui cauſa; ſecus ſi ex iniuſta vel leui: quia tunc iracundia non excuſat blaſphemantem, quod etiam alios allegans tenet Decian. *d.* 2. *tom. cap.* 5. *num.* 9. & Farinac. *d. quæſt.* 20. *num* 48. *in principio*, vbi ex Fab. à Monteleone refert exempla cauſarum, ex quibus iuſta ira procedere poteſt, vt putà in eo, qui habet nuntium de morte filij vel alterius coniuncti. Item in eo, qui ex improuiſo patitur aliquam læſionem in bonis, vel maioris partis bonorum. Item in eo, qui recipit aliquam atrocem iniuriam, & iis ſimilia. Per contrarium autem ira, quæ conſurgit ex ludo, dicitur prouenire ex cauſa illicita & iniuſta, cum ludus præcipuè alearum & taxillorum ſit à iure reprobatus & illicitus iuxta textum *in le. alearum vſus, Cod. de relig. & ſumpt. fun.* & communem ſententiam omnium Doctorum, de qua alibi diximus: ideoque qui in ludo blaſphemat tanquam dans operam rei illicitæ non poteſt ex ira ſe excuſare, vt plurimis in ſpecie tradit eos ſequutus Farinac. *d. q.* 20. *n.* 49. & Didac. Perez *vbi ſuprà*, & Gregor. Lopez *vbi ſuprà*.

12 Similiter & habenda ratio erit loci, in quo blaſphemia prolata eſt ſecundum aliquos, an ex malo more illius regionis ita paſſim homines blaſphemare conſueuerint, ita ſiquidem conſuetudo aliquantulum excuſat ſecundum Bald. & Angel. quos refert Iaſon. *in leg.* 3. §. *iurari, num.* 16. *ff. de iureiur.* Bellon. *conſilio vltimo, num.* 6. Maſcard. 1. *tom. de probat. concluſione* 194. *num.* 3. 9. & *ſequentibus*, Auend. alios referentem *dict.* 2. *part. cap.* 5. *prat. num.* 13. & Didac. Perez *in l.* 1. *pag.* 207. *tit* 8. *lib.* 8. *ordinamenti*, vbi tenet mitius puniri, dum tamen calor iracundiæ ex cauſa prouenerit: qui mouentur ea ratione, quia conſuetudo loci facit de licito illicitum, excuſatque à pœnis temporalibus contrahentes, homicidas, falſarios, & alios quoſlibet delinquentes iuxta gloſſam celebrem *in cap. cum venerabilis in verbo migraſſe*, & ibi Anchar. & Abbas, & communiter Doctores *de conſuet.* & plures congerit Farin. *dict. quæſt.* 20. *num.* 45. & nos alibi latius diximus.

Sed nihilominus contrarium in hoc verius eſt & tenendum, imò quod prædicta conſuetudo loci blaſphemandi non excuſet, ita tenent Imol. *in l. his verbis* §. 1. *ff. de hæred. inſtit.* Iaſon. *in dict. leg.* 3. §. *iurari, num* 3. Bellon. *dict. conſilio vltimo, num.* 6. Grammat. *deciſ.* 56. *col.* 2. & D. Couar. *vbi ſuprà, num.* 12. *verſiculo, quid de conſuetudine*, Menoch. *dicto caſu* 375. *num* 34. Arnald. Albert. *de agnoſc. aſſert. cathol. & hæret. quæſt.* 6. *num.* 26. Clarus *in pract.* § *blaſphemia, verſiculo, item poteſt in fin.* & hoc credit verius & communis Farinac. *d. quæſt.* 20. *num.* 45. *verſiculo, contrarium*, & ſequitur bene probans poſt alios Decian. 2. *p. tract. crim. cap.* 5. *n.* 4. vbi *num.* 5. quod conſuetudo blaſphemandi eius, qui accuſatus eſt, non modo non excuſat, ſed potius aggrauat: ſic Senatus Italiæ illam conſuetudinem non admittit; quinimo plerumque & quidem iuſtiſſimè iuſſit reiici capitula, in quibus imputati de blaſphemia volebant huiuſmodi conſuetudinem probare: talis enim non conſuetudo, ſed abuſus potius dicendus eſt, cuius nulla ratio haberi debet, ita Iulius Clarus *vbi ſuprà, verſiculo, fin. in fin.* cuius meminere Maſcard. & Farinac. *vbi ſuprà*, nec non & Decian. *vbi ſupra, cap.* 4. *num.* 10. In his namque, quæ de ſui natura mala & deteſtabilia ſunt, & præſertim contra ius diuinum & naturale, conſuetudo etiam totius mundi non excuſat *cap. flagitia*, 32. *quæſt.* 7. *cap. obiiciuntur*, 32. *quæſt.* 4. gloſſa *in cap. ſanè de tempor. ordin. & in cap. cum ſecundum leges de hæret. in* 6. allegat plures Farinac. *dict. quæſt.* 20. *num.* 46. & præd. ſequitur Azeued. *in leg.* 1. *num.* 20. *cum ſequentibus, hoc tit.* 4. *lib.* 8.

13 Sed quid de illo dicendum erit, qui per iocum hæreticalia verba protulit? Regulariter enim dictum, vel factum iocoſum pœnam non meretur *l. ſicut ſemel, Cod. de liber. cauſ. l.* 1. §. *Diuus, ff. ad leg. Cornel. de ſicar. leg. obligationum ſubſtantia*, §. *vltimo, ff. de action. & oblig. cap.* 1. *de ſententia excommunic.*

Nihilominus tamen in crimine hæreſis aliud iudicandum eſt, nam ſi quis aliquid in Deum, vel fidem, vel in Sanctos prorumpat, pœna condigna plectendus eſt, Cardin. *in Clementina* 1. *de hæret. quæſt.* 1. *num.* 7. & alios referens Ignatius Salced. in addit. ad Bernard. Diaz *dict. cap.* 110. *verſiculo, ſed locus iſte*, & Azeued. *in l.* 1. *huius tit.* 4. *num.* 25. Nam vt inquit Gerſon *in* 2. *part. vltim. tractat.* non patitur ludum fama, fides, oculus: nonnunquam iocus & facetia efficere poſſunt, vt dicterium aliquod impiè ſonans defendi queat, ne ſit hæreticum, cum videlicet repente, celeriter, inconſulto, & ex occaſione, ac ſine deliberatione



dictum fuerit: nec id aliam ob cauſam, niſi, vt qui illud dixerit facetus eſſe videatur, præſertim cum ſuſpectus non erat inſulſus ineptus ille, *leg. obligationum ſubſtantia, ff. de action. & oblig.* Sed & ſi hæreticus non ſit is, qui talia temerè effudit, puniendus tamen tunc eſt vt maledicus & temerarius, vt latè comprobat D. Simanc. *de inſtit. catholic. tit.* 17. *num.* 22. *cum ſequentibus*, & reliqui.

14 Sed cum ſuſpectus efficiatur, qui dicteria impia per iocum dixerit ab Inquiſitoribus puniri poterit ſecundum Cardin. *vbi ſuprà*, & Rojas *in ſingul. fidei* 103. eſtque communior ſentent. ſecundum Franciſcum Pegna ad directo. Inquiſit. 3. *parte, ſcholio* 17. vt refert & probat Ignatius *vbi ſuprà, verſiculo, ſed vtrum*, qui *in verſiculo ſequenti*, inquit, eſſe quidem iuris exploratiſſimi, non fore hunc tanquam hæreticum puniendum (id quod conſtat ex ſupra dictis) ſed leuius, qui minimè interueniunt, quæ ad hæreſim conſtituendam neceſſaria ſunt, videlicet error in intellectu & pertinacia in voluntate. Punietur igitur pœna pecuniaria piis locis eroganda, vt ſcribunt Villadieg. & Rojas ab eo citati: quæ quidem pœna augenda vel minuenda erit iuxta perſonæ iocantis qualitatem. Perpendi etiam debet iocus, ſcandalum, ſi aliquod inde ortum fuerit, nec non qualitas perſonarum audientium: quapropter viri Theologi & Religioſi in hoc delinquentes ſeuerè ſunt plectendi.

15 ¶ Non tamen facilè eſt fides accommodanda illis, qui per iocum hæreticalia verba dixiſſe aſſeuerarent, ſed maturiori conſilio res expendenda erit; nec hac occaſione ſumpta impij & ſceleratiſſimi homines, & qui verè hæretici ſunt, condignas tanti criminis pœnas effugiant, & ideò non debent Inquiſitores faciles eſſe ad credendum talem excuſationem, vt ſcribit Calder. *in tract. de form. proced. contra inquiſitos de hæreſi. in rubrica de hæret. cred. num.* 6. quem refert & ſequitur Ignat. Salced. *vbi ſuprà*.

16 Idem obſeruandum erit aduerſus eos, qui verba Sacræ Scripturæ ad iocoſa ſcurrilia & inania trahunt; neque erubeſcunt ſæpè numero ex diuinis rebus impudenter componere, videlicet, *Paſquines, y burlas, falſas adulaciones, detractiones, ſuperſtitiones, encantationes, diuinationes, ſuertes, y libelos famoſos*: hi namque & ſimiles temeratores & violatores verbi Dei, iuris & arbitrij pœnis per Epiſcopos coërceri debent, vt expreſſè cauetur in Concil. Trident. *ſeſſ.* 4. *in fin.* Et licet ibi horum criminum punitio Epiſcopis demandetur; quando tamen hæreſim ſapiunt, iure optimò Inquiſitores ad punitionem & correctionem illorum procedunt: *Y anſi en el catalogo de la Inquiſicion entre otras reglas que ſe ponen para que las heregias ſean ſtirpadas, ſe prohiben los libelos famoſos, y paſquines, como lo refiere Manuel Rodriguez en ſu Summa* 1. *parte, cap.* 34. *y lo tiene Salcedo, vbi ſuprà, verſiculo, quaſanè*, dicens, quod nouiſſimè delicti libelli famoſi & paſquines prohibiti ſunt ab Inquiſitore generali D. Gaſpare Quiroga Cardinali & Archiepiſcopo Toletano in catalog. librorum prohibit. edito ann. 1583. in principio.

17 Ex ſuperioribus venit decidenda quæſtio illa, an qui animo indeliberato, veluti per lubricum vel lapſum linguæ in blaſphemiam, vel hæreſim prorumpit, puniendus ſit? Videtur enim minimè puniendum, quia non facilè lubricum linguæ ad pœnam trahendum eſt *leg.* 1. *Cod. ſi quis Imperat. maledixi, leg. famoſi, ff. ad leg. Iul. maieſtatis, cap.* quod autem ait 22. *quæſt.* 2. notat Zanch. *de hæret. cap.* 7. *num.* 9. non enim cenſendus eſt hæreticus, præſertim cùm ſe incontinenti correxerit ſecundum Simanc. *tit.* 17. *num.* 19. & ideò lubricitas linguæ, ſi appareat non doloſè, aut conſideratè blaſphematum, excuſabit, vt habetur per omnes *in dict. leg.* 1. & in ſpecie tradit Lucas de Peña *in leg. omnes, n.* 7. *C. de delat. lib.* 10. Alexand. *conſ.* 15. *num.* 8. *volum.* 3. quos refert & ſequitur Tiber. Decian. *d. cap.* 5. *num.* 11. vbi quod vt appareat, quod ex lubricitate linguæ quis blaſphemauerit, probandum eſt, quod non ſit conſuetus blaſphemare, vt per Iaſon. *in* §. *item ſi quis el ſegundo, num* 62. *cum ſeq. inſtit. de action.* & etiam quod blaſphemauerit abſque contemptu, vt per Boër. *deciſ.* 301. *num.* 14.

18 § Et ideo excuſatur etiam, ſi quis incumbens rei licitæ percuſſit Crucem, vel Chriſtum, aut aliam imaginem nolens & non in contemptum, vt inquit Anan. *in c. vlt. de maled. col.* 9. Et tandem concludit Decian. *vbi ſuprà, num.* 12. quod cùm iniuria in homines & minus in Deum non poteſt eſſe ſine dolo, quælibet cauſa colorata excuſabit à dolo, vt minus puniatur ſecundum Alexand. quem citat: putat tamen Decian. hoc relinquendum arbitrio prudentis iudicis, qui illud æſtimabit ex perſona, loco, tempore, cauſa & aliis circunſtantiis; aliàs namque nullus eſſet, qui non excuſaretur, cùm quilibet poſſet prætendere imaginariam cauſam, licet iniuſtam, quæ ſecundum Alexand. excuſaret à dolo, quod rectè non admittit Decian. præſertim in hoc crimine, propter ipſius atrocitatem. Quod ſi appareat ſecundum ipſum ibi *num.* 13. blaſphemantem ſtatim pœnituiſſe, & reuocaſſe, ac ſe correxiſſe, præſumetur ex hoc lubrico linguæ blaſphemaſſe, vt per Grammat. Alexand. & Felin. quos ibi ad hoc citat. Nihilominus tamen erit pœna extraordinaria puniendus ſecundum Rojas *de hæret.* 1. *part. num.* 66. Salced. *vbi ſuprà, verſ. ſupra dictis*, ibi, *ſed verius alias allegans*, vbi quod erit plectendus pœna pecuniaria in vſus pios eroganda, vel alia arbitraria, conſideratis circunſtantiis & qualitatibus de quibus ibi: & quòd erit magni momenti ad dictam pœnam minuendam, vel nullam infligendam, quando qui ea verba dixit ſtatim palinodiam recantauit & pœnituit, licet grauiter ſit reprehendendus & ſummè monendus vt deinceps caueat, ſequitur Azeued. *in d. l.* 1. *n.* 31. *hoc tit.* 4. *lib.* 8.

19 Excuſabitur etiam is, qui blaſphemiam, vel hæreticalia verba cùm eſſet in ebrietate protulit, nam perinde de eo iudicandum eſt ac de furioſo & mente capto *leg. reſpiciendum*, §. *delinquunt, ff. de pæn. leg. omne delictum*, §. *per vinum, ff. de re milit. cap. à crapula de vit. & honeſt. cleric.* Zanchin. *de hæret. cap.* 7. *num.* 10. Salced. *vbi ſuprà, verſ. excuſabitur*, vbi quod ceſſante ebrietate grauiter erit corrigendus: & prædicta excuſatio proficiet ſaltem vt mitius puniatur, vt per Bonifac. de Vital. *in tit de pæn. blaſphem. n.* 2. Arnald. Arbert. *de agnoſcend. aſſert. cathol. & hæret. quæſt.* 6. *n.* 21. & *quæſt.* 27. *n.* 15. vbi quod iſto caſu ebrius poteſt extra ordinem puniri pœna arbitraria ſecundum Abbatem antiquum *in cap.* 2. *de maled.* quem ſequuntur communiter Doctores teſte Gramm. *ſuper conſtit. regn. fol.* 113. *num.* 6. ſequitur Gregor. Lopez *in rubrica tit.* 28. *part.* 7. Clarus *in practic. quæſt.* 60. *verſic. præterea quæro*, Maſcard. *de probat. primo tomo, concluſione* 194. *num.* 4. quam etiam ſequitur & communem appellat cum Grammat. *vbi ſuprà*, Farinac. *d. quæſt.* 20. *num.* 50. & probat latiſſimè plures allegat Didac. Pelez *in rubrica tit.* 8.

*tit.8.lib.8. ordinam. pag.*203. *columna* 2. *cum ſequentibus*, propter culpam, quam habuit in ſe inebriando. Vnde ſi ſine culpa fuiſſet factus ebrius, putà quia ſocij ipſo inſcio ſal in vinum coniecíſſent, tunc eſſet à culpa & dolo prorſus excuſandus, vt credit Clarus *vbi ſupra*, ibi *cæterum, &c.* ſequitur Azeued. *in dict. leg.*1. *num.*19. *hoc tit.*4. *lib.*8.

20 Sic etiam hæreſis à furioſo dicta impunita eſſe debet, idemque erit ſi ab inſano, amente, phrenetico, & furiis, ſeu dæmonibus agitato, hi enim omnes & id genus alij nec errorem intellectus habent, nec pertinaciam voluntatis *leg. Diuus, ff. de officio præſid. leg. vltim. ff. de adminiſtrat. tut. cap. aliquos cum ſequentibus*, 15. *quæſt.*1. Tiraquel. *de pœn. temper. cauſ.*2. Simanc. *de inſtit. cathol. tit.*17. *num.*12.

21 Generale eſt prætereà, non ſolum in crimine blaſphemiæ, ſed in omnibus delictis ebrietatem delinquentis illum excuſare ab ordinaria pœna, vt in iuribus ſupra citatis, & *in cap. ſane*, 15. *q.*1. vbi gloſſa & communiter Doctores teſte Anton. Gom. 3. *tom. var. reſol. tit. de delict. cap.*1. *num.*73. Marſil. *in leg.*1. *in principio, num.*48. *C. ad legem Corneliam de ſicar.* Ripa *in l. fin. num.*79. *Cod. de reuoc. donat.* latè Tiraquellus *de pœn. temper. cauſa* 6. Petrus Dueñas *regula* 159. *in* 4. *ampliatione*. Plaça *in epitom. de delict. c.*30. *num.*1. *cum ſequentibus*, vbi pariter teſtatur de communi Clar. *in d. quæſt.*60. *in eodem verſ. præterea quæro*, Menoch. *de arbitr. iudic. lib.*2. *centuria* 4. *caſu* 326. *num.*2. *cum ſequentibus*, Ancharanus regien. *quæſt.*13. *num.*4. *in principio & in fine, & num.*6. *p.*2. & hos referens Farinac. *dict. quæſt.*20. *num.*51. vbi etiam teſtatur communem, & eam ſequitur latè Didacus Perez *vbi ſuprà*.

22 Sed tunc demum ebrietas ab hæreſi, vel blaſphemia excuſare poteſt, cùm omninò mente priuauit: neſciunt enim ebrij quid loquantur, quinimo vino indulgent & ſepulti iacent, ita Simancas *dict. tit.*17. *num.*17. Auendaño 2. *part. cap.*5. *prætor. num.*19. Cantera *dict. cap.*3. *de blaſphem. num.*2. vbi quod ſi non erat talis ebrietas, vt tolleret iudicium, ſed ebrius erat (vt dicunt) hilaris, non excuſaret, licet minus puniretur, quicquid alio modo poſtea ipſe diſtingat *col. fin. illius cap. pag.*450. *col. fin.*

23 Is tamen, qui ſemel ebrius blaſphemat, aut hæreſes dicit, puniendus quidem eſt, ſed mitius pro modo voluntarij & ſcandali ſecundum Simanc. *d.* §. 17. *num.*50.

24 De dormientibus autem aſſerendum eſt, quòd à pœna immunes ſint, ſi blaſphemiam dormiendo proferant, vt latè probat Simanc. *dict. cap.*17. *num.*16. poſt Albert. *de agnoſcend. aſſert. cathol. & hæret. quæſt.*38. & Tiraquellus *de pœn. temper. cauſ.*5. *num.*1. ſequitur Salced. *vbi ſuprà, in verſ. erunt etiam*.

25 De aliis etiam defenſionibus & excuſationibus blaſphemiæ, & cuiuſcumque alij delicti videndi ſunt latè id agentes, Tiraquellus *in dict. tractat. de pœn. temper. per totum*, & Simancas *dict. titul.*17. *per totum*, & Auend. *d. cap.*5. *prætor.* 2. *partis per totum*, necnon & Iulius Clar. *d. quæſt.*60. *per totam*, & nouiſſimè Tiber. Decian. *d. cap.*5. *per totum*. Superiora ideo expoſuimus, quia ſolent in praxi communiter contingere.

26 In ſumma obſeruandum eſt, quod iudices Ordinarij Eccleſiaſtici ex cauſis prædictis poterunt mitius punire blaſphemos, cum hoc iura & Doctores permittunt expreſsè, non ſolum quando pro blaſphemia eſt impoſita pœna certa & determinata, (prout eſt per Concilium Lateranenſ. & Motum proprium Pij V. quibus hoc non excluditur) ſed etiam ſi ipſa pœna certa & determinata impoſita non ſit, veluti cùm quis blaſphemat contra Sanctos Dei, quoniam tunc ex dict. Concilio Lateran. & Motu proprio arbitrio iudicis pro qualitate blaſphemiæ & perſonæ puniendus eſt. Sicque intelligendum cenſeo, quod Hoſtienſ. & cæteri Canoniſtæ præcitati *in verſic. nihilominus tamen blaſphemus* affirmant, nempe, pro blaſphemia pœnam arbitrariam eſſe imponendam: & ita inquit Cantera *d. c.*3. *blaſphemum*, 27
*n.*4. quod pœna de iure Canonico eſt pœnitentia publica, ſcilicet, vt audiat Miſſam in forma pœnitentis, & ſoluat aliquam pœnam pecuniariam, & hoc quando habet de conſuetudine, nam pro prima vice hodie non datur pœnitentia publica, ſed aliqua pecuniaria arbitrio iudicis.

Iudices vero laici diſpenſare nullo modo poſ- 28
ſunt, nec audebunt in pœnis ordinariis, & cæteris impoſitis à noſtris legibus regiis pro crimine blaſphemiæ ob timorem pœnæ talionis, quam alias ipſos iudices diſpenſantes pati præcipit *c.*25. *prætor. hodie l.*20. *titul.*6. *lib.*3. *huius nouæ collect.* quod etiam præcipiebat Concilium Lateranenſ. præcitatum *in verſic. ſtatuimus etiam*, & notat Abbas *n.*5. per textum ibi *in cap.*2. *de maled.* Et quamuis forſan prædictæ conſtitutiones iuxta ius commune veniant intelligendæ, nempe, de iudicibus diſpenſantibus in pœna iuſta, & iuſta dici non valeat quæ iure mollitur, vel mitigatur, tunc enim diſpenſari non dicitur, ſed iuſtè procedi: & ita in terminis inquit Hoſtienſ. ibi, nec non Abbas & Anania quod ex magna cauſa poſſit adhiberi miſericordia & ſic diſpenſatio, vt ſi eſt perſona nobilis, vel honorabilis, quam non deceat ſic publicè pœnitere: & vult hanc pœnitentiam eleemoſynis redimere per *c.*1. *de voto, & c. mulieres, de ſententia excommunicationis, & in c. medicina de pœnitentia, diſt.*1. quos ſequitur alios allegans Didac. Perez *in l.*1. *tit.*8. *ordinamenti, pag.*108. *col.*1. *ad fin.*

Nihilominus tamen, quando innocentia omninò non excuſat, ſed reus venit puniendus pro blaſphemia licet mitius ex cauſa, à pœna certa legis nec latum (quod aiunt) vnguem recedere licebit ex d. l. regia, qua attenta nec dictum Hoſtienſ. & ſequacium procedere poteſt, nec practica contraria, nempe quam aliqui iudices illiterati tenent, mutando pœnam carceris in oleum pro lampade Eccleſiæ, vel iubendo expendi aliquam pecuniam pauperibus, non eſt tuta, nec poteſt fieri per illam leg. ibi: *Si diſpenſar en en poco ni en mucho*, ſecundum Auiles ibidem *num.*4. *in fine*. Expende etiam pro hac parte verba alia eiuſdem leg. ibi: *Sin excepcion de perſona de mayor, ni menor condicion, &c.*

In calce huius quæſt. libuit hîc referre verba 19
admiranda D. Chryſoſt. 5 *opere, homil.*1. *ad populum Antioch.* quæ ita ſe habet: *Quia de blaſphemia dictum eſt, vnam vos omnes petere volo retributionem, pro concione hac atque ſermone, vt in ciuitate blaſphemantes mihi caſtigatis, & ſi quemquam in biuio, vel foro Deum blaſphemantem audieris, auidè increpa, & ſi verbera infligere oporteat, ne recuſes, ipſius faciem alapa percute, contere os ipſius, percuſſione manum tuam ſanctifica: & ſi illi accuſauerint & in carcerem duxerint, ſequere: & ſi pœnas iudex pro tribunali repopoſcerit, dic cũ libertate, quod Regem Angelorum blaſphemauit. Si enim Regem terræ blaſphemantem puniri oportet, multo magis illum contumelia afficientes, commune crimen eſt, publica iniuria, cuique licet accuſare volenti.* Hactenus D. Chryſoſtomus, quem refert Petrus Greg. *in ſua ſyntagm. iuris vniuerſi lib.*35. *c.*12. *numer.*11. *pag.*533. *in ſecunda parte*, vbi *in numeris ſequentibus* plurima in deteſtationem huius criminis vltra ordinarios & noſtrates *vbi ſupra* congerit, & copioſè & miro ordine Tiber Decian 2 *tom. tra. crimin. c.*3. *per totum, & cap.*6 *per totum* agit de pœnis blaſphemiæ.



SVMMARIVM.

1 *Verba dubia proferens, & aliquo modo excuſabilia, an ſit puniendus?*
2 *Delictum in dubio non eſt præſumendum.*
3 *Actus quando eſt dubius, qui poteſt ad delictum, & ad non delictum referri, illa via capienda eſt, vt excludatur delictum.*
4 *Blaſphemia in dubio non eſt præſumenda. Sed contra n.*5. *Ampliatur n.*6.

## *De proferente verba dubia, & aliquo modo excuſabilia, an ſit puniendus?*

## QVÆSTIO LXV.

1 QVÆRO modo an proferens verba dubia & aliquo modo excuſabilia ſit puniendus: Et in hoc Hoſtienſ. *in Summa de Iudeis*, §. *& in quibus ad fin. ſub num.*6. tenet prædicta verba ſemper in duriorem partem eſſe interpretanda, & quòd ideò pœna pecuniaria puniuit quemdam, qui dixit potius vellem eſſe ſuſpenſus ſicut ille fuit (cùm eſſet crucifixus circa) quàm magis vellem reddere computum coram vobis, & ille intelligebat de quodam homine, qui erat ſuſpenſus in patibulo verſus Septentrionem, quod dictum laudat Felin. *in cap. auditis, num.*32. *verſic. ita tranſeat de præſcript.* & Matthæus de Afflict. *in conſtit. Regn. Sicil tit. de blaſphemant. quæſt.*5. licet ipſe velit adhuc ruſticum excuſare, ſequitur etiam eos referens Auendan. 2. *parte cap.*5. *prætor. num.*10. *verſic. ſexta concluſio*, & Decian 2. *tom. tractat. crimin. cap.*2. *num.*10. *& cap.*5. *num* 15.

2 Sed quòd in dubio non ſit præſumendum delictum, ſed potius interpretatio ſit facienda in meliorem partem, eſt regula iuris generalis deſumpta ex *leg. merito, ff. pro ſocio, leg. Arrianus, ff. de action. & obligat. leg. ſemper in obſcuris, ff. de reg. iur. cap. dudum ne præſcriptionib. cap. eſtote de regul. in antiq.* tenent plurimi congeſti per Ioannem Rojas *de hæret.* 1. *parte num.*109. Satius enim eſt nocentem damnari *leg. abſentem*, § *ſatius, ff. de pœnis cum ſimil.*

3 Similiter quando aliquis actus eſt dubius, qui poteſt ad delictum & ad non delictum referri, illa via capienda eſt vt excludatur delictum *leg. ſi quis intentione, ff. de iudic.* Innocent. *in cap. dudum de electione*, Bart. *in leg. non ſolum*, §. *ſed vt probari, ff. de nou. oper. nuntiat.* Ergo idem meritò dicendum eſt in verbis dubiis in delictis, quæ ſanè in mitiorem partem ſunt capienda, ne præſumatur delictum, vt pluribus relatis affirmat Rojas *vbi ſupra num.*200.

4 Quinimo in ſpecie & in indiuiduo in blaſphemia hoc tenent relati per Decian. *dict. cap.*5. *num.*15. & in crimine hæreſis hoc affirmat eſſe verum Albert. *de agnoſcend. aſſert. quæſt.*29. *num.*19. *& quæſt.*8. *numer.*11. & latius ac melius *quæſt.*34. *numer.*48. *cum ſequentibus, & in rubrica de hæret. lib.*6. *quæſt.*13. *num.*19. dicens quòd ſi verba alicuius propoſitionis duplicem habent ſenſum, catholicum, videlicet, & hæreticum, potius in ſenſum catholicum quam in hæreticum ſunt intelligenda fauore rei, ne præſumatur delictum, & ita verba dubia ſunt interpretanda: nam quod multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur, vt inquit Boëcius, quem refert Rojas *vbi ſupra num.*201. *cum ſequentibus*, & latiùs alios allegans *num.*366. *cum ſequentibus*, & iterum *in ſecunda parte aſſertione* 10. *numer.*364. in quibus locis alia exempla adducit apud ipſum videnda. Ergo in materia blaſphemiæ verborum male & bene ſonantium idem dicendum videtur, vt ea verba dubia proferens, quæ duplicem ſenſum habent, malũ & bonum in mitiorem partem interpretanda ſint, vt excuſemus delictum & ſic in totum reus excuſetur, vt voluit Matth. de Afflict. *vbi ſupra*.

Quid tenendum? Ego profectò ratione exem- 5
pli, & vt ſubferamus omnem occaſionem proferendi ſimilia verba, potius accederem priori parti in noſtra quæſtione blaſphemiæ, ſequutus opinionem Hoſtienſ. & ſequacium puniendo pœna leui arbitraria huiuſmodi reum. Quod præcipuè & abſque dubio id obſeruarem, quando verba dubia prædicta præponderarent, atque plus inclinarent in malum ſonum, vel ſi ſecundum communem vſum loquendi malum ſonum haberent: quia verba ſunt intelligenda ſecundum communem vſum loquendi, qui plerumque propriæ ſignificationi eorum derogat *leg. cum Delanionis*, §. *aſinam molendinariam, ff. de fundo inſtruct. inſtrum. legat. leg. librorum*, §. *quod tamen Caſſius, ff. de legat.* 3. *cap. ex litteris primo de ſponſal. cap. intelligentia verborum, cap. præterea de verborum ſignificatione, cap.* Marchio 1. *quæſt.* 1. & in terminis noſtris Rojas *de hæret.* 1. *parte, num.*380. ſicut per contrarium communis vſus loquendi poteſt interpretari verba dubia, vt non ſonent in blaſphemiam, vt tenet Decianus *dict. cap.*5 *num.*3. vbi etiam agit an communis vſus loquendi excuſet ab ea, & ſequitur Azeued. *in leg.*1. *num.*22. *&* 23. *hoc titulo* 4.

Denique ſi contra proferentem tamen præ- 6
dicta verba dubia eſſet aliqua ſiniſtra ſuſpicio, vel præſumptio, non in meliorem, ſed in deteriorem partem ſunt intelligenda, veluti ſi iſte talis verba dubia in materia blaſphemiæ proferens eſſet conſuetus blaſphemare, vel ſtando in materia hæreſis eſſet de genere Iudæorum, vel Maurorum, vel ex aliqua regione, prouincia, vel Regno hæreſibus infecto, vt ex Anglia, Vngaria, Germania, vel Gallia *leg. aut facta*, §. *perſona, ff. de pœnis, leg. quod ſi nolit*, §. *quia mancipia, ff. de ædilit. edict.* ibi: *Seruos bonos eſſe, qui nationis non infamatæ, quoſdam malos videri, qui ea natione ſunt, quæ magis infamis eſt, leg.* 1. *C. vbi pupill. educ. debeant.* ibi, *inſpecta perſonarum qualitate, leg. vidua, C. de nupt.* ibi, *ſi eius rei ſuſpicio præceſſerit*: ex qualitate enim perſonæ præſumitur dolus & malus animus *auth. quibuſcumque, C. de Sacroſanct. Eccleſ. gloſſ.* Bart. Bald. & Paul. *in leg. in ciuile, C. de furt.* allegat alios plures ad hoc Rojas *de hæret.* 1. *parte num.*206. qui à *num.*205. *cum ſeqq.* præcedentem reſolutionem, tenet & probat in materia hæreſis, & iterum *numer.*378. *cum ſequenti*, quod in

exponendis propoſitionum verbis attendenda eſt loquentium qualitas, & conditio, & ſi verba ſunt prolata ab homine ruſtici, & groſſi ingenij, groſſo modo, & citra dolum & malam credulitatem; ſi vero ab homine docto & ſubtilis ingenij ſubtili modo, quia tunc non ſine dolo ſunt intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutus in foro conſcientiæ à blaſphemia, an poſſit pro ea puniri in foro iudiciali, & n.15. cum ſeqq.*

6 *Blaſphemias plures ſimul proferens eodem impetu, an vnius tantum blaſphemiæ, pœna ſit puniendus?*

4 *Blaſphemans aſſiduè de hereſi ſuſpectus dicit, vel præſumitur, & qua pœna ſit tunc puniendus, num. 8.*

---

*An abſolutus in foro conſcientiæ à blaſphemia poſſit pro ea puniri in foro iudiciali.*

## QVÆSTIO LXVI.

1 QVÆRO, an blaſphemus abſolutus in foro conſcientiæ poſſit puniri pro blaſphemia in foro iudiciali? Et non deſunt, qui putent huiuſmodi non eſſe puniendum in foro iudiciali, eo quod blaſphemus abſolutus à Sacerdote pacem habeat cum Deo, quem in primis offenderat, vt tenet Bart. *conſ.* 167. *quod miniſter fratrum*, Anch. & Anan. *c.1.n.6. col. de maled.* Felin. *in c. de his, num.5. verſ. tertio fallit, de accuſat.* Dec. *conſ.* 137. *num.* 3. Thom. Ferat. *cent.*23. & Firmian. *in ſuo report. verb. blaſphemia verſic.*7. dicens ſe ita practicaſſe per dictum Bartoli, Nellus Debannitis *in* 3. *p.* 2. *temp. q.*46. & Bart. hæc opinio eſt forſan magis communis, Vulpel. *in tr. de pace, quæſt.*26.

2 Eſt tamen falſiſſima hæc opinio, tum quia iudicium interius diuerſum eſt à iudicio exteriori, & licet quis ſit abſolutus in foro interiori, remanet tamen offenſa Reſpublica Chriſtiana, quare opus eſt, vt ei quoque ſatisfiat, ne aliàs tota criminibus obruatur, paxque & etiam tranquillitas publica, & Chriſtiana turbetur. Tum etiam, quia ex contraria opinione multa conſequerentur abſurda: nam & apoſtata & hæreticus, & idolatra abſolutus à Parocho puniri non poſſet à iudice, quo quid abſurdius
3 dici, cogitative poteſt. ¶ Præſertim cùm forum aliud arcanum nihil commune habeat cum foro iudiciario. Hinc eſt quod pœnitentia in foro conſcientiæ non tollit pœnam legalem, & ideò licet quis acceperit pœnam ſpecialem de delicto, non minus punitur in palatio, ita Bald. *in l. placet in fi. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quem ſequitur Anton. Franc. in addit. ad Abb. *in cap. Quintauallis, num. 6. verb. in loco, de iureiur.* & Iuan. de Anan. *in cap. de his de accuſat. col.* 2. *verſ. nota, iunct. gloſſ. fin.* Auiles *in cap.* 25. *præt. gloſſ.* 4 *num.* 11. ſic gloſſ. *fin. in fi. in c. de his de accuſat.* tenet quod reus pœnitentiam agens occulte apud Deum abſolutus eſt, ſed accuſatio in iudicio facienda non ceſſat propter hoc communis ſecundum Couar. *in c. Raynunt. in princ. num.* 18. *de teſtam. & lib.* 2. *var. reſ. c.* 10. *num.* 5.

Quod procedit etiamſi pœnitentia impoſita 4
in foro interiori eſſet publica ſecundum Abb. *in d.c. de his*, contra Hoſtienſ. *in c. tua, de procurat.* quia pœnitentia impoſita in foro interiori eſſet publica ſecundum Abb. *in d.c. de his* contra Hoſtienſ. *in c. tua, de procurat.* quia pœnitentia, quæ imponitur in foro animæ, non imponitur pro punitione delicti, & ait opinionem Abb. in hoc eſſe veram, & tenendam aduerſus Hoſtienſ. Anton. & Anan. probat latè Auiles, *vbi ſup. numer.* 18. *cum ſeqq.* & D. Couar. alios allegans *vbi ſup d. num.* 5. *per totum*, Anton. Gom. 3. *tom var. reſol. c.* 1. *num.* 40. & Azeu. *num.* 33. *in loco ſtatim citando*, & in terminis hanc ſecundam ſententiam contra priorem Bart. & ſequacium rectius tenent, & probant Iaſ. *in l. ait prætor, §. iurari, num.* 15. *ff. de iureiur.* D. Sim. *de inſt. Cath. tit* 8. *num.* 18. Auend. *in* 2. *p. c.* 5. *prætor. num.* 17. *verſic. item procedit*, & latiſſimè ſex fundamentis, hanc opinionem comprobat Auil. *vbi ſup d. num.* 10. *cum ſeqq.* Menoch. *de arb. iudic. lib.* 2 *cent.* 4. *caſu* 375. *num.* 36. Couar. *vbi ſup. numer.* 3 *circa fin.* ibi: *quicquid ſit*, additio Didac. Per. *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 8. *ordinam pag.* 107. *col.* 1. Et hæc opinio eſt verior & tenenda, vt bene probans teſtatur toto pectore ei aſſentiens Decian *in* 2. *tom tract. crimin c.* 5. *num.*6. eamque probat cum aliis Vulpel. *vbi ſup.* & non eſt recedendum ab ea, quia melioribus videtur fundata rationibus ſecundum Farin. *in* 1. *p. qq crimin. c.* 20. *num.* 42. & ſequitur additio Didac. Per. *in l.* 1. *verſic. nunc quæro*, ibi, *ſed contrarium, tit* 8. *lib.* 8. *ordinam pag.* 107. *col.* 1. & Azeu. *in l.* 1. *num.* 9. *tit.* 4. *num.* 33, *lib* 8. ¶ Quod ſi blaſphemia eſſet occulta, tunc ſola confeſſione ſacramentali & remiſſione confeſſarij intelligitur blaſphemus habere pacem ab offenſo. Et in hac ſpecie poteſt intelligi, & ſaluari opinio contraria Bart. & ſequatium ſecundum Auiles *vbi ſup. n.*17.

Quod ſi quis eadem continuatione, codemque impetu plures blaſphemias protulerit, vnius tantum blaſphemiæ pœna punitur, diutius tamen puniendus erit: vnum namque duntaxat crimen committit *l. inficiando, §. infans, ff. de furt. gloſſ. in l nunquam plura, ff. de priuat. delict.* & in terminis, ita tenet Cepol. *conſ crim.* 77. & Alciat. *de præſump. reg.* 3. *præſump.* 6 *numer.* 4. & *in c. cum non ab homine, num.* 35. *de iud.* D. Couar. *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 10. *num.* 8. *verſ. tertio eodem pacto*, D. Simanc. *de inſtit. Cath. tit.* 8. *num.* 14. vbi adducit Boer *deciſ.* 301. & Hippol. *in l. vlt. ff. ad l. Cor. de Sicar.* idem tenentes ſequitur etiam Auil. *in c.* 25. *præt. gloſſ.* 1. *num.* 25. Azeued. *in l.* 1. *n.* 44. *tit.* 4. *hoc lib.* 8.

Quod ſi quis aſſiduè blaſphemauerit de hæ- 5
reſi ſuſpectus dicetur, vel præſumetur, vt ſcribit Carrer. *de hæret. cap.* 2. *num.* 44. poſt Afflict. *in commentar. ad conſtitutiones Neapol. in verb. inconſutilem, num* 48. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 6. *nu.* 19.
¶ Quinimo pœna mortis Iure Ciuili impoſi- 6
ta blaſphemo, per textum *in auth. vt non luxur. contra natur.* de quo *ſupra*, tunc locum habebat, cum quis ex conſuetudine, & incorrigibilitate Deum blaſphemauerat, ſecundum Pet. Cyn. Bald. & Salic. *in l.* 2 *C. de reb. cred.* Alex. *conſ.* 235. *col.* 1. *num.* 26. Cantera, *cap.* 3. *de blaſphem. num.* 5. *pag.* 448. *in fi.* Nec ſufficit probare, quod bis vel ter quis blaſphemauerit, ſed neceſſe erit





probare ſæpius blaſphemaſſe, vt tenent plerique ex ſupr. citatis, & plures referens Maſcard. 1. *tom de probat. concl.* 194. *num.* 1. & Decian *vbi ſup c.*2. *n.*5 & *c.*6. *n.*4. & alios plures referens Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin.* 1. *part. numer.* 43. & 44.

SVMMARIVM.

1 *Carceris & vinculorum pœna per vnum menſem blaſphemo iure regio impoſita quomodo intelligatur, an tempus debeat eſſe continuum, vel ſufficiat eſſe interpolatum n.*5 *cum ſeqq. præcipue, num.*8.

3 *Conditio libertatis ſeruo appoſita*, ſi ſeruierit per triennium, *an impleat ſeruitudo per illud tempus diſcontinue, & numer.* 7.

3 *Tempus appoſitum in aliquo actu, vel diſpoſitione, regulariter non requiritur, quod ſit continuum, ſed ſufficit interpolatum.*

5 *Tempus condemnationis exilij debet eſſe perpetuum, fauor publicus verſatur in punitione delicti, & præcipuè blaſphemiæ.*

---

*De intellectu & praxi legis regiæ imponentis pœnam carcerum, & vinculorum vnius menſis pro prima blaſphemia.*

## QVÆSTIO LXVII.

1 QVÆRO circa 5. conc. & l. 5. de qua *ſup. in princ. huius tit.* 4. dum per eam imponitur pœna carceris, & vinculorum, blaſphemo per vnum menſem pro prima vice, de intellectu & praxi huius l. & concluſionis, an tempus hoc debeat eſſe continuum, vel ſufficiat eſſe interpolatum, & quomodo debeat eſſe captus in carcere blaſphemus? & quoad primum videtur ſufficere quod tempus menſis ſit diſcontinuum, quia ſumus in pœnalibus & odioſis, & lex noſtra contrarium non dicit: ergo reſtringamus odia & ampliemus fa-
2 uores, vt in reg. iuris, *odia reſtringi, &c.* ¶ Secundo argum. text. *in l. Paul. §. fin. ff. de liber. cauſ.* vbi conditio legato libertatis ſeruo appoſita, *ſi ſeruierit per triennium*, ſi ſeruus poſtquam inceperat ſeruire aufugiat, & poſtea reuerſus impleat triennium ſeruitij incepti, cenſetur impleta conditio, & erit liber, & ibi gloſſ. notat & Roma. *in l. fin. §. quoties, ff. de pub. & vectig.* necnon & in terminis Iaſ. *in l. ſi idem cum eodem, ff. de iuriſd. omn. iudic. col.* 2. *in fi.* Si ergo in conditionibus quæ debent in ſpecifica forma adimpleri, vt in *l. qui heredi. in princ. & in l. in conditio, ff. de cond. & demonſtrat.* cum ſimilibus tempus, in dubio non intelligitur, continuum, ſed ſufficit quod interpolate adimpleatur: ergo à fortiori idem erit di-
3 cendum in pœnalibus. ¶ Tertio ex gloſſ. 1. *in l.* 1. *C. ſi mancip. ita ſuos. alien. &c.* vbi etiam quod regulariter tempus appoſitum in aliquo actu, vel diſpoſitione non requiritur quod ſit continuum, ſed ſufficit eſſe interpolatum, & ibi Salced. & alij DD. & illam gloſ. ordin. appellat Ant. Gom. 3. *tr. var. reſol. c.* 1. *num.* 2. inferens ex ea quod ſi Doctor debeat gaudere certo priuilegio, ſi legerit per aliquod tempus, ſufficit quod legat per tempus interpolatum, prout in Vniuerſitate Salmantina in praxi obſeruatur ſecundum eundem Anton. Gomez *ibidem.*

Nihilominus tamen in terminis noſtræ l. 4
contrarium verius eſt atque in praxi obtentum: imò quod iſte menſis carceris & vinculorum debeat eſſe neceſſariè continuus, alias debeat de nouo adimpleri, ſi ſemel aut iterum cœptus interruptus fuerit, ex eo quod in dubio regulariter receptior eſt regula, quod tempus poſitum, vel requiſitum à lege debeat eſſe continuum, arg. *tex. in l. c.* 5. *ff. de adul. & in l. relig. ff. de pœn. & in l. fin. §. quoties ff. de pub & vectig.* & ita tenet gloſſ. *in rub ff. de diu. & temp. præſcript.* ibi: *ſed hic notandum eſt*, vbi Bart. & cæteri eam ſequuntur, necnon & alij relati per Tiraq. *de vtroque retract.* 1. *p. gloſ.* 1. *§.* 11. *num* 21. & teſtatur eam eſſe commun. Soc. *in l. cum filius, col penult. num.* 9 *ff. de verb. oblig* Ant. Gom. *tom.* 2 *variar. reſol. c.* 1 *num* 5. & Azeued. *in l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 4. *nou. collect. reg. num.* 7. *cap.* vnicam & ſingularem vocat Ant. Gom. *vbi ſup & c.*8. *de exil. & releg. n.* 2. vbi in terminis noſtræ l. hanc opin. ex prædict. probat, & ante eum Greg. Lop. *in l.* 2. *gloſ. magna quæ* eſt fin. ibi: *an verò ſufficiat, &c. tit.* 18. *p.* 7. & nos *lib.* 1. *Canon. quæſ. c.* 12. *n.* 24. & 25. & alios allegans Auend. *in* 2. *p. c.* 5 *præt. n.* 21. *in prin.* vbi etiam quod non poteſt iudex facere quod condemnatus ad carces per ſpatium 30. dierum poſſit eam pœnam implere per interualla dierum, quia immutaretur forma legis, in qua diſpenſari non poteſt per *c.* 25. *præt. hodie, l.* 20. *tit.*6. *lib.* 5. *nou. collect. reg.* Eandem etiam ſententiam probat & tenet Canter. *c.* 3. *de blaſp. verſ. de iure reg.* ibi, & *iſte menſis, pag.* 150. *gloſ.* 1. Azeu. *in l.* 5. *n.* 15. *cum ſeqq. hoc tit.* 4. *lib.* 8. & hæc noſtra ſent. approbat hodie *in l.* 58. *circa fin. tit.* 4. *de los adelantados, y merinos, lib.* 3. *huius nou. collect. reg.* ibi: *Y mandamos que los preſos por blasfemias cumplan los* 30. *diaz de la priſion continua, y que los dichos Alcaldes Mayores no permitan, que cumplan por dias interpolados, quinze diaz en vn tiempo, y quinze en otro*, & ita obſeruatur in praxi.

Quoad ſecundum reſoluo, non ſufficere con- 5
demnatum pro blaſphemia ſtetiſſe intra carceres per triginta dies, niſi ſteterit captus in vinculis, hoc eſt, *con priſiones*, duo namque copulatiuè requiruntur, vt probant illa verba, *ſea preſo y eſte en priſiones vn mes.* Ad veritatem enim copulæ requiritur concurſus vtriuſque non ſolum iure communi Romanorum, vt in l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit, *ff. de verb. oblig. cum ſimil* Greg. Lop. *in l.* 34. *in gloſ. ayunta, tit.* 11. *p.* 5. ſed etiam iure noſtro patrio Regio atque Hiſpano vt *in d. l.* 24. & *l.* 13 *tit.* 4. *part.*6. ita in terminis tenet & probat Auend. *d. cap.* 5. *præt. num.* 22. Qua ratione non ſufficit quod blaſphemus ſit in carcere detentus cum vno vinculo tantum per triginta dies; ſed requiritur quod habeat vincula in numero plurali, & ſic duo genera vinculorum naturaliter & non fictè, vt patet ex illis verbis, *ſea preſo y eſte en priſiones*, non enim dicit lex, *en priſion*, quia hoc nomen ſermone noſtro Hiſpano vt plurimum in ſingulari numero ſumitur pro ipſo loco carceris, vt probatur *in l.* 4 *in fin. tit.* 29. *part.* 7. ibi: *En la carcel, ò en otra priſion que ſea bien recaudado*, & *in l.* 5. ibi: *meter lo ya en priſion*, &

in l. 6 ibi: *de la carcel ni de la priſion*, & *in l. 7. & in cæteris 8. einſdem tit. & in l. 8. tit. 15. part. 7.* Priſiones autem in numero plurali non locus carceris, ſed ipſa vincula, quibus detinetur perſona carcerati, ſignificantur, vt ſunt cipi, & catenæ, vt probat expreſsè, *l. 6. tit. 29. p. 7. Y anſi no baſtara, que el condenado en la pena deſta ley por blaſfemo eſte preſo con vna arropea en lugar de grillos, ò cadena; ſino que ha de tener dos priſiones, como ſean dos*, vt in terminis probat, & tenet Auend. *vbi ſup.* & prius *in 1. p. c. 20. n. 8.* & Azeu. *in l. 15. num. 14. tit. 6. lib. 3. nou. collect. reg.* & ita vidi ſemper obſeruari in praxi in mea patria.

## SVMMARIVM.

1 *Tempus, quo quis fuit in carcere detentus pro crimine blaſphemiæ, an computetur in menſe pœnæ, blaſphemo imponendæ? & num. ſeqq.*

2 *Carceratio ſaltem de iure ciuili eſt ad cuſtodiam, non verò ad pœnam.*

3 *Blaſphemus cum informatione, vnius teſtis poteſt ſtatim incarcerari, vt ab eo recipiatur confeſſio cum iuramento, ſi tamen neget delictum, debet ſtatim ſub fideiuſſione relaxari, donec integra habeatur informatio ex teſtimonio duorum teſtium, qua poſſit condemnari, & num. 4.*

*An tempus, quo quis ſtetit in carcere dum cognoſcitur de crimine, computetur in menſe pœnæ blaſphemo impoſitæ?*

## QVÆSTIO LXVIII.

1 QVÆRO vlterius an tempus, quo quis exiſtit in carcere detentus, dum cognoſcitur de iſto crimine blaſphemiæ, computetur in menſe carcerationis pœnæ à l. noſtra blaſphemis impoſitæ pro prima vice? & videtur quidem minimè computandum eſſe, ſed quod poſt ſententiam condemnatoriam tantum incipere debeat præd. triginta dies carcerationis & vinculorum: quia licet regulariter carceratio ſit ad cuſtodiam, non verò ad pœnam, ſaltem de Iure Ciuili *l. aut damnum, §. ſolent, ff. de pœn.* vbi com-
2 muniter DD. hoc tenent, teſte Ant. Gom. 3. *tom. var. reſol. c. 9. de captur. reorum, num. 6. verſ. quia carcer*, Bonacoſa *in ſuis communibus opinion. 1. p. verſ. quia carcer non eſt inuentus ad pœnam*, & tenent alij plurimi authores, quos refert & ſequitur Farinac. *in ſuis quæſtionibus criminal. 1. part. quæſtion. 27. num. 95.* Tamen quando punitio delicti non expectat aliam pœnam à lege, vel ſtatuto expreſſam, vel ex conſuetudine, tunc carceratio datur loco, & nomine pœnæ, vt eſt tex. *in l. 1. in fi. ff. de aleat. & in l. nemo*, & ibi Angel. *C. de aleat. lib. 10.* Angel. *in tract. malef. in part. quod fama publica, ſub numer. 79.* Corſetus *ſingul. verſic. cuſtodia. text. in l. Senatus Conſulto cauetur, ff. de iniur.* Ergo ante condemnationem non incipit currere executio pœnæ, nondum impoſitæ, quia eſſet actus præpoſterus, & dum agitur, & diſcutitur vtrum incurſa ſit pœna, vel non iniquum profectò eſſet, & plerumque parti grauoſum atque iniurioſum, in eundem pœnam ordinariam exequi.

Captura enim, quæ ſtatim recepta ſummaria informatione blaſphemiæ fit, & durat vſque ad ſententiam, non eſt in pœnam, nec execution pœnæ, ſed præambulum neceſſarium ad exequendam pœnam, ſi poſtea declaretur incurſam: interim ergo nullo modo dici poteſt loco implementi haberi, quæ nondum ſcitur an ſit imponenda.

Hinc eſt, quod cum carceratio 30. dierum, qua *in noſtra lib. 5.* pro crimine blaſphemiæ, imponenda cum vinculis detur nomine pœnæ & non cuſtodiæ cauſa, licet in aliis criminibus reus poſſit & debeat capi, & incarcerari cum informatione vnius teſtis iuxta notata per gloſſam *in l. 3. C. ad legem Iul. maior. cum ſimil.* Attamen in caſu noſtræ l. re- 3
giæ, licèt cum infor. vnius teſtis poſſit reus incarcerari, vt ab eo recipiatur confeſſio cum iuramento iuxta formam *l. 4. tit. 29. part. 7.* Si tamen reus neget ſe dixiſſe blaſphemiam, debet ſtatim ſub fideiuſſione relaxari donec integra habeatur informatio ex teſtimonio duorum teſtium, qua poſſit condemnari, ita tenet Auend. *numer. 25. in loco ſtatim citando*; aliter namque vnico teſte ordinariam pœnam pateretur, quod maximam induceret iniquitatem, vt inquit Ignat. Salced. ſæpiſſimè conſuluiſſe, & obtinuiſſe in addit. ad Bernard. Diaz *littera D. in loco ſtatim citando*, ſequitur Azeued. *in l. 5. huius tit. 4. numer. 17. & 18.*
¶ Quinimo & captura aſſerti blaſphemi cum 4
vno tantùm teſte prohibita videtur & non facienda, vt cum Bernard. Diaz. *in practic. crim. canon. cap. 101.* & in nouis eſt *c. 124 numer. 9.* probat Auend. *1 part. cap. 5. præt. numer. 26.* Sed Bernard. Diaz *vbi ſupra* tantùm dicit, quod vbi ex conſtitutione, vel conſuetudine pœna carceris eſt ſtatuta delicto, tunc non eſt aliquis in carcere detinendus ſine plena probatione delicti, aliàs enim contingere poſſet, quod ſola informatione ſummaria, iam ordinaria plecteretur pœna, & ſi iudex tunc poſſit ad ſolam capturam procedere, vt ſatiſdatione fugæ perſonæ prouideatur: cuius opinio verior mihi videtur, nempè, vt cum vno teſte reus huius criminis capi & incarcerari poſſit in prædictam finem: & hæc opinio eſt veriſſima & in forenſibus actionibus recepta ſecundum Ignat. Salced. *vbi ſupra littera D.* Quinimo etiam in eum finem hoc fieri poteſt, quod alij teſtes examinentur ſtatim de eo crimine, ne interim, aut fugiat reus, & crimen impunitum relinquatur. Perfecta autem iam ſummaria informatione, ita vt alius teſtis ade ſe i gnoretur, factis omnibus diligentiis neceſſariis tempore debito abſque fraude, tunc quidem teneo reum relaxandum eſſe ſub fideiuſſione idonea, ſi contra eum non ſit repertus de crimine niſi vnus teſtis. Quibus fit, vt hanc 1. *p. in quæſt. principali ſupra dict.* ſentire viſus ſit Auendan. *vbi ſupra, numer. 24. cum ſequentibus.*

Nihilominus tamen contrarium iure arbitratur Greg. Lop. *in d. l. 2. gloſ. magna, verſi. ſed an in pœna carceris*, imò quod in pœna carceris noſtræ legis computetur tempus, quo delinquens



ſtetit in carcere ante ſententiam, ne maior afflictio addatur *l. omnes C. de pœn.* ſecundum Petr. & Salic. ibi: & ita cenſet Greg. Lop. ibi ſeruari de conſuetudine. Ego verò eam praxim obſeruaui obſeruandamque tunc cenſeo, quoties delinquens captus pro blaſphemia vult quod ſtatim (dico ante ſententiam) tempus illud cedat in prædictos triginta dies, hoc declarando, & teſtimonium petendo à tabellione quomodo ſtat incarceratus, & cum vinculis ob illam cauſam, proteſtando abſque præiudicio ſui iuris ſe velle connumerari tempus illud in dictos triginta dies, eo caſu, quo iuſtè in eam pœnam debeat condemnari, vel alias æquipollentur. Et ita hanc materiam, & Greg. Lop. *vbi ſup.* intelligit Azeu. *in l. 5. n. 20. huius tit. 4. lib. 8.* dicens ita ſe videre fieri & iuberi per iudicem prout deberet fieri præſupponit, alias ſecus erit & ita procedunt pro priori parte adducta.

Quod ſi quis eſſet captus pro alio crimine, quod non ſit blaſphemiæ, & interim quod de illo cognoſcitur condemnatur pro blaſphemia in pœna 30. dierum ad catenas, & cum vinculis iuxta formam noſtræ legis, nihilominus vna eademque captura operabitur duos effectus, dummodo hoc exprimatur: nam in dubio finita 1. carceratione incipit 2. iux. doctrinam Azeu. *d. c. 5. num. 24. in princ.* vbi quod ad hoc, vt operetur illum effectum debet à iudice exprimi. ¶ Sed an nobili blaſphemo poſſit aſſignari palatium extra carcerem publicum, in quo adimpleat 30. dies vinculorum, egimus latè *lib 4. practic. quæſtio. 22. per totam ſuper l. 11. titul. 2. lib. 6. collect. reg.*

## SVMMARIVM.

1 *Iurans per viſcera Dei an ſit puniendus pœna blaſphemis impoſita per leges huius Regni?*

3 *Iurare per membra Dei etiam honeſta, vel Domini noſtri Ieſu Chriſti, Virginis Mariæ, vel aliorum ſanctorum, an ſit blaſphemia. Et num. 4. quomodo & quando ſit puniendus?*

*De iurante per viſcera Dei*

## QVÆSTIO LXIX.

1 QVÆRO circa l. 6. *huius tit. 4. lib. 8.* an iurans per viſcera Dei ſit puniendus pœna legum huius Regni impoſita blaſphemis, & iurantibus per membra Domini noſtri? Et videtur partem affirmatiuam veram eſſe, ex eo quod iurare per capillum, caput & alia membra Dei, eſt blaſphemia, & grauiſſima pœna mortis iure communi puniebatur, vt *in authent. vt non lux. contra nat. §. 1. & finali, & in cap. ſi quis per capillum 22. quæſt. 1. cum ſimil.* ſupra adductis. Et idem eſt in iurante per iecur, vt per Domin. à Soto *de cauendo iurament. abuſu, num. 6.* ergo & de iurante per viſcera Dei, & ita in terminis tenet Cyn. *in l. 2. num. 4. C. de reb. cred. & iur. iur.* & Ang. *in §. item ſi quis poſtulante, num. 9. inſt. de action.* Anania *in cap. 2. num. 12. & 13. de maled.* loquens in iurante per ſacra prohibita, nempè per ſanguinem, per corpus, per viſcera, per humanitatem, per caput, per ventrem Dei, & latè Iaſ. *in d. §. item ſi quis poſtulante, n. 58. cum ſeqq.* vbi expreſse loquitur quando quis iurat ſacramenta prohibita, & ſcelerata, purà per viſcera Chriſti, vel capillos, aut caput Dei & ſimilia iſtud appellatur proprie blaſphemia, ſiue blaſphemare Deum, & quod talis blaſphemia, ſiue verum dicat, ſiue falſum, punitur vltimo ſupplicio attento iure communi: quia tales blaſphemiæ tendunt in contemptum Chriſti & fidei noſtræ, vt *in d. auth. vt non lux. contra nat.* eandem opinionem referendo alias plures probat Boſſ. *in ſua practic. crimin. tit. de inq. num. 130. cum ſequenti*, loquens in iurante per capillos, ſanguinem, ventrem, & ſimilia Dei; & in terminis loquens in iurante per viſcera Chriſti quod ſit blaſphemia, & puniatur præd. pœna, tenet Matant. *de ordin. indic. 7. p. c. de iura num. 43.* & probatur, quia viſcera ſunt membra, vt Medici, & Anatomiſtæ affirmant, imò & plura membra digniſſima comprehendunt præterea, ſi iurare per capillos blaſphemiæ annumeratur, *in d. cap. ſi quis per capillum*: ergo multo magis erit blaſphemia, & pro tali pu-
nietur iurare per viſcera Dei. ¶ Quæ opinio 2
intelligenda eſt primo, quando ex paſſione, vel ira deteſtando, vel vituperando, quibus iuraret præd. modo, ſecus ſi affirmando, vel deprecando, vt conſtat ex Hoſtienſ. *in ſum. tit. de maled §. fin. num. 5.* Anan. *in d. c. 2. ſub n. 13.* ibi, vbi quærit de illis, & conſtat ex Caiet. *in ſum. verb. blaſphemia, ad fin.* & Dec. *in 2. tom tract. crim. c. 2. num. 13 & 14.* Secundo eadem opinio intelligi debet ſi ex conſuetudine hoc fieret, quia tunc eſſet locus pœnæ, *d. auth. vt non lux. cont. nat.* hoc namque caſu propter contemptu ſaltem præſumptum diuinæ Maieſtatis puniendus eſſet præd. pœna, ita Petr. & Cyn. Bald. & Salced. *in d. l. 2. C. de reb. cred. & iur. in* Bald. *in l. 2. C. ad l. Iul. Maieſt.* Ioan. de Anan. *in d. cap. 2. num. 12. de mal.* Iaſ. *in d. §. item ſi quis*, D. Couar. *in Rubr. de pact. lib. 6 §. 1. num. 6. verſi. hanc tamen opinionem*, diximus *ſupr. q. 60. n. 12. & q. 64. num. 10.*

Quid tenendum? Et quidem iurare per mem- 3
bra Dei etiam honeſta blaſphemia eſt, quia attribuitur Deo quæ non habet, loquendo de Patre & Spiritu ſancto, vt *in d. auth. vt non lux.* Idem à fortiori & abſque controuerſia eſt in iurante per membra pudenda Dei, vel Virginis Mariæ, aut aliorum ſanctorum, ac proinde licet non pœna mortis, vt olim, huiuſmodi iurans puniendus ſit, ſaltem pœnis à ll. noſtris regnis impo-
ſitis caſtigandus erit, vt *ſup.* reſoluimus. ¶ Iura- 4
re verò per membra honeſta Domini noſtri Ieſu Chriſti, Virginis Mariæ, vel aliorum Sanctorum, nempe per caput, capillos, corpus, ventrem, ſanguinem, vel per viſcera, & ſimilia aſſertiue, vel deprecando abſque irreuerentia, & reſoluit optimè Dec. *d. cap. 2. num. 13. & 14.*
& hoc iure communi. ¶ At verò attentis noſtris 5
ll. regiis præcipuè l. 6. huius tit. 4. lib. 8. ibi, *ò por algun miembro ſantiſſimo de nueſtro ſeñor*, puniendus erit ſic iurans indiſtinctè pœnis impoſitis pro blaſphemiis, de quibus in *hoc eod. tit.* ſcilicet *qualquiera que iurare por algun miembro ſantiſſimo de nueſtro ſeñor. Porque aunque la dicha ley ſexta no dize que ſea blaſfemia eſte iuramento, pero pone le entre los iuramentos malos y feos: y manda que ſe caſtigue por la miſma pena que las palabras ſon* *blaſphemia*

*blaſphemia, que lo pudo bien y con juſta razon hazer el Legiſlador. Y con eſto ceſſan las razones y fundamentos de los authores, que dezian y tienen no ſer blaſfemia iurar por los miembros de Chriſto. Porque ſino lo es, à lo menos ſe caſtiga juſtamente por tal, por ſer vn juramento que contiene irreuerencia.* Generaliter igitur prohibetur per dictam l. 6. iurare per membra Chriſti, quia eſt irreuerentia: ergo procedit hoc, ſiue affirmando, ſiue deteſtando hoc fiat, vt tenet Albert. contra Hoſt. *de agnoſcend. aſſert. cathol. & de heret. quaeſt. 27. num.* 32 quia ſemper eſt blaſphemia, vel ſaltem quoad punitionem pro tali habetur & connumeratur à d. l. 6. quia irreuerenter nominantur Chriſti membra, & quodam exquiſito modo iurandi diuidunt ſic iurantes ipſum Chriſtum, quaſi membratim, vt inquit Albert *d. quaeſt. 27. num.* 16. *ubi n.* 31. ex hoc inquit quod iurare per Chriſtum abſolutè, qui Deus eſt, honeſtius eſt, (& licet, non deteſtando, ſed affirmando) quam iurare per partes corporis ipſius Chriſti, quem refert & ſequitur in ſupradictis Azeued. *in d. l. 6. num.* 60. ſic intelligens prædicta verba dictæ l. 6. & tenens expreſſe quod ea attenta in prædictis verbis prædiximus, dicens eſſe ibi textum expreſſum contra Couar. *vbi ſup. n.* 6. qui circa hæc dubius loquitur, ſcilicet tandem ad dictam l. 6. ſe referat, quæ quidem eſt hæc (inquit Azeu.) Clariſſimè probatur, nam cùm antea in verbis præcedentibus lex illa loquuta ſit de malis & fœdis iuramentis, nunc materiam hanc iuramentorum proſequendo inquit, quod neque per aliud membrum Domini noſtri iuretur, quia repetitiua eſt dictio illa *otro*, & cùm diſtingui debeat à ſupradictis iuramentis fœdis & malis, neceſſario fatendum eſt in his verbis, *ni iure por otro ninguno*, de aliis iuramentis loqui, quæ ſcilicet apparenter fœda non ſint, ſunt tamen iurari prohibita, & ita cenſeo tenendum, quod etiam voluit Cantera *vbi ſupra dicto n. 5. verſic. ex quo videtur*, dicens quod iurans per membra Chriſti, ſiue honeſta, ſiue inhoneſta dicit blaſphemiam, & præſumitur malo animo dixiſſe, niſi qui dixit contrarium probet, & poſſet probare per coniecturas. Quod vltimum de probatione contraria per coniecturas æquum videtur, non tamen verùm omnino, attenta generalitate & indiſtinctione d. l. 6. in verbis præcitatis.

## SVMMARIVM.

1 *Pœna corporalis quæ ſit impoſita blaſphemis per leges huius Regni? Quibus additur per l. 7. tit. 4. l. 8 noua coll. reg. pœna triremium per decennium, & numeris ſequ.*

3 *Blaſphemo pro prima vice an vltra pœnam carceris & vinculorum ſit imponenda pœna triremium? & numeris ſequ.*

5 *Carceris pœna, & vinculorum impoſita pro prima blaſphemia corporalis dici non poteſt.*

6 *Exilium non eſt pœna corporalis.*

7 *Triremium pœna addita per nouas leges noſtri Regni habet locum pro tertia blaſphemia, pro qua imponitur pœna de enclauar la lengua, nempè vt tunc etiam condemnetur reus en ſeys años de galeras.*

---

*De caſibus, in quibus blaſphemus condemnatur in pœna corporali, vt ei addatur pœna triremium.*

*In l. 7. eiuſdem tit. 4. lib. 8.*

## QVÆSTIO LXX.

1 QVÆRO circa l. 7. huius tit. 4. lib. 8. dicentem, *que de mas de las penas corporales que por las leyes y prematicas deſtos Reynos eſtan pueſtas à los que blaſphemau de Dios nueſtro Señor, ſean condenados en diez años de galeras, &c.* qui ſint caſus, in quibus per leges huius Regni ſunt impoſitæ pœnæ corporales blaſphemis contra Deum, vt in eiſdem addatur pœna triremium per decennium?

2 Et non eſt dubium pœnam corporalem imponi à l. 2. huius tit. nempè *al que blaſphemare de Dios, ò de la Virgen Maria en la Corte, o cinco leguas al derredor, que manda le corten la lengua, y den cien açotes publicamente por juſticia. Y ſi blaſphemare fuera de la Corte en qualquier lugar, le corten la lengua, &c.*

Similiter in caſu l. 5. eiuſdem tituli, vbi contra blaſphemos imponitur pro prima vice *carcel con priſiones por vn mes, y por la ſegunda deſtierro de ſeys meſes y mil marauedis, y por la tercera vez que le enclauen la lengua, ſaluo &c. y al eſclauo cincuenta açotes, ſi quiſiere ſu ſeñor mas que le den eſta pena, que no que eſte preſo por los dichos treynta dias.*

3 Videtur quod pro prima blaſphemia vltra pœnam carceris 30. dierum pro prima vice mittendus ſit blaſphemus ad triremes per ſpatium decem annorum, & pro tertia vice per ſpatium ſex annorum iuxta 2. *p. d. l. 7.* quia incarceratio per 30. dies videtur pœna corporalis, & de infixione linguæ pro tertia vice non eſt dubium quod ſit pœna corporalis afflictiua, & ita in vtroque practicatur, ſi credimus additionatori Didac. Perez *in l. 1. tit. 8. lib. 7. ordin. pag.* 107. *col.* 1. pro cuius opinione facit l. 6. huius tituli ibi: *So pena que qualquiera perſona, que dixere las dichas palabras y juramentos, incurra en las penas que incurren, ſi dixeſſe qualquiera de las palabras contenidas en la ley precedente, que es la miſma ley quinta. Y aquella miſma pena ſea dada y executada en ſu perſona y bienes.* Expendo verbum *en ſu perſona*: ego pœna carceris 30. dierum pro blaſphemia prima vice impoſita à prædicta l. 5. perſonalis & ſic corporalis eſt. Habet igitur tunc locum adiectio triremium per decennium facta à noſtra l. 7.

4 Nihilominus falſam eſſe cenſeo hanc huius nouiſſimi authoris opinionem, necnon & aſſertam praxim ab eo, quatenus attinet ad pœnam carceris cum vinculis pro prima vice blaſphemis impoſita; immò tunc nulla pœna triremium addenda eſt vllo temporis ſpatio.

5 Pœna ſi quidem carceris & vinculorum in 30. aut plures dies corporalis minimè dici valet, nec corpus lædit, de qua in noſtra l. 7. Hic namque blaſphemus etſi in carcere & vinculis detinendus ſit in pœnam primæ blaſphe-



blaſphemiæ, non tamen ex hoc corpus læditur aut verberatur. Et quamuis largo modo & impropriè per relationem ad locum & vincula, quibus corpus detinetur, huiuſmodi dici valeret, propriè tamen & verè dici non poteſt hæc pœna corporalis, ſecundum communem modum loquendi ac vſum & intelligentiam huius vocabuli *pena corporal*, ſed illa mortis, mutilationis membri, verborum & ſimilium. At in materia pœnali, præcipuè adeo graui, *como es añadir diez años de galeras ſobre la pena corporal, no ſe ha de entender de pena corporal impropria, ſino de la muy propria y verdadera, hoc eſt, quando por leyes y prematicas deſtos Reynos ſe impone eſta, y no quando ſolamente ſe pone aquella, que impropria, larga y no verdaderamente ſe puede llamar corporal. Y eſtà la razon en la mano, por la mayor grauedad del delicto, quando por la blaſphemia ſe pone pena corporal, que no quando ſe da ſolamente pena de treynta dias de carcel en priſiones por la primera vez, pues aun por la ſegunda no ſe pone pena de carcel, ſino de deſtierro por ſeys mezes del lugar donde viuiere, y de mil marauedis aplicada en la manera contenida en la dicha ley quinta. Luego coſa ſin buen orden y razon ſeria, y contra la mente è intencion de los legiſladores por la ſegunda vez, que es mayor delicto y ſe pone por ella mayor pena, dar la menor que por la primera vez, ſi por ella ſe eniese de añadir diez años de galeras, y por la ſegunda vez no, como lo quiere y preſupone el dicho addicionador de Diego Perez. Iten, porque la priſion ſe haze en los delictos y deuiedos, porque ſe incurre ſolamente en pena pecuniaria, y no corporal, aunque es de derecho que el tal preſo ſea ſuelto con fianças, vt aliàs reſoluimus. Luego ſi la priſion fueſſe pena corporal ſeria abſurdo prender al que no à incurrido en pena mas que pecuniaria. Eſto es anſi, porque la practica y el derecho enſeña lo contrario, ſcilicet, que ſe puedan prender y prendan los que an incurrido ſolamente en pena pecuniaria, y no corporal, aunque los ayan de ſoltar luego en fiado*: ergo, &c.

6 Præterea ita etiam videmus *que el deſtierro no es pena corporal, como ſe prueua por la prematica de los amancebados* hodie l. 2. tit. 19. hoc lib. 8 ibi: *Pues ſegun la ley ſuſodicha no hade lleuar pena corporal, ſino de marco y deſtierro*, vbi latius dicemus, & tamen in exilium condemnatus prohibetur & arcetur ab ingreſſu loci, à quo in exilium mittitur & eiicitur. Denique confunditur prædicta iunioris opinio contra, quia ſi vera foret, aliud non minus abſurdum ſequeretur ex ea, nempe vt pro tertia vice, pro qua à dicta l. 5. grauis pœna corporalis propriè imponitur, nempe *que le enclauen la lengua*, breuius tempus triremium adderetur quàm pro prima vice, nempe, pro hac decem annorum, & pro illa infixionis linguæ, & ſic pro tertia vice ſex annorum tantum, cum omni iuri & rationi congruum ſit vt creſcente contumacia & conſuetudine delinquendi, maior & ſeuerior pœna ſit imponenda, vt in authent. vt non lux. contra nat. &c. & in reliquis ſupra in materia eius adductis circa conſuetudinem blaſphemandi.

7 Poterit igitur in caſu dictæ *l. 5. huius titul. 4. lib.* 8. verificari addititio pœnæ triremium facta per noſtram leg. 2. eiuſdem tituli pro tertia vice, vt ſonant verba noſtræ leg. ibi: *Y que aſſi miſmo en el caſo, que conforme à las leyes y prematicas deſtos Reynos en el eſpecie y generos de juramentos en ellas contenidos por la tercera vez ſe pone pena de enclauar la lengua, de mas de la dicha pena en el dicho caſo ſean condenados en ſeys años de galeras.*

## SVMMARIVM.

1 *Blaſphemus an gaudeat immunitate Eccleſiæ?*

2 *Hæreticus an gaudeat immunitate Eccleſiarum?*

---

*An blaſphemus gaudeat immunitate Eccleſiæ?*

## QVÆSTIO LXXI.

1 QVÆRO an blaſphemus gaudeat immunitate Eccleſiæ? Et non gaudere probatur ex ratione poſita *in c. fin. de immunit. Eccleſ.* quia ſcilicet fruſtrà legis implorat auxilium, qui in ipſam legem deliquit, *c. quia fruſtra de vſur. l. auxilium in fi. ff. de minor.* qui enim delictum in Eccleſia, vel contra Dei ſponſam commiſerit, gaudere non debet Eccleſiaſtica immunitate, vt *in d. cap. fin.* ergo à fortiori gaudere non debet eadem immunitate is, qui deliquit in Deum; locus enim non ſanctificat hominem, ſed homo locum, vt 40. diſtinctione per totam: ergo ſicut illam perdit is, qui Eccleſiæ locum offendens in Eccleſia deliquit, multo magis debet perdere ſi in Deum delinquendo per blaſphemiam ipſum immediatè offendit authent. *multo magis, C. de*, propter quod enim vnumquodque tale & illud magis, vt ibidem probatur. Quis enim dubitat, vt iniuria facta Deo ſit facta etiam Eccleſiæ & è contra? Quibus rationibus hanc opinionem rectè probat Boer. *deciſ.* 110. *n.* 1. *cum ſequentibus*, dicens ſic fuiſſe deciſum à Senat. Burdeg. & Fabius à Monteleone *in ſua praxi arbitraria num.* 170. *fol.* 259. *in 4. p.* ſequitur etiam Rebuf. *in 2. tom. conſtit. Franciæ, tit. de immunit. Eccleſ. art. 1. gloſ. 1. num.* 23. Decian. *in 2. p. tract. crim. lib. 6. cap. 3. num. 5. & 35. & cap. 6. num.* 23. D. Couar. *lib. 2. var. reſol. cap. 20. n. 11. ad fin.* & Remig. *de immun. Eccleſ. fallentia* 18. & nos *lib. 3. practic. quaeſt. 4. in fin. num.* 19. eandem opinionem tenet dicens ſe credere eſſe veriſſimam Farinac *in ſuis quaeſtionibus crim. 1. p. q. 28. num.* 67. qui omnes authores eam probant indiſtinctè, ſiue blaſphemia ſapiat hæreſim, ſiue non, prout eſt de mente omnium ſupradictorum: quia in blaſphemia etiam non hæreticali militant & iure concurrunt omnes prædictæ rationes, quamuis in blaſphemia hæreticali fortior ratio non gaudendi immunitate Eccleſ. adſtipuletur.
2 ¶ Hæreticus enim proculdubio non gaudet eadem immunitate, vt probauimus *vbi ſupra* cum aliis, & cum magis communi & veriori ſententia, loquens in hæreticis & apoſtatis aliiſque infidelibus reſoluit plures allegans Farinac *vbi ſupra num.* 68. & tenent omnes, vt plures allegans affirmat Bouadilla *in ſua politic. de correg. lib. 2. cap. 14. num.* 53. Sed nihilominus idem probandum eſt ſecundum omnes in quocumque blaſphemo indiſtinctè ex rationibus vrgentiſſimis ſupra adductis in principio huius quæſtionis, tametſi Nauarrus *in manuali latino cap. 25. num.* 20. dicat hoc ſuo iudicio non

 probari

probari per rationes Nicol. Boer. *vbi ſupra*, malè directas, & cenſeat quod ſi blaſphemia hæreſim non ſapiat, blaſphemus non ſit extrahendus ab Eccleſia, ſed tunc demum cùm blaſphemia cum hæreſi committitur, & tunc non qua parte eſt blaſphemus, ſed qua parte eſt hæreticus & infidelis: & Nauar. refert & ſequitur Azeued. *in l.1.huius tit.num.27.* dicens quod ſic videntur declaranda dicta per nos *vbi ſupra*, dum indiſtinctè tenuimus blaſphemum non eſſe in Eccleſia defendendum, ſed potius ab Eccleſia extrahendum.

Sed parcat mihi Nauar. quia rationes Boerij bene probant priorem ſententiam indiſtinctè, quam nos citans & alios allegans ſequitur Bouadilla *vbi ſupra*, dicens omnes concludere nemine diſcrepante, quod hæreticus & blaſphemus non defenduntur ab Eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemans Deum, vel Virginem Mariam ſimilibus, vel grauioribus verbis expreſſis in legibus regiis, qua pœna puniatur? & per totam quæſtionem.*
2 *Similia verba dicuntur, quæ ſunt idem in qualitate, vel cum par ſubeſt ratio, vt in num. 3.*
7 *Fæmina blaſphemans eadem pœna punitur, qua maſculus.*
8 *Exteri ab his Regnis blaſphemantes in eis eadem pœna puniuntur: & non ſolum quando verbo id faciunt, ſed etiam per ſcripturam, & etiam ſi de crimine conſtet iudici incidenter.*

*De blaſphemantibus ſimilibus, vel grauioribus verbis, quam expreſſis in legibus regiis.*

## QVÆSTIO LXXII.

*In l.5. tit.4 lib.8.*

1 QVÆRO qua pœna puniatur, qui aliis verbis ſimilibus vel grauioribus blaſphemauerit Deum vel Virginem Mariam, quàm expreſſis in noſtris legibus regiis? De proferentibus ſimilia non eſt dubium, quòd eiſdem pœnis puniendus ſit vt in l.5. huius tituli ibi, *ò otras tales, ò ſemejantes palabras que las ſuſodichas, &c.* Et ſic requirit eandem quidditatem, qualitatem, & eſſentiam. Similia namque dicuntur, quæ ſunt idem
2 in qualitate, vt notat Bald. in addit. ad Specul. *t. t. de diſputatione*: vnde arbitrio iudicis relinquitur quod dicatur ſimile, vt notat Innoc. *in c. cauſam, quæ de iudic.* Cyn. *in l. non poſſunt, ff. de leg.* plures refert Menoch. *de arbitr. iudic. lib.2. centur.1. caſu 84. num.7.* vbi refert Sylueſt. *nupt. lib.5. num.89.* hortantem iudices vt ſi hæſitant
3 ipſi conſilium aſſumant peritioris. ¶ Ipſe autem Menoch. ibid. *num.8.* dubio procul, admittit, caſus dici ſimiles cum par ſubeſt ratio ex ſententia Bald. *in l.illud, col.2. C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, & aliorum plurium, quos ibi refert, vbi quod tanto magis hoc procederet, quanto maior ſubeſt ratio *auth. multo magis, C. de Sacroſanctis Eccleſ.* & loquens in terminis noſtræ quæſt. quod arbitrio iudicis relinquatur, quod dicatur ſimile cum Socin. tradit Auendañ. *in 2.p.c.5.prat.num.16.* Sed meo iudicio intelligendum eſt iuxta declarationem præcedentem Doctorum & tenet expreſſe Auendañ. *vbi ſupra, verſ. & ſic* addens *in verſic. ſequenti* quod niſi in d. pragmatica eſſet expreſſum, quod eius diſpoſitio extenderetur contra proferentes verba ſimilia, eius diſpoſitio cum ſit correctoria, ſaltem in imponenda eadem pœna, non extenderetur, ſequitur nouiſſimè præd. Azeu. *in d.l.5. huius tit.4.n.7. cum ſeqq.*

Proferentes autem alias blaſphemias grauiores & ſcandaloſas puniendi ſunt maiori pœna, 4
nam quod non mutatur, quare ſtare prohibetur *l. ſancimus, Cod. de teſtament. cum ſimil.* ſed iure communi, nempe authent. *vt non lux. contra natur.* & per *l.1. cum ſequentibus, tit.28. part.7.* maiores blaſphemiæ maioribus pœnis puniuntur: ergo incorrectæ hac in ſpecie manent.

Vnde ceſſat, quod ſine vlla diſtinctione inad- 5
uertenter dixit Cellus *in ſuo repertorio in parte blaſphemia*, nempè quòd pragmatica contenta in hac l. regia 5. corrigebat iura Partitarum: nam in maioribus blaſphemiis, quàm in ea expreſſis, minime ea corrigit, ſed tantùm in expreſſis & ſimilibus, vt rectius voluit Auendañ *dicto num.16. circa fin.* ibi & ex ſupradictis: id quòd patet expreſſe ex l.1. huius tituli dum decidit, *que qualquiera que renegare, ò deneſtare à nueſtro Señor Dios, ò la Virgen glorioſa ſu madre, ò à otro Sancto ò Sancta, incurra en las penas de las leyes de las Partidas, que hablan en eſta razon*, quam legem ad hoc citat Auiles *c.21. præt. gloſ.1. numer.1. & 2.* addens quod prædictæ leges 1 & 2. ordinamenti *tit.8. lib.8.* quæ loquuntur de blaſphemantibus in curia (quæ hodie ſunt itidem l.1. & 2. huius tituli) & ſimiliter pœnæ Partitarum *d. tit.28. p.7.* habent locum ſolummodò, *quando vno derrenego*, vt colligitur ex præfatione dictæ pragmaticæ; & melius ex l.1. *in principio huius tit.4.* quamuis poſteà addat, *ò deneſtare.* Relinquitur igitur ex ſupradictis maiores blaſphemias expreſſis in dicta pragmatica & ſic in d. l.5. huius tituli proferentes maiori pœna eſſe puniendos iuxta diſpoſitionem aliarum legum, quæ remanent incorrectæ, vt in terminis ita probat Auendañ. *d.c.5.n.15. & 16.* & cum Salzed. tenet etiam Azeued. *in l.1. huius titul. num.12.*

Hæc quamuis ita ſe rectè haberent, nihilomi- 6
nus inquit D. Couar. *de pact. in 6.1.p.§.7.n.11.* (& ſupra retulimus) loquens in terminis *l.2. ſupra* hoc titulo, praxis nouis conſtitutionibus aliam recepit huius criminis punitionem, nempè per l.5. huius tituli: ſed adhuc cum ratione loci magis graueтur delictum, meritò vt acerbiſſima flagellorum pœna & abſciſionis linguæ puniatur blaſphemans in Curia Regis, vt in *l.2. huius tit.4. lib.8.* quæ ad litteram eſt ſeruanda ſecundum D. Didacus Perez, vt ibidem diximus *ſupra.*

Denique diſpoſitio præfatæ pragmaticæ, & ſic 7
noſtræ l.6. practicanda erit non ſolùm in maſculis, ſed etiam in fœminis, vt probant eius verba ibi, *anſi hombres como mugeres*, etiamſi delinquentes ſint exteri à Regno, & non ſolum ſi verbo blaſphemiæ proferantur, ſed etiamſi per ſcripturam, imò tunc maior arguitur deliberatio, ita tenet Auendañ. *d. cap.5. num.17.* vbi quoque ait quòd practicanda erit etiamſi de crimine conſtet iudici incidenter, nam pœna ordinaria imponetur nouo inchoato proceſſu ſecundum Abbatem, quem refert, & ſequitur Azeued. *in l.1. n.34. cum duobus ſequentibus, & in l.6. in principio n.28. hoc tit.4. lib.8.*



SVMMARIVM.

1 *Maledicentium perſonis Regiis pœna tam communis, quam regia, per totam quæſtionem.*
8 *Malendicentium Papæ pœna.*
*Religioſi in ſuis ſermonibus Eccleſiarum Prælatis detrahentes, aut maledicentes, qua pœna puniantur.*

*De pœna maledicentium Regiis perſonis.*

## QVÆSTIO LXXIII.

*In l.3. tit.4. lib 8.*

1 QVÆRO circa legem 3. hoc *tit.4. lib.8.* de blaſphemantibus & verba iniurioſa proferentibus contra perſonas Regias ſtatumque Regium loquentem, de intellectu huius legis & de pœna maledicentium Principi? In quo Didac. Perez *in leg.3. tit.8. lib.8. ordinamenti, pag.111. & 112.* ſic diſtinguit, quod maledicens Principi ex leuitate, aut inſania, aut propter iram quam ipſe habebat ex iniuria ſibi illata ſua exiſtimatione, à Principe eſt ei parcendum. Si autem id fecerit animo iniuriandi Principem, tunc ſicut malignus & maleuolus eſt remittendus iuxta expoſitionem gloſſæ *in l. vnica, C. ſi quis Imperat. maledix. verbo, ſi ab iniuria*, dum exponit ideſt iniurioſe & ex animo, & in verbo *remittendum* dicit gloſſa ad nos. Princeps tamen arbitratur an puniendus ſit vel non, vt probatur *in d. l. vnic. verſic. vnde, & l.6. tit.2 p.7.* & facit l noſtra 3. ibi *con malicia*, & probat latè Plaça *in ſua epitom. delict. lib.1. cap 4. num.1. cum ſequentibus*, & Azeu. *in d.l.3. n.5. cum ſeqq. hoc tit.4. lib.8.* Melius tamen omnibus quatuor caſus in hoc diſtinguit Menoch. *de arbitr. iudic. lib.2. cent.4. caſu 377.* per totum, illos benè declarans.

2 Primus eſt, cum quis temulentia & ebrietate impulſus Principi maledixit, & tunc licet videatur aliqua pœna hunc non eſſe puniendum *vt in d.l. vnic.* Menoch. tamen *vbi ſupra num.6.* verius cenſet hunc non eſſe omnino impunitum relinquendum, ſed puniendum eſſe etſi leuius quam is, qui mente benè compoſita maledixerit Principi, vt ibi bene probat *numeris ſequentibus, & n.8.* reſpondet *d.l. vnic.* quæ contrarium videbatur probare.

3 Secundus caſus eſt, cùm quis ex leuitate & linguæ lubrico Principi maledixit, & tunc is iudicis arbitrio punitur *vt in d.l. vnic.* ita reſpondet Crauetа *conſil.2. & 6. numer.4. & 71.* probat latius Menoch. *vbi ſupra numer.10. & 11.* dicens ordinarie non eſſe puniendum, & diximus ſupra.

4 Tertius caſus eſt, cum ſtultitia, dementia, atque furore quis Principi maledixit, & tunc puniendus, vel puniendus non eſt iuxta diſtinctionem traditam ab eodem Menoch. *caſu 325. per totum*, dum ibi agit qua pœna puniendus eſt, qui furore vexatus deliquit.

Quartus caſus eſt, cùm quis ex propoſito & 5
per iniuriam Principi maledixit, & tunc pœna ipſius Principis arbitrio plectendus eſt vt *in d. l. vnica* & ſupra probauimus, ſequitur alios allegans Menoch. *dicto caſu 377. numer.13.*

Hodie iure nouiori noſtro Regio cauetur *in* 6
*l.11. titulo fin. hoc lib.8. que quien dixere mal del Rey, ò de ſus hijos es aleuoſo por ello, y la mitad de ſus bienes es para la Camara del Rey, y el cuerpo à ſu merced*, & per noſtram *l.3. huius tit.4. lib.8.* diſponit, *que los que con malicia blaſfeman y dizen palabras iurioſas y feas contra el Rey, y contra la Reyna, ò contra el eſtad Real, ò contra el Principe, ò Infantes hijos del Rey, y contra qualquiera dellos, ſi fuere hombre de mayor guiſa y eſtado ſea luego preſo por la iuſticia donde eſto acaeſciere, y le embien preſo al Rey, y à donde eſtuuiere, para que le mande dar la pena que entendiere que merece. Y ſi fuere hombre de Ciudad, ò villa de qualquier ley, eſtado, ò condicion que ſea, ſi hijos ouiere de bendicion, que pierda la mitad de ſus bienes para la Camara del Rey, y la otra mitad que ſea para ſus hijos, y ſino los tuuiere que pierda todos ſus bienes, las dos partes para la Camara del Rey, y la otra tercera parte para el acuſador.* Y eſto ſe entiende, ſacadas las deudas y el dote y arras de ſu muger. *Y ſi el que aſſi blaſphemare fuere Conde ò rico hombre de gran guiſa, que la juſticia del lugar haga informacion, y embie a hazer relacion dello à ſu Mageſtad para que lo mande caſtigar.*

Et per hanc legem cenſeo intelligendam & 7
declarandam eſſe diſpoſitionem generalem dictæ *l.11. titulo fin. hoc lib.8. ſupra* relatam. Ambæ tamen intelligendæ ſunt, ſi ex iniuriandi animo blaſphemia vel maledicto contra Regem & cæteras perſonas Regias proferatur, & non aliàs per *d.l. vnic.* & patet ex verbis noſtræ *l.3. num.5.* poſt Pet. Plaz. *d.c.4.n.3.*

Eodem modo intelligenda eſt deciſio *cap.1.* 8
*de maledic.* dum aſſeuerat quòd maledicens Romano Pontifici eſt puniendus ab inferiori, vt locum habeat & procedat; cùm animo iniuriandi verba protulerit maledica, non verò aliàs, vt cum Hoſtienſi probant Plaza *num.2. ad fin.* & Didac. Perez *vbi ſupra.* Quinimo & Eccleſiaſtes 10. dicitur: In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui non maledixeris diuiti, quia & aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas annuntiabunt ſententiam.

Si verò Religioſi in ſermonibus ſuis Eccle- 9
ſiarum Prælatis detraxerint, verbaque maledicta in eos prorumpant, per duos menſes debent pœnis illis ſubiacere, quæ ſecundum illorum regulam ſtatutavè pro criminibus grauibus conſuetudine inductum eſt eis imponi, ſicut extat Concilium Viennenſe in Clement.1. *§. quibus, de priuileg.*

SVMMARIVM.

1 *Maledicens Principi an incurrat crimen læſæ Maieſtatis? & numeris ſequentibus per totam quæſtionem, vbi quid de iure communi & regio. Et latè declarantur & referuntur duo caſus differentes, in quibus delinquens punitur pœna extraordinaria eruitionis oculorum, vt in num. 2 & 6.*

*De maledicente Principi, & de eius pœna.*

*In eadem l. 3. huius tit. 4. lib. 8.*

## QVÆSTIO LXXIV.

QVÆRO ſecundò, circa eandem l. tertiam, an maledicens Principi incurrat crimen læſæ Maieſtatis? Et videtur id non committere, quia crimen læſæ Maieſtatis, & maledictionis contra Principem ponũtur ſub diuerſis titulis, & ex ſeparatione titulorum diuerſitas criminum arguitur *l. ſi idem, C. de codicill.* quo argumento vtuntur ſæpè Doctores vt Oldrald. *conſil. 21. columm. 1.* Abb. *conſil. 57. columm. 3. verſic. 3. principaliter lib. 1.* Aymon Crauetta *conſil. 6. numer. 1. cum ſequentibus*, & alij paſſim, & in terminis ita tenet Aymon Crauetta *vbi ſupra*, & Gigas *in tractatu de crimine læſæ Maieſtatis quæſtione 48. pag. 28.* vbi multa pro intellectu *l. 1. C. ſi Imperat. maledix, & noſtræ l.* tenet Azeued. in hac *l. 3. num. 6.* citans ad idem Didac. Perez, Menoch. & addit. Bernardi. Diaz, idem probat Petr. Plaza *de delict. cap. 1. in fin.* Rurſus alii tenent contrarium, vt refert Iul. Clar. *in practic. crimin. lib. 5. §. læſæ Maieſtatis in principio*, ibi ſecundum aliquos, & inquit de hoc videnda eſſe quæ in facti contingentia ſcripſit Ruyn. *conſ. 145. lib. 5.* & Crauet. *conſ. 6. & 9.* Et inquit Angel. *in l. famoſi, ff. ad legem* Iul. Maieſtatis quod ſi in contemptum Principis obloquutus eſt aliquis, incidit in Maieſtatem, & cum pœna ſit arbitraria vt *in d. l. famoſi & in l. 1. C. ſi quis Imp. maledix. & in cap. 1. de maledic.* poterit Princeps arbitrari ad pœnam mortis imponendam, quem ſequitur Franciſcus Luc. *in tractatu de fiſc. 2. p. 2. num. 34. tom. 6. tractat.* & eos referens Auiles *cap. 25. prat. gloſ. 1. num. 4.*

Ego priorem partem probo, præterquam ſi maledicens Principi deſideraret eius mortem, vt quia affectabat Regnum pro ſe vel pro filio, vt fecit Agrippa, qui Imperium affectabat pro Caio nepote Imperatoris Tiberij, dicens vtinam viderem mortem importuni ſenis, ſcilicet Tiberij, & Caium dominum totius orbis: tunc enim crimen læſæ Maieſtatis committitur.

Vnde præfatus Agrippa accuſatus de crimine læſæ Maieſtatis, quia Deum orauerat pro morte Imperatoris, detruſus fuit in carcerem iuſſu Tiberij, in quo ſtetit ſex menſibus vſq; ad mortem Tiberij, quem Caius eius ſucceſſor liberauit pariter & ſublimauit, vt refert Matth. de Afflict. *deciſione Neapolit. 265. numer. 62.* Didac. Perez *in l. 3. gloſſa 2. pag. 210. & 211. tit. 8. lib. 8. ordinamenti.*

2 Pro quo habemus Hiſpani expreſſam *l. 1. titul. 13. part. 2.* ibi: *Cà ſegun fuero antiguo de Eſpaña todo home que cobdiciaſe ver muerte de ſu ſeñor, diziendolo paladinamente, ſi le fuere prouado, deue morir por ello como aleuoſo, è perder quanto que ouuiere, è ſi le quiſieſen dexar la vida, la mayor merced que le pueden hazer es que le ſaquen los ojos, porque nunca pueda ver con ellos lo que cobdiciaria.*

3 Circa quam legem primò obſeruandum eſt, quòd cùm ponatur ibi illa qualitas *paladinamente*, debet ea articulari & probari, aliàs non punietur pœna illius l. vt probauit ibi Greg. Lopez ſuper eodem verbo, in verſic. *& cum ponatur.* ¶

4 Secundò, quod ponitur ibi eodem modo delictum palam commiſſum propter malum exemplum: vnde ſecus erit ſi clàm committatur, nam non punietur reus ita ſeuera pœna, vt adnotauit ibi etiam Gregor in verſiculo *& nota*, quem ſequitur cum prædicta noſtra reſolutione Didac. Perez *vbi ſupra pagina 210. columm. 2. & pag. ſequenti columm. 1.* Humad. *in dicta l. 1. gloſſa 2. numer. 2. titul. 13. part. 2.* ¶

5 Tertiò obſeruat Gregor. Lopez ibi quod ad hoc, vt dicatur dictum fuiſſe palàm, ſufficit ſi dicatur manifeſtè in loco publico, quod ibi comprobat Humad. *ſuper eadem gloſſa numer. 1.* dicens publicè dici fieri, vel dici, quod omnibus ſeu pluribus videntibus ſeu videre volentibus fit, vel dicitur. ¶

6 Quartò obſeruandum erit, quod ſimilis pœna eruitionis oculorum imponitur aliâ lege regia his, qui diſcordiam intendunt facere in Republica in pœnam ne videant id quod deſiderant *l. 4. titul. 28. part. 2.* ibi: *Por ende antiguamente fue pueſto, que qualquiera que metieſe deſacuerdo en la hueſte, ò en la canalda, ò en otra coſa, en que fueſſen los homes en fecho de guerra, de que les fueſſe prouado, que ſegun el mal que ellos querian fazer, que à tal pena ouieſſen: ſi lo fizieſſen con voluntad que aquel fecho no ſe acabaſſe, entonce deuen ſer preſos è ſacarles los ojos por el aleue que fizieron, porque nunca vean con ellos lo que cobdiciauan ver*, cuius legis meminit in prepoſito Didac. Perez *in l. 2. pag. 209. columm. 2.* ibi, *quo etiam fit, tit. 8. lib. 8. ordinamenti.*

7 Similiter diffamantes proprium Regem committunt crimen læſæ Maieſtatis proditionis, *vt in l. 4. titul. 13. part. 2.* ibi: *Cà el pueblo que diffama à ſu Rey diziendo malo del, porque pierda buena prez è buena nombradia, porque los homes lo ayan de deſamar è aborrecer, faze traycion cognoſcida, bien aſſi como ſi lo mataſſen, cà ſegun dixeron los Sabios, que hizieron las leyes antiguas, dos yerros ſon como yguales, matar al home, ò infamarlo de mal. Porque el home deſpues que es enfamado, mager non aya culpa, muerto es quanto al bien, è à la honra deſte mundo, è de mas tal podria ſer el enfamamiento, que mejor le ſeria la muerte que la vida:* (dixit enim Apoſtol. 1. ad Timoth. 7. *bonum mihi eſt magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet*) *onde los que eſto fizieſſen deuen auer pena como ſi le mataſen, quanto en ſus cuerpos, y en otros ſus bienes. Pero ſi tan gran merced le quiſieren hazer, que le dexaſen la vida, deuenle cortar la lengua con que lo dixo, de manera que nunca con ella fable.*

8 Hæc tamen lex regia parte differt *à l. fin. titul. 2. part. 7. & à l. vnica, C. ſi quis Imper. maledix.* nam iſta loquitur quando male dicitur de Rege ad infamandum eum, & vt à ſubditis odio habeatur dicta verò l. fin. & dicta l. vnica loquuntur quando non ob hoc fit, ſed aliàs ex leuitate,



leuitate, inſania, vel iniuria, ſeu odio, non tamen ad dictum effectum: & ita iſta l. parte eſt notabilis, quæ limitat dictas leges, & noſtram hanc tertiam *titul. 4. lib. 8. nou. collect. reg.* ſecundum Gregor. Lopez *in d. l. 4. titul. 13. part. 2. in gloſſa nombradia*, inquiens ex hoc poſſe inferri, quòd omnes illi, qui temporibus communitatum infamauerunt Regem, dicentes quod imponebat de nouo ſubditis multas & illicitas exactiones, & dederunt cauſam vt ſubditi eum odio haberent, ex quo multa & ingentia ſcandala & damna orta ſunt in his Regnis, quòd meruerunt puniri pœna illius legis, & quòd iſta l. propriè fuit ad illum caſum, cùm propter illa mendacia tot, ſeditiones & crimina peruenerunt: & ideò dixit illa lex, quòd iſti committunt proditionem notam, & quòd facit *l. 1. in principio, ff. ad legem Iul. Maieſtatis* ibi: quovè cætus conuentuſvè fiant, homineſvè ad ſeditionem conuocentur: idem refert & ſequitur Didac. Perez *in dicta l. 3. titul. 8. lib. 8. ordinamenti pagin. 211. columm. 2. ad fin.* ibi, *vel quia*, idem latè *in l. 1. titul. 7. lib. 8. ordinament. pag. 197. columm. 2. verſ. eſt præterea* poſt Anton. Queſad. *lib. diuerſ. quæſtionum capit. 6. numer. 30.* quem refert.

9 Hodie iure regio nouiori indiſtinctè cauetur, *l. 11. tit. 29. infra hoc lib. 8. que quien dize mal del Rey, ò de ſus hijos es aleuoſo por ello, y la mitad de ſus bienes es para la camara del Rey, y el cuerpo à la merced de ſu Mageſtad.*

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemias facto committentes in imagines Dei Saluatoris noſtri, Virginis Mariæ, vel Sanctorum, vel eas deturpantes & percutientes, & his ſimilia facientes, qua pœna puniantur? & per totam quæſtionem. Et num. 4. & ſequentibus quis ſit iudex competens huius criminis?*

*De percutientibus & deturpantibus ſacras imagines.*

## QVÆSTIO LXXV.

1 QVÆRO qua pœna puniantur, qui facto blaſphemias committunt in imagines Dei Saluatoris noſtri, Virginis matris, vel Sanctorum, vel eas deturpant & percutiunt, & his ſimilia faciunt?

Et hos pœna mortis naturalis dignos eſſe, originaliter allegatur dictum Angeli *in l. ex Senatuſconſulto, ff. ad legem Cornel. de ſicar. & in ſua diſputatione incip. in refulgenti dimit.* quem ſequuntur Marſil. *in practic. crimin. §. & quia, numer. 25.* Conradus *in practica titulo de iniuriand. numer. 25. in fin. pagin. 409. columna 2.* Boer. *deciſione 301. numer. 18.* vbi ait quendam pro hoc crimine fuiſſe condemnatum, vt prius amputaretur ei manus, & poſteà caput, Franciſcus March. Delphinat. *deciſ. 509. in fin.* vbi quòd quidam Iudæus, qui proiecerat lapides in imaginem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, multaſque contumelias in eam protulerat; fuit viuus excruciatus, ſequitur alios allegans Tiber. Decian. *2. part. tractat. criminal. lib. 6. cap. 6. numer. 9.* Caſſan. *conſil. 1. in quinto præſuppoſito, numer. 69.* vbi morte dignum credit, qui dum ipſe exiſteret Mediolani, pugione imaginem Saluatoris percuſſit, his impiiſſimis verbis prolatis: Vtinam Chriſte, ita potuiſſem te in vtero matris tuæ transfigere, quemadmodum hanc tuam transfixi imaginem, ex qua imagine ſic transfixa miraculosè ſanguinem effluxiſſe. Idem Caſſian. refert, & domum, in qua ingreſſus eſt ille facinoroſus poſt facinus commiſſum, ſtatim eo ingreſſo corruiſſe: ſequitur prædicta de pœna mortis in ſpecie præmiſſa ſaltem de mero iuris ciuilis rigore Ghirland. *in tractatu de ſortileg. quæſtione 11. numer. 18. in fin.* & Farinac. *in ſuis quæſtionibus criminal. 1. part. quæſtione 20. numer. 68.* Si enim is, qui imaginem Principis vel eius ſtatuam fœdauit & dehoneſtauit, grauiter puniendus eſt *l. non contrahitur l. ſequenti, & l. famoſi, ff. ad legem Iul. Maieſtatis*, *l. capitalium, §. ad ſtatuas, verſiculo, eum quoque qui imaginem Cæſaris, &c. de pœn.* quanto grauius puniendus eſt deturpans & dehoneſtans Dei omnipotentis imaginem, quo argumento vtitur Boer. *deciſion. 301. num. 17.* quem referunt & ſequuntur Menoch. de arbitrar. *caſu 376. numer. 1. & 2.* Farinac. *vbi ſupra numer. 70.* & Azeued. *in l. 6. huius titul. 4. num. 65.*

2 Sic etiam conſuluit Ancharan. *conſil. 15. incip. ſpiritualis*, vltimo ſupplicio plectendum fore illum Iudæum, qui ex ſpecula proiecerat immunditiam & deturpauerat crucem per viam tranſeuntem tempore, quo preces publicæ per Ciuitatem Deo offerebantur, quem ſequuntur Doctores quos *ſupra quæſtione 63.* quis ſit iudex competens ad puniendos blaſphemos citauimus.

3 Limitanda tamen erit principalis ſententia primò adducta, vt non ſemper imponi debeat pœna vltimi ſupplicij, ſed tunc demum, ſi facti qualitas id ſuadeat, aliàs ſecùs, ita in ſpecie declarat Menoch. *dicto caſu 376. numer. 3. & 4.* & hanc eſſe pœnam arbitrariam ſaltem de iure Canonico probatur *in capite ſi canonici, §. fin. iuncta gloſſa penultima de officio ordinam. in 6.* quam in hoc ſequuntur Boer. *dicta quæſtion. 301. num. 17.* Fabius à Monteleon *in ſua praxi arbitrar. 4. part. num. 974. cum ſequentibus*, Ghirland. *d. quæſtione 11. num. 18.* Paris de Puteo *in tract. de ludo, num. 62.* Decius *in l. ſi quis id quod num. 4. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Simancas *de inſtitut. Catholic. titul. 10.* & refert Angel. *in d. l. ex Senatuſconſulto, ff. ad l. Corneliam de ſicar.* quod Peruſij ei, qui fregit Dei imaginem, fuit amputata manus, & ab his non diſſentit Iul. Clar. *in practic. crimin. §. fin. quæſtione 68. verſiculo, imaginem in fin.* Azeued. *in dicta l. 6. numer. 64.* & Farinac. *dicta quæſtione 20. numer. 71.* vbi quod erit pœna huius caſus regulariter mortis naturalis, & aliquando etiam mitior iuxta facti & perſonarum qualitatem.

4 Sed quis quæſo erit iudex competens in ſpecie noſtræ quæſtionis principalis? Et quidem ſi credimus Ghirland. *in tractat. de ſortileg. quæſtione 10. ſub numer. 12. & de pœnis omniſ. communibus, quæſtione 1. numer. 9.* licet hoc ſit grauiſſimum peccatum, non tamen dicitur factum hæreticale, *in cap. ſi canonici, §. fin. de officio ordin. in 6.* Vnde delinquens huiuſmodi contra ſanctas imagines puniri poteſt per iudices ordinarios, Eccleſiaſticos, aut ſeculares, quia crimen hoc mixti fori eſt, & à quolibet accuſari

&

& à quocumque iudice ordinario coërceri de-
bet, vt probat Didac. Simancas *de inſtitut. Ca-
tholic. titul.33. num.17. vbi num.19. & 10.* inquit
quod pœna eorum, qui ſacras imagines fran-
gunt, conſpuꝛcant, irrident, aut quoquo modo
eis ſacrilegas manus afferunt, in æſtimatione &
arbitrio iudicis eſt, ita tamen vt nequid grauius
aut remiſſius conſtituat quàm cauſa depoſcit,
aliter tamen puniret iudex ſecularis, aliter Ec-
cleſiaſticus, quia ille pœna mortis punire po-
teſt, hic verò ſine ſanguinis effuſione crimina
coërcere debet. ❡ Iudex igitur ſecularis inter-
5 dum pœna capitis puniet illum, videlicet, qui
ſacram imaginem Chriſti aut Sanctæ Crucis, aut
Beatiſſimæ Virginis inſigni aliqua contumelia
affecerit, interdum etiam ſacrilegam manum am-
putabit, vt Angelo viſum eſt, de quo ſupra,
quod & legibus regiis ſeptem partitarum con-
tra plebeios conſtitutum eſt: ſæpè etiam exilio,
verberibus, aut pœnis pecuniariis iuxta crimi-
nis qualitatem vtetur. Iudices autem Eccleſia-
ſtici punire iſtos itidem debent, perpenſo iudi-
cio, & arbitrio recto: interdum grauiter dura
& vltrici ſententia, quemadmodum Gregor. X.
in Concil. Lugdun. *conſtit. hodie*, habetur in di-
cto *cap. ſi canonici, §.fin.* ſæpè etiam publica pœ-
nitentia vel ieiuniis, eleemoſynis & orationi-
bus, vel multa pecuniaria, vel ictibus fuſtium, vt
*in l. reſpiciendum, ff. de pœn. cap. 2. §. vltim. de officio
ordin. lib.6. cap. vniuerſitatis, & de ſententia ex-
communic.* & ibi Felin. Hæc Simanc. *vbi ſupra, d.
num.19. & 10.*

6 Sed nihilominus Inquiſitores hæreticæ pra-
uitatis ſolent de his criminibus cognoſcere pro-
pter ſuſpicionem hæreſis, quam prima fronte
præſeferunt: non enim eſt veriſſimile vt is, qui
rectam fidem habeat perpetrare audeat talia cri-
mina. Neque eſt in hoc facinore quippiam, quod
allicere aut mouere queat voluntatem in imagi-
num ſacrarum iniuriam, niſi pertinax error intel-
lectus perperam ſentientis de veneratione illa-
rum, vt rectè probauit Simanc. *vbi ſupra, d. tit.33.
num.18.* & ſequitur contra Ghirland. *vbi ſupra,*
Farin. *dicta quæſt. 20. ſub num. 68.* vbi citat Al-
phonſ. à Caſtro tenentem, quod imò hoc factum
ſapiat manifeſtam hæreſim & reprobam, tenet
Ghirland. *vbi ſupra.* Sed ego non inuenio Ca-
ſtrum in loco citato per Farin. nec alio loco hoc
dicentem.

7 Vnde Inquiſitores de hoc crimine cognoſcen-
tes eiſdem pœnis quòd iudices ordinarij Eccle-
ſiaſtici vti poſſunt, ſed hoc amplius ad eorum of-
ficium pertinet, vt ſcire laborent, ſi forte intelle-
ctus errore pertinaci facinora iſta perpetrata
ſunt, quod ſi repererint aut ſuſpicati fuerint non
ſecùs, aduerſus iſtos procedent atque aduerſus
alios quoſlibet hæreticos vel ſuſpectos. Poterunt
ergo Inquiſitores tormentis, abiuratione, purga-
tione canonica, & aliis arbitrariis pœnis vti, per-
tinaces quoque atque impœnitentes curiæ ſæcu-
lari relinquere, vt docet Simanc. *vbi ſupra n.21.* &
in facti contingentia ita fuit obtentum in ſupre-
mis tribunalibus, vt Inquiſitores hæreticæ praui-
tatis cognoſcerent in prædicta ſpecie contra *vn
Moriſco, que apedreò la Imagen de nueſtra Señora,
que eſtaue en alto en vna puente, y la quebro,* quem
iudices ſeculares pœna mortis condemnarunt,
ſed fuit poſteà remiſſa cognitio cauſæ ad dictos
Inquiſitores cum reo & proceſſu.

SVMMARIVM.

1 *Repulſa teſtium an admittatur in crimine bla-
ſphemiæ? & numeris ſequentibus.*
3 *Teſtes periurij non admittuntur etiam in crimi-
nibus exceptis.*
4 *Teſtis inimicus nullo in caſu admittitur. Et quæ
dicatur in propoſito inimicitia capitalis? iun-
cto num.5.*
6 *Inimicitiæ ſuſpicio non ſufficit ad repulſam teſtis,
ſed vera inimicitia requiritur.*
7 *Inimicitiæ teſtis repulſa habet etiam locum in
criminibus exceptis.*
8 *Minor 16. annorum non poteſt eſſe teſtis in cri-
minalibus ad plenam fidem faciendam.*
9 *Teſtes ſingulares fidem non faciunt in crimine
blaſphemiæ.*
10 *Teſtes de auditu interpoſito pariete in cauſa cri-
minali non probant.*
11 *Teſtes aliàs inhabiles quando admittantur in
crimine blaſphemiæ?*
12 *Appellatio quando locum habeat, & quando non,
à ſententia condemnatoria lata in crimine
blaſphemiæ? & n.14.*
13 *A pœna legis appellari non poteſt, ſed bene à de-
claratione incurſus illius.*
15 *Blaſphemi repelluntur à teſtificando in his
cauſis, quæ teſtes exigunt omni exceptione
maiores.*
16 *Blaſphemus licet non ſit infamis infamia iuris,
poſt condemnationem tamen efficitur infamis
infamia facti, ac proinde non erit teſtis
idoneus.*

---

## *De repulſa teſtium in crimine blaſphemiæ an & quando locum habeat.*

## QVÆSTIO LXXVI.

QVÆRO præterea an in crimine bla- 1
ſphemiæ admittatur repulſa teſtium de
eo deponentium, quando à reo deli-
ctum negatur? Et in hoc obſeruandum eſt, regu-
lariter in cauſa blaſphemiæ non habere locum
repulſam, aut reprobationem teſtium, prout te-
nent in terminis Paris de Puteo *in tractat. ſyndi-
cat. in parte condemnatio, col.4.* & Robert. Marant.
*de ordin. iudic. 6. p. c. de teſtium repulſ. n.18.* Auend.
*2. p. cap. 5. prætor. n.4. & 29. verſic. nam regulariter,*
& ſic quod omnes teſtes admittuntur indiſtinctè,
præcipuè quando proceditur contra vilem, quem
lex appellat Raez, vt per Auendañ. *dicto num.4.*
Auiles *c.25. præt. gloſ.1. num.8. l.1. tit.28. p.7. ibi, è
ſi &c.* & inhabiles & infames ſecundum Decian.
*in 2. p. tract. crim. cap.3. n.22. & c.4. n.7.* Azeued. *in
l.1. n.29. hoc tit.4. lib.4.*

Hoc tamen non ſeruatur in dominio Medio- 2
lan. ſecundum Iul. Clar. *in §. blaſphemia verſic. re-
perio etiam,* nec in ſupremis Curiis Franciæ teſte
Boer. *deciſione 301. in fin.* & ideò ſemper admitti-
tur reus blaſphemiæ ad probandum contra te-
ſtes quicquid vellet, vt in aliis criminibus, vt re-
fert Maſcard. *1. tom. de probat. concluſione 194.
numer. 15. 16. & 17.* & Decian. *dicto cap. 4.
num.9.*

Limitat tamen Auend. *vbi ſupra* præcedentem 3
conclu



ſionem in teſtibus periuriis, qui quidem
non admittuntur etiam in criminibus exceptis,
vt tenent plures, quos ibi refert *num.5.* & eſt
communis ſententia vt plurimos congerens af-
firmat Farinac. *in 1. p. quæſtionum criminal. q.43.
num.180. cum ſequentibus.* Quod adeò verum eſt,
vt non requiratur de periurio ſententia, ſed ſola
confeſſio eius ſufficiat, vt probat Auend. *d. n.5.*
Quinimo etiam teſtibus probari poteſt in propo-
ſito periurium, ſi ab ipſo negetur, etiam ante con-
demnationem ſaltem iure regio per *l. 8. tit. 16.
p.3. ibi. Otro ſi no puede ſer teſtigo ome, contra quien
fueſſe prouado que dixera falſo,* licet iure commu-
ni attento aliud eſſet, vt ibi quoque probat &
tenet.

4 Secundò limitat ſuperiorem concluſionem
Gramatic. *conſ.15. criminal.* & cum eo Tiber. De-
cian. *dicto c.4. n.8.* & Auendan. *vbi ſuprà, n. 8.* in
caſu admittitur in teſtem, quia inimici odio ipſo-
rum repelluntur, vt ibi iure communi probat
Auendan. cum communi opinione, quam etiam
dicit communem Iul. Clar. *in practic. crimin. §. fin.
q.24. verſiculo item quæro,* loquens in inimicitia
capitali, nam leuis non ſufficiet ſecundum com-
munem, probat etiam Ant. Gom. 3. *tom. variar.
c.12. de probat. delict. n 14.* & iure regio probatur
5 *in l.13. & 22. tit.16. p.3. & l.6. tit.3. p.7.* ❡ Ex qui-
bus legibus colligitur, quæ ſit inimicitia capita-
lis repellens teſtem, nam alia minor vltra ex-
preſſas in illis legibus non ſufficeret, vt in eis
6 probatur. ❡ Nec ſufficeret ſuſpicio inimicitiæ
ad repulſam teſtis, cùm vera inimicitia debeat
interuenire, ita vtrumque in terminis probat
Auendan. *vbi ſuprà, d. num.6.* & Latius in *ſuo di-
7 ctionario verbo enemigo.* ❡ Hæc namque repulſa
teſtium inimicitiæ habet etiam locum in crimi-
nibus exceptis, nempè læſæ Maieſtatis & huiuſ-
modi *c. per tuas de ſimon.* quem Doctores reputant
eſſe in hoc propoſito ſingularem ſecundum Mar-
ſil. *conſil.65. n.20.* & cum eo Clar. *vbi ſuprà,* Ant.
Gom. *vbi ſuprà:* ergo & in crimine Blaſphemiæ,
vt prædiximus, & præterea tenet Iul. Clar. *in
§. blaſphemia, n.4.* & cum eo Azeu. *in l. 1. n.29.
hoc tit.4. lib.8.*

8 Tertiò limitatur, quando inhabilitas teſtium
proueniret ex defectu intellectus, vt quia fortè
eſſet minor 16. ann. quia maior iſta ætate debet
eſſe teſtis in criminalibus ad plenam fidem fa-
ciendam, vt *in l.9. tit. 8. lib.2. for. leg. approbata* per
*l.1. verſ. è anſi declare, tit.4. lib.3. ordin.* per quam
limitatur *lib.9. tit.16. p.3.* ita Auendan. *vbi ſuprà,
n.7.* quamuis ipſe non videam dictam l.1. aliquid
probantem in propoſito.

9 Quartò fallit, quando teſtes ſunt ſingulares,
hic enim defectus benè poteſt allegari in crimi-
ne blaſphemiæ: vnde ſi vnus teſtis deponeret,
quòd audiuit Petrum dicentem, *no creo en Dios,*
& alius deponeret dicentem *por vida de Dios, ò
no creo en Dios, vna deſtas palabras no ſe acuerda
qual,* vel aliàs eſſent ſingulares, non probarent
ſufficienter crimen blaſphemiæ, niſi iterum ſta-
tim interrogati concordarent ſecundum Auen-
10 dan. *d. c.5. n.8.* ❡ Vbi etiam quod teſtes de auditu
ſi eſt interpoſitus paries non probant, quia cauſa
eſt criminalis, vt ibi per eum: & quod teſtes ſin-
gulares non admittantur in crimine, Alex. *con-
ſil.72. num.7. in principio* Iaſ. *in §. item ſi quis el 1.
n.64. de action* Bernard. Diaz *in practic. crim. c.110.
in nouo, colum. penultima,* prout idem refert De-
cian. *d. ca.4. num ſequitur* Azeued. *in l.5. num.19.
hoc tit.4. lib. 8.*

11 Quintò obſeruandum erit in hac materia, quod

ita demum admittuntur teſtes aliàs inhabiles in
hoc crimine blaſphemiæ, ſi tres aut plures teſtes
concurrant ex quibus fiat integra probatio, quia
ſi duo tantùm teſtes inhabiles ſint, imponetur
tamen pœna extraordinaria, vt cum aliis probat
Auendan. *vbi ſupra, n.5. verſic. quod ſupra dico,* &
Azeued. *in l.1. n.29. hoc tit.4. lib.8.* Sed profectò
hæc obſeruatio videtur contra ſententiam, de
qua ſupra pro reſpõſione huius quæſtionis prin-
cipalis in principio, quæ habet quod regulariter
in cauſa blaſphemiæ non habet locum repulſa,
ſeu reprobatio teſtium, qua attenta & iuncta l.
regia præcipiente ne iudices diſpenſent in pœ-
na ordinaria huius criminis, non videtur tenenda
præcedens obſeruantia, niſi attenta bona qualita-
te rei & defectu & vilitate teſtium arbitrio boni
viri & recti iudicis aliud videatur, tunc namque
iuſtè obſeruanda videtur ſupradicta declaratio &
moderatio Auend. & ſequacium. Quandoqui-
dem prima ſententia & opinio negatiua non eſt
inconcuſa, nec ſine controuerſia, cùm plures alij
teneant contrarium, vt vidimus, & non habea-
mus legem expreſſam in ſpecie blaſphemiæ pro-
hibentem repulſam teſtium in crimine blaſphe-
miæ, ſed generaliter id cautum ſit in criminibus
exceptis, de quibus hoc videtur cùm ſit crimen
læſæ Maieſtatis diuinæ. Nihilominus tamen ar-
bitrio recti iudicis hoc relinquendum videtur.

Appellatio autem à ſententia condemnatoria 12
in pœna ordinaria blaſphemiæ locum non habet,
quando blaſphemus eſt conuictus & confeſſus
argumento *l. 2. C. quorum appell. non recip.* Idem
dicendum eſt proculdubio ſi fuerit tantùm con-
feſſus ſecundum Marant. *de ordin. iudic. 6. part.
tit. de appellat. n.349.* & Carrer. *in d. l.2. in prin-
cipio num. 45.* quos refert & ſequitur Auend. *di-
cto c.5. num.28. verſic. in iſta difficultate.* Si verò
tantum fuerit reus conuictus teſtibus de blaſ-
phemia, quia crimen ipſum negauit, & in prima
inſtantia teſtes fuerunt repulſati legitimè iuxta
ſupradicta, tunc quidem quia iniuſtè fuit condẽ-
natus appellationi deferendum eſt: quemadmo-
dum etiam habet locum appellatio, quando gra-
uiori pœna condemnaretur, quàm pro ſuo crimi-
ne iuxta leges mereretur, vel ſi pro blaſphemia
condemnaretur pœna ordinaria, quæ verè talis
non eſſet, tunc enim licite ab exceſſu & declara-
tione iniuſta appellari iuſtè poteſt, & deferen-
dum erit appellationi. ❡ Quia licet aliàs à pœna 13
legis appellari non poſſit iuxta legem, *ſi quæ pœ-
na 144. ff. de verborum ſignificatione,* tamen à pro-
nunciatione, qua declaratur incidiſſe in pœnam
benè poteſt appellari, quando conſtat non inci-
diſſe, vel eſt dubium iuxta gloſſam *in cap. cu-
pientes verb. primatos de electione lib.6.* quæ gloſſa
eſt ſingularis & Legiſtis incognita ſecundum
Cur. Iun. qui plures optimas remiſſiones allegat.
*in l. vnic. in principio, num. 41. ff. ſi quis iudic. non
obtemp.*

Quòd ſi in prima inſtantia non fuerunt proba- 14
tæ legitimè repulſæ teſtium appoſitæ, non habe-
bit locum appellatio, niſi falſitas opponatur con-
tra huiuſmodi teſtes: imò cùm graue ſit falſita-
tem teſtium probare, ferè in nullo caſu, vel ſal-
tem rarò poſſunt blaſphemantes admitti ad ap-
pellandum. Si tamen iudex apellationem admi-
ſerit grauiter punietur, & cauſa deuoluitur ad
ſuperiorem, vt ex aliis omnia prædicta *in hoc ver-
ſiculo quod ſi* reſoluit Auendan. *dicto cap. 5. nu-
mer. 29.*

Blaſphemus ſimiliter, licèt Iure Ciuili infamis 15
non ſit niſi poſt ſententiam authore Bald. *con-
ſil. 152.*

*ſil.*152.*col.*1.*verſic.item ſi blaſphemauerit l.*1. quem ſequitur Aymon *conſ.*6.*col.* 2.*n.*4.Auend. *d.c.*5.*in fin.*& alios referens Decian. *tom.*1.*c.*6. *n.*20. pro quo eſt bonus textus *in l.famoſi, ff. ad legem Iul. Maieſtatis*,vbi lubricum linguæ non debet facilè trahi ad pœnam;nihilominus tamen repellendus eſt à teſtimonio in his cauſis, quæ teſtes exigunt omni exceptione maiores, ſecundum Alexand. *conſil.*152.*col.*4.*n.*7.*lib.*5. Deci. *conſ.*163. *num.*10. Thom. Gramat.*voto* 22.*n.*5.*&* 6. modò blaſphemus fuerit ſemel ſaltem etiam pœna pecuniaria pro hoc crimine damnatus, vt notat Boer. *deciſ.*301.*n.*13.ſequitur D.Couar.*de pact. in* 6.1.*p.* §.7.*n.*17.Azeued.*in l.*1.*num.*28 *huc tit.*4 *lib.*8. ex textu *in c. licet cauſam de teſtib.*vbi in cauſa ardua non admittitur teſtis,cuius fides aliqua ex parte diluitur. ¶ Nam licèt blaſphemus non ſit infamis 16
infamia iuris, negare minimè poſſumus poſt condemnationem eſſe infamem infamia facti,atque ideò non eſſe omninò teſtem idoneum,quod & ſequitur Auend.*d.*5.*n.*30.& Maſcard.plures citans *concl.*194.*n.*13.*&* 14.*& in* 3.*tom concl.*1357.*n.*39.& Tiber.Decian.2. *tom. tractat. c.*6. *n.*21.& præſertim in cauſis arduis, vt in cauſa matrimoniali & ſimilibus,*&* *n.*10.probat blaſphemum de Iure Canonico incurrere infamiam ipſo iure.

# IN TITVLVM QVINTVM,

## *De los deſcomulgados.*

### SVMMARIVM.

1 *Abſolutus ab excommunicatione, in qua diu ſteterat incurſus, an poſſit denuntiari & conueniri pro pœna temporis, in quo ſtetit in excommunicatione? & numeris ſequentibus. Et coram quo iudice, & quibus pœnis condemnandus ſit? ibidem. Et quid in pauperem.*5.

*De pœnis permanentium diu in excommunicatione, per totam quæſtionem.*

---

*De pœnis permanentium diu in excommunicatione.*

*In l.*1. *&* 2. *tit.* 5. *lib.* 8.

### QVÆSTIO LXXVII.

1 QVÆRO an abſolutus iam ab excommunicatione, pro qua fuerat publicè in Eccleſia denuntiatus iuxta formam l. 1. & 2. huius tit.5. poſſit denuntiari ac conueniri pro tempore, quo contra earum tenorem in excommunicatione permanſit? Hanc quæſtionem latè in vtramque partem examinauimus *lib.* 1. *canonic. quæſtionum c.*12.*num.*8. *cum pluribus ſeqq.* vbi *n.*19.reſoluimus hoc minimè fieri poſſe,nec condemnari à iudice Eccleſiaſtico in dictis pœnis, conceſſa abſolutione impoſita eidem ſalutari pœnitentia niſi ipſe ante abſolutionem incepiſſet procedere contra huiuſmodi excommunicatū ad pœnam huius l.regiæ:& poſtea, ſi tamen ſine præiuditio ipſius proceſſus atque accuſationis, iuſſiſſet eum abſoluere, licèt conſultius faceret ipſe iudex Eccleſiaſticus, ſi prius excommunicatum puniat quam abſoluat,vt habet praxis.Et itè in effectu probauit Ignat.Salzed.ad Bern.Diaz *in pract. crimin. canonica, c.*117. nouiter addito, dicens quòd poſſunt etiam iudices Eccleſiaſtici (imò maiorem ad hoc iuriſdictionem & poteſtatem habent)punire laicos pecuniaria mulcta, qui per tempus illud regiis legibus expreſſum excommunicatione fuerint innodati, & quòd ita foréſi vſu receptum eſt: ſicque abſolutionis tempore poſt Eccleſiæ ſatisfactionem ſolet pecuniaria pœna imponi, quæ iuſtè exigi poteſt, & in pios vſus conuerti, vt præcedentibus annis cœtus Cardinalium, Paulo III. Pontif. Maxim. reſpondit,vt teſtatur D.Simanc. *de inſtit. Cathol. titul.*27.*n.*5. & quòd apud nos ſecundum l.regiam tertia pars Prælato applicata iuſtè per eum exigi poteſt. Sed intelligendus eſt Ignat.iuxta prædictam noſtram diſtinctionem, vt patet ex ipſo, dum loquitur quando abſolutionis tempore pecuniaria pœna imponitur, & affirmat in terminis ſic declarans & nos citans *d.n.*19. Azeu.*in l.*2.*huius tit. n.*10.*&* 11. dicens quod ita vtitur & practicatur quotidie.

2 Iudicem tamen ſecularem reſoluimus *vbi ſuprà.* poſſe à prædicto excommunicato iam abſoluto pœnam iam anteà incurſam exigere, quam opinionem eſſe ſequendam affirmat nunc Azeu. *in l.*1.*huius tit.n.*209. idemque nos confirmamus.
3 ¶ Et quòd iudices Eccleſiaſtici ſoleant punire excommunicatos pœnis, de quibus in hac l. habet praxis communis, cuius nos teſtes ſumus: duæque partes pœnarum pertinent ad iudicem Eccleſiaſticum tanquam ad excommunicatorem & exequentem, & tertia pars Eccleſiæ Cathedrali, vt affirmauimus *d.c.*12. *n.*6. *&* 7. ſequitur Azeu. *in d.l.*1.*n.*215.*cum ſeqq.*vbi id latè probat, nempè quòd duæ partes pœnarum pertinent ad iudicem Eccleſiaſticum circa legem ſecundam huius tit.5. Quando vitandus ſit publicè excommunicatus,& quando toleretur latiſſimè egimus *dicto lib.*1.*canonic.quæſt.c.*1. *per totum*, & ideò hic non repeto.

4 Qui verò per annum in excommunicatione permanſerit, contra eum tanquam de hæreſi ſuſpectum procedi poteſt,vt in Concil. Trid.*ſeſſ.*25. *in decret.de reformatione c.*3.*in fin.*cauetur, de quo egimus *d.c.*12.*n.*12. *cum ſeq.* ſed latius nouiſſimè per ſex aſſertiones & declarationes Ignat.Salzed. *vbi ſuprà n.*4.*cum ſeq.* quem & alios refert Azeued. *in d.l.*1. *num.*213.

5 Pauper tamen, qui ob paupertatem non potuit ſoluere, neque exire ab excommunicatione excuſabitur à pœna l.regiæ, cùm impeditus ſit ſoluere ob nimiam paupertatem, dùm tamen ad hoc non ſit procurata, vt ibidem tenet Azeued.*n.*210.





# IN TITVLVM SEXTVM,

## *De las vſuras, y logros.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudei & Mauri an poſſint licitè vſuras exercere, tam iure communi, quam regio, & de eorum pœnis,necnon & iure Diuino, per totam quæſtionem.*

7 *Deutheronomij cap.* 23. *non fœneraberis fratri tuo, ſed alieno intellectus: & cap.*22. *Deuther. num.*8.

9 *Iudæi nunc, nec Chriſtiani à nullo poſſunt recipere vſuras ſine mortali. Et an valida ſit conſuetudo contraria? num.*10.

---

*De prohibitione vſurarum.*

*In l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 8.

### QVÆSTIO LXXVIII.

QVÆRO circa l. 1. huius tit. 6. *de vſur. lib.* 8. *non. collect. reg.* præcipientem, *que los Iudios y Moros no den a logro, ſin embargo de qualeſquier cartas, fueros, y priuilegios que para ello tencan y dan eſtos ſe reuogan, porque por ningunos, por ſer contra ley.*

1 An Iudæi de iure communi poſſint licitè vſuras exercere? Ipſe namque vſuræ omni iure ſunt prohibitæ, vt latiſſimè probauimus *lib.* 2. *canonic. quæſtionum cap.* 18. *in principio num.* 1. *cum ſequentibus*,& poſt nos optimè Molina Theolog. 2.*part.de iuſtitia & iure diſputatione* 304.*per totam*, *col.* 530.*cum ſequentibus*, & prius Magiſter Arag. *de iuſtitia & iure* 2. 2. *q.*78.*art.*1. *pag.*665.*col.*1. *cum ſeqq.*

2 Sed de Iudæis nihil ibi loquuti ſumus: quare nunc in eis idem probamus, nempè quod non poſſint vſuras exercere. Hæc eſt communis opinio ſecundum Curt. Iun. *in l. eius qui in prouincia ſub num.*5.*ff. ſi cert.pet.* Vnde peccant ipſi Iudæi fœnerando Chriſtianis ſecundum communem opinionem, Theolog. & Canoniſt. vt affirmat Alexand.de Neuo *conſil.* 100. *num.*1. & probatunt Abb. *in cap. poſt miſerabilem* per illum textum, & Hoſtienſ. *in cap. ſalubriter de vſur.* Petr. Gregor. *in ſua ſyntagm. iur. vniuerſi*, 3. *p. lib.*12. *cap.* 3. *num.* 23. *pag.* 106. & communem profitetur Clarus ſtatim citandus, & Azeued. *in lib.*1. *num.* 66. *huius tit.* 6. & probat latè Aragon *vbi ſuprà*, *pag.* 676. *in fi. cum ſequenti*, vbi cum D. Thom. ibi ad ſecundum & aliis tenet & probat, quod neque materialiter, neque formaliter fuit Iudæis vſura conceſſa, ſed tantum permiſſa erga alienigenas. Quòd eſt dicere, fuiſſe Iudæis permiſſum, vt poſſent inter gentiles vſuras exercere ſine pœna, non tamen ſine culpa, ſed ſi vſuras erga ſe exercebant, & culpa & pœna mulctabantur.
3 ¶ Adeò quòd Eccleſia non debet nec poteſt hoc peccatum permittere nec tolerare, non infligendo pœnam, neque propter aliquod maius malum vitandum, neque propter aliquod bonum, quòd exinde ſequi ſperatur, eſt communis opinio Theologorum & Canoniſtarum ſecundum Alexand. de Neuo *dicto conſil.* 100. *num.* 9. *& num.* 13. *in fin. & conſil.* 101. *poſt numer.* 14. vbi inquit ſe dolere malitiam Doctorum Chriſtianorum, qui conſuluerunt contra tam apertam veritatem: & hanc communem refert etiam Iul. Clar. *lib.*5. *recept. ſent.* §. *vſura*, *verſic. hæc autem.*
4 ¶ Et quòd Papa non poſſit diſpenſare, vt communitas concedat licentiam fœnerandi, communiter tenetur ſecundum Ioann. Montolon. *in promptuar. vtriuſque iur.* 2. *p. verbo vſura, in verbo nec vſuris opprimes*, *fol.* 325. *col.* 2. Angel. de Clauaſ. *in ſumm. verbo vſura* 2. §. 14. Syluest. *eodem verbo in* 9. §.22. quos & alios plures referens idem profitetur ac probat Didac. Perez *in l.* 3. *tit.*8. *lib.* 8. *ordinam.* *pag.* 48. *in verſic.* & quòd Papa non poſſit, id amplians vt etiam communitas ſecularis,vel Eccleſiaſtica, quæ recepit Iudæos in ſuis oppidis cum licentia, & facultate dandi ad fœnus & vſuras, peccent mortaliter & ſint excommunicati: & ipſi tenentur tanquam fautores ad reſtitutionem vſurarum ex tali conuentione ſolutarum in ſubſidium, ſi Iudæi non ſoluerint, ſecundum Angel. & Syluest. *in locis præcit.* & alios, quos ibi refert. Et quòd Papa in vſura diſpenſare non poſſit, probat etiam Didac. Perez *in hac rubrica, pag.* 14. *col.* 2. *ibi*, hinc deducitur, poſt Couar. optimè hoc agentem *lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 1. *num.* 8. ſequitur etiam Azeued. *in lib.* 1. *huius titul. num.*48. quidquid contrarium poſt longam diſputationem magis probet Alexand. *conſ.* 1. *volumine* 7. & alij nonnulli, quia vix quærendum eſt de peccato mortali inter Iudæos,qui iam condemnati ſunt. Quæ ſententia meritò ſuſpecta eſt Petr. Gregor. *vbi ſuprà*, cui videntur pugnantia, velle amicitiæ beneficium mutui in Iudæos concedere, & poſteà hoc prætextu velle bona illorum vt ab hoſtibus exercere, cùm potius Iudæi inter Chriſtianos conuerſantes inde poſſint legem noſtram improbare, potiùs quàm ad fidem ſuſcipiendam impelli. Quam ob rem exiſtimat vel omninò à cœtu Chriſtianorum expellendos, vt in Gallia (& in noſtra Hiſpania) vel ſi aliqua ex cauſa ferantur, bono exemplo legis Chriſtianæ inſtruendos vt videant opera noſtra bona, & ne ſimus illis ſcandalo: vſura enim vetita non naſcitur ex perſona, ſed ex re. Quæ etiam optimè probat Molina Theolog. 2. *part. de iuſtitia & iur. ſectione* 304. *verſic. illud in calce, pagin.* 344. vbi quòd publicæ poteſtates tenentur pro ſuo munere vſuras

*fil.*152.*col.*1.*verſic.item ſi blaſphemauerit l.*1. quem ſequitur Aymon *conſ.*6.*col.* 2.*n.*4. Auend. *d.c.*5.*in fin.*& alios referens Decian. *tom.*1.*c.*6.*n.*20. pro quo eſt bonus textus *in l.famoſi, ff. ad legem Iul. Maieſtatis*, vbi lubricum linguæ non debet facilè trahi ad pœnam; nihilominus tamen repellendus eſt à teſtimonio in his cauſis, quæ teſtes exigunt omni exceptione maiores, ſecundum Alexand. *conſil.*152.*col.*4.*n.*7.*lib.*5. Deci. *conſ.*163. *num.*10. Thom. Gramat. *voto* 22.*n.*5. *&* 6. modò blaſphemus fuerit ſemel ſaltem etiam pœna pecuniaria pro hoc crimine damnatus, vt notat Boer. *deciſ.*301.*n.*13. ſequitur D. Couar. *de pact. in* 6.1. *p.* §.7.*n.*17. Azeued. *in l.*1.*num.*28 *hoc tit.*4 *lib.*8. ex textu *in c.licet cauſam de teſtib.* vbi in cauſa ardua non admittitur teſtis, cuius fides aliqua ex parte diluitur. ¶ Nam licèt blaſphemus non ſit infamis 16
infamia iuris, negare minimè poſſumus poſt condemnationem eſſe infamem infamia facti, atque ideò non eſſe omninò teſtem idoneum, quod & ſequitur Auend. *d.*5.*n.*30. & Maſcard. plures citans *concl.*194.*n.*13.*&* 14.*& in* 3.*tom concl.*1357.*n.*39. & Tiber. Decian. 2. *tom. tractat. c.*6. *n.*21. & præſertim in cauſis arduis, vt in cauſa matrimoniali & ſimilibus, *&* *n.*10. probat blaſphemum de Iure Canonico incurrere infamiam ipſo iure.

# IN TITVLVM QVINTVM,

## *De los deſcomulgados.*

### SVMMARIVM.

1 *Abſolutus ab excommunicatione, in qua diu ſteterat incurſus, an poſſit denuntiari & conueniri pro pœna temporis, in quo ſtetit in excommunicatione? & numeris ſequentibus. Et coram quo iudice, & quibus pœnis condemnandus ſit? ibidem. Et quid in paupere? n.*5.

*De pœnis permanentium diu in excommunicatione, per totam quæſtionem.*

---

*De pœnis permanentium diu in excommunicatione.*

*In l.*1. *&* 2. *tit.*5. *lib.* 8.

## QVÆSTIO LXXVII.

1 QVÆRO an abſolutus iam ab excommunicatione, pro qua fuerat publicè in Eccleſia denuntiatus iuxta formam l. 1. & 2. huius tit.5. poſſit denuntiari ac conueniri pro tempore, quo contra earum tenorem in excommunicatione permanſit? Hanc quæſtionem latè in vtramque partem examinauimus *lib.* 1. *canonic. quæſtionum c.*12.*num.*8. *cum pluribus ſeqq.* vbi *n.*19. reſoluimus hoc minimè fieri poſſe, nec condemnari à iudice Eccleſiaſtico in dictis pœnis, conceſſa abſolutione impoſita eidem ſalutari pœnitentia niſi ipſe ante abſolutionem incepiſſet procedere contra huiuſmodi excommunicatũ ad pœnam huius l.regiæ: & poſtea, ſi tamen ſine præiuditio ipſius proceſſus atque accuſationis, iuſſiſſet eum abſoluere, licèt conſultius faceret ipſe iudex Eccleſiaſticus, ſi prius excommunicatum puniat quam abſoluat, vt habet praxis. Et itè in effectu probauit Ignat. Salzed. ad Bern. Diaz *in pract. crimin. canonica, c.*117. nouiter addito, dicens quòd poſſunt etiam iudices Eccleſiaſtici (imò maiorem ad hoc iuriſdictionem & poteſtatem habent) punire laicos pecuniaria mulcta, qui per tempus illud regiis legibus expreſſum excommunicatione fuerint innodati, & quòd ita foréſi vſu receptum eſt: ſicque abſolutionis tempore poſt Eccleſiæ ſatisfactionem ſolet pecuniaria pœna imponi, quæ iuſtè exigi poteſt, & in pios vſus conuerti, vt præcedentibus annis cœtus Cardinalium, Paulo III. Pontif. Maxim. reſpondit, vt teſtatur D. Simanc. *de inſtit. Cathol. titul.*27.*n.*5. & quòd apud nos ſecundum l.regiam tertia pars Prælato applicata iuſtè per eum exigi poteſt. Sed intelligendus eſt Ignat. iuxta prædictam noſtram diſtinctionem, vt patet ex ipſo, dum loquitur quando abſolutionis tempore pecuniaria pœna imponitur, & affirmat in terminis ſic declarans & nos citans *d.n.*19. Azeu. *in l.*2. *huius tit. n.*10. *&* 11. dicens quod ita vtitur & practicatur quotidie.

Iudicem tamen ſecularem reſoluimus *vbi ſuprà*, poſſe à prædicto excommunicato iam abſoluto pœnam iam anteà incurſam exigere, quam opinionem eſſe ſequendam affirmat nunc Azeu. *in l.*1. *huius tit.n.*209. idemque nos confirmamus. 2
¶ Et quòd iudices Eccleſiaſtici ſoleant punire ex- 3
communicatos pœnis, de quibus in hac l. habet praxis communis, cuius nos teſtes ſumus: duæque partes pœnarum pertinent ad iudicem Eccleſiaſticum tanquam ad excommunicatorem & exequentem, & tertia pars Eccleſiæ Cathedrali, vt affirmauimus *d.c.*12. *n.*6. *&* 7. ſequitur Azeu. *in d.l.*1.*n.*215.*cum ſeqq.* vbi id late probat, nempè quòd duæ partes pœnarum pertinent ad iudicem Eccleſiaſticum circa legem ſecundam huius tit.5. Quando vitandus ſit publicè excommunicatus, & quando toleretur latiſſimè egimus *dicto lib.*1.*canonic.quæſt.c.*1. *per totum*, & ideò hic non repeto.

Qui verò per annum in excommunicatione 4
permanſerit, contra eum tanquam de hæreſi ſuſpectum procedi poteſt, vt in Concil. Trid. *ſeſſ.*25. *in decret. de reformatione c.*3. *in fin.* cauetur, de quo egimus *d.c.*12. *n.*12. *cum ſeq.* ſed latius nouiſſimè per ſex aſſertiones & declarationes Ignat. Salzed. *vbi ſuprà n.*4. *cum ſeq.* quem & alios refert Azeued. *in d.l.*1. *num.*213.

Pauper tamen, qui ob paupertatem non potuit 5
ſoluere, neque exire ab excommunicatione excuſabitur à pœna l.regiæ, cùm impeditus ſit ſoluere ob nimiam paupertatem, dùm tamen ad hoc non ſit procurata, vt ibidem tenet Azeued. *n.*210.

IN



# IN TITVLVM SEXTVM,

## *De las vſuras, y logros.*

### SVMMARIVM.

1 *Iudæi & Mauri an poſſint licitè vſuras exercere, tam iure communi, quam regio, & de eorum pœnis, necnon & iure Diuino, per totam quæſtionem.*

7 *Deutheronomij cap.*23. *non fœneraberis fratri tuo, ſed alieno intellectus: & cap.*22. *Deuther. num.*8.

9 *Iudæi nunc, nec Chriſtiani à nullo poſſunt recipere vſuras ſine mortali. Et an valida ſit conſuetudo contraria? num.*10.

---

*De prohibitione vſurarum.*

*In l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 8.

## QVÆSTIO LXXVIII.

QVÆRO circa l. 1. huius tit. 6. *de vſur. lib.* 8. *non. collect. reg.* præcipientem, *que los Iudios y Moros no den a logro, ſin embargo de qualeſquier cartas, fueros, y priuilegios que para ello tencan y dan eſtos ſe reuogan, porque por ningunos, por ſer contra ley.*

1 An Iudæi de iure communi poſſint licitè vſuras exercere? Ipſæ namque vſuræ omni iure ſunt prohibitæ, vt latiſſimè probauimus *lib.* 2. *canonic. quæſtionum cap.* 18. *in principio num.* 1. *cum ſequentibus*, & poſt nos optimè Molina Theolog. 2.*part. de iuſtitia & iure diſputatione* 304 *per totam*, *col.* 530. *cum ſequentibus*, & prius Magiſter Arag. *de iuſtitia & iure* 2. 2. *q.*78. *art.*1. *pag.*665. *col.*1. *cum ſeqq.*

2 Sed de Iudæis nihil ibi loquuti ſumus: quare nunc in eis idem probamus, nempè quod non poſſint vſuras exercere. Hæc eſt communis opinio ſecundum Curt. Iun. *in l. eius qui in prouincia ſub num.*5.*ff. ſi cert. pet.* Vnde peccant ipſi Iudæi fœnerando Chriſtianis ſecundum communem opinionem, Theolog. & Canoniſt. vt affirmat Alexand. de Neuo *conſil.* 100. *num.*1. & probatunt Abb. *in cap. poſt miſerabilem* per illum textum, & Hoſtienſ. *in cap. ſalubriter de vſur.* Petr. Gregor. *in ſua ſyntagm. iur. vniuerſi*, 3. *p. lib.*12. *cap.* 3. *num.* 23. *pag.* 106. & communem profitetur Clarus ſtatim citandus, & Azeued. *in lib.*1. *num.* 66. *huius tit.* 6. & probat latè Aragon *vbi ſuprà*, *pag.* 676. *in fi. cum ſequenti*, vbi cum D. Thom. ibi ad ſecundum & aliis tenet & probat, quod neque materialiter, neque formaliter fuit Iudæis vſura conceſſa, ſed tantum permiſſa erga alienigenas. Quòd eſt dicere, fuiſſe Iudæis permiſſum, vt poſſent inter gentiles vſuras exercere ſine pœna, non tamen ſine culpa, ſed ſi vſuras erga ſe exercebant, & culpa & pœna mulctabantur. ¶ Adeò quòd Eccleſia non de- 3
bet nec poteſt hoc peccatum permittere nec tolerare, non infligendo pœnam, neque propter aliquod maius malum vitandum, neque propter aliquod bonum, quòd exinde ſequi ſperatur, eſt communis opinio Theologorum & Canoniſtarum ſecundum Alexand. de Neuo *dicto conſil.* 100. *num.* 9. *& num.* 13. *in fin. & conſil.* 101. *poſt numer.* 14. vbi inquit ſe dolere malitiam Doctorum Chriſtianorum, qui conſuluerunt contra tam apertam veritatem: & hanc communem refert etiam Iul. Clar. *lib.*5. *recept. ſent.* §. *vſura*, *verſic. hæc autem.* ¶ Et quòd Papa non 4
poſſit diſpenſare, vt communitas concedat licentiam fœnerandi, communiter tenetur ſecundum Ioann. Montolon. *in promptuar. vtriuſque iur.* 2. *p. verbo vſura, in verbo nec vſuris opprimes, fol.* 325. *col.* 2. Angel. de Clauaſ. *in ſumm. verbo vſura* 2. §. 14. Sylueſt. *eodem verbo in* 9. §.22. quos & alios plures referens idem profitetur ac probat Didac. Perez *in l.* 3. *tit.*8. *lib.* 8. *ordinam. pag.* 48. *in verſic.* & quòd Papa non poſſit, id amplians vt etiam communitas ſecularis, vel Eccleſiaſtica, quæ recepit Iudæos in ſuis oppidis cum licentia, & facultate dandi ad fœnus & vſuras, peccent mortaliter & ſint excommunicati: & ipſi tenentur tanquam fautores ad reſtitutionem vſurarum ex tali conuentione ſolutarum in ſubſidium, ſi Iudæi non ſoluerint, ſecundum Angel. & Syllueſt. *in locis præcit.* & alios, quos ibi refert. Et quòd Papa in vſura diſpenſare non poſſit, probat etiam Didac. Perez *in hac rubrica, pag.* 14. *col* 2. *ibi*, hinc deducitur, poſt Couar. optimè hoc agentem *lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 1. *num.* 8. ſequitur etiam Azeued. *in lib.* 1. *huius titul. num.*48. quidquid contrarium poſt longam diſputationem magis probet Alexand. *conſ.* 1. *volumine* 7. & alij nonnulli, quia vix quærendum eſt de peccato mortali inter Iudæos, qui iam condemnati ſunt. Quæ ſententia meritò ſuſpecta eſt Petr. Gregor. *vbi ſuprà*, cui videntur pugnantia, velle amicitiæ beneficium mutui in Iudæos concedere, & poſteà hoc prætextu velle bona illorum vt ab hoſtibus exercere, cùm potius Iudæi inter Chriſtianos conuerſantes inde poſſint legem noſtram improbare, potiùs quàm ad fidem ſuſcipiendam impelli. Quam ob rem exiſtimat vel omninò à cœtu Chriſtianorum expellendos, vt in Gallia (& in noſtra Hiſpania) vel ſi aliqua ex cauſa ferantur, bono exemplo legis Chriſtianæ inſtruendos vt videant opera noſtra bona, & ne ſimus illis ſcandalo: vſura enim vetita non naſcitur ex perſona, ſed ex re. Quæ etiam optimè probat Molina Theolog. 2. *part. de iuſtitia & iur. ſectione* 304. *verſic. illud in calce*, *pagin.* 344. vbi quòd publicæ poteſtates tenentur pro ſuo munere vſuras



prohibere;

prohibere, non ſolùm Chriſtianis, ſed etiam infidelibus ſibi ſubditis, lætaliterque peccare permittendo illas Iudæis, aut aliis infidelibus ſibi ſubditis ſuæ Reipublicæ pro tributis, quæ eis ſoluunt, aut pro quouis alio modo: & quòd eodem modo lætaliter peccant, admittendo Iudæos, aut alios infideles ad habitandum in eorum terris, cum pacto vt illis vſuras exercere permittatur, eſtò pro huiuſmodi habitatione pinguia tributa promittant. Et *col. ſequenti* tenet & probat, quòd in his diſpenſatio etiam per ſummum Pontificem non cadit, ex textu *in cap. ſuper eo de vſur.* cuius verba ſunt hæc: *Super eo verò, & infra. Reſpondemus quòd cùm vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri non vidimus: quia cùm Scriptura ſacra prohibeat pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus eſt quis, ne etiam pro redimenda vita captiui vſurarum crimine inuoluatur.* ¶ Addit præterea Molin. *vbi ſupra*, quòd nihilominus permittere vſuras non ſolum infidelibus ſed etiam fidelibus ad vitanda maiora mala & ſcandala, quæ orirentur ſi poteſtas publica in raro aliquo euentu eas impedire tentaret, non eſſet peccatum, ſed licet. Sed hoc non probo, quia eſt contra communem ſententiam ſupra relatam, imò falſum reputo & non tenendum, ſalua correctione Sanctæ Matris Eccleſiæ, cui in omnibus me ſubiicio.

5 Quare iure optimo puniuntur etiam Hebræi exercentes vſuras abſque licentia Principum, ſub quorum degunt dominio, & puniuntur criminaliter etiam ab Eccleſiaſtico iudice ſecundum Philippum Corneum *conſ.* 19. videtur prima fronte per totum, & maximè *colum.* 5. *volum.* 5. & alios plures referentem Tiber. Decian. 1. *tom. tract. crimin. lib.* 5. *de pœn. iud. c.* 12. *numer.* 31. Quæ omnia rectè probantur, atque deducuntur ex diſpoſitione noſtræ l. dùm reuocat priuilegia Iudæis conceſſa in contrarium dicens, *como aquellos que no pudieran ſer dados ni deuen ſer mantenidos, porque ſon contra ley.* Iudæi ergo iure communi attento non poſſunt fœnerare, nec Principes eis licentiam concedere, aut cum ipſis in hoc diſpenſare, vt Catholici Hiſpaniarum Reges hac noſtra l. ſin-

6 gulari, ſancta, & morali præceperunt. ¶ Quo fit vt nec etiam Iudæi poſſint retinere licitè acquiſita per vſurarum, ſed ſunt reſtituenda accepta poſt legem Euangelicam ſecundum Beat. Thom. *in opuſc.* 21. & quæ tradit Conrad. *lib.* 2. *de contract. quæſt.* 24. *verſic. tertia concluſio*, & forte ante non licuit vt per ipſum ibi, quia vſura eſt contra ius naturale, & eſt prohibita lege diuina & humana, vt pluribus rationibus probauit ibi Conrad. *quæſtion.* 22. Didac Perez *in dict. l.* 3. *pag.* 48. *colum.* 2. & nos etiam latiſſimè *vbi ſupra*. Et quod Iudæus exercens vſuras in Iudaiſmo, deinde effectus Chriſtianus teneatur ad reſtitutionem vſurarum, quas ante baptiſmum extorſit, probat Iul. Clar. §. *vſura, num.* 7. & cum eo Azeu. *in d. l.* 1. *huius tit. num.* 68.

7 Nec ſupradictis obſtat textus Sacræ Scripturæ Deuteron. cap. 23. *Non fœnerabis fratri tuo ad vſurarum pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, ſed alieno, &c.* Ex illo namque ſufficienter colligitur vſuram ſecundum ſe eſſe illicitam, ea quippè de cauſa prohibita fuit circa fratres, hoc eſt, filios Iſraël.

Illud verò ſed alieno, quibuſdam placuit ita eſſe intelligendum, vt vſura Iudæis minimè fuerit permiſſa, nec licita etiam erga alienigenas, ſed tantum diſſimulatione quadam ea permiſſio proceſſerit, & conceſſa fuerit Iudæis ad maius malum effugiendum ob duritiam & auaritiam eorum, ne fratribus ad vſuram pecunias mutuarent, ſicuti & eis permiſſus eſt libellus repudij, & ſicut inter nos permittitur meretricium, quod cum iure naturæ repugnat, ad maiora mala vitanda. Imò eo modo, quo illo eodem cap. paulò ante dicitur, *non erit meretrix de filiabus Iſrael*, non erit permiſſio illa meretricum alienigenarum. Quo argumento à contrario ſenſu inde colligitur, quòd vſura non tanquam impunita licita, ſed tanquam ad maiora mala vitanda eſt intelligenda: ita priorem locum intelligunt D. Thom. *quæſt.* 13. *de mal. art. vlt.* & idem S. Thom 2. 2. *quæſt.* 78. *art.* 4. & ibi Caietan. Soto *lib.* 6. *de iuſtit. & iur. q.* 1. *art.* 1. *ad* 2. Caſtr. *aduerſus hæreſes, verbo vſura.* Nicolaus de Lira *ſuper illud locum Deuteron. num.* 4. Cardin. *in clement.* 1. *de vſur.* §. *vlt. quæſt.* 13. Cont. *de contract. quæſt.* 24. *concluſ.* 2. Hoſtienſ. *in ſumm. de vſur.* 6. *in aliquo. verſic. octauo*, Anan. *in cap.* 1. *col. vlt. de vſur.* Alex. Alenſ. & alij, quos refert D. Couar. *lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 1. *num.* 7. & ſequitur Aragon *vbi ſupra, pag.* 677. *colum.* 1. & 2. Molina Theolog. *vbi ſupra, verſic. ſatiſfaciendum ſupereſt, col.* 342.

Secundo modo text. Sacræ pag. *ſuprà*, relatus intelligitur ab aliis, inibi vſuras permitti Iudæis propria permiſſione, & earum approbatione, non erga omnes alienigenas & exteros, ſed tantùm erga eos, cum quibus bellum iuſte gerebant: quia tunc non poſſunt exactiones iſtæ dici vſuræ proprie, ſed impropriè, & potius iuſtæ exactiones, nempè ab his, quorum bona iure belli capi iuſtè poſſunt ſecundum D. Ambr. à Gratiano relatum *in cap. vltimo* 14. *quæſt.* 4. *gloſſa ibi, & in lib. de Tobia c.* 8. *& ſic de noſtræ fidei* ſecundum interpretes, vt affirmat Petr. Gregor. *vbi ſuprà*, & illum textum *in d. cap. vlt. ad hoc dicit ſingul.* Roman. *ſingul.* 269. *alias* 265. & Panorm. *in cap. poſt miſericordiam de vſur.* & hoc in recompenſationem damni ab hoſte illati iniuſtè, & ſic verbum illud, *lieno*, in tali hoſte intelligitur. Terra enim promiſſionis erat Iudæorum, Deus enim dedit illam Abrahæ, quam multi ex gentibus ſub tyrannide poſſidebant, vt erant Iebuſæi, Philiſtæi, & reliqui, & quia iſti gentiles contra fas, & ius terram Iudæorum tenebant, ipſi verò Iudæi illam armis expugnare non valebant, cùm innumera eſſet multitudo gentilium, eaque potentiſſima, ideo Dominus præcepit Iudæis vt ad vſuras pecunias darent illis gentibus, vt vel ſic recuperarent quod iuſtitia, & iure ſuum erat: ita intelligunt locum illum ſacræ Scripturæ Conrad. *de contract. quæſt.* 24. Medina *de reb. per vſur. adquiſit. quæſt.* 2. Gabriel *in* 4. *diſtinct.* 15. *quæſt.* 11. *ad fin.* 1. *art.* Maior *ibidem quæſt.* 19. *ad ſecundum*, & Florenc. *in* 2. *p. cap.* 7. §. 2. *ſub tit.* 1. & ſequuntur relati per Couarr. *vbi ſuprà.* Stell. ſup. Lucæ cap. 6. latè Didac. Perez *in d. l.* 3. *pag.* 49. *colum.* 1. & refert cum aliis Azeued. *in d. l.* 1. *num.* 69. & nouiſſime Molina *vbi ſuprà*, vbi, alij aliter, &c. Sic Clemens Alexand. *lib.* 2. *Stro mat. in addit. ad ſacrum textum Bibliæ* exponit verba illa, *ſed alieno* Infideli ſcilicet, vel iniquo, cui pecuniam damus ad vſuram: qui enim poteſt offendi in perſona, multo fortius poteſt expoliari bonis, gloſſa



gloſſa ſingul. ſecundum Bald. *in cap. in litteris de reſt. ſpoliat. verbo præda.* Iaſ. *in l. ſi quis mihi bona*, § *ſi coram, num.* 6. *ff. de acq. hæred.* pro quo eſt bonus text. *in l. nec in ea*, §. *fin. ff. de adult.* ibi, ſed qui occidere poteſt adulterum, multo magis contumelia poterit eum afficere, & declarat Alexand. in addit. ad Bartol. *in* 3. §. *fin. ſub numer.* 5. *in part. facit ad mulæ, ff. de adimend. legat.*

Sed profectò hæc ſecunda interpretatio, ſi accipiatur vt eam gloſſa, Roman. & alij accipiunt, falſa eſt omnino ſecundum communem, authore Anan. *in cap.* 1. *col. vltim. de vſur.* Couar. *vbi ſuprà, d. num* 7. *in verſic. & profectò*: quia licèt mihi liceat bellum iuſtum gerere, & capta in eo bello efficiantur capientis, vt latè per Molin. *de iuſt. & iur.* 1. *part. diſput.* 117. *verſic.* 2. *concluſ. pag.* 665. *& in* 4. *concluſ. pag.* 667. non tamen mihi licet cum hoſte contractum inire, qui naturæ lege reprobatus ſit: & potiſſimum, quia conuentiones iſtæ iam non fiunt cum hoſte iure belli, ſed iure pacis, & commerciorum: ſic non licet ab hoſte emere rem, quæ illius propria eſt, prius quam iure belli capiatur, carius iuſto pretio, prout ita eſt, plane reſpondendum communi omnium conſenſu.

Erit igitur hic ſecundus intellectus verus, quoties ab hoſte accipitur vſura & retinetur in compenſationem damni ab hoſte iniuſto & iniquo illati: vel vbi bona ab hoſte poſſeſſa ſunt ipſius mutuantis, aut ad eum pertinent quemadmodum bona & prædia hoſtium incolentium terram promiſſionis ad Iudæos pertinebant diuina largitione, ſic ſanè ſententiam iſtam intellexerunt Conrad. & Theologi citati à Couar. *vbi ſuprà*, qui eos ſequitur, necnon & Azeu. *d.*

8 *num.* 69.

Non obeſt etiam *cap.* 28. Deuteron. ibi, *fœneraberis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies*: quia fœnerari eo in loco idem ſignificat quod dare mutuo, & in illis verbis in præmium promittitur tanta bonorum abundantia, vt ipſi mutuo dare poſſint cæteris gentibus, & accipere ab eis non indigeant, ita Soto *vbi ſuprà, q.* 1. *art.* 1. Molina Theolog. etiam *vbi ſuprà col.* 344. *in*

9 *prin.* & Azeu. *in d. l.* 1. *n.* 70. *tit.* 6 *lib.* 8.

Nunc autem ipſi Iudæi à nullo poſſunt recipere ſine mortali, nec Chriſtiani à Iudæis: nam in ciuili conuerſatione, vbi ſunt tolerati, non ſunt inimici noſtri, & parati ſunt ſeruire, *c. diſpar.* 23. *q.* 4. Didac. Perez *vbi ſup. pag.* 49. *col.* 1. & 2.

Sed quicquid ſit de iure contrarium ſeruatur de conſuetudine: vbique namque tolerantur Hebræi fœnerantes etiam in terris Eccleſiæ, vt refert Iul. Clar. *d.* §. *vſura, verſic. ſed certe*, vbi refert Alexand. de Neuo *conſil.* 102. *numer.* 13. *in princ.* improbantem eam conſuetudinem, & dicentem, quod tanquam nutritiua peccati non valet. Quinimo ſi aliquis Iudæus exerceret vſuras in iudaiſmo (vt ipſi communiter faciunt) & deinde efficiatur Chriſtianus, tenebitur ad reſtitutionem earum, quas ante baptiſmum extorſit, ſecundum Clar. *vbi ſuprà*, & diximus etiam *ſuprà*.

Circa l. 2. & 3. Huius tit. nihil quæro, quia in his Regnis Hiſpaniæ non ſunt neceſſariæ, cum ab eis ſint iuſtiſſime expulſi Iudæi, & ſub grauiſſimis pœnis præceptum ne in eis degant, vt vidimus *ſup. in l.* 2. *tit.* 2. *hoc eod. lib.* 8.

*Praxis Criminalis.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex quis ſit competens in cauſa & crimine vſurarum, & per totam quæſtionem.*

5 *L.* 36. *tit.* 6. *lib.* 5. *nouæ collect. regiæ intellectus, præcipientis quod iudices ſeculares maxime curent punire vſurarios.*

7 *L.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ collect. reg. præcipientis admitti exceptionem vſuræ contra executionem inſtrumentorum guarentigiorum, intellectus.*

8 *Vſura quæſtione iuris prius pendente coram iudice Eccleſiaſtico, an poſtea impediatur executio inſtrumenti publici coram ſeculari iudice petita? Et an tunc poſſit iudex ſecularis inhiberi à iudice Eccleſiaſtico? & n.* 9. *cum ſequent.*

---

*De iudice competente in cauſa vſurarum.*

## QVÆSTIO LXXIX.

QVÆRO præterea, quis iudex ſit competens in cauſa & crimine vſurarum? 1
Hanc quæſtionem latiſſimè examinaui *lib.* 2. *canonic. quæſtionum, cap.* 18. *num.* 13. *cum pluribus ſequentibus*, vbi reſolui quid ſit tenendum. Et quamuis hoc contenti eſſe poſſemus, ſed quia alij poſt nos eandem tractauere quæſtionem, operæ pretium duxi hic iterum eam diſcutere omnes allegans, ſed non diſſentiens ab ibi reſolutis.

In primis omnium conſenſu in eam itum eſt ſententiam, vt exiſtiment iuris vtriuſque profeſſores vſurarum crimen merè Eccleſiaſticum eſſe, vt authoritate gloſſæ, *verbo malefactores*, & omnium *in cap. cùm ſit generale de form. compet. & in cap.* 1. *de officio ordin. & in clementina diſpendioſam de Iud.* teſtatur Couarr. lib. 3. var. reſolut. cap. 3. in principio, alios adducens, & refert plurimos dicens hanc eſſe communem opinionem, & duas ampliationes Iul. Clar *in practic. crimin.* §. *fin. quæſtion.* 37. *verſic. quæro igitur*, necnon & D. Sahagum *in cap. decernimus, num* 139. *de iudic.* Azeued. *in lib.* 1. *numer.* 185. *cum ſequenti, titul.* 21. *lib.* 8. *nou. collect. reg. & in lib.* 1. *num.* 86. *tit.* 6. *hoc eodem lib.* 8. eſt communis & magis communis, vt plures congerens affirmat Proſp. Farinac. *in prima part. quæſtionum crimin. quæſtion.* 8. *num.* 134. vbi etiam alias gloſſas idem tenentes refert: tametſi Couar. *vbi ſuprà num.* 1. latè probet contrarium, plura inde deducens & obſeruans, de quibus per nos *vbi ſuprà*.

Et quamuis nouiſſimè D. Molin. Theolog. 2
*ſecunda part. de iuſtitia & iure, diſputatione* 333. *in principio, colum.* 1. *pag.* 481. aliud velit & probet, nempe crimen hoc ſecundum ſe ad ſecularem iudicem ſpectare, declarare verò num vſura peccatum ſit, & num in contractu aliquo vſuræ peccatum interueniat ad Eccleſiæ iudicium ſpectet, illiuſque diffinitionibus ea parte ſit ſtandum: & quòd cohibere vſuræ vitium Eccleſiaſticis pœnis, & aliquibus temporalibus, ſi animarum ſaluti expedire fuerit iudicatum, ad Eccleſiam etiam attinet: & quòd

cum à multis ſeculis in defectum ciuilium legum, atque ad ſecularium Principum negligentiam ſupplendam, conſueuerit Eccleſia cognoſcere de hoc crimine, illudque punire, eatenus iudices Eccleſiaſtici in vnaquaque Prouincia poſſunt ac debent ſe intromittere in punitione & prohibitione huius criminis, quatenus conſuetudine fuerit in ea receptum, nihil impediente quod crimen ſecundum ſe ad tribunal ſeculare ſpectet.

Quamuis enim pleraque ex prædictis in ſe vera ſint, attamen quoad cognitionem & punitionem huius criminis hiſce temporibus, quibus & legibus laicis vſuræ indiſtinctè vetantur, crimen hoc ex rigore quodam & iuxta veram iuris cognitionem eſt cenſendum mixti fori, vt tandem inter laicos iudex ſecularis tantum de eo cognoſcat, Eccleſiaſticus autem inter Clericos, ſicuti de homicidio, furto & ſimilibus ſecundum Couar. vbi ſuprà verſiculo 3. quinimo ſecundum ipſum, ibidem verſ. 4. ex iuris Canonici deciſionibus poteſt optime deduci etiam hoc ſeculo iudices Eccleſiaſticos habere huius criminis punitionem aduerſus laicos, quemadmodum & iudex ſecularis eam habere dixit, quod praxis obſeruat, vt ibi benè probat, & habet hoc ſecunda opinio ſequens.

3 Vnde alij probant crimen vſurarum eſſe mixti fori, & ideò laicum iudicem poſſe inter laicos cauſam iſtam iudicare, Eccleſiaſticum verò inter Eccleſiaſticos, ita Salicet, in l. eos, §. vltim. num. 8. C. de vſur. Archid. in c. quid dicam 4. quæſt. 4. Cald. Barb. & Carol. Molin. relati à Couar. vbi ſuprà, verſ. rurſus Sed indiſtinctè crimen vſurarum eſſe mixti fori tenet gloſſa verbo malefactores, in d. c. cum ſit generale, quia inter Eccleſiaſticos iudices & ſeculares erit locus præuentioni ex text. in cap. ad noſtram 20. de iur. iur. ibi, ante iudicem ſecularem vel Eccleſiaſticum, c. poſt miſerabilem de vſur. ibi, Principibus ſecularibus, & hanc appellat communionem ſententiam D. Sahagum vbi ſuprà, num. 140. communem Azeu. in l. 1. num 87. hoc tit. 6. & communem & quod ita praxis obſeruat ex Couar. Farinat. vbi ſuprà, verſic. 2.

4 Tertia verior & magis communis ſententia eſt, vt ſiquidem vertatur quæſtio iuris, iudex Eccleſiaſticus, ſit competens: ſi verò quæſtio facti, poſſit etiam cognoſcere iudex ſecularis vt reſoluimus plures allegantes, vbi ſuprà num. 21. cum ſequentibus, & de iuramento confirmatur. 1. part. cap. 2. num. 35. vbi exempla vtriuſque membri poſuimus. Eandem communem ſententiam ſequitur Didac. Perez in Rubrica tit. 2. lib. 8. ordin. pag. 27. in verſic. & etiam, col. 1. & iterum in l. 5. tit. 19. pag 364. col. 1. lib. 8. nec non & Iul. Clar. vbi ſuprà, verſic. quæro igitur ibi, ante loquitur: eandem diſtinctionem communem plures referens teſtatur Farin. vbi ſuprà n. 135.

Sed quamuis hanc diſtinctionem communem primo probauerit Couar. in epitom. de ſponſal. 2. p. cap. 8. §. vltim. num. 3. 4. & 5. vt ipſemet fatetur d. lib. 3. var. reſol. d. cap. 3 in princip. ſic intelligens l. 4. tit. de las excepciones, lib. 3. ordin. hodie l. 1. tit 21. lib 4. nou. collect. reg. Nihilominus inibi verſic. ego vt liberè, cenſet vſurarum crimen non eſſe merè Eccleſiaſticum, ac proinde eius cognitionem inter ſeculares & laicos ad iudicem laicum pertinere, ſiue ſit quæſtio iuris, ſiuè facti, eundemque iudicem rectiſſimè hac de cauſa inter ſibi ſubditos cogniturum, quidquid communis Doctorum traditio hactenus obſeruauerit, quam erroneam eſſe ſuamque veriſſimam ex pluribus ibi probare conatur, necnon & Ioann. Bap. Lup. in tract. de vſur. §. 4. comment. 4. num. 68. verſ. quam ob rem in fin. & Pariſ. in tract. de vſur. num. 55. Iaſ. in l. quoties, num. 7. C. de iud. Dec in cap. decernimus, col. 24. verſic. 4. fallit, de indic. Oſac. deciſ. Pedem. 137. num. 10. in fi. & non ſine ratione ſecundum Farin. d. quæſt. 8. d. num. 135. ad fi. ibi, verum quia.

Iulius tamen Clar. in §. vſura, verſic. hoc crimen, & in d. quæſt. 37. verſic quæro igitur, præfatam communem Doctorum diſtinctionem, tunc demum procedere declarat, quando ciuiliter & principaliter agitur: quod ſi criminaliter ad pœnam agatur, vel incidenter, inquit nullam eſſe difficultatem iudicem laicum procedere poſſe, etiam quod ſit quæſtio iuris, & hanc ex Guidon. Papæ conſ. 180. num. 2. nedum aſſerit eſſe communem Legiſtarum & Canoniſtarum opinionem, ſed aliquando ſeruatam ſe vidiſſe teſtatur: & Clarum in hoc referunt, ac ſequi videntur Bonacoſa in commun. opinio. lib. 1. verſic. vſuras punire, pag. 186. col. 3. Suarez in commun. opin. verſ. vſura, n. 80. Ludouic. Peguet. deciſ. crim. 30. num. 23 ad fi. verſ. hanc opinionem, vſque ad n. 24. & Azeued. in l. 1. huius tit. num. 87. cum ſequentibus, vbi num. 91. primum membrum diſtinctionis Iul. Clar. præd. intelligit quando Eccleſiaſticus iudex præbet inhibitionem aduerſus iudicem laicum, ne procedat in cauſa illa in via executiua, vſque dum declaretur an ſit contractus ille vſurarius, & ſic quoties de q. iuris eſt tractandum iuxta Marian. & eundem Clar. d. q. 37. num. 2.

Sed Farinac. vbi ſup. d. quæſt. 8. num. 136. verſic. ego in hac controuerſia, nedum dubitat de præd. communi diſtinct. iuris & facti, per rationes adductas à ſupra citatis contra eam tenentibus, ſed nec etiam Iulij Clari declaratio ſeu ſubdiſtinctio ſibi admodum ſatisfacit ex rationibus de quibus ibi per eum, dicens quod inanis eſt diſtinctio præd. & pro reſolut. facit concluſ. ſequentes in hoc art.

Prima concluſio. Quod ſi agatur de quæſt. facti, tunc indubium eſt, & nemo contradicit vſurarum cognitionem etiam ad ſecularem iudicem ſpectare, vt patet ex communi Doctorum ſententia, quos ibi refert. Et ideò ſi vſura ſit notoria, ita quod pars non inficietur contractum vſurarium, & ſic ſimus in caſu claro, agaturque tantummodo ad repetitionem vſurarum, quæſtioque ſit ſuper ſolo calculo eſt in dubium ſecularem iudicem competentem eſſe ex magis communi ſent. DD. quos refert n. 137. & n. 138.

Secunda concluſio Farinac. Quando agitur de vſuraria prauitate à Iudæis commiſſa, tunc in huiuſmodi cauſa iudex ſecularis competens eſt, nec hoc negatur ab his, qui crimen hoc mere Eccleſiaſticum eſſe affirmant, vt eſt videre apud Doctores ibi per eum citatos n. 139.

Tertia concluſio. Idem eſt dicendum quoties ex decreto alicuius ſecularis Principis, ſeu laicorum ſtatuto vſuræ ſint ſub aliqua pœna prohibitæ: quia ſi deinceps quæſtio de ſuper contigerit, idem ſecularis iudex de ea cognoſcere poterit, dummodo talia ſtatuta ſeu decreta ſint à Romano Pontifice confirmata, alias ſecus, vt per Roland. à Vall. & alios ibi ab eo relatos, numer. 140. vbi quod huiuſmodi decreta vigent in Regnis Franciæ, Hiſpaniæ, Neapolitano, Montis Ferrati, & Pedemontium.

Quarta



Quarta concluſio. Quoties vertitur quæſtio iuris ſuper vſuris, non vero quæſtio facti, licet tunc ſit maxima inter DD. controuerſia, an crimen hoc poſſit per ſecularem iudicem cognoſci, ipſi tamen Farinacio vbi ſuprà, d. num. 140. verſ. quarta ſit concluſio, ſemper vti verior & magis in praxi recepta placuit opinio affirmatiua, licet negatiua forſan ſit magis per DD. ſed inaduertenter ni fallitur recepta. Et in ſumma indiſtinctè concludit huiuſmodi crimen eſſe mixti fori, illiuſque cognitionem etiam ad ſecularem iudicem inter laicos ſpectare, & quod ita ſi iudex eſſet ſeruaret: & quod vtcumque ſit, ſatis eſt in propoſita materia, quod in crimine vſurarum laicus poteſt coram iudice Eccleſiaſtico conueniri iuxta communem Doctorum ſententiam, quam ibi refert dicens, quod de hoc nemo dubitat & merito, quia verum dicit & quotidie ita ſeruatur in praxi, quod etiam ſequitur & teſtatur Azeued. in l. 1. huius tit. 6. num. 87.

Quid tenendum: ego ſemper cenſui, veriorem & receptiorem eſſe præd. diſtinctionem communem.

5 Ex qua deducitur primo intellectus ad l. 36. tit. 6. lib. 3. huius non. coll. reg. præcipientem iudicibus ſecularibus vt maximè curent punire atque puniant vſurarios, & ad noſtram l. 1. huius titul. 6. hoc lib. 8. idem probantem ibi, y mandamos a todos los iuzgadores, vt debeant intelligi, quando quæſtio vertitur ſuper facto, ſecus ſi vertatur ſuper iure iuxta communem diſtinctionem ſupradictam, & colligitur ex verbis d. l. 36. quibus innuitur, vt tunc demum iudex ſecularis punire poſſit vſurarios, quando ſcilicet tales ſint, & ſic quoties non dubitatur de iure an ſit vſura, necne, ſed conſtat quod ſit vſura, dubitatur tamen de facto, quod ſic voluit, & probat Auiles in in cap. 50. præt. in gloſſa vſura per totam, & ex profeſſo latè probauimus cum eo d. cap. 2. de iuramento confirmatorio, 1. p. num. 37. & Didac. Perez nouiſſimè in l. 5. tit. 19. lib. 8. ordin. pag. 364. colum. 2. in principio, dicens quod in caſu dubio, nempe cum eſt quæſtio iuris ſuper vſuris, poterit iudex Eccleſiaſticus petere remiſſionem delinquentis & contractus ad cognoſcendum de delicto merè Eccleſiaſtico, non al. as, & quod ita ſeruatur in iudiciis.

6 Hæc quamuis ita iure communi rectè ſe habere videantur, nihilominus tamen attenta generalitate noſtræ l. 1. & l. fin. infra eodem, & præſertim d. l. 36. tit 6. lib. 3. nou. collect. reg. aliquando iudices ſeculares criminaliter procedunt contra laicos ad eos puniendos indiſtinctè, ſiue quæſtio iuris ſit, ſiue facti, & ſic de vtroque cognoſcunt, quam praxim refert & probat D. Couar. d. lib. 3. var. reſol. cap. 3. num. 1. verſic. 4. non eſt, quem refert & ſequitur Iul. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. fi. pract. crim. quæſt. 37. verſic. quæro igitur, ibi, tu vero, & voluit idem Couar. in 4. de Sponſal. 2. p. cap. 6. in principio, num. 19. & Auendan. 2. p. cap. 28. præt num. 1. & D. Sahag. in d. cap. decernimus, num. 144. Quam praxim ſuſpicor iam iudices ſeculares pro viribus conaturos deinceps conſeruare, cum ſit recepta, & in fauorem ſuæ iuriſdictionis, & mihi quoque nunc placet, & probatur ex concluſione quarta Farinacij ſupra adducta.

7 Secundò ex ſupradicta communi diſtinctione deducebatur etiam ſimilis intellectus ad legem 4. tit. 8. lib. 3. ordinam. veteris, hodie l. 1. tit. 21. lib. 4. nou. colleg. reg. præcipientem, vt contra executionem inſtrumentorum habentium executionem paratam admittatur exceptio vſuræ: vt procedat & intelligatur iuxta ſupradicta, nempe, vt ſi quidem quæſtio iuris ſuper vſura oriatur, iudex ſecularis remittat illam ad iudicem Eccleſiaſticum, & interim ſuperſedeat in executione, præcipuè ſi ab ipſo iudice Eccleſiaſtico inhibeatur. Si verò quæſtio ſit ſuper facto, poſſit ipſe iudex ſecularis de ea cognoſcere, & hoc caſu probanda erit intra decem dies, de quibus in d. l. regia, quod primò probauit D. Couar. in 4. de ſponſal. 2. p. cap. 8. §. 12. num. 5. in principio, & voluit etiam Auiles vbi ſuprà, colum. 3. in d. gloſſa vſuras, cum quibus idem probaui d. cap. 2. num. 50. & poſt nos Azeued. in d. l. 1. num. 186. tit. 81. lib. 4. Quamuis idem author in l. 1. huius tit. 6. num. 95. cum ſequenti aliter diſtingat, nempe, vt quoties non eſt clarum contractum exequendum eſſe vſurarium, tunc exequatur non obſtante exceptione vſuræ, præſtita cautione reddendi bona executa, ſi contractus prædictus declarabitur vſurarius à iudice Eccleſiaſtico: & quod hæc cautio & fideiuſſio danda eſt vltra fideiuſſionem de la ley de Toledo, ſecus vero, ſi certum eſſet contractum eſſe vſurarium: neque ad hanc declarationem neceſſaria eſt ſententia iudicis Eccleſiaſtici, tunc enim bene impeditur talis contractus via executiua, neque debent iudices ſeculares illum exequi.

Nihilominus tamen maximus practicus Roder. Suar. in repet. l. poſt rem iudicatam, verſic. nunc circa iudicem, num. 15. 16. & 17. ff. de reiud. ſcribit iudicem ſecularem ex l. Regia poſſe, ac debere perſequi ipſam executionem non obſtante iudicis Eccleſiaſtici inhibitione, ſi intra decem dies minimè docuerit reus vſurarium eſſe contractum illum. Quam ſententiam vltimo loco probare videtur Couar. d. 2. parte de ſponſ. c. 8. §. 12. num. 5. verſ. imò Rod. Suar. & idem lib. 3. var. reſol. cap. 3. num. 1. circa fin. verſic. vtcumque ſit, & de experientia quotidiana idem affirmat D. Sahagum vbi ſuprà, d. n. 144. necnon & Iul. Clar. d. quæſt. 37. ſub verſic. quæro igitur, in fin. ibi, tamen omnia, dicens prædictam diſtinctionem communem intelligendam eſſe, & procedere, quando principaliter in iudicio deducitur quæſtio vſurarum, ſecus quando incidenter opponitur per modum exceptionis, nempe contractum eſſe vſurarium: tunc enim ſecundum eum bene poteſt iudex ſecularis cognoſcere etiam ſuper quæſtione iuris, & contractum ipſum tanquam vſurarium annullare & reſcindere, & quod hæc eſt communis opinio tam Canoniſtarum quam Legiſtarum, vt dicit Guido Papa conſil. 180, n. 2. & quod vidit quandoque ita ſeruari, tametſi prius retulerit aliam communem contrariam ex Alexand. in l. quoties, poſt num. 4. verſi. extra gloſſam, C. de indic. nempe quod nec etiam incidenter iudex ſecularis poſſit cognoſcere de vſura, quam probat Azeued. in d. l. 1. n. 186. verſ. adeo.

Nihilominus tamen praxis prædicta ſuſtineri poteſt, & debet, quinimo iudices ſeculares eam proculdubio obſeruabunt, tum propter authoritatem præd. authorum, & quia ſuæ iuriſdictioni fauet, tum etiam quia fundatur in communi opinione præd. relata à Iul. Clar. ſcilicet ratione incidentiæ, necnon & in quarta concluſ. Farinacij, ſuprà poſita & relata, tenentis indiſtinctè huiuſmodi crimen eſſe mixti fori. Et ita merito, re hac maturius conſiderata, hanc ſententiam, & praxim circa intellectum d. l. 1. titul. 21. lib. 4. nou. collect. reg. probauimus lib. 2. Canonicar. quæſt. cap. 18. num. 26. & 27.

8 Deduci tamen hinc videtur', quod ſi ante executionem petitam quæſtio iuris vſuraria penderet coram iudice Eccleſiaſtico, & poſtea peteretur executio inſtrumenti coram ſeculari, reuſque opponeret exceptionem vſuræ contra executionem ipſam, reo hoc petente remittendam eſſe cognitionem cauſæ vſurariæ ad iudicem Eccleſiaſticum, coram quo prius ipſa pendet, eumque inhibere poſſe ſecularem iudicem, ne interim in executionem procedat, & quod is tenebitur ſuperſedere, quouſque per Eccleſiaſticum quæſtio iuris ſuper vſura decidatur, tum ex præd. tum etiam, quoniam etſi crimen vſurarum ſit mixti fori, iudex Eccleſiaſticus præueniendo laicum occupanit iuriſdictionem, ac proinde Eccleſiaſtici cauſa ac iuriſdictio potior potior eſſe videtur, iuxta iuris diſpoſitionem manifeſtam, quod cum aliis probauimus *dict. cap. 2. 1. partis de iuramento confir. num. 9. iuncto num. 11. cum ſequentibus*, & nouiſſimè nobiſcum idem ſentire videtur Azeued. *in d. l. 1. titul. 21. num.* 187. *circa fin.* ibi, quos ob res, iuncto numero ſequenti. Sed nihilominus ex reſolutis modo, verſiculo nihilominus tamen, contrarium verius videtur & tenendum, quamuis artic. hic dubios & difficilis ſit, vt poſtremò & pluribus probauimus *dict. l. canonic. quæſtion. cap.* 18. *num.* 29. *per totum, & num. cum ſequentibus.*

9 Quod præmaximè procedit inhibitione iudicis Eccleſiaſtici non data, etiamſi in cognoſcendo de quæſt. vſuraria ipſe iudex Eccleſiaſticus præueniret, adhuc namque ſecularis poteſt procedere in executione, quamuis allegetur vſuræ exceptio: quandoquidem de tali vſura eſt per iudicem Eccleſiaſticum altius indagandum & cognoſcendum, data tamen cautione iuxta legem Regiam Toleti *de receptis reſtituendis*, ſi per iudicem Eccleſiaſticum contractus ille iudicabitur vſurarius, ne interim impediatur executio inſtrumenti habentis paratam executionem, vſuræ exceptione non probata, nec liquidata coram iudice ſeculari in illo breuiſſimo termino dilationis 10. dierum, quam patitur via executiua, ad oppoſitionem probandam conceſſo, iuxta præd. l. regiam 1. *titul.* 21. *lib.* 4. *nou. collect. reg.* ex d. 1. regia, provt quotidie practicatur teſte Azeued. *d. num.* 186. ibi. Etſi quotidie, & Sahagum *vbi ſuprà num.* 144. Quæ probatio non erit ſufficiens in hac ſpecie coram iudice ſeculari, ſi adhuc pendeat lis à reo introducta coram iudice Eccleſiaſtico, cùm requirat altiorem indaginem ab eo faciendam via ordinaria: & in huius euentum iubetur præſtari cautio quam prædiximus, vt reo executo ſuccurratur. Quare cautius ipſe reus aget, ſi non præueniat proponendo querelatam de vſura; ſed potius cum fuerit contra eum petita executio coram ſeculari iudice, & ipſe citatus ad vltimam pignorum aditionem, hoc eſt *para remate*, ſe opponat coram eodem iudice ſeculari exequente allegando exceptionem vſuræ, eamque in termino 10. dierum oppoſitionis ibi probet, qua probata obtinebit breui nego iuxta dict. l. regiam.

10 Nam ſi poſtquam contra ſe fuerit petita executio coram iudice ſeculari, introducat cauſam vſurariam coram iudice Eccleſiaſtico etiam ſuper quæſtione iuris, proculdubio in praxi non obtinebit remiſſionem iudicis ſecularis ad Eccleſiaſticum, etiam præmiſſa inhibitione ipſius, imò nec etiam ſi ipſe Eccleſiaſticus iudex præuenerit in cognoſcendo de cauſa vſuraria, vt præmiſſimus.

Nec obſtant ſupradictis tradita per Lancelot. *de attemat.* 22. *parte cap.* 10. *num.* 79. *cum ſequentibus*, vbi plurimis authoribus citatis docet omnes in hoc conuenire videri, quod iudex Eccleſiaſticus poſſit iudici ſeculari inhibere: & *num.* 89. & 90. refert ex Mandeſſ. eſſe de ſtylo, quod huiuſmodi inhibitiones iudicis Eccleſiaſtici ſeruantur, & quod eſt tutior opinio, præſertim, quia inhibitio de ſtylo, ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda, Rota *deciſ.* 26. aliàs 307. *nota quod aud. in fin. de appellat. in antiquis.* 11

Quia hoc verum eſt, & procedit ſecundum ipſum Lancel. *ibidem num.* 91. quando cauſa eſt ſpiritualis vel ſpirituali annexa, & dependens, aliàs ſecus; at cauſa vſuraria eſt mixti fori proculdubio, vt *ſuprà* docuimus: ergo iudex ſecularis de ea cognoſcere poteſt, nec impediri debet exequi inſtrumentum guarentigium, præmaximè attenta d. l. Regia, qua datur ei cognitio ſuper exceptione vſuræ coram eo oppoſita. Quod procedit etiam ſi iudex Eccleſiaſticus præuenerit in cognoſcendo de quæſt. vſuraria per viam actionis principaliter, quoniam ea altiorem indaginem requirit quàm patiatur via executiua in qua iudex ſecularis incidenter cognoſcit de vſura, non verò principaliter: & data cautione prædicta reo ſuccurritur, dato quod per iudicem Eccleſiaſticum poſtea contractus exequutus vſurarius iudicetur, quo re vera nullum præiudicium eidem nec ſuæ cognitioni fit. 11

Secus erit, ſi cauſa vſuraria prius cœpta eſſet coram iudice Eccleſiaſtico, quoad punitionem, & ſic criminaliter, & poſtea coram iudice ſeculari introduceretur principaliter ex officio, vel ad petitionem partis criminaliter ad punitionem, & ſic in eundem finem: tunc namque iudex Eccleſiaſticus, qui præuenerit, erit potior & præferendus cum ſit crimen mixti fori, & iure optimo inhibere poterit iudicem ſecularem, qui poſteà in eundem finem cœpit cognoſcere de eadem cauſa, provt quoad manifeſtos vſurarios omnes conueniunt, & quoad non manifeſtos idem probat verior & communior ſententia, vt bene reſoluit & comprobat D. Sahagum plures allegans *vbi ſuprà, num.* 148. Sicut è conuerſo iudex ſecularis præueniens erit præferendus in cognitione & punitione huius criminis, & Eccleſiaſticus aliud intendens vim faciet ſeculari, quæ merito auferenda erit, & cauſa ad ſecularem remittenda. Cæterum cum ſecularis agit de executione inſtrumenti guarentigij, cuius contractus prætenditur eſſe vſurarius, indiſtinctè, ſiue ipſe præueniat, ſiue Eccleſiaſticus, quoad executionem perficiendam poteſt ſecularis procedere cum prædicta cautione, non obſtante inhibitione iudicis Eccleſiaſtici, cum eius iuriſdictioni & cognitioni per viam ordinariam procedentis nullum præiudicium fiat, neque eius authoritati in aliquo derogetur aut ſubtrahatur. 12

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius qua pœna puniatur iure communi, Ciuico Canoni & Regio? per totam quaſtionibus.*

2 *Vſuram & quomodo teſtibus ſingularibus probari poſſit? Et quid deponere & proteſtari debeant teſtes deponentes de vſura, vt probent num. 12. Et numeris ſequentibus alia plura in propoſito adducuntur.*



*De pœna vſurarij.*

*In l. 4. & 5. tit. 6. lib. 8.*

## QVÆSTIO LXXX.

1 QVÆRO qua pœna puniatur Chriſtianus, qui pecuniam vel rem ſuam dedit ad vſuram: Et primum agendum eſt qua pœna is puniatur de iure communi, Ciuili & Canonico, deinde de iure noſtro Regio.

Quoad primum dicendum eſt, quod in foro ſeculari, quando iure Ciuili antiquo vltra modum eo iure conceſſum vſuræ exactæ fuerunt, pœna ſaltem extraordinaria iudicis arbitrio plecti poterat huiuſmodi vſurarius, ita Iacob. Butric. *in l. improbum fœnus C. ex quibus cauſis infam. irrog.* dum iuxta illius textus ſanctionem loquitur, & cum eo expreſſe Carol. Molin. à Menoch. in loco ſtatim citando relatus, Corneus *conſil.* 19. *libro* 3. Ioann. Baptiſta à Sancto Seuer. *in repetitione l. cunctos populos, numer.* 49. *C. de Summ. Trin. & fide Cathol.* & latè optiméque Octaui. Chacher. *deciſ. Pedemont.* 137. *numer.* 12. & 161. *numer.* 17. ſcribit Senatum Taur. ſequutum fuiſſe hanc opinionem, & ab ea non videtur diſſentire Roland. à Valle *conſil.* 75. *lib.* 1. *numer.* 15. 30. & 34. Rubeus *conſil.* 65. *in fin.* D. Couarr. *lib.* 3. *variarum reſolutionum cap.* 3. *num.* 1. *verſic. his tamen prænotatis, & in quarto de Sponſal.* 2. *parte, cap.* 6. *in initio numer.* 17. Iul. Clar. § *vſura, verſic. & ex hoc*: quam ſententiam optimè & latè probat & ſequitur reſpondens fundamentis contrariis Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. iudic. cent.* 4. *numer.* 14. *cum pluribus ſequentibus, vbi num.* 22. quod hæc eſt vera & recepta Doctorum ſent. quam etiam probauimus *lib.* 1. *canon. quæſt. c.* 18. *num.* 16.

3 Si verò fœnerator ſolùm exegit vſuras intra modum à prædictis legibus ciuilibus conſtitutum, olim in foro ſeculari puniri non poterat', eiuſque cognitio ſolius iudicis Eccleſiaſtici erit, crimenque hoc tantum lege naturali, diuina & pontificia prohibebatur, vt cum aliis probat Couar. *vbi ſuprà verſic.* 3. *apparet.* & latè Menoch. etiam *vbi ſuprà, num.* 28. *cum ſeqq.* & nos *num.* 17.

4 Hodie autem, cùm vſuræ omni iure ſint prohibitæ indiſtinctè, in foro etiam ſeculari laicus fœnerator à iudice ſeculari puniri poteſt & debet, etiam attento Iure Ciuili ſecundum Cou. *vbi ſuprà, verſic.* 3. *apparet.* & nos *num.* 18. eſtque crimen mixti fori, vt *ſuprà, quæſt. proxima* latè reſoluimus.

5 Quinimo & ſi maximè controuerſum ſit an fœnerator non manifeſtus in foro canonico à iudice Eccleſiaſtico aliqua pœna puniri valeat; nihilominus tamen verior communis & tenenda ſententia eſt, quod iudex Eccleſiaſticus in ſuo foro Canonico criminaliter extra ordinem & ſic ſuo arbitrio hunc fœneratorem punire poſſit, vt pluribus adductis reſoluimus *vbi ſuprà, numer.* 10. vbi quod etiam contra Iudæos, & quod iudex ſecularis in ſuo foro laicum fœneratorem huiuſmodi poterit arbitrariè punire, & cum communi probat D. Ioann. Vela *de delict. cap. fin. verſic. puniendus igitur, pag.* 196. *paulo poſt principium*, & Azeued. *in l.* 1. *huius tit.* 6. *num.* 5.

Quoad ſecundum, qua pœna puniatur vſurarius manifeſtus de iure noſtro Regio, facio duas concl. ſequentes. 6

Prima concluſio. *Qualquiera Chriſtiano que diere à vſura, pier de todo lo que diere, ò preſtare, y es de aquel que recibiere el empreſtido: y mas ha de pechar otro tanto como fuere la quantia, que diere à lo gro, la tercia parte para el acuſador, y las dos partes para la Camara del Rey, y por la ſegunda vez, ſiendo condenado por la primera, pier de la mitad de ſus bienes applicados en la miſma forma, y por la tercera vez, ſiendo condenado por la ſegunda, pierde todos ſus bienes, y ſe reparten como dicho es.* Ita cauetur *in l.* 4. *huius tit.* 6. *lib.* 8.

*Pero por la l.* 5. *deſte miſmo tit. ſe manda, que la ſuerte principal ſea para la parte contra qui en ſe exercitaren las vſuras, como lo diſpone la dicha l.* 4. *y que de las demas penas la mitad ſea para la Camara del Rey: y la otra mitad ſe parta en dos partes, la mitad para el acuſador, y la mitad para los muros, y ſino los ouiere, que ſea para el reparo de los edificios publicos del lugar do eſto acaeſciere, y que demas deſto el vſurario, ò logrero quede è ſinque inhabil è infame perpetuamente,* quæ lex in forenſibus diſceptationibus eſt in practica ſecundum Didac. Perez *in lib.* 1. *tit.* 2. *lib* 8. *ordinamenti, pag.* 38. *in gloſſa pierda lo que diere in princip.* & præd. leges earumque deciſiones refert etiam D. Molina Theolog. *in* 2. *p. de iuſt. & iur. diſput.* 334. *col.* 484. vbi etiam leges Luſitaniæ de hoc loquentes, & leges noſtras refert etiam D. Ioann. Vela *vbi ſup. pag.* 197. *verſ.* iure verò Regio, & præd. pœnas noſtrarum legum refert etiam D. Couarr. *d. lib.* 3. *var. reſol. cap.* 3. *num.* 2. *circa fin.* & iuſtiſſimè præcipiunt vſurarios his pœnis puniendos ſecundum eundem Couarr. *in* 4. 2. *part. cap.* 6. *in princip. n.* 19. Auend. 2. *p. cap.* 28. *prat. num.* 2. *in princip.* & nos *de iura. confirm.* 1. *p. cap.* 2. *num.* 36. probantes poſſe lege ſeculari pœna aliqua vſurarios puniri iuxta communem opinionem, quod & probarunt prius Couarr. & Auend. *vbi ſuprà*, necnon & idem Couarruuias *dicto lib.* 3. *variarum reſolutionum, cap.* 3. *num.* 1. *circa finem in verſiculo, hinc eſt*, & nos poſtea *d. l.* 2. *Canonicarum quæſtionum cap.* 18. *num.* 10. eſt communis ſecundum Couarruuiam *d. cap.* 3. *num.* 2. & Didac. Perez *in rubrica tit.* 2. *lib.* 8. *ordinam. pag.* 25. *colum.* 2. *gloſſa, vſureros in l.* 4. *tit.* 6. *part.* 7. 7

Sed prædicta noſtra l. 4. huius tituli 6. eiuſque pœnæ, necnon & lex ſequens procedit contra veros vſurarios, & ſic loquitur contra manifeſtos & notorios vſurarios, vt patet ex principio legis ſequentis, ibi, *deſuergonza, damente dan à vſuras*, non verò contra illos, qui non ſunt manifeſti: hi namque, vt prædiximus *ſuprà n.* 5. arbitrio iudicis puniuntur, ita & recte animaduertit Azeued. *in d. l.* 4. *n.* 6. 8

Secunda concluſio. *El que vendiere alguna coſa a otro con condicion que ſe la buelua por el miſmo precio, con que no ſe le buelua el precio haſta cierto tiempo, y que entre tanto goze de los fructos, y eſquilmos de la coſa vendida el comprador, ſe entienda que lo haze en fraude de las vſuras. Y moſtrando el vendedor que ouo eſta poſtura, puede cobrar la coſa que vendio, pagando el precio que recibio* 9

*cibio por ella el comprador, contando en el los fructos, y eſquilmos que huuo el comprador de la coſa vendida del tiempo que la tuuo.* Ita cauetur in l. 4. huius tit.

10 Sed circa hanc legem eiuſque diſpoſitionem, an & quando ex pacto de retrouendendo præſumatur contractus vſurarius, quia longiorem requirit tractatum, agemus *infra quæſt. ſtatim ſequenti.*

Illud hic addentes, poſſe etiam iudices eos mercatores punire, qui merces egentibus vendunt habita fide de pretio, & poſtea eaſdem merces per ſe vel per interpoſitas perſonas viliori emunt pretio, quas conuentiones Hiſpanè dicimus *mohatras*: continent enim vſuram palliatam, ideoque grauiter puniendi ſunt ex *lib. 29. titul 4. lib 3. nou. collect. reg. 22. titul. 11. lib. 5.* eleganter Molina *de vſur. numer. 13. & 14.* prout enim eum refert Don. Ioann. Vela *vbi ſuprà, pag. 197. ad fin.* Et quando hi contractus ſint iuſti & validi declarat Nauar. *in manu. c. 13. num. 91.* Et iudex Eccleſiaſticus poterit illos reſcindere, vt docet Salced. in addit ad Bernardin. Diaz *cap. 89. littera C. verſiculo, illud autem*, quem ad hoc refert & ſequitur Vela *vbi ſuprà, verſic. ſed ille eſt, cap. 88.*

11 Tertia concluſio. *La vſura y contractos vſurarios ſe pueden probar por teſtigos ſingulares, que con juramento digan que recibieron algo de alguno alogro, aunque cada vno diga de ſu hecho: ſiendo los teſtigos dos, o tres, o mas, y tales que entienda el juez que ſon de creer. Otro ſi auiendo otras algunas preſumpciones y circunſtancias, por donde vea el juez que es verdad lo que dizen. Y eſta manera de prueua es valida y baſtante para en lo que toca al derecho, que pertenece a la fabrica, y al que lo acuſare, mas no para en lo que toca a los miſmos teſtigos, por que ellos no han de auer ninguna coſa deſto que dieren ſu teſtimonio. La miſma l. 4. deſte titul. 6. en el verſicu y porque los que dan à vſura*, per quam hoc idem probarunt Couarr. *d. lib. 3. varia. reſolut. cap. 3. num. 5.* Didac. Perez *in rubr. titul. 2. lib. 8. ordin. pag. 27. col. 1.* Spino *in ſuo ſpeculo teſtam. gloſſa 13. numer. 19.* Azeued. *in d. l. 4. num. 52. cum ſequentib.* Don Iuan Vela *de pœn. delict. cap. ſi pag. 198.* vbi quod iuſtiſſima eſt huius l. conſtitutio ſecum. Couar. & Auend. quos citat. eandem noſtram l. refert nouiſſime Ceuall. *in ſuis communibus opinioni. quæſt. 537. num. 9.* & hoc propter fraudes & ſimulationes, quibus ad tegendas palliandaſque vſuras hoc genus fænetatorum quotidie vtitur. Sed & iure communi quoque vſuram probari teſtibus ſingularibus tenet Bald. *in l. 1. num. 21. C. de teſtam.* & *in l. rogaſti, §. ſi tibi, num. 11. ff. ſi cert. pet.* & probat latè Crauet. *conſil. 73. num. 15.* Pariſ. *conſil. 57. num 46. volum. 1.* Tiraq. *de retract. conuent. in præfat. num. 38.* Nell. de S. Gemin. *in tractat. de teſt. num. 187.* Abb. *conſil. 81. volum. 2.* Viuius *in ſuis communibus opinionib. verſic. teſtes ſingulares ſufficiunt*, vbi de veriori & magis communi opinione atteſtatur. & Apoſtil. ad Abb. *in cap. licet ex quadam de teſtam.* Decian. *conſil. 62. n. 92. volum. 3.*

Contrarium tamen tenet Iaſ. *conſil. 78. col. 2. verſic. 2. principaliter, vol. 3.* ex doctr. Bald. *conſil. 459. vol. 4.* vbi ampliat etiam fama concurrente cum teſtibus ſingularibus, quod etiam cenſuit Anton. de Butr. *in cap. cum oporteat, q. 9. de accuſat.* Feder. de Senis *conſil. 64.* pridiè Abbas ſibi contrarius *conſil. 42. ex multis agitis lib. 1.* vbi quod non valet ſtatutum Epiſcopi, quo cautum eſſet, vt per teſtes ſingulares quis probaretur vſurarius, ex doct. Feder. de Senis *conſil. 17.* & Anton. de Butr. *in d. cap. cum oporteat*, ſequitur Iaſ. *vbi ſuprà, col. 2. verſic.* imo fortius, vbi de communi, & Honded. quoque *conſ. 33. num. 98. volum. 1.* & benè dicunt de ſtatuto Epiſcopi recognoſcente ſuperiorem, ſecus de alio non recognoſcente, vt diſtinguendo affirmat. Decian. *conſil. 62. num. 17. vol. 3.* hanc etiam ſecundam & ſic contrariam opinionem tenuerunt Alexand. *conſ. 72. n. 3. vol. 1.* & Ioan. Crot. *de teſt. p. 7. n. 314.* & Abb. vbi de communi, *in c. cum in diœceſi in fin. de vſur.*

Has duas ſententias contrarias refert Maſcard. *de probat. 3. tom. concluſio 1419. num. 11. & 12. & num. 13.* eas ſic conciliat, vt prima procedat, quando ageretur de probando in genere aliquem eſſe vſurarium, quia tunc probarent teſtes etiam ſingulares: ſecunda verò, ſi in ſpecie de aliquo actu ſiue contractu, ita cenſuit Bald. *in d. l. rogaſti, §. ſi tibi, num. 11.* ex doctrina Innocent. *in cap. qualiter, & quando de accuſat.* idem voluit Abbas *conſil. 113. columna 3. verſic non obſtat. quod dicitur de ſingularitate, parte 2.* & latiſſime Couarruuias *lib 3 variarum reſolutionum c. 5. num. 5.* & Ioann. Baptiſta Lupus *de vſuris commento. 4. in præfatio. num. 27. verſiculo, bene verum eſt*, quos refert & ſequitur Maſcardus *de probationibus vbi ſuprà, dicto numero 13.* Sed vltra ipſum eandem ſententiam ſequuntur, & magis communem eſſe profitentur plures, quos congeſſimus *lib. 3. practicarum quæſtionum. quæſt. 12. numer. 9* & Ioann. Vincent. Honded. *conſil. 33. numer. 95. lib 2.* vbi dicit hoc ſine dubio procedere. Sed nihilominus contrariam etiam ſententiam in hoc, ſcilicet, vt etiam ſi agatur de probando aliquid in genere non ſufficiant teſtes ſingulares, dicunt alij eſſe etiam magis communem, & primam periculoſam, & omnino falſam, vt *ibidem* retulimus *n. 20. & 21.* Ideò iure communi attento, nihil firmum & tutum in hoc articulo reperitur.

Ideò conſultiſſimè cautum fuit noſtra l. regia 4. vſuram & contractus vſurarios probari poſſe teſtibus ſingularibus, concurrentibus iis de quibus in eadem l. 4 nempe, *Que ſean dos, o tres, o mas, y tales que entienda el juez que ſon de creer. Y otro ſi auiendo otras algunas preſumpciones y circunſtancias, por donde vea el juez que es verdad lo que dizen, y que eſta manera de prueua es valida y baſtante para en lo que toca al derecho, que pertenece à la fabrica, y al que lo acuſare, mas no para en lo que toca à los miſmos teſtigos: por que ellos no han de auer ninguna coſa deſto que dieren ſu teſtimonio*, & cum aliis hoc etiam probat Honded. *vbi ſuprà.*

Quamobrem, vt inquit Iaſon d. *conſil. 78. verſiculo, item iſti teſtes, volum. 3.* teſtes debent proteſtari quod non intendunt ex eodem teſtimonio aliquod ius, alioquin eſſent repellendi, & ſequitur alios allegans Maſcardus *vbi ſuprà, numer. 15.* Sed hoc non cenſeo eſſe neceſſarium, ſi quidem ſufficit quod noſtra l. regia prouidet, nempe, *que ellos no ayan de auer, ni agan ninguna coſa deſto que dieren ſu teſtimonio*, abſque eo quod proteſtentur ſe non intendere ex eorum teſtimonio aliquod ius: hoc namque non eſt de ſubſtantia, ſed tantum quod nihil conſequatur ex eorum dictis. 12

Illud tamen verum eſſe cenſeo in propoſito, quod ex magis communi opinione plurimos allegans tradit Maſcardus *vbi ſuprà, numer. 14.* nempe,



nempe, hoc de teſtibus ſingularibus ad probationem vſuræ poſſe ampliari, vt procedat etiam ſi ipſi teſtes eſſent participes criminis, & deponerent ſoluiſſe vſuras, contractuſque vſurarios iniiſſe cum vſurario: quia etiam tunc probarent, dummodo deponerent ad fauorem tertij, vt in noſtra l. & per eam ita tenet Auendan. *in 1. part. cap. 2. prætor. num. 19. verſic. & quamuis, & in 2. p. cap. 28. numer. 2. verſic. & quamuis*, non autem proprium, nempe, ad repetendas vſuras.

13 Et ſimiliter ego addo dummodo cætera, de quibus in hac noſtra lege regia 4. ſimul concurrant: vnde his concurrentibus proxenetæ & mediatores ſufficient pro teſtibus, Cardin. *in clement. 1. §. cæterum, num 2. de vſur.* Cepol. *de ſimul. contract. præſumptione 26. n. 185.* & cum eis Maſcardus *vbi ſuprà n. 19.*

Vnde ſuppleri debet Auendan. *vbi ſuprà*, dum omiſit addere ſimul cum prædict. teſtibus ſingul. alias præſumptiones & coniecturas vel circunſtantias, quod hæc etiam requirantur ſimul concurrere, vt expreſſe cauetur in hac noſtra lege regia 4. ibi: *Otro ſi auiendo otras algunas preſumpciones y circunſtancias*, quod oculis linceis perſpexit D. Couarr. *lib. 3. variarum reſol. cap. 3. ſub. num. 5. in verſiculo, hinc profecto*, ibi: modo his teſtibus, & Didacus Perez *in d. l. 1. pagin. 46 colum. 2.* & Spino *in ſpeculo teſtamentorum, in 10. part. n. 19. pag. 90.* ſecundum priorem impreſſionem.

Alia plura circa probationem vſurarum congerit Maſcard. *per totam illam concluſionem 1419.* quæ ſunt videnda quoties caſus contigerit. Verum ſemper deciſio dictæ noſtræ l. 4. circa teſtes ſingulares obſeruanda erit cum ſuis requiſitis. Quod ſi in aliquibus fuerint eis contraria tradita in propoſito per Doctores, in his ſaltem Regnis minimè admittenda erunt.

14 Quomodo autem quis probetur vſurarius manifeſtus agunt latiſſime Maſcard. *d. 3. tom. concluſione 1420. per totam*, & Ceuall. *d. quæſt. 537. per totam* & de pœnis: quam pluribus manifeſtorum vſurariorum agit latè Molina Theolog. *2. parte de iuſtitia, & iure, diſputat. 334. columna 485 cum ſequentibus.*

15 Deinde optimè obſeruauit Couarruu. *lib. 3. variarum reſolut. cap. 3. ſub numer. 5. verſic. ex quibus*, admonendos eſſe Regios iudices vt caute noſtra regia conſtitutione 4. vtantur in praxi, quoties de puniendis vſurariis apud ipſos tractetur, ſiquidem in pœnam ſtatutum eſt quod vſurarius tot numos, quot mutuo dedit, reddere cogitur Regio fiſco & accuſatori. Nam ſi de pluribus mutuis per teſtes ſingulares iuxta legem regiam probatum fuerit, non omnino eſt vſurarius integram legis pœnam ſoluere cogendus, ſed mitiorem arbitrio iudicis, niſi ipſi ex circunſtantiis viſum fuerit quodlibet mutuum ſatis planè probatum eſſe, qua in re oportet iudicem diligenter omnia, & æquo iudicio perpendere. Et Couarruuiam *vbi ſuprà*, refert & ſequitur D. Azeuedo *in dicta lege 4. numer. 1.* licet aliter eius verba referat, ſed non benè: quia vt exiſtimo, Couarruuias loquitur quando vnum quodque mutuum non eſt plene probatum teſtibus etiam ſingularibus. Non enim ſufficit ad pœnam ordinariam, quod teſtes ſingulares deponant vnuſquiſque de ſuo mutuo, ſed requiritur, quod vnumquodque mutuum probetur duobus vel tribus teſtibus quamuis ſingularibus, cœteris inſuper concurrentibus de quibus in noſtra lege 4. aliàs autem mitior pœna erit imponenda arbitrio iudicis. Et hoc eſt quod ego intelligo voluiſſe, & admonuiſſe Couarruuias *vbi ſuprà*, eſtque eius opinio iuſtiſſima & prudentiſſima, & voluerunt relati per Honded. *conſil 33. num. 94. volumine 2.* & ipſe cum eis.

Ex quibus ſequitur primò, ſecundum Auendan. *2 p. c. 28. n. 2. verſiculo, ex quo*, quod ſi aliquis ex prædictis teſtibus patiatur exceptionem, non facit fidem etiam in crimine vſurarum, in quo multum operatur iudicis arbitrium ſecundum Innocent. & Bald. quos ibi refert. 16

Secundò infertur, ſecundum eundem Auendan. *vbi ſuprà*, quod in crimine vſurarum contra teſtes ſingulares deponentes de facto proprio admittitur repulſa & reprobatio, cum noſtra l. regia requirat quod ſint idonei. Quod ſecus eſſet ſi duo eſſent conteſtes in eodem facto, nam etiam ſi aliàs paterentur exceptionem, adhuc non repelleretur in cauſa vſurarum propter difficultatem probationum in probandis excogitatis fraudibus fœneratorum, niſi teſtes eſſent inimici ſecundum Auendan. *dicto cap. 28. numer. 3.*

§ Vbi etiam quod vnus teſtis de facto proprio deponens in iſto crimine vſurarum, quamuis alia indicia concurrant, non probant contra vſurarium ſecundum Iaſ. quem refert, & rectè ex noſtra l. dum requirit ſimul cum iudiciis duos vel tres teſtes ſingulares de facto proprio, quod etiam plures allegans probauit Maſcard. *vbi ſuprà n. 16.* ſaltem quando agitur criminaliter, vt ibi per eum *n. 18.* 17

Quinimo etiam attenta noſtra l. regia Auendan. *dicta 1. part. cap. 2 num. 19. verſiculo & quamuis*, requirit quod adſint tres teſtes ſingulares deponentes ſinguli de facto proprio, & quod non ſufficit minor numerus. Cui opinioni videtur contradicere littera noſtræ l. regiæ ibi, *dos, ò tres, o mas*: alternatiua enim illa, ò non requirit concurſum trium teſtium, ſed potius duos ſufficere innuit, aliàs eadem ratione nec tres teſtes ſingulares ſufficerent, cum eadem l. poſtea dicat *tres, ò mas.* 18

Verius igitur ſenſus eſſe mihi videtur noſtræ l. quod duo, tres, vel vlteriores teſtes ſingulares ſufficiant, non verò vnus: & ſic quod quando plures adfuerint quàm duo, ſufficientior probatio ſit. Duo tamen ſufficiunt, non tamen vnus etiam cum aliis indiciis, adminiculis & præſumptionibus, quæ etiam requiruntur cum teſtibus ſingularibus ſimul, vt prædiximus. 19

## SVMMARIVM.

1 *Clericus vſurarius qua pœna puniatur? & per totam quæſtionem, præcipuè n. 7.*

2 *Vſurarij adhuc poſt peractam pœnitentiam ſunt infames ad teſtimonium & dignitatem.*

3 *Laicus vſurarius quo pacto efficiatur infamis?*

4 *Sententia declaratoria requiritur etiam in pœnis, quæ ipſo iure imponuntur. Fallit quatuor in caſibus, vt in num. 5.*

6 *Clericus infamis repellitur ab obtinendo beneficio.*

7 *Clericus vſurarius præter infamiam deponendus eſt ab officio & beneficio.*

8 *Clericus*

8 *Clericus vſurarius eſt inhabilis ad ſacrorum ordinum ſuſceptionem.*
9 *Infamis infamia iuris, vel facti, eſt irregularis ad ordines ſacros ſuſcipiendos.*
10 *Irregularis eligi, ſeu præſentari ad Eccleſiaſticum beneficium ſeu dignitatem non poteſt.*

---

## *De pœna clerici vſurarij.*

## QVÆSTIO LXXXI.

1 QVÆRO modò qua pœna puniatur clericus vſurarius? Et in hoc reſolutiuè procedens obſeruandum eſt, clericum vſurarium infamem eſſe ipſo iure eo pacto quo laicus iuxta textum ſecundum Abb. ibi *in cap. inter dilectos de exceſſ. prælat.* textus etiam *in cap. infames, §. porro, 3. quæſtione 7.* D. Couar. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 3. numer. 2. & 3.* Bernard. Diaz *in practica criminali canonica cap. 88. in notis, numer. 1.* vbi additionat. *in princip. littera, A* refert eſſe communem ex Couarr. *vbi ſupra, num. 2.* vbi tamen non loquitur in clericis, ſed ſimpliciter & generaliter in vſurario: ſed *num. 5.* vbi agit de clerico vſurario, id probat eo pacto, quo laicus vſurarius eſt infamis non tamen dicit eſſe communem opinionem.

2 ¶ Addit Bald. *in l. improbum fœnus, C. ex quibus cauſis infam. irrogat.* quod adhuc poſt peractam pœnitentiam vſurarij ſunt infames ad teſtimonia & dignitates, dicens hoc eſſe menti tenendum, quem refert & ſequitur Bernard. Diaz *vbi ſupra, dicto num. 1.* Verùm contrariam opinionem tenuit idem Bald. *in l. Caſſius ad finem, ff. de Senat.* ſcribens quod ſi vſurarij pœniteant & vſuras reſtituant, de æquitate canonica famam recuperant, quem ſequitur Felin. *in cap. 1. colum. 12. verſiculo, limita octauò, de probat.* & Matheſyl. *ſingul.* 196. & eos refert contra ſuum authorem Salzed. *vbi ſuprà, littera B.*

3 ¶ Modò pro intellectu præcedentis obſeruationis eſt videndum quo pacto laicus vſurarius efficiatur infamis, vt eodem modo dicamus clericum huiuſmodi effici.

Qua in re Salicet. *in dict. lib. improbum fœnus numer. 2.* cenſet vſurarium publicum etiam ante ſententiam notatum & affectum eſſe infamia facti & iuris; at vſurarium occultum nec iuris infamia affici, donec eius crimen detectum fuerit per ſententiam. Pro qua doctrina expenditur *d. l. improbum fœnus*, dum exercentes improbum fœnus infamia afficit, quaſi exercitium eius criminis requirat quod publicè pateat: idem probat *dict. cap. inter dilectos*, dum frequentem mutui dationem exigit. Tertiò idem probatur, quia infamia etiam iuris ex delicto naſcitur, vt in lege cognouimus, ff. de variis, & extraordinar. cognitio. ſi vt fama & illæſæ dignitatis ſtatus ex bonis moribus: neutrum autem ſine publica rerum notitia poteſt contingere, vt patet: ergo, &c. Hocque ipſum generaliter de quacumque infamia iuris ipſo facto à lege irrogata cenſet Alphonſ. à Caſtro *lib. 2. de poteſtat. l. pœnal. cap. vltimo*, quem refert idem in ſpecie noſtra probans Couarruuias *vbi ſuprà, num. 2. verſicul.* ſcribit tamen aduerſus Paul. Caſtrenſ. in ea nuncupatim contrarium exiſtimantem in dicta lege *improbum fœnus* in fine, eandem præcedentem reſolutionem cum Couarr. ſequitur D. Molin. Theolog. 2. *tom. de iuſt. & iur. diſputatione 534. colum. 483. cum ſequenti*, vbi ampliat ſecundum communiorem, & veram opinionem, vt procedat hodie etiam aduerſus eos, qui exercent vſuras Iure Ciuili antiquo permiſſas.

Nec contra ſupradictam communem & veram reſolutionem obſtat altera non minus recepta ſententia, quæ habet quod etiam in pœnis, quæ ipſo iure imponuntur requiritur ſententia declaratoria facti, ex quo pœna ipſo iure lata eſt lege eius, qui delatorem, & ibi Bartholus *ff. de iure fiſci, textus in cap. cum ſecundum leges, §. confiſcationis*, & ibi Doctores *de hæret. lib. 6.* & refert innumeros authores hanc opinionem tenentes Tiraquel. *in lib. ſi vnquam verbo reuertatur, numer. 400. C. de reuocat. donat.* & Anton. Gomez *in 3. tom. var. reſol. cap. fin. num. 3.* & Roland. à Vall. *conſil. 18. num. 11. lib. 1.* 4

Quia reſpondemus, hoc non procedere primò cum factum eſt adeò notorium, vt nulla ſit opus declaratione. Secundò cum qualitas ipſo iure inducta competit, & adeſt lite iam inchoata. Tertiò reſpectu fructuum. Quartò cùm pœna trahit ſecum executionem, nullamque facti executionem requirit, vt infamia de qua agimus, excommunicatio, & aliæ huiuſcemodi, vt optime & latè declarat Felinus *in cap. Rodulph. de reſcriptis, & in capite, cum non ab homine de iudic.* quem refert & ſequitur Tiraquell. *vbi ſuprà, numer. 401.* & tenet etiam Bald. quantum ad pœnam infamiæ, *in lib. 1. circa medium, verſiculo, poſſet hic dubitari, ff. de his, qui notantur infamia.* 5

Ex ſupradictis planè deducitur, quod clericus vſurarius huiuſmodi repellatur ab obtinendo beneficio iuxta gloſſam *in cap. præterea de vſur. per regulam infamibus de regul. iur. in 6.* tametſi Epiſcopo licitum ſit hanc infamiæ notam tollere & abolere ab eo, qui iam pœnituerit, ad effectum obtinendi beneficia Eccleſiaſtica: quod gloſſa communiter recepta docuit *in d. cap. præterea verbo ſuſpendas*, teſte Couarr. *d. lib. 3. variarum reſolut. cap. 3. numer. 3.* & tenuit Bernard. Diaz *dict. cap. 88. numer. 1.* & ibi addit. *littera A. verſiculo, poterit tamen*, vbi eam communem eſſe dicit ex teſtimonio Couarruu. *vbi ſuprà*, qui ambo hoc verum intelligunt quantum ad beneficia obtenta, non verò quoad obtinenda, quæ infames aſſequi non poſſunt abſque Romani Pontificis indulgentia: quod gloſſa expreſſe obſeruauit *in dict. c. inter dilectos de exceſſ. prælato.* Sed vt arbitratur Molina *vbi ſuprà columna, 485.* gloſſa illa non negat poſſe Epiſcopum poſt pœnitentiam & ſatisfactionem reddere habilem clericum vſurarium ad obtinenda beneficia, quæ de nouo vacent, & ad quæ de nouo poſt talem pœnitentiam acquirat ius, quo pacto intelligenda eſt gloſſa *dict. cap. præterea*, ſed ſolum aſſerit gloſſa *dict. cap. inter dilectos*, ad ea beneficia obtinenda, ad quæ ante pœnitentiam & ſatisfactionem erat electus & habebat ius non poſſe reddi habilem per Epiſcopum, ſed omnino eſſe ab eis repellendum, conferendaque eſſe alteri, poſſe tamen diſpenſare vt maneat iniam obtentis. Hic tamen ſenſus atque intellectus Molin. diuinatorius eſt ad gloſſam, quæ expreſſim dicit, quod clericus propter vſuram indiſtinctè repellitur ab obtinendo: ideò non tenendus, ſed communis reſolutio 6



ſolutio ſupra adducta ex gloſſis & Doctoribus præcitatis & Vela *de delict. capite vltim. pag. 196.*

7 Clericus præterea vſurarius præter infamiam ob id ab eo contractam deponendus eſt officio, & beneficio, textus eſt inſignis *in capite primo, de vſurar.* vbi notant Ioann. Andreas, Abbas & Rauen. Alexander *conſil. 72. lib. 1. in principio.*

Contrarium tamen videtur probare text. *in dict. cap. præterea*, ex quo patet clericum vſurarium arbitrio iudicis ad certum vſque tempus officio, & beneficio ſuſpendendum eſſe, non verò deponendum.

Quare pro vera reſolutione huius puncti obſeruandum eſt, quod clericus vſurarius primò quidem ſuſpenſione puniatur: demum eo ſe non corrigente procedatur ad degradationem contra illum, & ſic deponendus erit ab officio & beneficio, vt voluit Hoſtienſis *in ſumma de vſurar, §. fin. verſiculo, alio à iudice.* Et hæc eſt practica pro iudicibus ſecundum Bernardus Diaz *vbi ſuprà*, quam ſequitur abſque illo de degradatione Couarruuias *vbi ſuprà, dict. num. 3.* Didacus Perez *in rubric. tit. 2. lib. 8. ordinament. pag. 26. colum. 2.* quibus aſtipulantur verba textus *in d. cap. 1.* dum dicit vſurarum locis inſiſtat.

8 Similiter vſurarius eſt inhabilis ad Sacrorum Ordinum ſuſceptionem, textus *in cap. maritum 33. diſtinctione, cap. ſeditionaries 46. diſtinctione, cap. 1. 47. diſtinctione*, Didacus Perez *vbi ſuprà, pagina 26. columna prima*, Salced. *vbi ſupra, in principio, litt. A.* nec mirum id videri debet, ſiquidem vſurarius eſt infamis, vt præmiſimus.

9 Et infamis infamia iuris vel facti eſt irregularis ad Ordines Sacros ſuſcipiendos *cap. qui in aliquo 51. diſtinctione, cap. Eleutherius, §. hinc colligitur 2. quæſtione tertia*, vbi loquitur de infamia iuris, Ricardus *in 4. ſententia diſtinctione 25. artic. 6. quæſtione 1.* & ibi *quæſtione 2.* loquitur de infamia iuris Canonici, Angel. *verbo infamia, §. 10.* & Syluest. *quæſt. 2.* idem de infamia facti probat *cap. omnipotens de accuſat.* Ricardus *vbi ſupra, quæſt. 3.* Villadieg. *de irregul. cap. 1. verſic. item eſt irregularis infamis*, Didac. Perez præd. referens *vbi ſuprà.*

10 Vſurarius itidem eligi, ſeu præſentari non poteſt ad Eccleſiaſticum beneficium, ſeu dignitatem *cap. de Petro 47. diſtinct.* Bertachin. *in tract. de Epiſ. 2. lib. 1. part. quæſt. 33.* Lambert. *de iure patron. 2. lib. 1. part. art. 21. q. 9.* Didacus Perez & Salced. *vbi ſuprà.*

## SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo licitum omnino eſt de Iure Cæſareo, Regio & Canonico, & n. 2. & 3. per totam quæſt.*
4 *Pactum de retrouendendo quandocumque expreſſum in inſtrumento venditionis, ſimul cum obligatione bonorum, an ſit perſonale tantum, an reale, ita quod ſequatur fundum, & quemcumque ſingularem ſucceſſorem, & num. 5. & 6.*
7 *Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij an inducat ſufficientem ſuſpicionem vſuræ, & num. ſeq. cum ſuis limitationibus, necnon & num. 38.*
11 *Cap. ad noſtram de emptione & venditione intellectus, & num. 29.*
24 *Contractus in dubio potius reputari debet illicitus quoad forum conſcientiæ, quam licitus fauore animæ, ſecus, quoad pœnam corporalem.*
25 *Paruitas pretij in pacto de retrouendendo quomodocumque probatur, vt hic.*
26 *Contrahentes cum pacto de retrouendendo, ſi reuera emere ac vendere intendant, vſura in foro conſcientiæ non committitur, etiam ſi pretium ſit valdè diminutum: erit tamen emptio iniuſta præter pretij inæqualitatem, &c. vt hic, ſecus in foro exteriore, vt num. 27.*
28 *Res minus valet, quando venditur cum pacto de retrouendendo in perpetuum, quam cum limitatione temporis, & plus valebit ſi fiat venditio cum pacto de retrouendendo ad breuius tempus, quam ad longius.*
30 *l. 4. tit. 6. lib. 8. nouæ collect. Reg. intellectus, & num. ſeqq.*
31 *Cautiones & clauſulæ inſolitæ ſimulationem & fraudem præſeferunt.*
32 *Pactum appoſitum in emptione cenſuum redimibilium, quod poſſit redimi intra certum quoddam tempus, & non poſtea, an ſit licitum.*
33 *Pactum de retrouendendo poſt certum tempus, & non antea, ſimul cum clauſula quod interim lucretur fructus, cenſetur factum in fraudem vſurarum, & ideò fructus computandi ſunt in ſortem principalem, & n. 34. vide etiam num. 39.*
36 *Pactum de retrouendendo cum pacto negatiuo de non redimendo in fauorem ſoliti fœnerari ſufficienter conuincit ipſum de prauitate vſuraria, deficiente etiam modicitate pretij.*
37 *Annus redditus contractus, eo pacto adiecto, quod redimi non poſſint intra certum tempus, eſt nullus: vide melius numero 41. vbi contrarium probatur annullato tantum præd. pacto.*
40 *Didacus à Couar. defenditur à quadam contradictione ſibi imputata.*
40 *Pacta reſtringentia facultatem cenſum redimendi tam à parte ante, quam à parte poſt, ex natura rei non eſſe illicita, ſi cenſui apponantur, modo, quo plus reſtringitur libertas redemptionis, eo plus emptor cenſus accreſcat in pretio, quatenus, quo plus periculi imminet ne cenſus irredimibilis euadat, eo plus valet cenſus, num. 40. verſic.* Nihilominus.
41 *Pactum quod venditor cenſus teneatur intra certum tempus cenſum redimere, reddit ipſum contractum vſurarium.*
43 *Emptio cum pacto de retrouendendo maiori pretio, & an res interim dum non redimitur locari poſſit licitè venditori? remiſſiuè.*
44 *Emptio cum pacto de retrouendendo in emptoris fauorem an ſit licita? Et vniuerſim, quando contractus diſſoluitur, ad quem pertineant fructus ex re vendita, medio tempore percepti? remiſſiuè.*

*An ex pacto de retrouendendo præſumatur contractus vſurarius, necne.*

*In eadem l.4.*

## QVÆSTIO LXXXII.

QVÆRO circa eandem l.4. de qua *ſupra, in 2. concluſione, quæſt.*80. an ex pacto de retrouendendo præſumatur contractus vſurarius necne? Et in hoc ſit prima concluſio.

1 Pactum de retrouendendo licitum omnino eſt iure Cæſareo *l.1. Cod. de pact. inter emptorem & vendit.* vbi Angel. & Paul. Caſtr. Socin. *iun.conſil.27.num 5.vol.4.* Crotus *conſil.141.n.2.* Cephal. *conſ.289. num.33.* Nata *conſ.198. num.2.* Beroſus *conſ.212 num.6. vol.3* Neuizanz. *conſ.88. num.5. in fin.* Decius *conſ.308. & 591.* Corn. *conſ.23. in princ.vol.3.deciſ.Pedemont.* Octau. 42.*ſub num* 8. *ad fin.* & eos referens Roland. à Valle *conſil.58. n.9 volum.4.* Couar. *lib.3. var. reſol. cap.8.num 4.* Anton.Gomez *in 2.tom. var. reſol.cap.2.num.27.* Et de iure noſtro Regio eſt expreſſa l.42. *tit.5. part.5.* vbi ita cauetur: *Por cierto precio vendiendo vn home à otro alguna coſa, poniendo tal pleyto entre ſi en la vendida, que quando quier que el vendedor ò ſus herederos tornaſen el precio al comprador, ò à los ſuyos, que fueſen tenudos de tornarle aquella coſa que aſſi vendieſſe, dezimos que ſi tal pleyto fuere pueſto en la vendida, que deue ſer guardado. E ſi el comprador, o ſus herederos no quiſieren gardar el pleyto, ni tornar la coſa aſſi como es ſobredicho, ſi pena fuere pueſta en el pleyto deuela pechar. E ſi el vendedor, ò ſus herederos quiſieren recibir la pena, deueſe partir de la coſa vendida, fueras ende ſi el pleyto fuere pueſto que tornaſe la coſa è pechaſe la pena. E ſi pena non fueſſe pueſta en el pleyto, entonces el comprador es tenudo de tornar la coſa en todas guiſas, ſi es en ſu poder, è ſi en ſu poder non es, deue pechar al vendedor todos los daños è los menos cabos que le vinieron por que no tornò aquella coſa que aſſi auia vendida.* Idem probat l. noſtra Regia 4. huius tituli 6. *lib.8. noua collect. reg.* per locum ab ſpeciali & à contrario ſenſu in verſiculo *y por que algunos,* dum ad hoc vt pactum de retrouendendo reddat contractum vſurarium duo requirit, nempe, *que no pudieſſe dar el precio que recibio haſta cierto tiempo, y que entre tanto gozaſſe de los frutos, &c.* Ergo his deficientibus pactum præfatum licitum eſt, & contractus non erit vſurarius.

Sed & iure Pontificio pactum hoc licitum omninò eſſe per locum etiam ab ſpeciali deducitur ex textu *in cap. ad noſtram de emptor. & vendit.* ibique adnotant Ancharan. Abb. & Imol. idem Ancharan. *conſil.30.* D.Couarru. & Anton. Gomez *vbi ſuprà*, licitumque eſſe hoc pactum in animæ iudicio probatur Leuitic. cap.25. *vnde cuncta regio* (inquit Dominus) *poſſeſſionis veſtra ſub redemptionis conditione vendetur,* & tenent Albert. *in d.l.2.* Archid. *in c.plerique 14.q.3.* Conrad. *q.83.* & eos referens Couarru. *vbi ſuprà,* nec non Anton Gomez *d.num.27.*

Et quod pactum de retrouendendo omni iure ſit de ſe licitum affirmat eſſe communem ſententiam tam ius Cæſareum quam Pontificium profitentium ac Theologorum Cagnol. *in d.l.2. num.7.* Tiraquell. *de retract. conuention. in præfatione, num.1. vſque ad num.3.* & cum eis Maſcard. *de probat. volum.1 concluſ.441.num.5.* loquens expreſsè in pacto affirmatiuo, vt patet ex eodem ibi *num.4.* eandem ſequitur plures alios allegans Felician. de Solis *de cenſib.lib.1. cap.6.num.12.* & hæc eſt vera & communis ſententia ſecundum Molin. Theolog. qui eam latè probat *2 part. de iuſtitia & iur. diſp.375. colum.784. cum ſequenti,* & Emanuel Rodriguez *in ſua ſumma 2.tom. cap.85. per totum*, vbi cumulat plura requiſita ad iuſtificationem huius contractus: & præfatam concluſionem, nempe quod pactum de retrouendendo in ſe ſit licitum de iure Ciuili, Diuino & in foro conſcientiæ & animæ, tenet etiam plures allegans Ioan. Vincent. Honded. *conſil.33.n.64.lib.2.* vbi *num.65.* quod quando non concurrit moditas pretij omnes tam Canoniſtæ, quam Legiſtæ & Theologi communiter conueniunt quod pactum de retrouendendo etiam poſt certum tempus de per ſe non ſit illicitum, ſeu ſuſpectum, vt teſtatur Tiber. Decian. *conſil.2. num.130. cum ſequentibus, & num.135.lib.1.* & latè Azeued. *in hac l.4.num.8.cum ſeqq.* ¶ Vbi *num.12.* cum communi ampliat, vt procedat etiam ſi pactum hoc apponatur ex interuallo imò non eſt ita ſuſpectum quando ſit ex interuallo, ſicut quando in continenti apponitur, vt cum Bald. *in cap.cum M. de conſtit.* & Doctores *in d.c.ad noſtram* tenet Thom. Grammatic. *deciſione Neapol.78. num.8.* eſt communis ſecundum Octau. *deciſ.Pedemont.42.n.19.* refert alios Maſcard. *de probat.1.tom.concluſ.447. num.30.* tametſi Alexand. *conſ.51. num.2. & conſil.119.in fin. lib.4.* contrarium velit, nec non & Crauet. *conſil.156. num.18.* imò quod ex pacto adiecto ex interuallo maior arguatur ſuſpicio, quia ad cautelam tempus interiectum videtur: hoc tamen minimè eſt verum, niſi vbi aliæ extarent coniecturæ, vt placuit Tiraquel. *de retract. conuent. in præfatione, num.6.9. & 12.* Menoch. *de arbitr.iudic. lib.2 centuria 1. caſu 15. num.3.ad fin.* vbi *num 4.* quod ex arbitrio iudicis totum erit iudicandum ex Crauet. *vbi ſuprà, num.17. verſic. non obſtat tertium*, & ſequitur Maſcard. *lib.1. concluſ.441. num.9. circa fin. verſic. & hinc eſt, & d.concluſ.447. num.32.* ¶ Et quod quando 3 pretium iuſtum conuenit, pactum præd. ſit licitum probat Gregorius Lopez *in l.28. gloſſa magna, columna penultima, tit.8. part.5.* & Nauarrus *in Manual. Latin. cap.17. num.247. cum ſequentibus*, & Didacus Perez *in l.1.tit.8. lib.8. ordinamenti, pag 39.col.2.* & Caualcan. *in 2.deciſ.16. aliàs 62. num.6.*

(margin numeral 2 stands beside the line beginning "¶ Vbi num.12.")

4 Dubium tamen ſatis controuerſum eſt an pactum de retrouendendo quandocumque expreſſum in inſtrumento venditionis cum obligatione bonorum ſit perſonale tantum, vel reale, ita quod ſequatur fundum & quemcunque ſingularem ſucceſſorem, & ſic ſecundum vel tertium poſſeſſorem? Et in hoc Paul. de Caſtr. per textum ibi *in l.ſi cum venderet, ff.de pignerat. actione*, tenet oblato pretio à venditore ſtatim in ipſum ipſo iure & ſine noua traditione tranſire dominium vtile, ideoque ipſum venditorem poſſe à quolibet poſſeſſore vendicare, etiam ſi emptor tranſtulerit in alium ante oblationem pretij, quia non poterat transferre niſi cum ſua cauſa, & ſic oblato poſtea pretio reſoluitur ius illius, qui emit ab eo, per *l. lex vectigali, ff. de pignorat.* nihilque hoc caſu differre inter id pactum reuenditionis & illa additionis in diem, & legis commiſſoriæ, niſi quod in hoc transfertur dominium



minium vtile tantum ipſo iure, in illis etiam directum per notata *in l.1. verbo, mortis cauſa donatio, ff. de donat.* idque dicit notandum, quia quotidie contingit de facto. Et hanc opinionem Paul.Caſtrenſ. ſequuntur plures, quos citat Tiraquel. *de retract. conuent. §.1. gloſſa 7. num.6.* vbi *numeris ſequentibus* refert alia fundamenta huius 1.opinionis. Eandem ſequitur cum aliis quos citat D. Couar. *lib.3. variar. reſolut. c.8. num.3. verſic.hinc apparet*, vbi opinatur hanc ſententiam in praxi recipiendam fore: eam etiam ſequitur Ioan.Medin. *quæſtione vltima de vſur.* & eſſe communem plures allegans & conſuetudine dicentes eſſe receptam teſtatur Ioan. Oroſc. *in l. ab emptione, num.35. ff. de pact.* vbi eam magis ſequi videtur, & plurimos congerens Caualcan. *in 2 part. deciſione 16.* aliàs 62. *num.6. & 7.* vbi refert Hieronym. Magon in Rota Lucan. *deciſ.8. num.1. cum ſequentibus*, hanc eſſe magis communem, & ita obſeruari, & Rotam Lucanam iudicaſſe. Et tandem inquit ibi Caualcan. quòd hæc opinio verè eſt magis communis, & etiam æquior & rationabilis, quia venditor, qui vendidit cum tali pacto, non vendidiſſet rem ſi credidiſſet emptorem eam alienaturum in alium, taliter quod ipſe eam recuperare non poſſet, & maximè quando res alienata eſſet maioris pretij & valoris, vt præſumitur propter tale pactum retrouendendi factum in fauorem venditoris, ob quod emptor non vult dare veram æſtimationem niſi liberè eam habeat, ſed vult tertiam, aut quartam partem pretij retinere.

Contrariam tamen opinionem in hoc articulo, imò quod ex hoc pacto de retrouendendo non transferatur dominium ipſo iure, oblato pretio ſine noua traditione, neque competat rei vendicatio, neque poſſit res à tertio poſſeſſore vendicari, tenuit idem Paul.de Caſtr. *in l.ſi à te, C.de pact.inter empt.& vendit.& conſil 306. quanquam longa columna vltima, lib.2.* & alij plures auctores relati per Tiraquel. *vbi ſuprà, num.12.* vbi refert Raphaëlem Comment. dicentem ita habere communem opinionem, & *num.13.* inquit illam ſibi videri præcipuam rationem inter alias huius opinionis, quia ex huiuſmodi facto competit actio perſonalis, vt notatur *in l.1. C.de pact.inter empt. & vendit.* Ex quo ſequitur non tranſire dominium, dicit etiam communem ex Alexand. & alios referens Ioann. Oroſc. *vbi ſuprà*: eandem ſequitur & latè probat Anton. Gomez. *in 2.tom. variar. reſolut. cap.2. de emptione & venditione, num.19. per totum*, & Gregor. Lopez *in l.42. tit.5. part.5. verbo, el comprador*, & *verbo, deue pechar.* Et hæc opinio eſt communior & amplectenda ſecundum Molin. Theolog. *2.tom. de iuſt.& iure diſputatione 374. col.780. in fin.verſic. dubium eſt*, ibi contraria tamen opinio, quæ probari videtur ſecundum eum & Anton. Gomez. *vbi ſupra, in d.l.42.tit.5.part.5.* in illis verbis, *que el comprador es tenudo de tornar la coſa en todas guiſas, ſi es en ſu poder, y ſi en ſu poder no es, deue pechar a el vendedor todos los daños y los menos cabos que le vinieron, por que no torno aquella coſa que anſi auia vendida*: ergo quando res iam non eſt in poteſtate emptoris ſolùm primo venditori conceditur actio ad intereſſe aduerſus emptorem. Hoc tamen expreſsè deciſum non eſt *in d. l. reg.* & ita Gregor. Lopez *ſuper ea gloſſa fin.* dicit quod illa lex non concludit pro hac opinione, quia poteſt intelligi vt vtrumque habeat venditor, vel agendi ad intereſſe contra primum emptorem, qui rem alienauit, vel vtilem rei vendicationem contra ſecundum emptorem, vt dixit Paul. de Caſtr. *in primo loco ſupra citato* pro prima opinione. Quod idem in effectu reſpondit Ioan. Oroſc. *vbi ſuprà, num.38.* dicens primum eam l. de pacto loqui, quod verbis obliquis conceptum ſit, redditionis ſcilicet, ſiue reſtitutionis, vt patet ex illis verbis *que fueſen tenudos de tornarle aquella coſa que anſi vendieſſe*: vel ſecundò quòd l.illa dicat teneri emptorem modis omnibus ad rem reddendam, non tamen negare dominium, aut directum, aut vtile ipſo iure transferri: poſſunt enim illa de nuda facti traditione intelligi, ad quam emptor teneatur. Quid tenendum?

Ego profecto articulum hunc ſatis difficilem eſſe exiſtimo, in quo vt vidimus duæ opiniones communes & magis communes contrariæ reperiuntur: nihilominus tamen veriorem & tenendam eſſe cenſeo præfatam ſecundam in pacto de retrouendendo perſonali, de quo loquitur d.l.partitæ, dum dicit, *que quando quier que el vendedor, ò ſus herederes tornaſe el precio al comprador è à los ſuyos, que fueſen tenudos de tornarle aquella coſa que anſi vendieſſen.* Quod procedit etiam ſi adiecta foret hypotheca generalis omnium bonorum pro ſecuritate & adimplemento eiuſdem pacti: tunc namque oblato pretio non transfertur dominium abſque traditione, nec cõpetet rei vendicatio venditori aduerſus tertium rei poſſeſſorem non hæredem primi emptoris, imputet enim ſibi hic, qui aliter ſibi non prouidit de remedio in pacto, vt potuit. Et licet d.l. regia 42. non neget dominium directum, aut vtile ipſo iure transferri oblato pretio, & poſſit intelligi vt vtrumque remedium habeat venditor: nihilominus tamen concedendo l. illa remedium prædictum venditori aduerſus primum emptorem tantum, *diziendo que ſi pena no fueſſe pueſta en el pleyto eſtonce el comprador es tanudo de tornar la coſa en todas guiſas ſi es en ſu poder: è ſi en ſu poder non es, deue pechar al vendedor todos los daños è menoſcabos que le venieron por que no torno aquella coſa que aſſi auia vendida*, & non loquendo nec procedendo vlterius contra tertium rei poſſeſſorem nec obligat eum, tacitè videtur denegare actionem contra ipſum, nec in re adeo neceſſaria defeciſſe lex videatur. Sicque multum vrget d. l.42. pro hac ſecunda opinione negatiua in fauorem tertij poſſeſſoris non hæredis primi emptoris, præſertim attenta deciſione textus *in l. quoties, Cod. de rei vendicat. cui conſonat l.50. & 51. eodem titul.5. part.5. & l.14. titul.13. eadem partita*, quibus cauetur quod re duobus vendita diuerſis temporibus præfertur ſecundus emptor, cui tradita fuit poſſeſſio ipſius, de qua materia latè egimus *in noſtro tractatu de iuramento confirmatorio 1.part. cap.30.per totum*: ergo à fortiori idem eſt dicendum in pacto de retrouendendo præcedenti.

Si verò pactum de retrouendendo verbis directis fiat, quemadmodum fieri ſolent pacta legis commiſſoriæ & addictionis in diem, ita ſcilicet, vt reſtituto ſiue oblato pretio venditionis intra certum aliquod tempus, vel quandocumque res ſit inempta, ſunt qui teneant primam ſententiam affirmatiuam in hac ſpecie, quos refert Tiraquellus *vbi ſuprà, num.14. & 15.* quam communem appellat, probat & ſequitur Ioan. Oroſc. *vbi ſuprà*, aduerſus alteram communem contrariam & Caualcan. etiam *vbi ſuprà*: quæ opiniones inuicem inter ſe pugnantes ſunt in effectu 5

effectu quas ſupra attulimus. Nihilominus tamen adhuc in hac eadem ſpecie ſecunda prædicta negatiua ſententia verior & communior ac tenenda videtur ex ſupra adductis pro ea, & prætereà ex Tiraquel. *vbi ſuprà, num.*16. vbi inquit, quòd pleriſque videtur ſpeciale eſſe in pactis legis commiſſoriæ & addictionis in diem, vt ex verbis directis in illis appoſitis, quòd tranſeat dominium ipſo iure, nec id procedere in cæteris, hancque eſſe communem ex Alexand. profitetur alios plures pro eadem parte allegans. Vnde profecto in vtroque prædicto caſu ſequor opinionem ſupra dictam negatiuam.

6 Quam limitat Molina Theolog. vbi ſuprà *columna* 781. *verſiculo, obſerua tamen*, quando in prima venditione ſimul cum pacto de retrouendendo expreſsè appoſita fuiſſet conditio, quod emens interim dum venditor facultatem haberet redimendi rem, non poſſet eam alteri alienare quàm primo venditori, quia tunc primus venditor extrahere poſſet rem illam de eius poteſtate, cui ab emptore vendita ac tradita fuiſſet. Quæ limitatio comprobatur ex traditis per nos *dicto cap.*30. *num.*7. vbi cum aliis pro conſtituto docuimus, quod pactum de non alienando cum hypotheca ſpeciali in fauorem primi emptoris appoſitum impedit dominij tranſlationem, & ſecundum emptorem eiuſdem rei, ac proinde præfertur prior: ſicque conſultius erit in propoſito de quo nunc hic agimus, vt vltra pactum de non alienando adiiciatur ad hoc ſpecialis hypotheca rei venditæ cum pacto de retrouendendo.

7 Quod autem non minorem difficultatem habet, eſt, an pactum de retrouendendo cum modicitate pretij inducat ſufficientem præſumptionem vſuræ? In primis enim ſunt quamplurimi auctores tenentes huiuſmodi contractum cum pacto de retrouendendo & modicitate pretij eſſe cenſendum vſurarium ex textu, quem in hoc velut expreſſum adducunt, in d. cap. ad noſtram de emptione & venditione, vbi inquit textus: Cùm reuerà contractus vſurarius ageretur, quod patet ex eo quod creditor debitori promiſit, quòd quandocunque à ſeptennio vſque ad nouennium daret ſexaginta vncias tarenorum, quæ vix dimidium iuſti pretij contingebant, domos eius reſtitueret & oliuas, &c. Ex quo textu hoc prius deduxit, ac tenuit gloſſa *in cap. conqueſtus, verbo de feudo*, ibi, *item ſi de vſuris*, quam ſequuntur ibi Abb. *num.*9. *&* 10. & alij, item Anton. de Butr. Abb. Barbat. & Burgenſ. *num.*46. *in d. cap. ad noſtram*, vbi Ioann. de Imol. & Barbat. *conſil.*51. *volumine* 1. Abb. *conſil.*76. *in primo dubio, volumine* 1. Capra. *in regula* 87. *num.*173. Ferrer. *caut.*17. Suarez *in ſuis communib. opinionib. verbo, venditionis, num.*20. hanc partem vti communem amplexi ſunt, eamque in praxi ſeruari inquit Iacob. de Sancto Georg. *in l. ſi quis nec cauſam*, §. 1. *ff. ſi cert. pet.* & de facto ſe ita obtinuiſſe coram magnificis Iuriſperitis teſtatur Alberic. de Roſat. *in l. emptione, Cod. plus val. quod agitur*, eaque videtur magis communis, vt inquit Decius *conſil.*692. *num.*3. Pariſ. *conſil.*54. *num.*62. *volum.*1. Caſſador. *deciſ.*1. *de vſur.* vbi ait quod illa pars in iudiciis ſecurior eſt & magis communis ſaltem quoad Canoniſtas, quibus magis quàm Legiſtis in huiuſmodi materia peccati credendum eſt, & fuiſſe ſæpè ſeruatam in prætorio Rotæ, & in Neapolitano Senatu affirmat Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolit.*339. & Thom. Grammat. *deciſ.*76. *num.*7. *&* 29. & communi ſententia probatam eſſe affirmat Abb. *d. conſil.*76. *num.*2. eamque ſequuntur præd. & alij plurimi citati à Couarruuia *d. num.*4. & nouiſſimè à Roland. à Vall. *conſil.*58. *num.*1. *lib.*4. vbi quòd iſta pars in iudiciis ſecurior eſt, & magis communis ſaltem quoad Canoniſtas, quibus magis placet quàm Legiſtis, id quod probat Anton. Gomez. alios allegans *d. num.*27. eſt communis ſententia, vt ex Crauet. affirmat Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.*2. *centuria* 1. *caſu* 13. *num.*2. eſt communis ſecundum Afflict. *deciſ.*40. *num.*17. ſequitur eam idem Afflict. *deciſ.*65. Gregor. Lopez *in l.*28. *gloſſa magna, colum. penultima, & fin. tit.*8. *part.*5. & magis communem, & ita etiam fuiſſe Ferrariæ iudicatum dicit Hippolyt. Rimin. *conſil.*218. *num.*108. *cum ſequenti, volumine* 2. latè Decian. *conſil.*105. *num.*12. *& ſequenti, volumine* 2. Caualcan. *d. deciſione* 16. *in* 2. *part. num.*6. & eſt magis communis, vt ex aliis refert deciſ. Pedemont. Octauian. 42. *num.*1. vbi quod hæc maximè procedere deberet vbi pactum huiuſmodi luendi conceptum ſimpliciter non fuit, ſed qualitate quod redemptio fieret intra Feſtum Sancti Martini & Natalis Domini noſtri cuiuſlibet anni, ex quo apparet emptorem animum habuiſſe lucrandi fructus, ipſumque certum eſſe voluiſſe de lucro, quo caſu duo ſufficiunt ad arguendum contractum ſimulatum & vſurarium ſecundum Bald. *conſil.*487. *volumine* 1. *& conſil.*114. *volumine* 3. quem refert & ſequitur Crauet. *dicto conſil.*156. *num.*5. & quod multo magis locum habet, quando vltra prædij modicitatem & pactum de retrouendendo intra certum tempus concurreret immoderata quantitas reddituum ſiue penſionis ſecundum Abb. & Alexand. quos ibi citat. Hanc etiam primam ſententiam communem eſſe profitetur ex aliis nouiſſimè Ceuallos *in ſuis practic. quæſtion. quæſt.*214. *in principio*, licèt eam non ſequatur, ſed quam infra dicemus: eandem affirmatiuam ſententiam ſequuntur alij plures congeſti per Felician. de Solis *de cenſib. lib.*1. *cap.*6. *num.*13. & refert eſſe magis communiter receptam Ioann. Vincent. Honded. *conſil.*35. *num.*10. *volum.*2. vbi *num.*68. quod ſi hæc opinio eſſet regulariter ſequenda, non propterea noceret in caſu iſto, quoniam illa procederet quando pretium eſt citra dimidiam, vt declarant Curt. Iun. *conſil.*279. *num.*42. *&* 47. *lib.*3. & latius Maſcard. *concluſ.*447. *num.*7. *&* 9. & etiam procederet in pacto de retrouendendo poſt certum tempus iuxta terminos d. c. ad noſtram, quod eſt magis ſuſpectum, non autem in ſimplici pacto de retrouendendo infra certum tempus, quo caſu requiritur quod emptor ſit etiam ſolitus fœnerari, vt contrarias opiniones conciliantes declarant Neuizanz. *conſil.*88. *numero* 3. *& ſequentibus*, Corneus *conſil.*241. *numero* 2. *lib.*1. & Cephal. *conſil.*496. *num.*48. *in fin. & ſequenti, lib.*4. & Vincent. Honded. *dicto conſil.*33. *num.*69. *&* 70. quia quando pactum fuit conceptum de retrouendendo poſt certum tempus negat potentiam redimendi infra illud tempus, & non requiritur probatio quod emptor ſit ſolitus fœnerari, quoniam illud pactum negatiuum æquipollet probationi quod ſit ſolitus fœnerari ſecundum Crauet. Hieronym. Gabr. & alios plures, quos citat Maſcard. *dict. concluſ.*447. *num.*14. quos ſequitur Honded. *dict. num.*70.

Rurſus ſunt alij plurimi non inferioris conditionis auctores contrarium probantes: nam ſi





exactius penſemus deciſionem *d. cap. ad noſtram*, planè conſtabit, præcedentem communem ſententiam ibi minimè probari. Apparet namque in littera illius textus emptorem mutuum à venditore petitum negaſſe, eaque cauſa coactum fuiſſe venditorem vrgente inopia domos & oliuas eidem vendidiſſe, pactione appoſita pacti de retrouendendo & viliori pretio, quàm ipſæ res iuſta æſtimatione valerent, vt apertè patet ex principio illius textus, quod eſt huiuſmodi: *Ad noſtram noueris audientiam perueniſſe, quod cùm R. laicus lator præſentium à M. mutuum recipere voluiſſet, creditor, ne per canonem contra vſurarios editum poſſet in poſterum conueniri, domos & oliuas recepit ab eodem titulo emptionis, cùm reuera contractus vſurarius ageretur, &c.* ita conſiderant Couarr. & Decian. ſtatim citandi. Conſtat igitur ex littera illius textus quod originaliter actum fuit de mutuo, quia debitor, hoc eſt, venditor prius pecuniam ab emptore mutuam petiit, & creditor ne per canones contra vſurarios editos poſſit in poſterum conueniri, emit à debitore illa bona cum prædicto pacto de retrouendendo & viliori pretio, cum reuera contractus vſurarius ageretur, vt patet ex littera illius textus. Vnde quando non conſtat quod originalis cauſa fuerit cauſa mutui, vel quia non fuit factus ſermo de mutuo, non præſumitur contractus vſurarius, vt poſt Odofred. declarant Bald. Cyn. Iacob. de Aretin. & Salicet. *in l.*3. *Cod. plus valet quod agitur, &c.* Franciſcus Marcus *deciſ.*483. *num.*24. *part.*1. Beroius *conſil.*169. *num.*12. *&* 20. *lib.*1. Maſcard. *dict. concluſ.*441. *num.*10. & eos referens Honded. *vbi ſuprà, num.*39. vbi *num.* 57. quod hæc opinio procedit etiam ſi emptor ſolitus eſſet fœnerari ſecundum Cyn. & alios, quos ibi refert, & præcipuè Euerard. *conſ.*150. *num.*4. *&* 5. latè ſupradicta omnia probante: & *num.*38. *cum ſequenti*, ait Honded. *vbi ſuprà*, ſufficere ad excluſionem contractus fœneratitij, quod emptor arbitraretur emere, licet alter exiſtimaret accipere mutuum, & ita vnus ſimularet, alter verò non, vt cum aliis probat Maſcard. *d. concluſione* 441. *num.*11. & quod licet, quando emptor ſentit quod venditor non habebat animum vendendi, Cepol. *de ſimul. contract. num* 90. *verſiculo, quarto caſu* teneat contractum eſſe fœneratitium & illicitum in foro conſcientiæ, admittit tamen valere in foro fori, quando emptor habuit animum emendi, & probari videtur *in d. cap. ad noſtram*, ibi, *cum reuera, &c.* Nihilominus tamen contractus iniuſtus erit.

Deinde & ſecundò aliud in eo pacto deductum fuit, quod maximam ſuſpicionem fraudis iure optimo exhibet, nempe, definitio illa & reſtrictio temporis, quo res erat redimenda à creditore: nam vt retulimus conuentum fuit ibi, quod venditor ab emptore à ſeptennio vſque ad nouennium poſſet rem ipſam oblato vel reddito pretio prioris venditionis recuperare: quæ conuentio eo manifeſtè ſuſpecta redditur, quia emptor ipſe certus eſt in quemcumque euentum ſe habiturum præcipuos fructus ſeptem annorum, quos vltra ſortem percepturus erat atque percepit. Relinquitur ergo primò ex ſupradictis, quod pactum ſimpliciter de retrouendendo quocumque tempore, vel ad certum tempus cum iuſto pretio, eſſe licitum proculdubio.

Secundò, quod in caſu d. c. ad noſtram contractus vſurarius iudicatur non ex prædictis duabus conditionibus, nempe pacti de retrouendendo & modicitate pretij, vt præcedens communis ſententia arbitratur, ſed ex aliis coniecturis, quæ efficacem vſuræ præſumptionem inducunt, addit Couarr. *vbi ſuprà, dict. lib.*3. *variar. reſolut. cap.*8. *num.*4. *verſiculo, è contrario, poſt medium*, illam præſertim nempe quod in eiuſdem decretalis ſpecie non ita ſimpliciter actum eſt pactum de retrouendendo, ſed potius conuentum, quod ſi venditor pretium reddidiſſet, aut obtuliſſet, res venditæ illi reſtituerentur: quod pactum longè diſtat à pacto de quo agitur retrouendendi, atque maiorem habet vſuræ ſuſpicionem, cùm potius naturæ pignoris conueniat, cuius ea eſt vt ſine noua conuentione oblato pretio res pignorata debitori reſtituatur *l. ſi rem*, §. *omnis, ff. de pignor. actione*, & ideò pactionem illam, cuius meminit textus *in dict. cap. ad noſtram*, maiorem ſimulationem arguere, vt tradunt Corn. *conſil.*4. *lib.*1. & Carol. Ruyn. *conſil.*16. *num.*11. *lib.*4. & Decian. *reſponſ.*2. *num.*33. quos refert & ſequitur Azeued. *in hac l.*4. *numero* 15. Imò eam pactionem contractui venditionis adiectam vſurariam eſſe, ſecluſis aliis coniecturis, ſcribit Hieronym. Paul. *in pract. Cancell. fol.*24. cui in hoc minimè conſentit Couar. propter auctoritatem Cæſarum, & quia abſque vlla labe & vitio, ſi fraus abſit, pactum id contractui venditionis cedere poterit, quod etiam patet ex dicta *l.*41. *titulo* 5. *part.*5. in verbis ſupra relatis ibi: *que fueſſen tenudos de tornarle aquella coſa, que aſſi vendieſſe.*

Tertiò contra ſuperiorem communem ſententiam facit, quia ratione pacti de retrouendendo venditio minori pretio fieri debet ad iuſtitiam commutationis, quàm ſi liberè abſque redimendi pacto fieret: quia ipſum pactum tanquam onus minuit rei aliàs abſolutè iuſtum pretium, quia pars pretij cenſetur *l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* Sic res minoris eſt æſtimanda cùm venditur cum aliquo onere, ſub aliave conditione, quàm ſi liberè venderetur, textus *in c. cùm Ioannes, de fide inſtrument.* quem ad hoc ibi notat Abb. & in terminis pacti de retrouendendo hoc idem probat Abb. *in d. c. ad noſtram, colum.*2. *num.*9. & ibi cæteri Doctores, idem Abb. *in cap. aliquibus, num.*2. *de decim.* Caietan. in D. Thom. 2. 2. *quæſt.*77. *artic.*1. & omnium latiſſimè Tiraquell. *de retract.* 2. *lib. in præfatione, num.*20. & Couar. *vbi ſuprà, dict. num.*4. *verſiculo, quibus adſtipulatur*, & *d. lib.*3. *variar. reſolut. cap.*10. *num.*1. Angel. de Clauaſ. *in ſumm. verbo vſura* 1. Ioan. Gerſon. *de contract.* 1. *part. concluſ.*8. Metymna *de reſtitutione de cenſib. redim.* § *ex dictis alia naſcitur, fol.*166. *colum.*4. Didac. Perez *in rubrica tit.*8. *lib.*8. *ordin. pag.*31. *colum.*2. Octauian. *deciſione Pedemont. deciſ.*41. *num.*14. & plures alios citans Roland. à Vall. *d. conſil.*381. *num.*12. *cum ſequentibus, lib.*4. & Azeued. *in hac l.*4. *num.*25. *ad fin.* Ioan. Vincent. Honded. *conſil.*33. *num.*29. *&* 30. vbi alios refert, & Molin. Theolog. *vbi ſupra, colum.*786. *ad fin. & colum. ſequenti*, vbi quod hæc eſt Doctorum communis ſententia, eamque bene probat contra Henrich. quod procedit etiam elapſo termino aſſignato ad redimendum, quia in hoc tempus venditionis attenditur, vt firmauit Rota Auenion. *deciſ.*122. *num.*2. Et licet non fuerit per l. definitum ad quam vſque quantitatem huiuſmodi pactum pretium diminuere ſoleat, & proptereà id totum iudicis arbitrio remittatur, vt poſt alios firmant Cagnolus, Couar. Rota Auenion. & Maſcard. *de probat. volum.*1. *concluſ.*447. *num.*11. *&* 12. 8

hæc dimin utio iuſti pretij ratione pacti de retrouendendo integram tertiam partem comprehendere non debet, ſed paulo minus eſt conſtituenda ſecundum Socin. conſil.15. num.55. lib.1. vel ſaltem vltra ipſam tertiam partem non erit admittenda ſecundum nonnullos, quos ad hoc refert D. Couar. d. cap.10. num.1. quem & alios plurimos citat Caualcan. 2.part. deciſ.1. aliàs 47. num.25. & 26. fol.4. dicens cum illis quod ſeruitus pacti de retrouendendo diminuit pretium ad rationem ad minus ſcutorum triginta pro quolibet centenario, & ſeruitus libelli perpetui diminuit pretium arbitrio iudicis regulandum: debet tamen huiuſmodi arbitrium regulari, vt ex illo pacto diminuatur pretium, quoniam obligatio ad reuendendum compenſanda eſt aliquo pretio ſecundum D. Thom.2.2. quæſt.78.artic.2. relatum per Cagnol. in l.2.n.58. Cod. de pact. inter empt. & vendit. & Honded. vbi ſuprà, num.31. qui num.32. cum aliis quos citat inquit non defuiſſe ex noſtris Doctoribus qui exiſtimauerint, rem venditam cum illo pacto eſſe minoris valoris in tertia vel quarta parte, ſeu quod res valoris centum ſine illo pacto ſit valoris ſeptuaginta, ſeu ſeptuaginta quinque adiecto illo pacto ſecundum Socin. ſeniorem d.conſil.15.num.55.in fin.& 56.lib.1.& alios quos ibi citat.

Hinc eſt, vt res aliàs iuſti valoris centum florenorum vendita cum pacto de retrouendendo, non valet niſi ſeptuaginta ratione dicti oneris, ſeu ſeruitutis adiectæ venditioni, quia dicta dilatio dicitur pars pretij l.1.§.editiones,ff.de edend. ſecundum Socin. d.conſil.15.num.57. volum.1. Et ſubdit quod infallentiſſimè arbitratur, quod nullus ſanæ mentis & prouidus paterfamil. emeret ſub dicto onere rem valentem centum pro ſeptuaginta, & quod ipſe non emeret, Caualcan. alios allegans vbi ſuprà.

Nihilominus tamen prædicta diminutio arbitrio boni rectique iudicis & moderatoris facienda erit, vt rectè docent Afflict. deciſ.40. num.9. Pariſ. conſil.54.num.63. volumine 1. Socin. iunior conſil.104.num.104.cum ſequentibus,volum.3 Maſcard. concluſ.447. num.11.& 12. Honded. vbi ſuprà, num.31. ſequitur etiam Molin. Theolog. vbi ſuprà, diſp.375. colum.790. verſiculo, Doctores, vbi quod res hæc prudentis arbitrio eſt in vnaquaque regione deficienda ſpectata conſuetudine illius regionis communique hominum in illa exiſtimatione, quæ multum facit vt pretium in vnaquaque regione iuſtum ſit cenſendum, illudque iure optimo addere Doctores minus valere rem cum pacto de retrouendendo in perpetuum, aut ſine vlla temporis præfinitione, quàm cum limitatione temporis, & valere plus ſi ſtat cum pacto de retrouendendo ad breuius tempus quàm ad longius, & Couar. n.1. vbi admonet certum eſſe in annuis redditibus, vt cumque vtamur benigna interpretatione, pactum redimendi eos non poſſe iuſtè diminuere redditus perpetui pretium vltra dimidiam eius.

9 Sed quoad pactum de retrouendendo aliis venditionibus, quàm annuorum redditum adiectum ex ſuperioribus deducitur, quod ſi ratione dicti pacti diminutio iuſti pretij fieret circa dimidiam eius, aut plus, eſſet pretium iniuſtum & nimis immodicum, ac proinde ſuſpectum, vt in caſu dicti c. ad noſtram patet ex eo ibi, quæ vix dimidium iuſti pretij contingebant, & tenent Anchar. conſil.9.colum.penultima, Iaſon. conſ.151. colum.3. in principio, volum.4. & in conſil.153. colum.3. eodem volumine, quos refert & ſequitur Roland.à Vall. d.conſil.58. num.11. Honded. vbi ſuprà, num.62. & deciſ. Pedemont 42. num.5.verſ. primam tamen, vbi quod quando exceſſus in pretio eſſet immoderatus, vt purà ſi excedat dimidiam, & ſic læſio eſſet enormiſſima, arguitur contractus illicitus ſecundum Cagnol. in l.2.n.59.82. & 98. Cod. de pact. inter empt. & vendit. poſt Roman. Bart. Corn. & Decium, quos allegat Grammat. deciſ.76. num.14. tunc enim æquiparantur dolus re ipſa & dolus ex propoſito, vt ibi per Octau. d.num.9.

Si tamen pactum de retrouendendo concurrat cum pacto de plus ſoluendo vltra ſortem datam, ſufficit in octaua parte, nec requiritur læſio maior, textus eſt formalis & expreſſus in cap. illo vos de pignor. & communis opinio, vt plures allegans teſtatur Caualcan. d.2.part. deciſione 3. aliàs 47. num.65. vbi num.66. quod dicta paruitas pretij in tali caſu ſufficit in minima & vili parte, adeò quod illa nedum ſufficit probari in dicta octaua parte, verum etiam videtur probari in nona & decima parte ſecundum Socin. Iun. conſ.104. num.5.& 6.lib.3. 10

Quibus fit, vt in caſu dicti cap. ad noſtram, de emptione & venditione, ideò contractus vſurarius iudicatur ex tribus ſcilicet ſimul in eo contingentibus, pacto nempe de retrouendendo modico pretio, & ipſius emptoris conſuetudine exercendi artem vſurariam: hæc namque tria ibi concurrerunt, immò neceſſaria ſunt ad hoc vt contractus præſumatur vſurarius, nec ſufficiunt illa duo priora, nempe pactum de retrouendendo & modicitas pretij, vti contra communem priorem ſetentiam probarunt Bald. Salicet. Iacob. de Aren. Cyn. & Din. in l. ab emptione, Cod. plus valet quod agitur, &c. Cardin. in Clementina 1.§. vltim. quæſtione 18. de vſur. quam ſententiam ſequitur & dicit magis communem Alexand. conſil.10[illegible] num.17.lib.4. eamque ſequitur Cepol. de ſimul. contract. concluſione 1. ſextus caſus principalis, columna 5. verſiculo, ex his, vbi quod iſta opinio eſt veriſſima & tenenda in iudicando & conſulendo, & Corneus conſil.4. lib.1. Cortaſ. lib.3. miſcell. cap.9 & plures citans Tiraquell. lib.2. de retractat. in præfatione, num.5. vbi teſtatur eſſe magis communem, & cum eo deciſio Pedemont. 21. num.9. Anton. Burg. in dict. cap. ad noſtram, de emptione & venditione, vbi Ancharan. & Cardin. eandem ſententiam probarunt Decius conſil.167. Cephal. conſil.289. num.37. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 217. num.3. eſt magis communis, vt pluribus auctoribus citatis aſſirmat Cagnol. in l.2. col.3. C. de pact. inter empt. & vendit. provt eum refert D. Couar. lib.3. var. reſolut. cap.8. num.4. ſequitur etiam Nata conſil.586. col.1. Ambroſ. de Vignat. in d. cap. ad noſtram, colum.1. vbi dicit quod iam bis legit illam materiam & vidit conſilia plurium, & ſæpius conſuluit & iudicauit & adhuc iudicaturus erat, & in 6. notab. quod ſi eſſet iudicaturus in conſpectu Dei, non iudicaret contractum vſurarium ex modicitate pretij & pacto de retrouendendo, niſi eſſet conſuetudo fœnerandi: & inquit Laurent. de Rodulf. in tractat. de vſur. quæſt.6. in practica ſeruari quod iſta tria requirantur. Hanc eandem ſententiam ſequuntur & teſtantur eſſe communem alij plurimi auctores, quos in vnum congerit Roland. à Valle dicto conſil.58. num.10. dicens quod ſtantibus tot & tantis auctoritatibus Doctorum, vtique negari non poteſt quin contraria opinio & ſic prima 11



ſit multum dubia & forſitan hodie non ſequenda. Et hæc ſecunda eſt magis communis, & tenenda, vt ex aliis refert Caualcan. vbi ſuprà, n.7. & Ceuall. quæſt.224. ad fin. nec non & Felician. vbi ſuprà, & Molin. Theolog vbi ſuprà, col.789. ad medium, vbi in idem citat Aluar. Valaſc. & Anton. Gam. eandem teſtantur magis communem ſententiam plures citati per Honded. dicto conſil.64. & 67. volum.2. vbi quod multi etiam dixerunt ſatis non eſſe ad præſumendum contractum fœneratitium prædicta tria, niſi etiam concurrunt aliæ coniecturæ fœneratitij contractus.

12 Sunt tamen qui exiſtiment quod quando pactum de retrouendendo fuit ex longo interuallo appoſitum, non inducat præſumptionem fraudis, vt cum Bart. & communi obſeruat deciſ. Pedemont. 42. ſupradicto num.10. eamque ſententiam probarunt Alexand. Abb. & Corneus relati per Menoch. dicto caſu 13. num.3. & plures alij relati per Maſcard. de probat. 1. tom. concluſione 142. num.9. & diximus ſuprà. Sed hoc, vt ibidem probauimus, ex arbitrio iudicis totum erit iudicandum.

Quid tenendum in hoc controuerſo paſſu, in quo difficile eſt cognoſcere quænam ſit magis communis opinio pro varietate Doctorum, vt inquit Octauian. dict. deciſione Pedemont.42. n.8.
13 ad fin. & in principio, num.9. ¶ Mihi omnibus penſatis in hoc arbitrio tenenda videtur ſequens concluſio, & tertia opinio priores reconcilians.

Sit igitur hæc principalis ſecunda concluſio in hac materia & quæſtione pacti de retrouendendo. Arbitrio iudicis diſcreti ac boni viri relinquitur an pactum de retrouendendo ſimul cum modicitate pretij ſufficiat ad præſumendum atque reddendum contractum vſurarium, vel non, ita vt etiam conſuetudo fœnerandi in emptore, vel aliæ coniecturæ huiuſmodi requirantur, vt rectiſſimè opinatur inſignis vir D. Couar. lib.3. variar. reſolut. cap.8. num.4. verſiculo, cæterum, cuius quidem ſententia & iudicium mihi in hoc admodum placet, eamque probauit Menoch. vbi ſuprà, cum Crauet. vt prædiximus, & Molin. vbi ſuprà, colum.789. ibi, atque hanc iure optimo, & voluit etiam Azeued. in d.l.4 num.27. cum ſequentibus. Bonus igitur vir, ac diſcretus iudex ex variis coniecturis arbitrabitur contractum huiuſmodi vel iniquum eſſe, vel iuſta ratione tolerandum, provt etiam viſum eſt Corneo conſil.4. lib.1. Quandoque enim ex pacto iſto de retrouendendo & modico pretio abſque alia præſumptione iudex æſtimabit contractum vſurarium & illicitum eſſe: quandoque præter hæc duo & alia erunt exigenda ad vſuræ & fraudis ſuſpicionem, provt merita cauſæ poſtulabunt.

Sic enim cum pacto de retrouendendo contingat valdè modicum pretium pro re ipſa dari (non loquor de moderatione conueniente pro iuſtitia pretij reſpectu diminutionis valoris propter appoſitionem dicti pacti de retrouendendo ipſiuſque onus, quam circiter tertiam partem & non vltrà iuſti pretij ipſius rei aliàs abſolutæ & citra prædictum pactum venditæ iam ſupra moderauimus, arbitrio tamen boni viri, cùm certa regula ſemper in hoc dari non poſſit; ſed de illa moderatione pretij, quæ præfatam tertiam partem excederet, atque prope dimidiam, aut plus contingeret) tunc profectò maximum ſignum erit eum contractum fraudis & vſuræ eſſe participem abſque eo quod probetur fœnerandi conſuetudo, vt cenſet Alex. conſ.54. lib.6. & cum eo D. Couar. vbi ſuprà, & probatur hæc aſſertio ex alia, quam adduximus ſuprà verſiculo, ſed quoad pactum, num.9.

Idem eſſet quando adeſſet pactum negatiuum, 14
vel læſio vltra tertiam partem, & ſic in magna quantitate, vt ſentit Bariat. conſil.153. num.31.32. & 33. volum.2. & per totum, & Decian. conſil.2. num.17. & 18. volumine 1. & conſil.105. num.21. & 28. volum.2. Crauet. conſil.491. num.10. vol.3. & eos allegans Caualcan. vbi ſuprà, d. dec.3. aliàs 47. num.7. ibi, tamen iſta eorum opinio, & Honded. conſil.33. num.40. cum ſequentibus, bene expendit textum in cap. ad noſtram, de emptione & venditione.

Nihilominus tamen verius eſt conditionem pacti negatiui, nempe, quod intra tale tempus redimi non poſſit res vendita, ſed tantum lapſo illo tempore, non efficere venditionem vſurariam, neque vt talem præſumi, vt tenuerunt Faber & alij relati per Decian. d. conſil.2. num.131. & D. Couar. d. lib.3. variar. reſolut. cap.8. num.8. vbi citat Tiraquell. poſt alios innuens hanc eſſe communem opinionem, idem refert & ſequitur Azeued. in l.4. num.36. ¶ Pactum tamen hoc ita ap- 15
poſitum, vt non liceat niſi poſt aliquod tempus redimere, facilius præſumptionem vſuræ induceret quàm ſi ſimpliciter fuiſſet appoſitum ſine præfinitione temporis ſecundum Tiraquellum lib.2. de retract. §.1. gloſſa 2. num.69. quem refert & ſequitur Couar. vbi ſuprà. ¶ Sic & ex diuer- 16
ſo ſecundum eundem Couarr. vbi ſuprà, num.4. verſiculo, ſic ſecundum, ab hoc contractu venditionis cum hac retrouendendi pactione & vili pretio aberit vſuræ præſumptio, ſi emptor bona fide contraxit omnino ignarus huius grauiſſimæ læſionis, quæ ex modicitate pretij venditori fuerit illata: cùm enim emptor putauerit iuſto pretio emere, ſatis æquum eſt eum cenſeri fraudis, deceptionis ac vſuræ, expertem, ſequitur Azeued. in hac l.4. num.29.

Quibus adde quod prior communis ſenten- 17
tia, de qua ſupra, quæ habet quod pactum de retrouendendo cum modicitate pretij faciat contractum vſurarium, non vendicat ſibi locum vbi probatur emptorem eſſe timoratæ vitæ & conſcientiæ ac bonæ famæ: quia tunc dicta duo, nempe, pactum de retrouendendo & modicitas pretij, non ſufficiunt ad iudicandum contractum vſurarium, ita Socin. conſ.148. columa fin. Crauet. conſil.145. in fin. & Roland. à Valle alios citans d. conſil.58. num.21. volumine 4. Azeued. in d.l.4. num.31. & plures allegans Ioan. Vincent. Honded. d. conſil.53. num.43. cum ſequentibus, lib.2. & Caualcan. vbi ſuprà, d. 2. part. deciſ.3. aliàs 47. num.84. in principio, vbi ſtatim hoc declarat vt non procedat quando bona fama eſt probata in genere, quia tunc nihil releuat, nec excludit aliam præſumptionem in ſpecie vſuræ probatam contra emptorem: nam hæc ſpecialis probatio præfertur probationi generali, & attendi debet & non generalis, vt plures allegans probat ibi num.85. Verùm loquitur Caualcan. ibidem in propoſito eius concluſionis, quam firmam appellauerat num.83. nempe quando adſunt tres vel plures coniecturæ vel præſumptiones à iure & Doctoribus approbatæ ad iudicandum contractum vſurarium.

Similiter prior communis ſententia non habet locum, ſi huiuſmodi contractus cum pacto de retrouendendo & modicitate pretij à ruſtico vel muliere fiat: non enim ſic præſumendus

dus erit vſurarius, ac ſi ab alio eſſet factus ſecundum Bald. *in l. cum allegas*, & ibi Fulgoſ. *Cod. de vſurar.* Iaſon. *in l. ſi quis id, quod, notabil. 5. ff. de iur. omnium iudic.* Tiraquell. *vbi ſuprà, lib. 1. de retractat. in principio, num. 34.* qui in eadem præfatione poſuit aliquot coniecturas, ex quibus in hac pactione poterit vel augeri, vel minui præſumptio vſuræ, idem & alia tradit *lib. 1. de retract. in præfatione, num. 37.* quem refert & in præd. ſequitur D. Couar. *d. num. 4. verſiculo, his accedit*, eandem fallentiam ſimiliter ſequitur
19 Azeued. *in d. l. 4. num. 31.* vbi *num. 32.* ¶ idem probat cum Decian. in perſona in maxima dignitate conſtituta, vel ſi palàm publicè fiat, & non occultè.

20 Eſt & alia coniectura excluſiua fraudis, cùm huiuſmodi contractus valdè frequentatur in regione ex doctrina Bart. *in l. quis ſit fugitiuus, §. apud Labeonem*, per illum textum, *ff. de ædilic. edicto*, vbi inquit quod ſi quis faciat aliquem actum, qui æſtimetur communiter licitus, licèt in contrarium ſit veritas, quia ſapiat vſuram, ex hoc non dicitur vſurarius: quam doctrinam ſequuntur plures, & eos referens eamque in propriis terminis applicans Roland. à Valle *dict. conſil. 58. num. 18. cum ſequentibus*, & plurimos congerens Caualcan. *vbi ſuprà, colum. fin. verſiculo, quam diſtinctionem*, vbi quod ratione conſuetudinis iudex debet iudicare inſtrumentum non eſſe vſurarium, ſed licitum, cùm ab
21 omnibus indiſtinctè approbatur. ¶ Hoc tamen verum eſt & procedit quoad pœnam iudicialem, quia ob talem conſuetudinem excuſatur ab infamia & pœna pecuniaria & corporali, ſecus quoad validitatem contractus & rei reſtitutionem tranſacto tempore retrouendendi, quia non obſtante tali conſuetudine contractus declararetur vſurarius & pignoratitius, emptoremque teneri ad reſtitutionem rei ſibi traditæ cum fructibus, non obſtante tempore appoſito, & etiam eo tranſacto fauore animæ & ſalutis æternæ, vt plurimos citans cum communi probat Caualcan. ibidem paulo infra contra Decium aliud male tenentem.

22 Illud tamen proculdubio erit obſeruandum cum magis communi, & recepta ſententia, quod concurrentibus pacto de retrouendendo cum modicitate pretij & conſuetudine fœnerandi creditoris, iudex debeat contractum huiuſmodi fœneratitium iudicare, vt communiorem eſſe ex aliis auctoribus affirmat Caualcan. *d. deciſ. 3. alias 47. num. 70. & 71. in 2. part.* & diximus
23 latè ſupra. ¶ Quod nedum procedit in prædictis tribus coniecturis nominatim approbatis à iure & Doctoribus, ſed etiam in aliis tribus coniecturis, quæ à l. & Doctoribus conſiderantur ad conuincendum vſuram, in quibus militet eadem ratio & etiam fortior: quia Doctores bene illas priores frequentius nominant per modum exempli & demonſtrationis, vt ad minus adſint tres coniecturæ ad conuincendum contractum vſurarium, vt *in d. cap. ad noſtram*, & ibi Doctores, de emptione & venditione: ergo illis deficientibus, ſi aliæ tres ſimiles & æquiualentes interueniant, ſufficere debent ad iudicandum contractum vſurarium, quia vbi eſt eadem ratio idem ius militare debet *l. à Titio, ff. de verborum obligat. l. illud, ff. ad l. Aquil. cum ſimil.* & in terminis latè probat Caualcan. *vbi ſuprà*, modo cum proximè citauimus, *num. 9. cum ſequentibus, & num. 3.* & ita fuit pluries iudicatum vt per ipſum ibi *num. 110. fol. 11. col. 1.* ſequitur alios referens Ioan. Vincent. Honded. *dict. conſil. 33. num. 1. & 2. volum. 2.* vbi *num. 4.* quod arbitrio iudicis relinquitur quæ coniecturæ ſint ſufficientes, & *num 9. cum ſequentibus*, congerit in propoſito vndecim coniecturas, qui tamen poſteà *num 50. cum ſequentibus*, latè agit
quomodo & quando hoc intelligendum ſit. ¶ Et 24
non ſolùm in claris, ſed etiam in dubio contractus potius debet iudicari illicitus & fœneratitius, quàm licitus, quoad exonerationem conſcientiæ, & ſic ad rei reſtitutionem fauore animæ, ſecus quoad pœnam corporalem, vt ibidem cum aliis per eum *num. 102. & 103.* & hoc ſecundum tenet plures alios referens Honded. *vbi ſuprà, num. 103.* cum veriori & communi ſententia referendo plures eam tenentes, licet ſecus ſit in foro fori, in quo delictum in dubio non præſumitur *l. merito, ff. pro ſocio cum ſimil.* & ideò in foro fori contractus non præſumitur fœneratitius & vſurarius, ſed potius iuſtus, licitus & legalis; *l. cum precibus*, vbi Bald. *C. de probat.* & tenent alij quamplures Doctores, quos refert & ſequitur Honded. *vbi ſuprà, num. 23. 102. & 103.*

Nec quando prædictæ, vel aliæ tres coniecturæ concurrunt, conſideratur ſeruitus pacti de retrouendendo, quæ alias diminuit partem pretij, vt per ipſum ibi *num 25. cum ſequentibus*, qui *num. 67.* reſoluit etiam cum communi ſententia, de qua atteſtatur in propoſito Anan. *conſil. 49.* & Crauet. *conſ. 491. num. 13. & 15. & 26. volum. 3.*
¶ quod paruitas pretij in propoſito quomodocumque probatur, nempe, non tantum plenè, ſed 25
etiam ſemiplenè, quia vſurarij ſunt perſonæ cautæ in eorum contractibus, & ideò adinueniunt multas fictas & ſimulationes, ad hoc vt conuinci non poſſint de vſuraria prauitate. Vnde propter difficultatem probationum iura admittunt probationes per coniecturas & per alia adminicula, recedendo à regulis iuris in huiuſmodi materia ciuiliter intentata & ſentit Decian. *reſponſ. 2. col. 1. & 2. volumine primo*, & Crauet. *dicto conſil. 491. num. 9.*

Illud denique obſeruandum eſt in propoſito, 26
quod ſi contrahentes cum pacto de retrouendendo reuerà emere ac vendere intendant, vſura in foro conſcientiæ non interuenit, etiam ſi pretium valdè ſit diminutum: quoniam in eo contractu nec virtute cernitur mutuum, ſine quo vſura eſſe non poteſt: erit tamen emptio iniuſta propter pretij inæqualitatem. Vnde emens illo modo, pretio valdè diminuto, peccat quidem contra iuſtitiam, atque ad reſtitutionem tenetur, non tamen incurrit in conſcientiæ foro vſurariorum pœnas: & in hoc conueniunt Doctores communiter, vt affirmat Molin. Theolog. *de iuſtitia & iure, 2. tractatu, diſput. 375. colum. 788. verſiculo, ſi contrahentes.* ¶ Vbi quod 27
in foro exteriori, ſi res cum pacto de retrouendendo ematur, & pretium ſit valdè diminutum, cenſetur ementis animum non fuiſſe emere, ſed mutuo dare accipiendo rem ita emptam in pignus, atque lucrando fructus illius interim dum mutuum non ſoluitur, neque illos in ſortem computando, ac proinde is contractus in foro exteriori vſurarius cenſetur: quam ſententiam ſequuntur quamplurimi auctores eam colligendo *ex cap. ad noſtram, de emptione & venditione*, quos inter alios referunt D. Couarru. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 8. num. 3. & 4.* & Aluar. Valaſc. *conſultatione 70.* licet multi non immeritò obſeruant hoc non ſufficienter colligi ex illo textu, quia



quia ibi concurrunt aliæ coniecturæ. Atque ideò iure optimo Couarruuias *vbi ſuprà*, cenſet ſtando in ſolo iure Canonico arbitrio prudentis iudicis eſſe definiendum an quando non omnes illæ quatuor circunſtantiæ, de quibus in eo textu, interueniunt, ſed ſolum quædam earum, contractus ille iuris præſumptione habendus ſit vſurarius ſecundum Molin. *vbi ſuprà, columna 789.* Quare Doctores præcitati meritò cum aliis aſſerunt rem hanc prudentis arbitrio eſſe in vnaquaque regione definiendam, ſpectata conſuetudine eius regionis, communique hominum in illa exiſtimatione, quæ multum facit vt pretium in vnaquaque regione iuſtum ſit cen-
28 ſendum. ¶ Illud iure optimo addunt, minus valere rem cum pacto de retrouendendo in perpetuum, aut ſine vlla temporis præfinitione, quàm cum limitatione temporis, & valere plus ſi fiat cum pacto de retrouendendo ad breuius tempus quàm ad longius.

29 Dubium tamen eſt in propoſito non omittendum an in caſu *c. ad noſtram*, intelligendum ſit iuſtum pretium de pretio iuſto rei illius, ſi venderet ſine pacto de retrouendendo, an potius de pretio iuſto illius cum eodem pacto de retrouendendo, ſiquidem pretium iuſtum eiuſdem rei poſteriori modo ſpectatæ longè minus ſit, quàm ſi priori modo attendatur? In quo Aluar. Valaſc. *vbi ſuprà, num. 10. & 11.* arbitratur cum Pinel. *in l. 2. Cod. de reſcind. venditione, part. 3. cap. vltim. num. 19.* intelligendum id eſſe de pretio iuſto rei ſpectatæ ſine vllo pacto de retrouendendo.

Sed hæc opinio falſa eſt: textus namque in d. c. ad noſtram rectius intelligendus eſt de pretio iuſto rei conſideratæ ſub eodem pacto de retrouendendo, vt affirmant Gam. *deciſ. 138. num. 2. & deciſ. 178.* & cæteri Doctores communiter, eſtque magis in praxi receptum, vt Pinel. & Aluar. Valaſc. *vbi ſuprà* confitentur, æquitaſque ipſa poſtulat, vt probat Molina *vbi ſuprà, col. 790. verſiculo, dubium vero eſt*, vbi *in verſiculo, dubium deinde, col. 791.* agit quo pacto in prædicto caſu facienda ſit reſtitutio, in foro conſcientiæ, quando obligatio eſt reſtituendi.

30 Tertia concluſio principalis in materia pacti de retrouendendo iure noſtro regio attendit *l. 1. tit. 2. lib. 8. ordin.* quæ hodie eſt noſtra *l. 4. tit. 6. lib. 8. nouæ collect. regiæ*, ſecundum antiquam, litteram, de qua *in dicta l. 1.* Contractus venditionis ex eo vſurarius cenſetur, quod fuerit appoſitum reuendendi pactum pretio intra certum tempus reſtituto, vel poſt certam diem, non prius reſtituendo, dummodo in vtroque caſu adiectum ſit fructus rei venditæ interim dum non redimitur ad emptorem pertinere, vt iure probat Azeued. *in d. l. 4. num. 34. cum ſequentibus*, dicens *num. 39.* quod hic eſt verus noſtræ l. intellectus.

Sed quoad priorem caſum illius l. attinet, nempe appoſito pacto de retrouendendo intra certum, limitatum & reſtrictum tempus, & quod interim emptor fructus lucretur, concluſio noſtra, imò potiùs d. l. 1. difficultatem habet, etenim pactum de retrouendendo intra certum diem pretio reddito licitum, eſſe modò iuſtum pretium rei venditioni acceſſerit, omnes fatentur, & probatur ex p[ri]ma concluſione ſuprapoſita & probata in principio huius quæſtionis. Reſpondent tamen noſtrates, ideò diſpoſitionem d. l. 1. procedere, quod ſimul cum prædicta pactione de percipiendis fructibus ab emptore interim dum res ipſa non redimitur conuenit. Quamuis enim conditio ſit propria pacti de retrouendendo vt ante redemptionem emptor fructus ſibi omninò percipiat, nec eos in ſortem principalem teneatur imputare, vt *in l. 2. Cod. de pact. inter empt. & vendit. cum ſimil.* Maſcard. *de probat. 1. tom. concluſione 421. num. 13.* attamen quia hæc conditio expreſſa & ſcripta fuit in contractibus præſertim ſuſpectis, inducit fraudis ſuſpicionem ex Bald. *in l. 3. Cod. plus val. quod agitur, verſiculo, quod ſi in inſtrumento*, Felin. *in cap. ſi cautio, de fid. inſtrum. num. 70.* ¶ Cùm in- 31
ſolitæ cautiones & clauſulæ ſimulationem & fraudem præſeferant, argumento gloſſæ *in l. ſi quis ſub conditione, ff. de condit. & demonſtr.* vbi Bald. & Angel. idem Angel. *in l. penult. Cod. de euict.* Gerard. de Petraſancta *ſingul. 77.* Tiraquell. *de vtroque retract. tit. de retract. conuent. in præfatione num. 17. & 18.* vbi plures citat, & Didacus Perez *in d. l. 1. pag 40.* Menoch. *lib. 5. præſumptione ſecunda, num. 103. cum ſequenti*, ita in terminis concluſionis noſtræ l. primum eius membrum hoc defendunt D. Couar. *dicto lib. 3. variar. reſolut. cap. 8. num. 6.* Didac. Perez & Azeued. *vbi ſuprà*, nec non & Felician. de Solis *vbi ſuprà, dicto lib. 1. de cenſib. cap. 6. num. 14.* vbi etiam in idem citat Anton. Gomez. *2. tom. cap. 2. num. 17.* Gregor. Lopez *in l. penultima, tit. 5. part. 5. gloſſa 3.* & Caldas Pereira in loco de quo ibi per eum, nec requiritur in ſpecie noſtræ l. modicitas pretij, vt conſtat ex Couarruuia *vbi ſuprà, num. 7. & 8.* & tenet Azeued. *in hac l. 4. num. 29. cum ſequenti*, & Felic. *vbi ſuprà, num. 14.* contra Gregor. Lopez & Cald.

Hinc Couar. *vbi ſuprà, n. 7.* iure probat in em- 32
ptione annuorum redituum, quæ proculdubio odioſa eſt, non eſſe hanc pactionem admittendam, vt venditori liceat intra certum tempus redimere redditum conſtitutum, poſteà verò remaneat is perpetuus. Sed imò potius pactione huiuſmodi ſublata etiam poſt tempus conuentum licita redemptio erit, non tamen erit contractus vſurarius, & quod in Granatenſi prætorio ſæpè pronuntiatum eſt pactionem illam à contractu reiiciendam fore, liberamque venditori competere annui redditus redemptionem poſt tempus etiam à contrahentibus redemptioni præfinitum, imò vidit ſemel concordi iudicum ſententia deciſum fuiſſe ea pactione ſublata venditionem ipſam ſemoto vitio validam eſſe, & ita eſt tenendum in hac ſpecie.

Nihilominus tamen prædicta reſponſio & defenſio prioris partis huius tertiæ concluſionis inſufficiens videtur, & difficultas contra eam mota adhuc in ſuo robore remanere: nam ſi conditio de fructibus interim percipiendis ab emptore in venditione cum pacto de retrouendendo celebrata tacitè à iure ſubintelligitur eius expreſſio nihil operari debebat, præſertim quando eodem modo exprimuntur vt *in l. 3.* & ibi Doctores, *ff. de legat. 1.* ¶ Quare hac 33
forſan ratione littera noua noſtræ l. 4. veteri ſublata in hac parte aliter ſe habet exprimens, nempe, ſecundum caſum tantum huius tertiæ concluſionis, ſcilicet, *quando vno vende à otro alguna coſa con pacto de boluerſela por el miſmo precio, con que no pudieſſe dar el precio que recibio haſta cierto tiempo, y que entre tanto gozaſſe de los fructos y eſquilmos de la coſa vendida, que eſte tal contracto ſea entendido ſer fecho en engaño de vſuras: y que moſtrando el vendedor que ouo eſte concierto, pueda cobrar la coſa que vendio pagando el precio que recibio por ella, y que ſean* contados

*contados al comprador los fructos y eſquilmos, que ouo de la coſa vendida del tiempo que la tuuo, en el precio que le ouiere de tornar.* Et ſic noſtra l.4. regia omiſit primum caſum d.l.1. quaſi illum vſurarium non indicauerit, nempe, quando fuerit appoſitum reuendendi pactum pretio intra certum tempus reſtituto, & rectè quidem attento iuris rigore, niſi aliàs vſurarius præſumi iure debeat.

34 Secundum membrum noſtræ tertiæ concluſionis atque l.4.regiæ,& ſic de pacto de retrouendendo poſt certum tempus, & non anteà, ſimul cum clauſula de fructibus interim ab emptore ſibi percipiendis,quod reddat ipſum contractum vſurarium iuridicum eſt planè, præcipuè attenta opinione Henric. *in c.in ciuitate,in fin.de vſur.* Bald. *conſ.487.lib.1. conſ.114.lib.3.* Guidon. Pap. *in tract. de contract. num.16. & ſingul.479.* & *in quæſt.516.* Imol. *conſ.23.* exiſtimantium eam pactionem contractui venditionis appoſitam, quod non liceat venditori rem venditam redimere niſi poſt decem annos, abſque alia ſuſpicione vſurariam eſſe, quaſi emptor certus omninò per eam conſtituatur de lucro vltra ſortem, de fructibus ſcilicet eo tempore, quo redimi res vendita non poteſt, ſibi percipiendis, quod etiam probarunt plures auctores congeſti per Caualcan. *vbi ſuprà, num.72. & 73.* & Maſcard. *dicta concluſione 441. num.1.* dicentem ita apertè cautum eſſe per textum *in dicto cap.ad noſtram de emptione & & venditione,*& per Felic. de Solis *de cenſib.lib.1. cap.7.num.6.*

35 Sed verius & magis communiter receptum eſt, non ex eo ſolùm contractum vſurarium præſumi, quod venditioni adiectum ſit pactum vt venditori liceat poſt decem annos, non prius, rem venditam oblato, vel reſtituto pretio redimere, quod tenuerunt Ioann. Faber. *in l.vltima, Cod. de pactis pignor.* & Bald. *in cap.1. de feud. dat. in vim leg. commiſſ.* Cepol. *de ſimul contract. præſumptione 10. & 12. num.5. & 12.* Tiraquell. *lib.2. de retractat. § 1. gloſſa 2. num.67. cum ſequentibus,* intendens *num.69.* pactum ita appoſitum, vt non liceat niſi poſt certum tempus redimere, facilius præſumptionem vſuræ inducere quam ſi ſimpliciter fuiſſet appoſitum ſine præfinitione temporis, idem probat Couarruuias *vbi ſuprà, num.8.* addens ex Tiraquello *vbi ſuprà,* eſſe hanc communem opinionem, & Didacus Perez *in dicta l.1. numero 40. columna 2.titulo 2. lib.8.ordinamentis,*& Maſcard. *dicta concluſione 441. numero 4.* dicens cum Fabro *in l. vnica de pactis pignor. in fin.* (debuit dicere *in l. vltima Codicis*) pactum iſtud ne liceat venditori niſi poſt certum tempus redimere rem venditam eſſe validum per ſe, dummodò terminus præfixus non excedat tempus triginta annorum, quia tunc non valeret, & refert etiam Tiraquellus *vbi ſuprà,* Baldum ſequentem in hoc: ſequitur etiam Decian. *dicto conſilio 2. numero 131.* & communem profitetur ex Tiraquel. eam ſequutus Azeued. *in hac l.4. num.36.* vt ſupra diximus, & Felician. *vbi ſuprà,* plures alios referens. Hæcque communis ſententia fortius probatur *in dicto cap. ad noſtram,* & in hac noſtra l. regia, vbi ad præſumendam vſuram ſola hæc conditio non facit contractum vſurarium, ſed ſimul cum ea requiritur ad hoc quod ſit vſurarius conuentio expreſſa de fructibus percipiendis & lucrandis per emptorem. Vnde licet ex illa præſumatur contractus ſimulatus, vt tenent Henrich. & ſequaces *ſuprà* citati, non tamen ex hac ſola præſumptione probatur pignoratitius, aut vſurarius, ſed coniunctum cum aliis præſumptionibus,videlicet,ex tribus vel duabus, nempe, maxima læſione pretij, & illum emptorem conſueuiſſe fœnus exercere, vt cauetur in dicto cap.ad noſtram.vel appoſita clauſula de interim ſibi lucrandis fructibus per emptorem, vt noſtra ſpecie, vt plures ita tenentes referens probat maximè commendans Maſcard. *vbi ſuprà, num.2.* Adiecta verò dicta pactione de lucrandis fructibus, proculdubio erit contractus vſurarius cenſendus tam iure communi attento iuxta ſupradictos auctores cum communi, quam iure regio per noſtram l.4. quæ aliud à contrario ſenſu eſſe probat,& ſic communem opinionem ſupradictam deficiente conditione & clauſula de lucrandis fructibus, vt optimè perpendunt Couar. & Didac. Perez *vbi ſuprà.*

Pactum præterea de retrouendendo cum pacto negatiuo de non redimendo in fauorem ſoliti fœnerari ſufficienter conuincit ipſum de prauitate vſuraria, deficiente etiam modicitate pretij, ex communi opinione de qua per Caualcan. *vbi ſuprà,ſub n.73.*ibi,*qua modicitate,deciſ.3.*aliàs 47.*in 2.p. ſuarum deciſionum.* 36

Hinc deducit Couar. *vbi ſuprà, ſub dicto numero 8.* ibi,*qua ratione,* pactum vt annui redditus redimi non poſſint intra certum tempus adeo nullum eſſe, vt ex eo in hac annua redditus emptione appoſito totus contractus vitium habeat, & nullus omninò ſit cenſendus, & probari inquit ex deciſione Romani Pontificis de cenſibus agente, dum requirit, hanc redimendi facultatem ſtatim poſt venditionem venditori competere: quam ſententiam Couar. cum & alios referens ſequitur & probat Maſcard. *d. concl.441. num.6.* & Azeued. *in hac l.4. num.38.* id quod etiam hodie probari videtur motu proprio Pij V. ſuper f rma creandi cenſus lato anno 1569. ibi: *Volumus nihilominus, quandocumque redditum extingui poſſe,&c.*Et procedit proculdubio hæc ſententia quando reſtrictio illa facultatis redimendi nullo pretio iuſto compenſatur, ſed pretio aliàs ordinario,& communi cenſus ille venditur,nempe ad rationem quatuordecim millium pro quolibet milliario, in quibus terminis loquitur ſimplicitet Couar. 37

Cæterùm ſi diſtinctio præfata arbitrio boni viri iuſto pretio compenſetur, ea pactio libera erit ab omni vitio, vt cenſuit Conrad. *de contract. quæſt.83.concluſione 8.& quæſtione 84.* Ioan. de Medin. *in ſuo Cod. de reſtitutione, cap.de cenſ. redimib. columna penultima,* Soto *de iuſtitia & iure lib.6. quæſtione 5. articulo 3.* & Molina *ſecunda parte, de iuſtitia & iure, diſputatione 391. columna 912.*ſequitur idem Couarruuias *vbi ſuprà, num.7.*ibi, *qua in re.* Et hoc modo concordantur hæc duæ opin. & alij quos refert, ſequitur & probat Felician. *dicto cap.7.ſub numero 9. cum ſequentibus,* quæ in effectu non ſunt contrariæ, ſed in diuerſis caſibus, vt patet, loquuntur & procedunt; tametſi alij non benè eas pro contrariis habeant. Addit & benè Felician. *vbi ſuprà,num.13.*in propoſito,¶ quod ſi reſtrictam per pactum facultate redimendi cenſum vſque ad certum tempus expreſsè quoque ageretur vt emptor lucrifaceret redditus interim perceptos, in foro exteriori contractus vſurarius cenſeretur per noſtram legem regiam 4. in foro verò pœnitentiali non ita, quoniam leges regiæ præſumptione nituntur, & leges fundatæ in præſumptione non obligant in conſcientia, vt ibi latè probat. 38 39



probat. Hoc tamen inquit locum obtineret vbi creditor verè intendit emere cenſum, quia tunc conſtat de veritate: ſecus ſi mutuum reuera contrahatur, & partes cenſus contractum ſimularunt,quia tunc idem erit in iudicio animæ: tunc namque redditus interim percepti vltra ſortem capiuntur,quod in neutro foro eſt licitum,ſequitur Azeued. *in hac l.4.num.40.ad fin.*

40 Non tamen aſſentire poſſum nouioribus exiſtimantibus, D.Couar. ſecum pugnare in ſupradictis *num.7. & 8.* quatenus *num.7.* profeſſus eſt pactum eſſe iniuſtum & illicitum, ſed non vſurarium, valereque contractum, nec vitiari, ſed pactum reiici:& *num.8.* docet pactum vſurarium eſſe, nullumque efficere contractum, ſiquidem nulla contrarietas reuera adeſt. Loquitur namque Couar. *in dicto num.7.*in diuerſa ſpecie,nempe, quando in emptione redditus annui apponitur conditio, vt venditori liceat intra certum tempus redimere redditum conſtitutum, poſteà verò maneret is perpetuus. At verò *in num.8.* loquitur in pacto quod annui redditus redimi non poſſint intra certum tempus, inter quæ duo longa eſt differentiæ ratio, vt patet ex ſupradictis circa primum membrum præcedentis tertiæ concluſionis. Et prætereà,quia licet in vtroque caſu, nempe, pacti de retrouendendo affirmatiui limitat ad vſque certum tempus, & negatiui vt non liceat niſi poſt certum tempus redimere, æquè videatur reſtricta facultas redimendi; nihilominus tamen in priori iniuſtitia pretij tantum inuenitur poſt tempus redimendi elapſum, ſi cenſus perpetuus poſteà remaneret, non verò vſura, quia potuit redimi alio die ſequenti poſt eius conſtitutionem, & vendi à principio perpetuus ſuo iuſto pretio: igitur poſt tempus redimendi elapſum, ſi fortè redemptus non fuerit, ſolùm reperitur iniuſtitia in pretio.Ergo nimirum,quod pactum ipſum vt poſt illud tempus cenſus perpetuus remaneret reiiciatur,contractu cenſus redimibilis valido permanente. At in ſecundo caſu vſura adeſſe videtur ex pacto negatiuo redemptionis vſque ad certum tempus, ex quo interim emptor certus remanet de lucro, & prætereà fit circa naturam cenſuum redimibilium & formam dicti motus proprij indicantis contractus ſub alia forma celebratos fœneratitios, quod non contingit in priori caſu. Vnde iuxta reſolutionem à nobis traditam *lib.2. practic. quæſt.176. per totam,* ſubſiſtere videtur præfata differentia inter prædictos duos caſus aſſignata per Couar. *vbi ſuprà d. n.7.& 8.*

Nihilominus D.Molina Theologus *vbi ſuprà, dicta columna 912. verſiculo, arbitror,in 2.part. de iuſtitia & iure,diſp.391.* arbitratur cum Conrad. Medin. & Soto. vt modo retulimus, ea pacta reſtringentia facultatem cenſum redimendi tam à parte ante, quam à parte poſt, ex natura rei non eſſe illicita ſi cenſui apponantur, modò tamen quo plus reſtringitur libertas redemptionis, eo plus emptor cenſus accreſcat in pretio, quatenus, quo plus periculi imminet ne cenſus irre-
41 dimibilis euadat, eò plus valet cenſus. ¶ Additque ibidem verſiculo *illud obſerua,* quòd cùm in hoc Regno cenſus redimibiles ſine vlla reſtrictione non poſſint iuſtè emi,niſi ad rationem 14. pro vno,iniuſta eſt in eo emptio eorumdem cenſuum cum reſtrictione facultatis ad redimendum pro eodem pretio, ac proinde merito in tribunalibus huius Regni pronuntiari nulla pacta reſtringentia facultatem eos redimendi, ſi cenſus ſolùm ſint empti ad rationem 14. pro vno, vt emi regulariter conſueuerunt. Innuit igitur in vtroque caſu prædictos validos eſſe, contractus reiectis prædictis pactis, & ſic circa differentiam Couar. *vbi ſuprà.* Quæ ſententia vt fauorabilior validitati actus verior mihi videtur, & in praxi tenenda. Hodie iure nouiſſimo huius Regni cauetur quod cenſus redimibiles emi, aut vendi non poſſint niſi ad rationem viginti pro vno.

Quod ſi in cenſus conſtitutione aliud & tertium pactum à prædictis duobus diuerſum adiiceretur,nempe,quod venditor teneatur intra certum tempus redimere, redderet ipſum contractum vſurarium, quia mutat naturam contractus emptionis & venditionis, eumque reddit contractum pignoris, in quo fructus & redditus debent computari in ſortem principalem, vt etiam reſoluimus *d.quæſt.176. n.3.verſ.quinto, & quæſt.162. num.9.* 42

Ex ſupradictis igitur plures defenſiones in fauorem rei accuſati vel inquiſiti de vſurario contractu, in quo appoſitum pactum de retrouendendo cum modicitate pretij, nec non & coniecturas contra ipſum inuenies atque decerpes, & etiam ex præcitato conſilio Honded.53, *volum.2. per totum.*

Vtrùm autem licita ſit emptio cum pacto de retrouendendo maiori pretio, & an res interim dum non redimitur locari licitè poſſit venditori, agit latè & optimè Molin. Theologus *2.part. de iuſtitia & iure.diſp.376. per totam,colum.791. cum ſequentibus,* & Emanuel Rodriguez *in ſua Summ. 2.tom cap.85.num.7.& 8.* 43

Et an licita ſit emptio cum pacto de retrouendendo in emptoris fauorem,& vniuerſim quando contractus diſſoluitur ad quem pertineant fructus ex re vendita medio tempore percepti, agit latè idem auctor ibidem *diſputatione 377. per totam, columna 796. cum multis ſequentibus,* de quo etiam per eundem *diſp.374. colum.777. verſiculò, fructus rei.* 44

Ex prædicta materia noſtratum legum, & cognito in genere quibus pœnis feriantur vſurarij, tam iure communi Ciuili, quàm Canonico & Regio, condecentiſſimum atque perquam vtile in praxi cenſuimus in nonnullis quæſtionibus ſequentibus examinare aliquas ſpecies, in quibus an vſura committatur dubium eſt, vt hoc cognito iudices atque alij prudentes, necnon & confeſſarij intelligant quid iudicare, aut conſulere debeant.

## SVMMARIVM.

1 *Vſuram mentalem an omnis ſpes, vel intentio conſequendi lucrum ex mutuo conſtituat? numeris ſeqq.*

9 *Simoniacus an ſit Canonicus, qui diſtributiones quotidianas intendit tanquam pretium pro diuino officio? Affirmatur cum ſua limitatione.*

10 *Vſura an ſit ex mutuo aliquid ſperare ex mera liberalitate accipientis, etiam ſi id exprimatur.*

11 *Lucæ 6.*mutuum dantes,nihil inde ſperantes, *intellectus.*

De

*De ſpe & intentione obtinendi lucrum ex mutuo an vſuram conſtituat.*

## QVÆSTIO LXXXIII.

QVÆRO vlterius circa materiam huius tituli 6. de vſuris agentis, an omnis ſpes atque intentio obtinendi lucrum aliquod ex mutuo vſuram mentalem conſtituat, necne? Et in hoc omiſſis quorundam opinionibus, quam cum ſuis fundamentis latè refert Magiſter Aragon *de iuſtitia & iure, quæſt. 78. art. 1. pag. mihi 669. col. 1. cum ſeqq.*

1 Prima concluſio eſt. Spes atque intentio comparandi per mutuum lucrum aliquod, aut commodum vltra ſortem, quod ex beneuolentia, gratitudine ac liberalitate mutuatarij proueniat, non efficit mutuantem vſurarium mentalem, eſto intendatur tanquam principalis finis ad quem mutuum ordinetur: & eſto mutuans non fuiſſet mutuaturus niſi ſperaret tale lucrum, aut commodum, & idcirco quod ea via accipitur non eſt obnoxium reſtitutioni. Vſura namque, vt omnes concedunt, non eſt poſita in eo quod accipiatur aliquid ex gratitudine ac liberalitate mutuatarij gratificare volentis mutui beneficium, quod non ſolùm licitè facere poteſt, ſed etiam tenetur ex quadam morali honeſtate, ſed ſolùm in eo eſt poſita, quòd pro mutuo aliquid quaſi in pretium accipiatur, vt patet: ergo non eſt vſura intentio mutui, interuentu lucri, aut commodi, quod ex beneuolentia, gratitudine, aut liberalitate mutuatarij prouenit.

Præterea vſura idcircò illicita eſt, quia inuoluntaria mixtè ex parte illam ſoluentis, vt patet; ſed qui per mutuum lucrum aliquod, aut commodum ex gratitudine & liberalitate mutuatarij intendit, nihil intendit inuoluntarium mixtè: ergo non vſuram intendit, ideoque non eſt vſurarius mentalis. Quibus & aliis rationibus hanc primam concluſionem probarunt & affirmant Dominicus à Soto *lib. 6. de iuſtitia & iure, quæſtione 1. art. 2.* Caietan. *ſecunda ſecundæ, quæſt. 78. artic. 1. ad 4. & in ſumma verbo vſura, cap. de vſura mentali, & tom. 1. opuſcul. tract. 8. cap. 1. & 3.* Almain. *in 4. diſtinct. 15. quæſt. 2.* Nauar. *in Man. cap. 17. num. 209. & in commentar. de vſur. 14. q. 3. cap. 1. n. 20.* & videtur expreſſa doctrina D. Thom. *quæſt. 13. de malo, artic. 4. ad 13.* concinitque *ſecunda ſecundæ, quæſtione 78. artic. 2.* & hos referens D. Molina Theologus *2. part. de iuſtitia & iure, diſp. 305. col. 347. verſiculo, dubium,* & Emanuel Rodriguez *in ſumma primo tomo, cap. 111. num. 6.* eſt communis, vt eam benè probans & declarans affirmat Aragon *vbi ſupra, pag. 672. colum. 1. cum ſequentibus.*

2 Ex quibus deducitur, quod ſi quis videns Regem pecunia indigere, ſperanſque eum gratum ac liberalem in illum futurum, qui per mutuum ei ſubuenerit, illi offerat mutuo copiam pecuniæ, Regis liberalitatem ea via ſperans & intendens; alioquin illi non mutuaturus, neque eſſe vſurarium, neque reſtituere teneri, ſi quid ei vltra ſortem Rex contulerit, ſiue id ſit officium, commenda, aut dignitas, ſiue pecunia, aut aliquid aliud: modò tamen ſufficienter præſumatur Regem ex gratitudine, animoque liberali id conferre, vt de Regibus regulariter eſt præſumendum: & modo is, qui mutuo dedit, ex Regis gratitudine ac liberalitate id ſperet atque intendat, ita Molin. *vbi ſupra, col. 348. verſiculo, hinc colligo,* quod etiam prius tenuit Aragon *de iuſtitia & iure, quæſt. 78. art. 2. pag. 684. col. 1. cum ſeq.* & optimè declarans tribus concluſionibus, quæ ſequuntur loquentes in mutuante Epiſcopo, quæ ſunt huiuſmodi.

Si quis mutuans Epiſcopo vel Regi ſolùm intendit eos ſibi facere amicos, vt poſteà non ratione mutui, ſed ratione amicitiæ aliquod ſibi conferant officium, vel dignitatem, non peccat peccato vſuræ, etiam ſi eius principalis intentio ſit, vt ex amicitia ſibi poſteà liberaliter officium tribuatur.

Si mutuans Epiſcopo vel Regi intendat per mutuum accipere aliquod officium vel beneficium, ſiue id principaliter, ſiue ſecundario intendat, erit vſurarius.

Qui mutuat Regi vel Epiſcopo ſperans ſe ab eis ratione amicitiæ aliquod officium impetraturum, cuius non eſt dignus, peccat peccato præſumptionis. Non igitur curandum eſt de opinione gloſſæ in capite, conſuluit, de vſuris, dicentis quod ſi animus mutuantis principaliter tendit ad dignitatem, vel Magiſtratum pro mutuo ſperandum, tunc ille erit vſurarius, ſecus autem minimè.

Secunda concluſio eſt. Intendere aliquid vltra ſortem non ex mutuatarij liberalitate, ſed tanquam pretium & recompenſationem non gratuitam & liberalem pro mutuo, efficit mutuantem vſurarium mentalem, ſiue ea intentio principalis ſit, ſiue minus principalis, ita quod nihilominus ſine illa mutuaret, vel propter amicitiam, vel aliquid aliud. In hac concluſione conueniunt Doctores ſupra citati, vt affirmat eam probans contra Nauarrum, Molina *vbi ſupra, dicta columna 348. verſiculo, ſecunda concluſio,* vbi eam bene probat, & eſt communis omnium recentiorum Theologorum, ſecundum Aragon *vbi ſupra, pagina 671. in principio,* vbi inquit ſenſum illius eſſe quod ſemper quod lucrum ſperatur, ſiue primariò, ſiue ſecundaria intentione, tanquam debitum ex mutuo (eſto non præciſè, ſed ſimul cum amicitia intendatur, ſintque iſta duo motiua terminantia voluntatem mutuandi, quamuis non ex æquo nec immediatè) eſt peccatum & vſurarium. 3

Confeſſarij igitur ſecundum eundem Molinam *vbi ſupra, colum. 349.* iuxta præcedentem bimembrem doctrinam, & qui de huiuſmodi rebus conſuluntur, tam dantis pro mutuo, quam accipientis intentionem examinare debent: nullus enim melius ſcire poteſt intentionem ſuam in ſperando & accipiendo à mutuatario, quàm mutuans ipſe, qui vltra ſortem accipit. Si itaque ex gratitudine & liberalitate ſolùm mutuatarij ſperauit & accepit, ſibique ſemoto dubio perſuadet mutuatarium eodem animo dediſſe, tunc nec peccati vſuræ eſt damnandus, neque reſtituere eſt cogendus, niſi poſteà conſtet mutuatarium quaſi in pretium voluntariéque mixtè vltra ſortem reddidiſſe. Si verò tanquam pretium pro mutuo aliquid intendit, aut accepit, peccati vſuræ eſt condemnandus, nec non & reſtitutionem. Quod ſi de mutuatarij animo dubitans accepit, eſt itidem peccatum vſuræ: quia vel iniuſtitiam exercère voluit, vel periculo eam exercendi ſe expoſuit, ita intendendo accipere, aut recipiendo aliquid vltra ſortem animo id retinendi. 4

Sicque in hac ſpecie quando de animo dantis non 5



conſtat qualis fuerit, tunc ex qualitate illius ſi diues ſit aut pauper, ſi liberalis aut parcus vel auarus, & ex cæteris circumſtantiis eſt coniiciendus: quod etiam latiùs probat nouiſſime Coſm. Philiarcus *vbi ſupra, verſiculo, ad cognoſcendum,* dicens attendendam eſſe qualitatem perſonæ an ſit notabiliter pauper, qualitatem rei datæ in lucrum, damnum quod pateretur mutuatarius ex reſtitutione pecuniæ, quantum illa pecunia negotiando lucraretur, an indigeat frequenter ab eo mutuo accipere: & quod attendenda eſt etiam liberalitas mutuatarij ex virtute, vel naturali conditione, an ſoleat eſſe gratus erga illos à quibus recipit beneficia, an mutuans ſoleat ægrè ferre, quando mutuatarij nihil ei donant, & citius repetere mutuatum, & an tempore mutuationis verbis vel geſtibus ſignificauerit ſe aliquid deſiderare vltra ſortem: & quod licet confeſſarius in foro conſcientiæ debeat cuilibet credere pro ſe & contra ſe, nihilominus debet has coniecturas inquirere, tum quia ex illis poteſt cognoſcere an pœnitens ficte acceſſerit, tum etiam quia poteſt contingere quod pœnitens bona fide aliquid tanquam donatum acceperit, & quod eius credulitas ſit indiſcreta, cum potius debuerit credere contrarium, imò ſæpè melius id coniicere ſcit confeſſarius aut quiuis alius prudens vir (vt inquit Molina) quàm pœnitens, iſve qui interrogat, ſi vel ſcrupuloſus ſit, vel non tanto polleat iudicio, aut non adeò expertus in rebus agendis ſit.

6 Quòd ſi adhuc dubium perſeuerauerit in accipiente, num plenè voluntariè datum id ſit, aut non, offerendum illi erit, à quo fuit acceptum, quouſque de plena libertate ac liberalitate dantis conſtet, aut liberaliter id remittat, idque ſiue cum dubio & peccato fuerit acceptum, ſiue bona fide, poſteaque dubium inſurgat, ita & rectè Molina *vbi ſupra col. 350. in principio.*

7 Si tamen mutuans explicaret mentem ſuam mutuatario, & etiam qui fateretur ſe nullatenus mutuare niſi ſpe lucri obtinendi, tanquam ſuſpectus de vſura erit habendus. Quare confeſſarius diſcretus aut Doctor de hac re conſultus regulariter debet eos damnare, vel ſaltem non approbare ſecundum Aragon *vbi ſupra fol. 673. verſiculo, tertia concluſio,* vbi dicit ſequi tales regulariter non eſſe abſoluendos, niſi certo conſtet ipſos ex gratitudine & non ex mutuo lucrum intendere.

8 Supereſt igitur ex ſupradictis, quod ſi mutuans intendat aliquid vltra ſortem tanquam pretium pro mutuo, eſt vſurarius: ſecùs, ſi id ex alio capite intendat, nempe, ex liberalitate mutuatarij, & tanquam debitum ex gratitudine & honeſtate morali, eodemque animo detur, licet alias mutuum non daret, niſi id ita futurum ſperaret, & etiam ſi hoc intendatur tanquam principalis finis.

9 Sic etiam ſi Canonicus diſtributiones quotidianas intendat tanquam pretium pro diuino officio, eſt ſimoniacus: ſecus, ſi non illas intendat tanquam pretium, ſed tanquam debitum in ſuſtentationem miniſtris Eccleſiæ, ordinatumque ab eadem Eccleſia, vt ex his, quæ populus tribuit, id detur ſolis intereſſentibus diuino officio, ſitque eo ipſo eis debitum: quia tunc ſimoniacus non eſt, eſto principalis intentio ipſius ſit ea via efficere illas ſibi debitas, ita Molina vbi ſupra, verſiculo *accommodatum.* Quam ſententiam non modicùm fulcit *cap. 3. in decret. de reformat. ſeſſione 21. ſacri Concil. Trident.* vbi præcipitur, quod in Eccleſiis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues vt veriſimiliter negligantur, tertia pars fructuum & quarumcumque prouentuum & obuentionum ſeparetur, & in diſtributiones quotidianas conuertatur, quæ inter dignitates obtinentes & cæteros diuinis intereſſentibus proportionabiliter, &c. diuidatur. Principalis igitur Canonici intentio efficiendi ea via ſibi debitas in ſuſtentationem non inducit ſimoniam, niſi quando eas intendit tanquam pretium pro diuino officio, quia tunc erit ſimoniacus. Et hæc videtur vera diſtinctio, meliorque altera, qua Doctores communiter ſolent aſſignare in propoſito inter principalem intentionem & ſecundariam, vt cum illa eas intendens canonicus efficiatur ſimoniacus, cum hac verò minimè. Sed oportet hanc communem ſententiam prædicto modo declarare, vt procedat quando prædicta principalis intentio dirigitur in pretium pro diuino officio; ſecùs, ſi in debitum ſuſtentationis miniſtris Eccleſiæ ordinatum iuxta ordinationem ipſius Eccleſiæ (prout in dubio eſt præſumendum) per ſupradicta.

Quinimo etiam mutuans excitet mutuatarium ad mutui beneficium remunerandum, vt ſi dicat æquum eſſe vt illud remuneret, aut ſe ab ipſo ſperare, & mutuatarius ita excitatus aliquid vltra ſortem mittat, non erit vſurarius, nec ad reſtitutionem tenebitur, modo ea via ſolùm intendat lucrum illud ex liberalitate & gratitudine mutuatarij, veriſimiliterque ſibi omninò perſuadeat mutuatarium eo modo excitatum ex liberalitate pleneque voluntariè daturum vltra ſortem, ita Caietan. *2. 2. quæſt. 78. artic. 1.* quem refert & ſequitur Molina *vbi ſupra col. 350. verſiculo, interrogabis,* arbitratus euentum hunc moraliter non eſſe impoſſibilem, ſi mutuatarius liberalis ac generoſus ſit, aliæque interueniant circumſtantiæ: fatetur tamen ibidem periculoſum eſſe ex eo modo incitare mutuatarium, & quod confeſſarij reprehendere id debent; ſed nihilominus inſtruendi ſunt prædicta Caiet. doctrina vt prudentes ſint, idque reſtituere non præcipiant, quod reſtitutioni non eſt obnoxium. 10

Nec ſupradictis obſtat illud Lucæ 6. *mutuum dantes, nihil inde ſperantes, &c.* tranſumptiuè *in c. conſuluit de vſur.* vbi ex eo teſtimonio Vrban. III. definiuit quod quando lucri ſpe datum fuit mutuum, aliquidque fuit acceptum, mutuans cenſetur vſurarius, atque in foro animæ cogendus eſt reſtituere quod accepit. Quoniam teſtimonium illud Lucæ ſi vt præcepti vim contineat accipiatur, intelligendum eſt de ſpe lucri, de qua *in ſecunda ſupradicta concluſione* egimus, nempè non ex mutuatarij liberalitate, ſed tanquam in pretium & recompenſationem non gratuitam nec liberalem pro mutuo; non verò de ſpe de qua in prima concluſione, nempè, ex mera liberalitate & gratitudine mutuatarij. Eodem modo intelligit Vrbanus III. de ea namque ſpe, de qua *in ſecunda concluſione ſupradicta,* interrogatus fuerat in principio cap. adque ad interrogationem reſpondet in fin. ita Molina *vbi ſup. col. 351. in principio,* 11

SVMMARIVM.

1 *Vſura mentalis an obliget ad reſtituendum? & numeris ſequentibus per totam quæſtionem. Proceditur per caſus.*

## *De vſura mentali an obliget eo quando ad reſtitutionem.*

## QVÆSTIO LXXXIV.

1 QVÆRO modo, an capta per vſuram mentalem ſint reſtituenda, & cui? In quo communis ſententia eſt in partem affirmatiuam per textum *in cap conſuluit de vſur.* vbi communiter Doctores, & reſoluimus *lib. 2. canonicarum quæſt. cap 23. num. 32.* Nunc verò rem latius explicando quatuor aut quinque caſus conſiderandos eſſe cenſemus.

2 Primus eſt, quando non fuit proceſſum ad acceptionem, licet mutuans prauam intentionem accipiendi lucrum in pretium pro mutuo habuerit, tunc licet peccauerit ex praua intentione quam habuit, interim tamen quod effectus non ſequitur, obligatio non conſurgit reſtituendi, cùm nihil datum aut acceptum fuerit, vt eſt notiſſimum & commune cuicumque alij intentioni iniuſtæ aliquid accipiendi aut damnum dandi.

3 Secundus eſt, quando mutuatarius ex mera gratitudine & liberalitate dat, & mutuans accipit vt eo modo datum: & in hoc caſu palam eſt nec peccatum vſuræ admitti, nec vllam obligationem reſtituendi conſurgere, vt ſupra reſoluimus *in quæſtione modo proximè præced. in 1. concluſione.*

4 Tertius eſt, quando mutuatarius tanquam mutui pretium id inuoluntariè dat, & mutuans eodem modo accepit: & in hoc caſu planum eſſet committi peccatum mortale cum obligatione reſtituendi, vt *in d. c. conſuluit*, idque habet proculdubio communis Doctorum ſententia de qua ſupra; & eam probant & tenent moderni Aragon & Molina ſtatim citandi.

5 Quartus caſus eſt, quando mutuatarius vt mutui pretium inuoluntariè id dat, ſed mutuans bona fide id accipit credens ex gratitudine ac merè liberaliter dari, & tunc tenetur ipſe id reſtituere ſtatim ac eo pacto fuiſſe datum attenderit ac nouerit. Quod ſi perſeuerante bona fide id conſumpſerit, ſolùm tenebitur reſtituere ſi quid ex ea remanſit, aut ſi in aliquo tactus ex illa fuerit locupletior, vt benè probat in terminis Magiſter Aragon *de iuſtitia & iure quæſtione 78. artic. 1. pagin. 675. column. verſiculo, tertia concluſio*, Molin. Theolog. *2. p. de iuſtitia & iur. diſputat. 306. col. 352. verſiculo, tertius.*

6 Quintus eſt, quando mutuatarius ex gratitudine & liberalitate dat, ſed mutuans vſuraria intentione accepit tanquam pretium mutui: & in hoc caſu quid cenſendum ſit ſunt opiniones diuerſæ.

Prima fuit Ricardi *in 4. diſtinctione 15. art. 5. quæſtione 5.* & Scoti ibidem *quæſtione 2.* docentium, quod quando vſurarius non manifeſtauit mutuatario intentionem ſuam pacto aliquo externo, aut alia ratione lucrum ex mutuo illo exigendum, peccare quidem ea intentione accipiendo lucrum, non tamen teneri illud reſtituere; ſecus autem quando intentionem ſuam prædicto modo illi manifeſtauit. Sed hanc opinionem eſſe falſam & contra *cap. conſuluit de vſur.* rectè probant Dominic. à Soto *lib. 6. de iuſtitia & iure, quæſtione 1. artic. 4.* & Ioann. de Medina *de reb. per vſur. acquiſ. quæſtione 4. ad ſecundum*, & Molin. *vbi ſupra; verſiculo eſt, tamen.*

Secundo fuit Panormit. & aliorum *in d. cap. conſuluit*, & Almain. *in 4. diſtinctione 15. quæſtione 2.* & aliorum multorum quos refert D. Couar. *in regula peccatum 2. p. in initio num. 4.* tenentium indiſtinctè in hac ſpecie id eſſe reſtituendum, nempe, quoties vſurarius intentione vſuraria quidquam accepit, licet mutuatarius liberaliter id dederit, etiam ſi id conſtet poſtea vſurario: idque pluribus probant, non tamen conueniunt cui facienda ſit reſtitutio an eidem, qui illud dedit, vel pauperibus. Sed Aragon *vbi ſupra column. 2.* contrarium probat nempe, quod ceſſet reſtitutionis obligatio conſtito de animo mutuatarij liberaliter & gratioſe dantis.

Sed his opinionibus reiectis, duabus concluſionibus reſoluendus eſt hic quintus caſus. Prima eſt. Interim dum huiuſmodi vſurarius ignorat mutuatarium liberaliter dediſſe, illi tenetur reſtitutionem facere, ſi non ex ipſa rei materia, certè propter conſcientiam: & in hoc omnes conueniunt ſecundum Molin. *vbi ſupra, verſiculo, duabus*, vbi eam probat.

Secunda concluſio eſt. Eo ipſo quòd mutuans ſcit mutuatarium liberaliter dediſſe, licitè retinere poteſt quod intentione vſuraria accepit, eſtque legitimus dominus illius, eſto accipiendo peccauerit, ita tenent Sotus & Medina *vbi ſupra*, Caietan. *2. 2. quæſtione 78. artic. 1. & verbo, vſura, cap. de vſura mental. tom. 2. opuſc. tract. 8. cap. 3.* & Couar. *vbi ſupra* poſt alios plures, quos citat, nec non & bene probans reſpondenſque fundamentis Ricardi & Scoti Molina *vbi ſupra, verſ. ſecunda concluſio.*

Hic locus expoſcebat declarare rationem rationis differentiæ inter vſuram mentalem & ſimoniam huiuſmodi, ſcilicet mentalem, quare illa obliget in ſuo caſu ad reſtitutionem, hæc verò non. Sed quia late de hoc agimus *lib. 2. canonicarum quæſtionum, capit. 23. num. 31. cum pluribus ſequentibus*, vbi noſtram nouam, quam veram cenſemus, aliiſque pluribus improbatis adduximus, nunc omiſſum facimus. 7

Aliam ſimiliter nouiſſimam referendo excogitatam per Coſmam Philiarcum *1. tom. de officio ſacerd. capit. 16. pagin. 188.* affirmantis, veram & propriam rationem differentiæ eſſe, quia vſura eſt contra iuſtitiam commutatiuam, nam vel venditur id quod non eſt, vel idem bis venditur, & propterea ſemper obligat ad reſtitutionem. Per ſimoniam autem non fit contra iuſtitiam commutatiuam, quia hinc inde datur & accipitur, & fit commutatio & quædam emptio & venditio, licet iniqua & ſacrilega: & propterea ex natura rei ſimonia non obligat ad reſtitutionem, niſi quatenus in pœnam præcipitur. Quæ ratio probabilis videtur, ſed non omninò certa: quoniam in mutuo vſus pecuniæ vendi videtur, & ſic datur hinc inde iniuſta tamen acceptio. Veriorem igitur eſſe cenſeo noſtram quam *vbi ſupra* aſſignauimus rationem.



SVMMARIVM.

1 *Vſura an ſit mutuare cum pacto, vt mutuatarius comitetur vxorem mutuantis, vel vt mulier copiam ſui faciat, vel vt mutuatarius remittat iniuriam ſibi illatam? & numeris ſequentibus.*

## *Vſura an ſit mutuare ob cauſas de quibus hîc.*

## QVÆSTIO LXXXV.

1 QVÆRO præterea an ſit vſura mutuare cum pacto vt mutuatarius comitetur vxorem mutuantis, vel vt mulier copiam ſui faciat, vel vt mutuatarius remittat iniuriam ſibi illatam? Et quidem horum deciſio pendet à reſolutis à nobis *ſupra duabus quæſtion. præcedentibus*, vt ſiquidem hæc fiant cum pacto vel intentione illa habendi in pretium pro mutuo, non liceant; ſi vero ex liberalitate & gratitudine mutuatarij, non ſint vſura.

2 Quare quoad primum non ſolum mutuum cum pacto vt mutuatarius vxorem mutuantis ad Eccleſiam comitetur, vel quoduis aliud obſequium præſtet, ſed etiam id oneris ac commodi tanquam pretium mutui intendere, nullo expreſſo pacto, eſt vſuræ peccatum cum onere reſtituendi æſtimationem obſequij, quod fuerit ea ratione præſtitum, quandoquidem pretio eſt æſtimabile. Quando verò huiuſmodi obſequia exhibita eſſent inuoluntariè mixte in recompenſationem pro mutuo, attamen poſtquam eſſent præſtita, is, qui illa exhibuit, recompenſationem nollet æſtimationis illorum, ceſſaret tunc reſtituendi obligatio ob tacitam aut præſumptam mutuatarij remiſſionem. Obſequia verò ex gratitudine ac liberalitate exhibita in recompenſationem pro mutuo obnoxia reſtitutioni non ſunt, quin potius licitè accipiuntur (intellige ſi turpia ac illicita non ſint) ita Molin. *de iuſt. & iur. 2. p. diſp. 307. in princip. col. 555.*

3 Quoad ſecundum, ſi quaſi in pretium pro mutuo copia mulieris accipiatur, obligatio reſtituendi orietur cùm iam ſit pretio æſtimabile, niſi intelligatur quamuis illa inuoluntariè mixtè vt mutuum obtineret id ſit paſſa, non tamen ſperare, nec velle pretium, quòd non rarò in eo euentu continget. Secus, ſi mutuans id ab ea non peteret tanquam pretium & recompenſationem pro mutuo, ſed vt rem mutuanti gratam & tanquam beneficium (tametſi turpe) gratis ſibi alioquin concedendum: quaſi mutuans concedere ei nollet beneficium mutui, niſi illa viciſſim in ea re turpi morem illi gereret, quia tunc inquit Molin. *vbi ſuprà in verſiculo, quoad ſecundum*, fortè ad nullam reſtitutionem teneretur, eſto illa inuoluntariè mixtè conſentiret ob mutuum obtinendum, & eſto talis eſſet, quæ libenter acciperet reſtitutionem æſtimationis ſi offerretur, aut ſibi eſſet debita.

Sed hæc additio mihi non placet, nec vera nec



tenenda videtur, vtpote in effectum non differat à priori ſpecie, qua conſtituimus vſuram committi, nempe, quando quaſi in pretium pro mutuo copia mulieris accipitur. Quinimo idem author omninò non firmat pedes in ſua prædicta additione, ſiquidem ait in ea *fortè, &c.* Et tandem in fine huius puncti inquit hæc verba: *qui autem arbitraretur in hoc euentu vſuram interuenire, præcipere teneretur reſtituere æſtimationem copiæ illius.*

Quoad tertium de mutuo facto vt mutuatarius remittat iniuriam ſibi illatam an ſit vſura, ſiquidem ſi ſermo ſit de pacto remiſſionis iniuriæ quòd mutuatarius deſiſtat ab inimicitia, quatenus indebitè illam exercet volens priuata ſua authoritate ſumere vindictam, atque vt euitentur damna & ſumptus, quos is, qui iniuriam intulit, facit vt ſe ab eo defendat, homines ſecum habendo, qui ipſius incolumitati proſpiciant, nulla tunc interuenit vſura, vt rectè probauit Molina *vbi ſupra column. 556. verſiculo, quoad tertium.* Idemque eſt, ſi timeatur quod per viam iuſtitiæ vindictam peter modis iniuſtis & calumniis atque fraudibus, vt cum Sylueſt. Maſcard. Soto & Medin. tenet Manuel Rodrig. *in ſua ſum. 1. tom. c. 111. n. 4.* 4

Si verò loquimur de pacto remiſſionis iniuriæ ceſſando ab actione iuſta, quam mutuatarius ob iniuriam ſibi illatam aduerſus mutuantem habebat, quamuis Soto *lib. 6. de iuſtitia & iure, quæſtione 1. artic. 2.* arbitretur non interuenire vſuram in eiuſmodi pacto, licet iniuriam paſſus ea actione recompenſationem exigeret in pecunia læſionis honoris, quia ſolet hæc iactura per amicitiam condemnari, & Nauar. *in Manual. cap. 27. num. 237.* in hac re diſtinguat: verius tamen eſt ſemper indiſtinctè committi vſuram in hac ſpecie, quando tanquam in pretium mutui accipitur, vt tenent Conrad. *de contract. quæſt. 57.* Angel. *verbo vſura 1. num. 3.* Medin. *de reb. per vſur. acquir. quæſt. 1. § lucrum*, & alij quos refert & ſequitur benè id probans Molina *vbi ſupra, d. columna 556. verſ. ſolum ergo, per totam.* 5

Secus erit ſi remiſſio iniuriæ non petatur, nec accipitur tanquam pretium mutui, ſed ex vrbanitate & gratitudine & liberalitate mutuatarij inſinuando iniuriato, nolle mutuantem eum ad id obligare, præcipuè inter nobiles, ita tenet Nauar. *lib. 3. de reſtitutione cap. 2. numer. 385.* & cum eo Emanuël Rodriguez *vbi ſupra.* ¶ Reſoluit igitur rectè in propoſito aduerſus Soto & Nauar. Aragon *de iuſtitia & iure quæſt. 78. art. 2. pag. 685. column. 1. & 2.* dicens, quod qui mutuaret offenſo ea lege, vt iniuriæ à ſe latæ remiſſionem faceret ex debito mutui, & non ex amicitia aut vrbanitate grati animi liberè donantis, eſſet vſurarius, ſicut & quicumque alius extorquens à mutuatario vltra ſortem quemcunque alium contractum pretio æſtimabilem, & qui mutuat mulieri ſub conditione vt ſui copiam faciat. Cæterùm, qui mutuaret offenſo eo fine, vt cum illo amicitiam iniret, ex qua poſteà ipſe iniuriæ faceret remiſſionem, nec eſſet vſurarius, nec peccatum committeret, quia tunc tantum ſperaret ratione mutui amicitiam, quæ non eſt pretio æſtimabilis. 6 7

## SVMMARIVM.

1 *Vſura an ſit mutuare cum pacto, vt mutuatarius tantum de mutuo in futurum det? & numeris ſequentibus, per totam quæſtionem.*

---

*An ſit vſura mutuare cum pacto, vt ſibi tantundem mutuo detur?*

## QVÆSTIO LXXXVI.

1 QVÆRO etiam vtrùm vſura ſit mutuare cum pacto, vt mutuatarius tantundem mutuo in futurum det? Et in hoc opinionem negatiuam probarunt Angel. *verbo, vſura primo, num.4.* Maior *in 4. diſtinct.15. quæſt.29. ad ſecundum*, Almain. *ibidem quæſt.2.* & Adrian. *de reſt. in materia de vſur. §. ſed contra*: modo duo in futurum eueniant, videlicet, æqualis indigentia eius qui modo dat mutuo, & quòd mutuatarius æquè benè poſſit tunc dare mutuo, atque is poteſt, qui in præſenti dat. Adrianus verò aliis verbis vtitur *vbi ſupra*.

2 Sed verior communis & tenenda ſententia habet, eſſe vſuram mutuare eo pacto adhibito, de quo *ſupra*. Cuius ratio eſt: quoniam grauamen illud vt in futurum velit nolit ciuiliter teneatur mutuo dare, eſt quid pretio æſtimabile, eaque de cauſa exigere obligationem illam pro mutuo, eſt exigere vltra ſortem quippiam pretio æſtimabile, & ideò vſura committitur: & ita pactum illud non obligat in conſcientia, neque in exteriori foro, eo quod vſurarium ſit. Quare ſi vi illius mutuo eſſet acceptum in recompenſationem præcedentis mutui, teneretur accipiens ad reſtitutionem danti, quantum arbitrio prudentis viri æſtimaretur conſtrictum illum habuiſſe ad mutuandum, eaque via mutuum accepiſſe: & ita hanc opinionem affirmatiuam tenet D. Thom. *2.2. quæſt.78. artic.2. ad ſecundum & ad 4. & ibidem* Caietan. & Aragon *pag.681. col.1. ad fin.* Conrad. *de contract. quæſt.36. exemplo 7.* Syluest. *verbo, vſura 1. quæſtione 2.* Medin. *de reb. per vſur. acq. quæſt.1.* & latius *quæſt.4. ad 1. princip.* Sotus *lib.6. de iuſtitia & iur. quæſt.1. artic.2. ad primum*, Gabriel *in 4. diſtinct.15. quæſt.11. art.1.* Couar. *lib.3. var. reſol. cap.2. num.5. verſiculo, eſt enim*, vbi quod eſt hoc omnium conſenſu receptum, Nauar. *in manuali cap.17. num.223.* & ita tenent Doctores communiter ſecundum Molin. Theolog. *in 2. p. de iuſtitia & iur. diſputat.308 columna 357. ad fin. & col. ſequenti.* ¶ Hinc ipſe poſt Sotum *vbi ſupra* obſeruat, pecunia eſſe æſtimabile quempiam obligatum eſſe mutuo dare aliis: poſſeque quemque in Republica certam mercedem licitè accipere vel à Republica ipſa, vel à mutuatariis, vt ſe aſtringeret ad mutuo dandum quibuſcumque mutuum accipere vo-
4 lentibus, præſtita cautione debita de mutuo reſtituendo: & præterea licitum eſſe aſtringere quempiam alium ad ſibi in futurum mutuandum decem, verbi gratia, menſuras tritici, vt viciſſim ipſe alteri obligetur ad mutuandum ei tantumdem in vino, aut oleo, neque eſſe vſuram neque iniuſtitiam, modo onera ſint æqualia, quoniam eſt æqualis contractus vtrinque.

Fas tamen nihilominus eſſe arbitratur *columna 559. verſiculo, fas*, admonere mutuatarium dum ei mutuum conceditur, ea ſpe mutuum illi dare, quod ſimile beneficium vt par eſt præſtabit: & quod ſi intelligatur mutuatarium non habere animum mutuandi viciſſim vt ex naturali ac morali honeſtate tenetur, licitum eſt mutuum ei tanquam indigno denegare. Sic etiam licitum erit, non alia ratione velle mutuo dare pecuniam, aut quodvis aliud, niſi mutuatarius in præſenti mutuo etiam det triticum, vel quidpiam aliud, ſi id exigatur tanquam conditio, ſine qua mutuans non vult mutuare: quia indignus eſt mutuatarius, qui in præſenti non vult viciſſim concedere mutuum aliud, quod ab eo exigitur, cui conceditur quod ipſe petit. Quia longe diuerſum eſt exigere obligationem mutui in futurum vt concedatur mutuum in præſenti, & exigere mutuum in præſenti tanquam conditionem, ſine qua non vult quis concedere mutuum quod ab eo exigitur. In primo namque caſu prædicta ciuilis obligatio pretio æſtimabilis poſtulatur, tametſi mutuum, cuius obligatio poſtulatur, commutari licitè non poſſit pro aliquo vltra ſortem. In ſecundo verò nulla exigitur obligatio, ſed ſolùm exigitur mutuum, pro quo mutuans nihil poteſt vltra ſortem accipere, vt obſeruat Molina *vbi ſupra, verſiculo, dubium eſt*. 5

Similiter hinc colligit ſtatim idem author, 6 quod quando alicui duo mille aurei debentur ſoluendi poſt duos annos, nulla interueniet vſura, ſi debitor in fine primi anni cum creditore paciſcatur, *ſoluam tibi mille vno anno ante terminum præfixum, dummodò concedas vt mille alij ſoluantur vno anno poſt eundem terminum*, aut ſi è contrario creditor idem petat & obtineat à debitore, quia ſunt beneficia mutui viciſſim vtrinque exhibita, vnum ſub conditione alterius, quod licet, vt patet ex ſupra reſolutis. Quæ ſententia mihi probabilis videtur, tametſi rem non ita perſcrutans contrarium in his terminis proculdubio affirmet Emanuel Rodriguez *vbi ſupra ſub num.5.* poſt Aragon *vbi ſupra*, ea ductus ratione, quod hoc nihil aliud ſit quam mutuare creditori mille anticipando ſolutionem vno anno, vt alio anno pro reſiduo creditor differat ſolutionem. Sed tollit hanc difficultatem ratio aſſignata per Molin. nempè, quod id ſolum eſt conceſſio de præſenti vnius mutui virtualis pro alio etiam virtuali de præſenti, ſine vlla obligatione mutuandi iniuncta in futurum: etenim ſoluere debitorem mille aureos anno vno ante terminum præfixum, eſt virtualiter mutuo illos dare creditori in totum eum annum. Econtra verò creditorem concedere in præſenti dilationem ſolutionis reliquorum mille aureorum per annum vltra tempus præfixum, eſt ex nunc mutuo illos concedere ac dare in totum eum annum. Non igitur erit neceſſarium ad hoc, vt iſte contractus licitè fiat, reuocatio prioris cum ſuo termino celebrando hunc de nouo, vt obſeruat cum Arag. *de iuſt. & iur. in 2.2. quæſt.78. art.2.* Rodrig. *vbi ſup.* ſiquidem abſque hoc licitè fieri poteſt quod prædiximus ex Molin. præſertim, quia ſi contrarium diceremus, circuitus ille cautelosè & in fraudem fieri videretur, ac proinde eadem labe vſuræ laboraret, qua pactum de quo agimus; rectius igitur eſt iudicare eum licitum per ſupradicta.

Deduci



7 Deduci etiam videtur ex ſupradicta communiore ſententia D. Thom. & aliorum, eum qui mutuo dat centum per annum, ita vt intra id tempus repetere non poſſit mutuum, poſſe iniungere grauamen vt mutuatarius in futurum teneatur ad annum aut breuius tempus tantundem mutuare. Itemque eum, qui formaliter aut virtualiter mutuat centum per annum, vt ſi iuſto pretio credita tamen pecunia per annum aliquid vendat, poſſe aliquid exigere vltra pecuniam illa ratione talis mutui per annum ſine facultate intra id tempus exigendi ſuam pecuniam. Verùm etſi non deſint, qui hanc opinionem teneant, ea tamen non ſolùm noua & inaudita eſt, ſed etiam periculoſa, & quæ viam aperit vſuris, vt benè probat Molin. *vbi ſupra, column. 560. verſic. eſt tamen opinio.*

## SVMMARIVM.

1 *Vſura an ſit mutuare, vt pretio iuſto mutuatarius teneatur aliquid facere, vt in exemplis hic poſitis? & per totam quæſt.*

3 *Mutuans alicui cum pacto quòd teneatur ad curandum eum, vel patrocinandum pro eo gratis, reſtituere eis tenetur pretium iuſtum pro his operibus, & inſuper aliquid pro illo grauamine, &c. vt hic, & numer.4. cum ſeqq.*

7 *Mutuante aliquo cum pacto, vt mutuatarius teneatur metere fruges mutuantis pretio iuſto, ac colere agros illius, vel quippiam aliud facere, quid ſit tunc ei conſulendum?*

8 *Mutuans pecuniam ad certum tempus ſoluendam cum pacto, vt mutuatarius ei teneatur vendere triticum ſuum pretio tunc communi, vel det mutuo modium tritici, vt mutuatarius teneatur ei vendere caſeos aut aliud pretio communi ſuo tempore, an committat vſuram?*

9 *Mutuum dare cum pacto, quòd alius extra ſortem ſoluat debitum liquidum alterius, an licitum ſit?*

---

*De mutuo cum pacto quod alius teneatur aliquid aliud facere gratis, vel iuſto pretio.*

## QVÆSTIO LXXXVII.

1 QVÆRO modo an ſit vſura mutuare vt pretio iuſto mutuatarius, teneatur curare, patrocinari, metere ſegetes, colere agros, molere in molendino, vel emere ex officina mutuantis. Et videtur primò in his omnibus vſuram interuenire, aut peccatum, dummodo duæ adſint conditiones. Prima, quod pretium, quod datur pro medicatione, patrocinio, &c. aut accipitur pro tritico, aut oleis molendis, vel pro mercibus, quæ venduntur, ſit iuſtum. Secunda quod is, cum quo huiuſmodi contractus iniuntur, non grauetur ea de cauſa in aliquo alio, vt eſſet ſi multum à mutuantis molendino diſtaret, & ratione contractus relicto proximiori accedere teneretur, ad id quod longius diſtat, tunc namque mutuans eo pacto reſtituere teneretur mutuatario, quantum hoc aliud grauamen æſtimaretur, ita Adrian. *de reſtitut. in mat. de vſur. quæſt.4. ſeu 5. iuxta prædicta*, & Maior *in 4. diſtinct.15. quæſt.25.* Anton. *2. p. tit.1. cap.7. §.10.* & voluit Angel. *verbo vſura 1. n.5* & quidam alij, quos refert Couar. *lib.3. var. reſol. cap.2. n.5. verſic.3. ibi, quod mutuans.*

Sed communis ſententia habet, contractus 2 hos omnes eſſe vſurarios, licet mutuatarius in nullo alio grauetur, & hoc ratione illius obligationis ciuilis, vinculi & grauaminis illud faciendi in futurum, quod eſt pretio æſtimabile, vt de obligatione ciuili ad dandum mutuum *in quæſtione præcedenti* reſoluimus, ita Caietan. *2.2. quæſt.78. artic.2.* ad doctrinam S. Thom. ibidem, *& in Summ. verbo, vſura, cap.2. à caſu 7.* Gabriel *in 4. diſtinct.15. quæſt.15. artic.3. dubio 1.* Medin. *de reb. per vſur. acquiſ. quæſtion.4. in reſponſ. ad 1. principal. fol. mihi 146. & 147.* Conrad. *de contract. quæſt.36.* Sotus *lib.6. de iuſt. & iur. quæſt.1. artic.2.* Syluest. *verbo, vſura 1. quæſt.7.* vbi eam dicit eſſe communem Nauarr. *in Man. cap.17. numer.220.* vbi quod quamuis non teneatur ſic mutuans quicquam ex pretio aut vtilitate iuſta, quam ob illud accepit, reſtituere, tenetur tamen eum ab illa obligatione in futurum liberare, & pro pretio iudicio boni viri ſatisfacere: eandem ſententiam tenent Doctores *in cap. fin. de vſur.* communem & veriorem ſequutus plures allegans teſtatur D. Couar. *vbi ſup. d. lib.3. var. reſol. cap.2. ſub num.5. verſic.3. tamen*, ibi quam ob rem, vbi quod in hac ſpecie debitor non eſt cogendus in iudicio exteriori nec in interiori prædictas pactiones vſurarias obſeruare propter earum iniquitatem, communem etiam dicit Aragon *de iuſt. & iur. quæſt.78. artic.2. pag.681 col.1.* alios citans Manuel Rodriguez *d. cap.11. num.5. in 1. tom.* Ludou. Lop. *in ſuo inſtruct. negotiant. capit.39. per totum, fol.137. cum ſequentibus*, & D. Molin Theolog. *2 p. de iuſt. & iur. diſp.309. col.363. verſic. communis tamen Doctorum*, quo loci & columnis ſequentibus tradit alia plura vtilia circa modum reſtitutionis faciendæ in præd. ſpecie.

Limita prædictam communem ſententiam, vt non procedat quando prædicta conditio non ponitur ſub obligatione, ſed mutuatario manente in ſua libertate id ab eo petitur tanquam ab amico, quia tunc nullum eſt peccatum, nec talis contractus eſt vſurarius, quia nulla iniuria fit ei, vt conſtat. Secùs ſi talis conditio ponatur ſub obligatione, ita vt mutuatarius teneatur illam adimplere: tunc namque talis contractus erit vſurarius, quia mutuans accipit vltra ſortem aliquod pretio æſtimabile, nempe, illam obligationem, ita Gabriel *in 4. diſtinct.15. quæſt.11. artic.3. dub.1.* quem refert & ſequitur Arag. *vbi ſupra.*

Circa illud de Medico & Aduocato obſerua, 3 quod ſiquis eos mutuo aſtringeret ad curandum, aut patrocinandum, gratis, reſtituere illis teneretur pretium iuſtum pro illis operibus, & inſuper aliquid pro grauamine habendi illos ad id adſtrictos. Quod ſi ſolùm illos aſtrinxiſſet ad curandum vel patrocinandum pretio iuſto, quando illi ſub reatu peccati ad id non tenerentur, ſolùm teneretur reſtituere quantum ſpectatis circumſtantiis concurrentibus æſtimaretur grauamen illud.

Si verò re ipſa id nullum eſſet grauamen, quia illi libenter ſuam operam pro eo pretio

impendiſſent, tunc ad nullam teneretur reſtitutionem. Idemque eſt in reliquis euentibus in tir. noſtræ quæſtionis propoſitis. Ita Molin. Theolog. *vbi ſup. d. col. 363. verſic. circa illud.*

4 Circa quos omnes ſimul obſeruat Molina, quod quando pretium iuſtum perſoluitur pro operibus, ad quæ mutuo quis aſtringitur, non ſolùm debetur reſtitutio pro grauamine, vt Caietan. *in Sum.* Couar. Medin. & alij rectè affirmant; ſed etiam ſi ea via mutuatarius impeditus eſt accedere ad alios, quibus carius locaſſet operas ſuas, aut quibus vilius emiſſet, aut qui illi triticum aut olea viliori pretio molerent, circunſtantiæ hæ & aliæ ſimiles quantitatem augent grauaminis, atque ideò obligationem plus reſtituendi pro maiori grauamine. Quod verum intelligo, vt voluit etiam idem author, dummodo illud carius ſit intra latitudinem iuſti pretij, & ſic eſſet iuſtum pretium rigoroſum; ſecùs in eo quod id excederet. Quòd ſi ex parte mutuantis iniuſtitia in pretio interueniret: quia ipſe mutuatarius vilius infimo cogeretur locare operas ſuas ratione mutui, aut carius pretio iuſto emere merces, aut molere triticum aut oleas id quoque eſſet reſtituendum, vt patet ſecundum Molin. *vbi ſupra.*

5 Qui etiam illud rectè animaduertit, in huiuſmodi reſtitutionibus iniungendis non eſſe attendendum ad emolumentum, quod mutuanti ex his contractibus euenit, ſed ad damnum quod mutuatariis inde ſequitur, & ad quantitatem grauaminis quod vi mutu. eis imponitur; & quod audiendi non ſunt contrarium affirmantes, neque Syluest *verbo vſura 1. quæſt. 7.* falſo aſſerens vſuram eſſe quempiam credito vendere, quo plures emptores ad ſe trahat, vt ibi bene probat.

6 Et addit Molina *vbi ſupra* quod in omnibus ſupradictis pactis, in quibus dictum eſt interuenire vſuram, quando nihil ex parte mutuatarij executioni eſt mandatum, teneri mutuantem liberare illum ab onere ratione mutui ei iniuncto, reſcindendo quoad id contractum, neque ad aliam tunc reſtitutionem teneri, ad idemque in foro exteriori eſſe cogendum. Si vero mutuatarius ex parte onus executioni mandauit, & adhuc aliquid oneris ſubeundum ſuperſit, liberandum eſſe ab illa parte, reſtituendumque eidem eſſe quantum onus, quod ſubiuit, æſtimabitur ſecundum Caiet. Medin. Couarruuiam, & alios, quos ibi citat.

7 Illud etiam obſeruat ibidem *colum. 365.* quòd circa mutuum cum pacto, vt mutuatarius teneatur metere fruges mutuantis, pretio iuſto, aut colere agros illius, vel quippiam aliud facere, poſſet conſuli, ſine vlla vſuræ aut alterius iniuſtitiæ labe vtrique contrahentium, ſi is, à quo mutuum petitur, & qui opera mutuum petentis indiget, reſpondeat, nolo mutuum tibi dare: attamen conducam ſtatim pecunia anticipata operas tuas, quibus in tale, vel tale tempus indigeo: dummodo pretium iuſtum ei pro illis conſtituatur, quantum, ſiue paciſcendo tantum illi dare, quantum aliis eo tempore communiter tribuetur, ſiue ad præſens conueniendo illi dare quantum plus minus, ſperatur operas illas tempore, quo præſtandæ ſunt, valituras, vtique neque vſura committitur, neque iniuſt. aliqua, ſed celebratur contractus locationis & conductionis iuſtus, quidquid Sot. *lib. 6. de inſt. & iur. quæſt. 1. art. 2.* in contrarium dicat.

8 Sed in eo contractu, ſcilicet, ſiquis det pecuniam ſoluendam ad certum tempus cum pacto, vt mutuatarius ei teneatur vendere triticum ſuum tempore meſſis, pretio tunc communi, vel det mutuo modium aut modios tritici, vt mutuatarius teneatur ei vendere caſeos ſui gregis, aut vinum ſuum, pretio tempore vindemiæ communi, inquit ineſſe vſuram propter onus illud celebrandi in futurum illos contractus ratione mutui impoſitum, quod pecunia eſt æſtimabile. Si tamen abſque aliquo mutuo ſtatim pecunia anticipata ab eo emat triticum tempore meſſis tradendum, vel pretio, quo traditionis tempore valebit, vel pretio, quo nunc plus, minus ſperatur valiturum, nulla committatur vſura aut iniuſtitia, vt ibi bene probat. Idemque eſſe dicit, ſi eodem modo caſei gregis, lana, aut vinum tradendum tempore quo percipientur, pecunia anticipata emantur, vel ſiquis dederit 20. aureos ſoluendos ſibi in tritico tempore meſſis, pretio tamen communi. Verum in tritico tradendo tempore meſſis in his Regnis habemus legem omnino obſeruandam diſponentem. *Que no ſe pueda comprar pan adelantado, ſino fuere pagandolo à las perſonas que lo vendieren, al precio que comunmente valiere en la cabeça del lugar donde le compraren quinze dias antes, e deſpues de nueſtra Señora de Septiembre de cada año.*

9 Illud denique in propoſito obſeruandum eſt licitum eſſe dare mutuum cum pacto vt alius extra ſortem ſoluat, quod aliunde nobis eſt debitum: modo ſcandalum ceſſet, debitumque ſit liquidum & ex iuſt. debitum, alias ſecus, vt probat Molina *vbi ſupra d. diſputat. 309. in princip. column. 362.*

SVMMARIVM.

1 *Vſura an ſit mutuare cum pacto, vt mutuatarius teneatur conducere, locare, emere, aut vendere aliquid? & per totam quæſtionem.*

3 *Mohatras no ſon licitas vt hic.*

4 *Vſura an ſit mutuare cũ pacto, quod mutuatarius partem accipiat in pecunia, & partem in debito, quod non facile poteſt recuperari?*

5 *Vſura eſt mutuum dare cum pacto tacito, aut expreſſo, cuiuſcumque muneris, ſiue à lingua, ſiue ab obſequio, vt in exemplis de quibus hic.*

6 *Vſura eſt mutuo dare Reipublicæ vel alij cum pacto tacito, aut expreſſo, quod mutuatarius eximatur à tributis, &c. vt hic.*

7 *Vſura an ſit accipere beneficium Eccleſiaſticum, vel officium publicum concedere ob mutuum? & num. 8.*

9 *Mutuare frumentum tempore egeſtatis ipſius pretio communi, quo tunc valet, reddendum eo pretio, quo tempore redditionis valuerit, an ſit licitum?*

10 *Vſura an ſit mutuo dare triticum vetus, vt reddatur nouum, rem ſſiuè. Et num. 11. an liceat mutuo dare triticum, vel alias merces, vt tantundem reddatur quando plus valebunt?*

12 *Vſura an ſit mutuare cum onere, vt mutuatarius teneatur reddere pecuniam rariorem, vel meliorem in hominum æſtimatione, vt in exemplo de quo hic.*





*De mutuo cum pacto reſpectiuo vt hic?*

## QVÆSTIO LXXXVIII.

1 QVÆRO etiam an ſic vſura mutuare cum pacto vt mutuatarius teneatur conducere, locare, emere, aut vendere aliquid? Et in hoc vſuram committi palam eſt, vt probant Doctores & cũ eis contra alios Arag. *de iuſt. & iur. quæſt. 78. art. 2. pag. 68. col. 2.* & Emanuel Rodriguez *in ſua ſumma tom. cap. 111. ſub num. 5. verſiculo, ſiguese lo quarto,* & melius Molina Theolog. *in 2. p. de iuſtitia & iure diſputat. 310. in principio, col. 367. cum ſequenti,* vbi quod obligatio conſurgit reſtituendi in hac ſpecie, non ſolum ſi vltra pretium iuſtum aliquid ei locatum aut venditum eſt, vel infra iuſtum conductum aut emptum quidpiam ab eo eſt, ſed æſtimationem grauaminis illius, quod eo maius eſt, maiorique compenſatione dignum, quo minori precio ab alio emiſſet aut conduxiſſet, vel maiori alteri vendidiſſet aut locaſſet, aut quo magis inutile aut nociuum ei ſit celebrare eiuſmodi contractum.

2 Nihilominus tamen, ſi colonus reuerà conducere vellet agros, ſed tamen id opere præſtare non poteſt, niſi mutuum ei daretur ad ſumptus in illis colendis neceſſarios, vt ad ſemina vel boues emendos, aut ad ſe & ſuos alendos, tunc vſura non eſſet mutuo illi dare vt mutuantis agros conduceret: quoniam tunc conductum non eſſet quaſi in pretium pro mutuo, ſed potius mutuum eſſet medium ordinatum, vt ille conducere poſſet agros vt optat. Quare ſi tunc pretium locationis non excederet iuſtum rigoroſum, vtique neque vſura, neque iniuſtitia alia interueniret. Quod ergo in reſponſione ad quæſtionem hanc noſtram reſoluimus, & tanquam vſurarium damnamus, eſt eum qui pecuniæ, tritici, aut alterius rei indigentia premitur, nullaque ratione conducere agros, aut aliquid aliud mutuantis vellet inducere mutuo, vt illos inuoluntariè mixtè conducat: in eo namque euentu probamus mutuantem non ſolùm reſtituere teneri, ſi in pretio locationis excedat; ſed etiam quantum æſtimabitur grauamen, quod miſer ille ſubit conducendo ita inuitè eam rem, vt rectè tenet Molina *vbi ſup. col. 368. verſ. obſerua.*

3 De contractibus autem, quos *de mohatras* appellamus; non eſſe licitos conſtat, ſi mercator merces illas credito vendat, animo iterum pecunia numerata eaſdem viliori pretio ab illo emendi, committit namque vſuram palliatam. Secus, ſi ſincere vendidiſſet credito abſque animo iterum eas emendi ab eodem pecunia numerata, ſi iterum poſteà ab eo emeret pecunia numerata, intra latitudinem iuſti pretij, eo pacto quo quiuis alius poſſet licitè illas ab eo emere, modo tamen ceſſaret ſcandalum, vt tenent Caiet. *in ſumm. verbo, vſura, cap. de vſur. implicitè, caſu* 10. Angel. *verbo vſura 1. n. 60.* Nauar. *in Man. cap. 17. n. 244.* & Molina *vbi ſup. col. 369. verſ. obſerua.*

4 Vbi *in columna ſequenti, verſiculo, quoad tertium,* aſſerit vſuram ſimiliter eſſe mutuo dare cum onere, vt mutuatarius partem accipiat in pecunia & partem in debito, quod non facile poteſt recuperari, quod & probat Aragon *de iuſtitia & iure quæſt. 78. artic. 2. pag. 685. colum. 2. in verſiculo, in foro ſecundo.* Et quod iuxta communem Doctorum ſententiam tenetur mutuans reſtituere quãtum grauamen illud æſtimabitur, niſi mutuatarius non inuoluntariè mixtè, ſed ſua ſponte ſuſcipiat mutuum in huiuſmodi debito, vel quia ipſe facilè illud recuperabit, vel quia ex liberalitate vel gratitudine vult onus illud ſuſcipere ob mutui beneficium: quia tunc non eſt vſura, neque iniuſtitia mutuo eo modo dare, licet mutuans offerat genus tale mutui, cedatque in ipſius commodum; ſed quod in dubio, an plena libertate acceptetur, peccatum eſt eo pacto mutuare, cum onere reſtituendi grauamen illud, interim dum de libera mutuatarij voluntate non conſtat.

5 Similiter autem vſura eſt mutuum dare cum pacto tacito, vel expreſſo cuiuſcumque muneris, ſiue à lingua, vt alloqui Principẽ vel quemuis alium in mutuatarij fauorem, pſallere: & his ſimilia, quæ lingua præſtantur. Item ſiue ab obſequio, vt comitari mutuatarium, aut vxorem, negotia illius gerere, aut ſimilia. Item ſiue à manu, vt aliquid elargiri, cum onere reſtituendi, quantum huiuſmodi munus æſtimabitur, vt conſtat ex dictis in hac & nonnullis aliis quæſtionibus ex proximè præcedentibus, & tenent omnes Doctores, præcipuè Molina *vbi ſupra col. 371. verſic. quoad ſecundum,* vbi *in verſ. ſequenti.*

6 Quòd eſt vſura mutuo dare Reipublicæ, Principi, aut cuicumque alteri cum pacto tacito aut expreſſo, quod mutuatarius ad tempus vel in perpetuum eximatur à ſoluendis tributis, aut à quocumque alio onere cui iuſte ſubiacet, cum obligatione non gaudendi deinceps eo priuilegio, & inſuper reſtituendi tributa, quæ non ſoluit, aut quantum æſtimabitur quodvis aliud onus à quo fuerit liberatus, vt patet ex *ſupra dictis,* & in eo Doctores conueniunt, & tenuit Aragon *vbi ſupra pag. 685. col. 2.* vbi limitat in tributis, quæ per tirannydem & iniuſtè exiguntur, quia tunc tantum redimitur vexatio, nihilque pretio æſtimabile recipitur vltra ſortem.

7 Sed an ſit vſura accipere beneficium Eccleſiaſticum, vel officium publicum concedere ob mutuum, merito dubitari hic poteſt? Sed reſoluit Molina *vbi ſupra colum. 372. verſiculo, quoad vltimum,* quod quando hoc ſit ex gratitudine ac plena libertate illud conferentis ob mutui beneficium, nulla eſſet ſimonia aut etiam vſura id accipere: quin quando accipiens dignus eo eſſet, licitum eſſet mutuo dare animo alliciendi collatorem, vt ex gratitudine mutui vellet cæteris partibus præferre mutuantem, aut eius filium, vel conſobrinum aliis, ſicut etiam licitum hoc eodem intuitu inſeruire Principibus aut Epiſcopis. Quæ doctrina licet, in ſe ſit vera, periculo plena eſt, tum ratione ſcandali, tum etiam aliis iuſtis rationibus, ideo diſſuadenda potius quàm conſulenda. Si verò collatio officij publici eſt inuoluntaria mixtè ob mutuum, vſura eſt illud in mutui recompenſationem accipere, ſiue officium hoc ſit vendibile, ſiue non, ſecundum eundem authorem, vt ibi latè probat & deinde declarat.

8 Quare bene reſoluit rem hanc Aragon *vbi ſupra pag. 682. ad fin. & pag. ſequenti,* dicens quod ſi prædicta conditio non ponatur ſub obligatione, ſed Rege manente in ſua libertate id ab eo petatur tanquam ab amico, nullũ eſt peccatum. Cæterum ſi conditio ponatur ſub obligatione contractus erit vſurarius, imò & ſimoniacus ſi circa

ſpiritualitia verſetur, officium tamen ſeculare ſic acceptum: non tenetur tamen reſtituere aliquid ad arbitrium boni viri pro grauamine obligationis, quod vltra ſortem accepit ſecundum eundem authorem ibidem, *pag.* 683. *col.* 2.

9 Vlterius obſeruandum eſt, licitum eſſe tempore egeſtatis frumenti id æſtimatum, vt tunc communiter valet alteri mutuare in frumento reddendum eo pretio, quo tempore redditionis valuerit: quoniam hoc potius eſt venditio tritici pretio iuſto, quo tempore traditionis valet, & emptio ſimiliter tritici pretio etiam iuſto, quo tempore traditionis valebit, quàm mutuum. Quod autem ſolutio pretij primæ venditionis vſque ad tempus traditionis alterius tritici differatur, beneficium eſt, quod ei qui primò triticum pretio currente emit impeditur, aliàs autem mutuans in damno remaneret, qui nullum animum aut intentionem habuit aliquid lucrandi vltra ſortem, ſed tantum benefaciendi amico abſque proprio incommodo, & hoc verum eſt iuxta omnium mentem *in cap. in ciuitate de vſur.* & tenet Anton. *in 2. p. ſuæ ſummæ c.* 17. §. 13. Nauar. *in man. c.* 17. *num.* 214. Conrad. *de contract. quæſt.* 38. *concluſione* 5. Syln. *verbo, vſura* 1. *quæſt.* 16. Medina *de reſtitutione, quæſtione vltima*, & nos *lib.* 1. *canonicarum quæſtionum cap.* 39. *num.* 58. vbi hoc verum intelleximus poſt Nauar. *vbi ſupra*, dummodo circa valorem frumenti reddendi attendatur ad *deciſ l.* 17. *tit.* 11. *lib.* 5. *nou. collect. reg.* vbi habetur quod non poſſit emi frumentum ante tempus collectionis ipſius, niſi eo pretio, quo communiter valuerit 15. diebus ante vel poſt natiuitatem B. Mariæ Virginis. Quam declarationem non adduxit etſi præcedentem doctrinam ſequatur Molina *vbi ſupra diſputatione* 311. *col.* 376. *verſiculo, quoad ſecundum*: ſed vtrumque ſequitur Emanuel Rodriguez *in ſumm.* 1. *tom. c.* 111. *ſub num.* 14. ibi *lo miſmo tambien.*

10 Vtrùm autem ſit vſura, mutuo dare triticum vetus vt reddatur nouum, agit Molina ibi *col.* 376. *ad fin.* ſed latius & diſtinctius nos egimus *d. cap.* 39. *num.* 49. *cum ſequentibus*, & Emanuel Rodriguez *vbi ſup. n.* 15.

11 Et an liceat, vel non, mutuo dare triticum vel aliquas merces, vt tantundem reddatur quando plus valebunt, latè diſtinguit Molina *vbi ſupra col.* 373. *cum ſequent.*

12 Deinde vſura eſſet dare mutuo cum onere, vt mutuatarius reddere teneatur pecuniam rariorem & meliorem in hominum æſtimatione, vt mutuare æream, quando illius eſt magna abundantia, cum onere vt reddatur aurea aut argentea, eo quod grauamen illud iniuſtè vltra ſortem apponatur, niſi libenter à mutuatario id fieret in gratitudinem beneficij mutui, aut quia facile id poteſt efficere, aliàs peccatum vſuræ ſit, cùm eo onere mutuo dare teneretur, quàm ante ſolutionem id remittere. Poſt ſolutionem verò ſolum erit reſtituendum mutuatario, ſi quos ſumptus fecit in ea pecunia conquirenda, aut detrimentum aliud incurrit, ſecus, ſi nullum damnum inde reportaſſet, quia tunc nihil eſſet reſtituendum, vt tenet Molina *vbi ſupra diſputatione* 313. *colum.* 381. *verſiculo, duo obſerua.*

## SVMMARIVM.

1 *Mutuans an poſſit deducere in pactum damnum ſibi emergens ex illo mutuo, vt in exemplo de quo hic & n. ſequ.*

5 *Mutuum accipiens ſub vſuris, an alij à ſe mutuum petenti poſſit ſub eiſdem vſuris concedere reſpectiuè cum num. ſequent. vſque in finem.*

### *De damno emergente tempore mutui an poſſit deduci in pactum?*

## QVÆSTIO LXXXIX.

QVÆRO nunc vtiliter in praxi, an mutuans poſſit tempore mutuationis licite 1 deducere in pactum damnum ſibi tunc emergens, ex eo quod pecuniam quam mutuat paratam habebat ad triticum in familiæ ſuſtentationem emendum, aut ad reficiendas domos, vel quia propter moram mutuatarij mutuans cogitur pecunias ad vſuram accipere hodie ſub annuis redditibus, vel quia pecuniam quam mutuat habebat paratam ad redimendos cenſus, quibus erat oneratus, & ob mutuum domus corruit, vel frumentum carius venditur, vel cenſus non redimitur, vel aliud ſimile?

Et in hoc pars affirmatiua eſt tenenda, nempè, licitum eſſe pactum de competenti pretio vltra ſortem, pro huiuſmodi damno emergenti, ita tenet D. Thom. 2. 2. *q.* 78. *art.* 2. *ad primum* & conſentit Soto *lib.* 6. *de iuſtit. & iure quæſt.* 1. *art.* 3. *col.* 3. *eiuſdem artic.* quamuis immeritò dicat non eſſe in ea tantum certitudinis, quantum eſt in aliis, de quibus in quæſtione ſequenti erit ſermo: eandem ſententiam probauimus *in noſtro tract. de iuram. confirm.* 1. *parte cap.* 2. *ſub num.* 5. & 2. & eſt communis Doctorum ſecundum Molin. Theolog. qui eam bene probat 2. *p. de iuſt. & iur. diſput.* 314. *col.* 386. ibi conſtituenda, &c. & Eman. Roder. *in ſum.* 1. *tom. c.* 111. *n.* 7. & 8.

Debet tamen mutuans id facere rogatus, nam 2 ſi vltroneus faciat, nec mutuatarium admoneat, nihil vltra ſortem petere poterit. Item requiritur quod mutuans verè damnum illud incurrat ratione mutui, ad hoc vt illud in pactum deducere poſſit, aliàs erit vſura palliata ſub ſpecie euitandi damni. Item quod aliàs mutuans non teneatur damnum illud ſubire, vt cum Caietan. probat Aragon. *vbi ſup. col.* 2.

Damnum autem quod ex mutuo emergit, an- 3 tequam mutuatarius in mora ſit ſoluendi, quod mutuans non deduxit in pactum, videtur quoque eſſe ſoluendum mutuanti ſaltim in foro conſcientiæ, quamuis in foro exteriori cogi non poſſit id ſoluere mutuatarius, eo quod gratia ipſius id incurrerit mutuans; occaſioque illius fuerit mutuum exigendo & accipiendo, prout in terminis videtur affirmare Maior *in quarto diſtinct.* 15. *quæſt.* 20.

Nihilominus tamen contraria ſententia om- 4 nino negatiua eſt tenenda: quoniam licet mutuatarius tacitè ex mutui contractu teneatur ad damnum, quod ex mora ipſius in ſoluendo tempore



pore præfixo mutuanti obuenerit, vt infra dicemus, non tamen tenetur ad damnum, quod intra terminum præfixum nulla interueniente ipſius mora eidem mutuanti obuenit, & mutuans ſibi imputet cur de eo non cauerit, idque in pactum non deduxerit, & quia fortaſſe mutuatarius nollet cum eo onere, ſi ſibi diceretur mutuum accipere, neque id forte illi expediret. Quare ſi mutuans intendebat vt mutuatarius de damno; ſi quod fortè emergeret, teneretur, debebat ea de re illum admonere, deducereque id in pactum: ita merito præd. ſententiam tenet D. Thom. *quæſt.* 13. *de malo, art.* 4. *ad* 14. Soto *d.* 3. *art. vbi ſup. col.* 3. Nauar. *in comment. de vſur.* 14. *quæſt.* 4. *num.* 46. & *in Manual. cap.* 17. *num.* 211. quos refert & ſequitur Molina *vbi ſup. colu.* 387. *verſic. interrogabis, vt in princ. col. ſequentis.* Quod idem longe maiori cum ratione dicendum eſt de lucro ratione mutui ceſſante, quod in pactum non ſit deductum, vt tenet Eman. Rod. *vbi ſupra numer.* 7. *ad fin.*

5 Sed quid quæſo erit ſi quis mutuo acceperit ſub vſuris, aliuſque ab eo mutuo petat, an licite poſſit illi concedere totum aut partem mutui cum eodem onere, cum quo illud accepit, nempe, vt pro rata ſoluat vſurario vltra ſortem quod ipſe eidem erat ſoluturus? Almain. *in* 4. *diſtin.* 15. *quæſt.* 2. negatiuam partem tenere videtur? Angel. vero *in ſum. verbo vſura* 1. *n.* 22. & Syluest. *eodem verbo, q.* 20. cum Anchar. affirmatiuam probant. Et Molin. *vbi ſup. col.* 338. *verſi. cum damno*, diſtinguit in hunc ſanè modum.

6 Vt ſiquidem perſeuerat adhuc cauſa, ob quam is, à quo mutuum exigitur, ſub vſuris mutuum acceperat, ita quod nondum ipſum pœnitet accepiſſe ea de cauſa ſub vſuris, reſponderi licite poterit exigenti, ſi vis cum eodem onere, vt videlicet pro rata vſurario ſoluere tenearis vltra ſortem quod ego ei ſum ſoluturus, concedam: quia tunc vſura in eo non cernitur ex parte huius mutuantis, ſed ſolum ſeruare ſe indemnem admittendo oneris comparticipem comparatione vſurarij, atque ſe ipſum priuando mutuo aut parte mutui, non obſtante cauſa ob quam illud accepit, quæ adhuc perſeuerat, quaſi vendat damnum ſibi ex eo emergens quod mutuo det.

Si vero cauſa ſolùm ex parte perſeueret, vel minus vtilem illam comperiat, ita vt ipſum pœniteat ſub vſuris ſumpſiſſe mutuum, tunc pro quantitate cauſæ perſeuerantis & emolumenti aut lucri, quo ſe mutuando illa pecunia priuat, poterit reiicere partem oneris ſoluendi pro rata vſuram, non vero totum.

Quod ſi cauſa denique omnino ceſſauit, quia omnino non indiget ea pecunia, aut quia ad rem vanam eam mutuo accepit, pœnitetque eum ad id illam accepiſſe, tunc vſura ſit cum eo onere mutuam illam dare, vt ibi late probat, quid tenendum?

7 Ego in ſpecie præmiſſa, loquendo de vſuris quatenus vſuræ in ſe ſunt, indiſtinctè teneo partem negatiuam, nempe, minime fas eſſe dare mutuum ſub vſuris, quod quis ſic ab alio accepit, ſiue perſeueret prima cauſa, ſiue non quia adhuc ex parte, huius ſecundi mutuantis ſpecies vſuræ cernitur, licet ſe indemnem ſolum ſeruare prætendat admittendo oneris comparticipem reſpectu vſurarij: ſi quidem in eiuſmodi noua admiſſione nouus contractus celebratur ſub nomine vſuræ iniquæ à ſe extortæ per priorem, ipſius onus transfundendo in alterum mutuatarium. Neque quod ſe indemnem ſolùm ſeruare prætendat, tollit vitium & malitiam iniquæ conuentionis: non enim eo quod prior mutuans ſibi ſub vſuris dederit mutuam ſuam pecuniam, licebit ſecundo idem facere ex poſtfacto cum tertio. Si enim prior contractus iniquus fuit, eadem ratione & nouus ſecundus ſimilis primo eiuſmodi erit, quia reuera vterque in ſe vſuarius videtur, & non ideo quod mihi iniuſtè ab alio damnum inferatur, poſſum, vt me indemnem ſeruem, alteri idem damnum inferre. Quod & argumento quoad iniuſtitiam pretij oſtenditur: vendens mihi domum vel fundum, aliaſvè res decepit me in pretio iuſto ipſius, re ipſa, poſſumne idcò, vt me indemnem huius læſionis ſeruem, ex poſt facto alteri etiam ſcienti eorum iuſtum valorem eaſdem res eodem iuſto pretio vendere? minimè quidem, niſi concurrentibus his de quibus per nos *lib.* 2. *pract. quæſt.* 181. *n.* 12. Regula enim generalis in materia empt. & vendit. eſt quoad iuſtum pretium exigendum, vt non inſpiciatur an res viliori vel cariori pretio empta prius fuerit, ſed pretium commune, quod nunc tempore venditionis viget. Vnde fallaciſſimum eſt ſi quis ſemper quanto emit pretio, quantumque laboris & periculorum ſubiit tanti vellet vendere cum lucri acceſſione, iuxta latè à nobis tradita in hac materia *vbi ſup. quæſt.* 182. *n.* 8. & 10. & prius *quæſt.* 180. *num.* 32. Ergo nec ſub his vſuris, quibus dare licet ab alio, iſte mutuans acceperit. Quare teneo in præmiſſa ſpecie, quod prædixi; præterquam ſi antequam tradatur mutuum priori mutuatario, alius petat ab eo partem eius vel totum ſub eiſdem vſuris quibus ſibi datur: quia tunc videtur eidem impartiri poſſe eodem modo, quo ipſe conuenerat cum priori mutuatario, quia poteſt facere eum ſocium illius contractus mutui, quam eidem aliquid de nouo mutuare, ex his quæ cum Mercado aduerſus Mexiam reſoluimus in præmiſſa ſpecie dictæ emptionis & venditionis tritici vltra pretium taxæ *dicta quæſt.* 180. *num.* 34.

Præterea libenter admitterem primum membrum diſtinctionis Molin. quoties huic ſecundo mutuanti ex rogatione ſecundi mutuatarij & conceſſione ſibi facta ab eodem, damnum aliquod verè emergeret iuxta ſupradicta in principio huius quæſtionis, vel lucrum ceſſaret ſibi iure debitum iuxta infra ſtatim dicenda. Tunc namque proculdubio licebit pro modo damni, vel lucri prædicti alteri mutuare, quod ab alio ſub vſuris mutuo accepit per ſupradicta.

## SVMMARIVM.

1 *Lucrum ceſſans an poſſit deduci in pactum à mutuante vltra ſortem principalem? & n. ſequ.*

6 *Lucrum ceſſans duplex eſt, vt hic.*

8 *Lucrum ceſſans ad hoc vt ratione mutui ceſſare dicatur, quæ requirantur, & num. ſequ.*

11 *Mercatoribus non licet vendere ad creditum vltra precium rigoroſum, quo res valet pecunia numerata, vt hic. Limitatur n.* 13. *tribus concurrentibus. Declaratur n.* 14.

15 *Lucrum ceſſans ad hoc vt in pactum deduci valeat, quid requiratur, & n. ſequ. agitur de quibuſdam conditionibus ad hoc requiſitis à Doctoribus, præcipuè n.* 18. *cum ſequent.*

De

*De lucro ceſſante an in mutuo poſſit deduci in pactum?*

## Qvæstio XC.

1 QVæro prætereà vtrum licitum ſit aliquid vltra ſortem accipere ratione lucri, quod ob mutuum ceſſat, necne? Et hoc generaliter licitum eſſe in homine ſolito negotiari, quando apparet, quaſi pro certo, quod ex ſua pecunia lucratus fuiſſet, nempè, vt tunc lucrum ceſſans propter retardatam ſolutionem pecuniarum ſibi debitarum petere poſſit; ſecus ſi ille, cui debebantur pecuniæ, non conſueuit mercari, latè cum communi reſoluimus de iuramento *confirm. 1. p. cap. 2. num. 4.* cum certis declarationibus, de quibus *ibi num. 5.* vbi etiam addidimus cum communi licitum eſſe à principio hoc intereſſe lucri ceſſantis, ſicut & damni emergentis in pactum deduci ab homine ſolito negotiari abſque eo quod videatur vſura. Similiter numeris ſequentibus alia in propoſito in praxi ſatis vtilia adduximus, & tandem quod exactior ratio habenda eſt damni incurſi, quàm lucri ceſſantis. Quia lucrum ceſſans non exigit æqualem recompenſationem, ſed ad arbitrium boni viri; at verò damnum incurſum illam exigit ſecundum iuſtitiam commutatiuam, vt quantum læſionis fuit ſuſceptum, tantum reſarciatur?

2 Sed loquendo in ſpecie mutui, an licitum ſit aliquid accipere vltra ſortem ratione lucri, quod ob mutuum ceſſat, tres caſus conſtituendi ſunt.

Primus eſt, quando mutuo dat inuitus.

Secundus, quando quis ſponte mutuo dat ad certum terminum aut diem.

Tertius, quando quis ſua ſponte mutuo dat ad preces alicuius, an licitè poſſit cum eo paciſci de lucro, quod ea de cauſa ſibi ceſſat intra terminum ad quem mutuum concedit, ante moram illud ſoluendi.

3 Circa primum caſum huiuſmodi concluſio tenenda eſt, Quando quis mutuo dat inuitus, exigere licitè poteſt intereſſe lucri ea de cauſa ſibi ceſſantis ante terminum ſolutioni deſtinatum, atque de eo paciſci; imò ſi ad tale mutuum cogatur, licet nullum pactum interueniat; tenetur cogens integrum illud lucrum ei ſoluere, non ſecus atque is qui à mercatore furatur pecunias, quas paratas habebat ad negotiandum, vt probat latè cum S. Thom. & Soto Molina *2. tom. de iuſt. & iur. diſput. 315. in principio, colum. 389. cum ſequenti*, vbi exemplificat cum eodem Soto. Id ampliat vt procedat non ſolum quando iniuſtè cogitur quis mutuo dare, ſed etiam quando cogitur iuſtè, vt ſi Rex ingruente bello, omninoque id poſtulante bono publico ſumeret mutuo pecunias à mercatoribus inuitis, quia aliter ſubuenire non poſſet Reipublicæ: tunc enim & mercatores poſſent paciſci de lucro ceſſante & damno emergente, & Rex ipſe, licet pactum nullum interueniſſet, teneretur id illis reſtituere vltra ſuam pecuniam. Et ſi Rex ſoluendo non eſſet, cogere teneretur reliquas Reipublicæ partes, vt contribuerent ad ſoluendum, quandoquidem in Reipublicæ bonum, cui partes omnes æque proportione quadam ſubuenire tenentur, fuerit pecunia illa ſumpta à mercatoribus, propterea quod vrgens Reipublicæ neceſſitas locum non dederit vt ab omnibus partibus tunc exigeretur aut ſumeretur. Quod ſi neceſſitas locum ad id daret, iniquitas eſſet plus quaſdam Reipublicæ partes grauare, quam alias, ſumendo ab illis ſolis totam pecuniam, non obſtante quod animo eam illis reſtituendi ſumeretur. Et concluſionem prædictam ſimpliciter ſequitur Eman. Rodrig. *in ſua ſumm. 1. tom. cap. 121. num. 7.* & Iacobus de Graſſis *lib. 2. ſuarum deciſ. cap. 105. num. 10. & 24. cum ſequentib.* vbi *num. 26. cum ſequentibus* probat & tenet quod in propoſito coactus etiam & inuitus dicitur, qui per preces importunas mutuat: eandem concluſionem dicit eſſe communem omnium Doctorum ſent. Aragon. *vbi ſup. pa. 686. col. 1. verſ. his ſuppoſitis.*

Circa ſecundum caſum prædictum ſtatuo 4
hanc, quæ ſequitur concluſionem. Qui ſua ſponte mutuo ad certum terminum aut diem dat, licitè poteſt paciſci, non ſolum de damno emergente, vt quæſtione præcedente diximus; ſed etiam de lucro ceſſante, ſi quod ei ex eo ceſſet quod mutuatarius in termino præfixo non ſoluat, ita probat Soto *de iuſt. & iur. lib. 6. quæſt. 1. art. 3. concluſ. 5.* videtur tamen innuere neceſſarium eſſe pactum antecedens, vt mutuanti damnum emergens aut lucrum ceſſans ex tali mora debeatur. Sed verius & tenendum eſt, illud quidem pactum ad hoc non requiri, ſed etiam abſque eo deberi mutuanti damna prædicta perſolui, eo quod in termino præfixo ſolutio non fiat, etiam ſine culpa mutuatarij, vel quod ſoluendò non fuerit, vel alia ſimili cauſa, quæ tamen ex parte mutuantis non proueniat, ita latè probans tenet cum D. Thom. Medin. & aliis Molina *vbi ſup. col. 390. cum ſequentibus, verſ. 2. concluſ.* qui *in verſ. illud eſt obſeruandum*, idem probat, quando mutuans idcirco ſub vſuris ab aliquo alio mutuo accepit, quod mutuum ipſi in termino præfixo non fuit ſolutum, tenetur namque mutuatarius ſoluere illi damnum illud vſurarum, quod propter moram ſolutionis ſibi faciendæ incurrit, quod ibi latè proſequitur & declarat. Et quod licitum ſit pro intereſſe lucri ceſſantis aliquid exigere, quando mutuatarius eſt in mora ſoluendi, tenent communiter Iuriſprudentes ſecundum Aragon. *de iuſt. & iur. quæſt. 78. art. 2. pag. 687. colum. 1.*

Circa tertium caſum præfatum quamuis In- 5
noc. & alij teneant partem negatiuam; communis tamen atque communior ſententia Doctorum & vera atque tenenda eſt affirmatiua, nempe illum, qui à nemine cogitur, ſed ſponte ſua mutuo alicui dat, licitè poſſe cum eo paciſci de lucro, quod ea de cauſa ſibi ceſſat intra terminum ad quem mutuum exigitur & conceditur, & antequam mutuatarius ſit in mora illud ſoluendi. Veluti ſi quis deſtinatam haberet certam pecuniæ quantitatem ad negotiandum hoc anno, ex quo ſperat lucrum centum aureorum, & alius eam petat ab eo ſoluendam poſt annum: poterit enim hoc in pactum deduci, dummodo lucrum ſit certum futurum probabiliter, vt ſupra declarauimus. Aut ſi quis pecuniam habeat paratam ad emendos annuos redditus, & alius eam petat mutuo, impedimentoque ſit ne eos emat: poterit namque hoc intereſſe in pactum deduci, quantum ſcilicet æſtimabitur iuxta probabilitatem, quæ eſt vt illos inueniat, & iuxta alias circunſtantias concurrentes, ita tenent Conrad.



Conrad. *de contract. quæſt. 30.* Caiet. *2. 2. q. 78. art. 1. ad primum*, Medin. *de reb. per vſur. acquir. quæſt. 3. cauſa 2.* Adrian. *de reſtit. quæſt. 92. quia tantum eſt de intereſſe.* Maior *in 4. diſt. 15. quæſt. 20.* Gabriel *ibidem quæſt. 11. art. 1. notabili 2.* Almain. *ibidem q. 2.* Angel. *verbo, vſura 1. à num. 15.* Syluest. *eodem verb. quæſt. 19.* Nauar. *in man. cap. 17. num. 211. & in commentar. de vſur. 14. quæſt. 4. à num. 47.* eſt communis vt alios allegans affirmat Douar. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 4. num. 5. col. 2. illius l.* vbi eam intelligit quoties fraus abeſt, & eſt veriſimilis certitudo lucri ceſſantis, ac verè ſit lucrum ceſſans; & nos *vbi ſupra num. 5. & lib. 1. canonic. quæſtionum cap. 39. num. 24.* & plures allegans eam probat & ſequitur Aragon. *vbi ſupra col. 2. & pag. ſequenti ad fin. verſiculi, vnde ſit quarta concluſio, & pag. 689. col. 1. cum ſequentibus* reſpondet latè fundamentis contrariis, & Emanuel Rodriguez *vbi ſupra num. 10.* vbi congerit quatuor conditiones & declarationes, quæ debent concurrere & ſeruari ad hoc, vt hæc communis ſententia locum habeat. Eandem communem ſententiam receptiorem appellat, & eam ſequitur, dummodò ſeruentur omnes conditiones, de quibus per ipſum in numeris præcedentibus, D. Iacob. de Graſſis *vbi ſupra num. 31.* eandem communem opinionem ſupradictam hoc nomine appellat, & proculdubio amplectendam, eam melius latiuſque probans, reſpondenſque fundamentis contrarium tenentium, nempè Innoc. Soti & aliorum; Molina *vbi ſup. col. 392. ad finem cum ſequentibus.*

Nec D. Thom. aduerſatur huic communiori Doctorum ſententiæ, quamuis contra eam allegetur *quæſt. 13. de malo, artic. 4. ad 14. & 2. 2. quæſt. 78. art. 2. ad primum*, dum concedens mutuantem paciſci licitè poſſe de damno ob mutuum emergente, ſubiungit paciſci non poſſe de lucro ceſſante, quia nondum illud habet, & poteſt multipliciter impediri, & quod tale eſt vendi non poteſt. Non inquam aduerſatur hæc doctrina
6 D. Thom. ſuperiori communi ſententiæ: ¶ quoniam lucrum ceſſans duplex eſt, quoddam in potentia propinqua, quia pecunia aut aliud, quod mutuo datur, deſtinatum erat negotiationi & ob mutuum impeditur negotiatio, neque aliunde compenſatur quod illa lucrari ſperabatur. Aliud verò in potentia remota, quando ſcilicet pecunia vel aliud, quod mutuo datur, non erat deſtinatum negotiationi, poterat tamen deſtinari, & tunc ſi mutuo eſſet datum, ex tali mutuo eueniret vt lucrum, quod prouenire ex tali negotiatione poterat impediretur, Diuus igitur Thom. *vbi ſupra* loquitur, vt patet, in lucro ceſſante, quod erat in ſpe hoc poſteriori modo, ac proinde quod poterat multipliciter impediri, vt inquit Sanctus Doctor, de eoque veriſſimè dixit non poſſe ratione illius accipi aliquid vltra ſortem, in quo cæteri authores conueniunt. De lucro verò ceſſante, quod erat in ſpe priori modo, nempè ratione deſtinationis ad negotiationem, de quo ſolo authores communis ſententiæ loquuntur, non intendit D. Thom. non poſſe pro eo accipi aliquid vltra ſortem; quinimo contrarium colligitur ex iis, quæ præmiſſerat in eiſdem locis ſupracitatis, & quæ docuit *2. 2. q. 62. artic. 4. in corpore, & ad primum ac ad ſecundum*, ita & rectè Molina *vbi ſup. columna 397.*

Secundo modo explicatur ſententia D. Thom. *vbi ſupra*, vt per Aragon. *vbi ſupra pag. 692. col. 2. ad fin. verſiculo, non enim*, vt prædicta verba non ſic accipienda ſint vt omninò neget poſſe aliquid paciſci ad arbitrium boni viri per intereſſe dandum: quia aliàs nec pro lucro agricolæ, vel ſegetum poſſet aliquid exigi, cùm id etiam non habeatur & poſſit multipliciter impediri, quod eſt falſum & contra eundem D. Thom. Sed quod negat, eſt, poſſe totum lucrum ſperatum aut veriſimiliter cognitum à mutuatario exigi, quia id eſſet iniquum, cum non habeatur & poſſit multipliciter impediri. Et quod hic ſit verus ſenſus colligitur ex eodem D. Thom. *quæſt. 62. art. 4. & in 4. diſtinctione 15. quæſt. 2. artic. 5. quæſtiuncula ſecunda ad quartum*, vbi fatetur impedientem ab aſſecutione lucri, vel alterius boni habendi teneri ad reſtitutionem, non in ſolidum, ſed arbitrio prudentis viri: quia inquit non eſt habitum, & impediri poteſt multipliciter, vt latius per Aragon. *vbi ſupra.*

Pactum autem prædictum ſeu conuentio 7
non valebit vltra id, quod verè intereſt, ſed in vim probationis & confeſſionis eius quod intereſt, donec altera pars probet non tantum interfuiſſe, vt deduximus *dicto cap. 2. ſub num. 5.* vbi & alia in propoſito adduximus: & *numer. 6.* idem eſſe probauimus in homine non ſolito negotiari, ſi probet ſoluta pecunia potuiſſe emere domum, vel fundum, vt in vxore, quæ ſi ſibi ſolueretur dos tempore debito, emeret fundum, nam ob non ſolutam dotem poteſt petere lucrum inde ceſſans.

Obſeruandum eſt deinde, quod ad hoc vt lu- 8
crum ratione mutui ceſſare dicatur, in primis requiritur vt verè ratione mutui impediatur, neque aliunde compenſetur; aliàs enim non cenſeretur ceſſare, ac proinde pretium non poſſet licitè accipi pro portione, quæ ita ceſſare non cenſeretur.

Hinc eſt, vt ſi lucrum ſit ſolum in ſpe & po- 9
tentia remota, quia pecunia aut res alia, quæ mutuo datur deſtinata non erat negotiationi, nullum cenſeatur lucrum ceſſare, licet deſtinari in futurum poſſet, & fortaſſe foret negotiationi applicanda, niſi mutuo fuiſſet data, ac proinde non habebitur ratio huiuſmodi lucri incerti, vt pro eo pretium licitè poſſit accipi, vt docuit optimè D. Thom *vbi ſupra*, conſentiuntque cæteri Doctores, teſte Molina *vbi ſupra col. 397. in fin. &*
*in principio columna ſequentis.* ¶ Vbi etiam quod 10
ſi pecunia, quæ mutuo datur, deſtinata quidem erat negotiationi, non tamen adeò firmiter ac certò, quin fortaſſe contrarium eueniret, aliquid detrahendum eſt de valore lucri ceſſantis, prout plus vel minus euenire poſſet, vt negotiationi non applicaretur, vel quia poterat non occurrere occaſio negotiationis, quam intendebat, vel quia variis aliis modis poterat à negotiatione impediri: quo enim lucrum magis incertum eſt, eò minus valet, vndecumque ea incertitudò proueniat, & tenet etiam Emanuel Rodriguez in ſua Summa *1. tom. c. 111. num. 10. verſic. la tercera.*

Vnde etiam fieri dicitur, vt ſi pecunia deſti- 11
nata quidem erat negotiationi, licet eam mutuo det, non proinde minuitur negotiatio, quia vel applicabit aliam, quam reſeruare decreuerat, vel mutuo pecuniam ab aliis accipiet aut aliunde ſibi ſubueniet, ita vt nihil minus habeat lucri in termino ad abſolutionem mutui deſtinato, quam eſſet habiturus ſi non mutuaſſet, nullum pretium pro eo poſſet licitè accipere, niſi pro ea parte, quæ fortè ob mutuum verè lucrum, alias ceſſaſſet, non verò alterius partis quæ verè ei non ceſſat. Quod ſi propter mutuum negotiari quidem

dem omnino deſinat mercator, attamen vel totum lucrum, quod ea negotiatione ſperabat, vel partem illius opificio, aut alia ſua induſtria, compenſet; quam tamen appoſiturus non fuiſſet, ſi negotiationi illi inſiſteret, tunc ſanè tantum minùs lucri illi ex mutuo ceſſat, quantum aliunde ſua induſtria compenſat, ac proinde non licebit ei accipere pretium partis, quam ita aliunde compenſat, niſi hæc alia induſtria moleſtior ſit ac laborioſior, quia tunc aliquod pretij incrementum poterit licitè accipere, vt in mutuatarij gratiam negotiationem minus laborioſam & moleſtam omittat, & in hac potius ſe exerceat. Iuxta hæc igitur examinandi ſunt mercatores diligenter, qui ob mutuum affirmant lucrum eis ceſſare, eaque de cauſa paciſcuntur aliquid accipere vltra ſortem.

12 Similiter etiam obſeruandum erit, minime licere mercatoribus vendere credito vltra pretium rigoroſum, quo eadem res valet pecunia numerata, dicentes ſe eſſe mercatores, lucrarique ſua pecunia, quam ſemper negotiationi expoſitam habent, multoque plus lucri ipſis ex eo ceſſare, quod non ſtatim eis ſoluatur pretium mercis. Eſſet enim contrarium verè vſura, eo quod nullum lucrum verè illis ceſſet, ac proinde nullum iuſtum titulum habent, vnde incrementum illud exigere atque accipere poſſint, ſi res attente expendatur: ſiquidem ſi prædicti mercatores ſolum venderent pecunia ſtatim numerata, certè in fine anni non tot merces vendidiſſent, quot vendunt, vendendo ſimul credito, quia longe pauciores emptores inuenirent. Neque ex eo, quod credito multis vendant, deſinunt vendere pecunia ſtatim numerata omnibus, qui pecunia numerata ab ipſis volunt, & ita hanc partem merito probauimus cum pluribus aliis authoribus eam tenentibus aduerſus Conrad. Abb. & Anan. Caieton. Medin. & alios *d. lib. 1. canonic. quæſt. cap.* 39. *num.* 14. *&* 16. *cum ſequentibus* & nouiſſimè hanc etiam partem nullos referens ſequitur & probat Molin. Theolog. *vbi ſup, col.* 339. *per totam.*

13 Eſt tamen caſus, in quo hæc noſtra ſententia communis limitari iuſte poteſt, quem conſtituimus *vbi ſupra num.* 25. nempè tribus concurrentibus. Prima quod mercator, vel alius vellet & poſſet ſtatim merces ſuas vendere præſente pecunia, quia erant emptores, qui eas in promptu ſoluendas emere volebant, & præterea ſtatim cum prædicta pecunia præ manibus haberet aliam negotiationem, ex qua certum vel veriſimile eſſet ſibi lucrum. Secundo, quod precibus & importunitate alterius id omitteret, vt illi ad creditum venderet, ex quo certè ac veriſimiliter omiſit lucrari certam quantitatem pecunię. Tertiò, quod hoc caſu non exigat totum quod ex illa negotiatione lucrari potuiſſet, ſed id minus, quo æſtimantur expenſæ labores, & incertitudo dicti lucri, hoc eſt, quanto valet minus lucrum non habitum, licet ſperatum, ob eius incertitudinem, quàm valet actu habitum. Quibus omnibus interuenientibus (vt etiam docet Molin. *vbi ſup. col.* 400. *verſ. pro lucro*, vbi idem probat de periculo capitalis, & 401. *verſi. hinc iam*, ibi *præterea enim*) vel ſi tunc non erat merces venditurus, ſed eas ſeruaturus in tempus, quo eſſent plus valituræ, & rogatus vendat, licitè poteſt haberi conſideratio totius damni emergentis & intereſſe lucri ceſſantis detractis ſumptibus, laboribus, & aliquid amplius ratione incertitudinis illius lucri, vt augeatur pretium ſecundum hoc in his venditionibus ad creditum. Aliàs his deficientibus minimè licebit carius credito vendere vltra pretium rigoroſum, quo res pecunia de præſenti numerata communiter valet, per ſupradicta.

Et quod in hac taxatione haberi debeat reſpectus ad pericula labores, & expenſas, quas veriſimiliter paſſurus eſſet negotiator, probat etiam, & tenet Iacobus de Graſiis in ſua ſumma deciſionum, *lib.* 2. *c.* 105. *n.* 23.

Obſeruandum præterea eſt, quod pro lucro ceſſante licet plus accipere, quam arbitrio prudentum ſpectatis omnibus circunſtantiis concurrentibus illud valeat: aliàs ſi vltra iuſtum pretium rigoroſum aliquid accipiatur, reſtituendum eſt in foro conſcientiæ, vt probat Molina vbi ſupra *columna* 400. *verſicul. pro lucro.* Non igitur erit licitum accipere tantundem pretij pro lucro ceſſante, quantum erit lucrum quod probabiliter ſperabatur, vt ſupra dicebamus, & docet Caiet. 2. 2. *q.* 78. *art.* 1. *ad primum*, & cæteri communiter probant. 14

Duobus autem modis lucrum ceſſans poſſe deduci in pactum inquit Medina *de rebus per vſur. acquiſit. q.* 3. *& vlt.* Vno modo, quemadmodum lucrum eſt incertum quantum ſit futurum, ita pretium, hoc eſt, intereſſe conuentum, incertum ſit ac dependens ab eo quod rei euentus probauit in alia re. 15

Similiter deductis expenſis, & aliis, ſi quæ iuxta hactenus dicta deducenda ſunt, vt ſi quis habeat mille aureos negotiationi deſtinatos, & ex eis det quingentos mutuo cum pacto, vt quantum aliis quingentis fuerit lucratus, tantum illi mutuatarius tribuat ratione lucri ceſſantis, deductis expenſis, ſi quas maiores erat facturus negotiando cum mille aureis, quam cum ſolis quingentis, & detrahendo aliquid ratione periculi capitalis, ſi alieni periculo negotiationis expoſitum ſubiacebat. Aut deducendo in pactum, quod ſi nihil fuerit lucratus aliis quingentis aureis, tantundem retineat. Vel ſi mille aureos integros mutuo illi det cum pacto, vt quantum compertum fuerit, quemdam alium in ſimili negotiatione cum mille aliis eſſe lucratum, tantum deductis expenſis reſtituat, aut retineat de capitali, ſi de capitali aliquid ille alius amiſerit: contractus namque hic licitus eſt, quoniam ſeruatur æqualitas, & quanta certitudo eſt in lucro ceſſante, tanta eſt in pretio ſecundum Angel. *in ſum. verbo vſura* 1. *n.* 17. & Gabriel *in* 4. *diſtinct.* 15. *qu.* 11. *art.* 3. *dub.* 2. 16

Alio modo lucrum ceſſans deduci poteſt in pactum, vt tantum pro illo reſtituatur, quantum æſtimatur modo, dum adhuc eſt in ſpe, ſiue rei euentus poſtea in re ſimili probet quod plus, aut minus, aut nihil mutuans eſſet lucraturus. Quos duos modos deducendi in pactum lucrum ceſſans rectè obſeruauit Medina *de rebus per vſur. acquiſit. quæſt.* 3. ſecundum Molin. *vbi ſupra dict.* 4. *diſputat.* 316. *col.* 401. *cum ſequentibus.* 17

Nunc videamus an conditiones, de quibus per Conrad. & Emanuel. Rodriguez & Iacob. de Graſiis *vbi ſupra*, ad hoc vt lucrum ceſſans in pactum licite deduci poſſit in mutuo, ſint veræ? Et quoad octo conditiones Conrad. eas non eſſe neceſſarias tenent & probant Doctores præcipuè Nauar. Arag. & Molin. *vbi ſupra.* Et quoad quatuor Emanuelis Rodrig. prima quidem quod lucrum ceſſans & intereſſe ſit veriſimili tempore contractus, plana eſt & vera, vt ex ſupradictis melius 18



19 melius declarata patet ¶ Secunda quod mutuum
ſit cauſa amiſſionis lucri, ſimiliter vera eſt, vt
20 non ſemel *ſupra* docuimus, & eam tenent omnes ſecundum Nauar. *cap.* 12. *num.* 212. Verum ſi quis multa millia aureorum habens, ſolùm quatuor millia deſtinauit negotiationi, ex quibus quingentos lucri aureos ſperabat, & alius ab eo mutuo petat, vel partem illorum, vel integros quatuor mille aureos, poterit mutuans ille accipere æſtimationem lucri illius ceſſantis; ſi modo negotiationem illam reſarcire non velit aliis ſuis aureis, ſed illam propter mutuum illud omittat; neque aliunde lucrum illud compenſet, quia aliam pecuniam ad alios fines, ſcilicet, ad fortuitas neceſſitates reſeruare prudenter poteſt: aut non velle exponere illam negotiationi, vt ante licitè eam non exponere decreuerat, ita Nauar. *in manual. cap.* 12. *num.* 212. ſic limitans & intelligens opinionem ſimplicem contrariam Caietani & Medinæ, quam etiam probauerat ſimpliciter Iacob. de Graf. *vbi ſupra numer.* 18. & 31. eandem Nauarri declarationem & præcedentem doctrinam affirmatiuam ſequitur etiam Aragon. *vbi ſupra pag.* 692. *col.* 2. Emanuel Rodriguez *vbi ſupra num.* 10. & probat optimè Molina *vbi ſupra col.* 400. *verſiculo. du-*
21 *bium eſt.* Tertia conditio, quod lucrum non excedat intereſſe, imò neque totum lucrum, ſed minus exigatur, etiam verà eſt vt prædiximus. Quarta eſt, quod lucrum ceſſans non exigatur ſtatim tempore mutui, ſed poſtea quando mutuum erit ſoluendum, ita tenet Conrad. & eam latè probat & defendit Aragon. *vbi ſupra pag.* 693. *per totam cum ſequenti.* Sed vt vera ſit hæc conditio, intelligenda eſt quando ex acceptione ſtatim talis pretij lucrum ceſſans minuitur, & non minuitur de pretio quantum ea de cauſa minus ceſſat lucrum, quo dato plus acciperetur pro lucro quia eſſet lucrum ceſſans; vt in exemplo de quo per Molin. *vbi ſupra col.* 401. *ad fin.* verbi gratia, ſi ex mille aureis, quos negotiationi expoſitos habebas, mutuo mihi des quingentos, & lucrum ceſſans æſtimetur triginta, atque quando mutuo illos mihi das accipias triginta, ſolum mihi tradis quadringentos & ſeptuaginta, ex quibus minus lucrum tibi ceſſat, quàm 30. quo fit vt accipere non debeas integros 30. ſed detrahere ratione eorum quibus tu negotiaris, & quos non accipio mutuo, aliquid debeas ¶ Et quoad conditiones Iacob de Graf *d. lib.* 2. *ſuarum deciſ.* 105. *à num* 11. *cum ſequentibus*, ex quibus dilucidabuntur decem prius congeſtæ per Nau. *in man. c.* 17. *num.* 212. ipſe Iacob in hunc modum eleganter procedit, & diſtinguit primum ex parte dantis mutuum, ſecundò ex parte id recipientis, deinde & 3. ex parte lucri ceſſantis. Qua obſeruatione & diſtinctione facilius intelligetur hæc materia, quamuis iuxta ſupradicta ſit iam declarata, ſed magis reſolute vt ſequitur.

22 Ex parte dantis mutuum tres conditiones inquit requiri, adhoc vt tuta conſcientia poſſit exigi intereſſe lucri ceſſantis. Prima eſt, vt ipſe creditor & ſic mutuans non ſit ſolitus fœnerari iuxta Afflict. *deciſ.* 20. Aymon. *conſil.* 189. Sed hæc conditio non procedit in foro conſcientiæ, in quo veritas præualet præſumptioni *c. tua de ſponſ.* ſed tantum in foro exteriori, nam in foro animæ ſufficit, quod verè coram Deo habeat pecuniam illam expoſitam induſtriæ vel negotiationi *l.* 3. *§. fin. ff. de eo quod certo loco*, Afflict. *vbi ſupra*, Soto *lib.* 6. *de iuſt. & iur. q.* 1. *art.* 3. Nau. *d. n.* 212. *in* 4. *conditione, & in tract. de vſur. n.* 54. *cum ſequentibus*, quos refert & ſequitur Iacob. de Graf. *vbi ſup. n.* 12.

Secunda conditio ex parte mutuantis eſt, vt ipſe creditor mallet pecuniam ſuam negotiationibus occupare quam mutuare cum intereſſe; quia principalis cauſa mutuandi debet eſſe ſubſidium proximi indigentis, vel vt ſaltem habeat ſe indifferenter, vt non magis animus eius declinetur ad mutuum dandum cum certo lucro, quam ad negotiandum cum lucro incerto, vt per Medin. *C. de reſtit. tit. de vſur. q.* 3. *concluſ.* 2. Caiet. ad D. Thom. 22. *q.* 78. *art.* 2. *ad primum*, & eſſe neceſſariam hanc conditionem dicit etiam Syluest. *verbo, vſura*, *q.* 19. Iacob de Graf. *vbi ſuprà num.* 13. 23

Sed nihilominus contrarium rectè probat Nau *vbi ſup. d. n.* 212. *in octaua conditione*, nempè, non eſſe neceſſarium d. conditionem, licet ſit honeſtiſſima, & eſt de mente Molinę *vbi ſup. col.* 402. *verſic. prætermiſſis.*

Tertia conditio ex parte mutuantis eſt, quod faciat pactum præd. ſine ſcandalo puſillorum & malo exemplo aliorum, nedum actiuè, ſed etiam paſſiuè. Sed hæc conditio, quamuis ad euitandum peccatum ſcandali neceſſaria ſit, non tamen ad euitandam vſuram & obligationem reſtituendi, quæ ex ſola iniuſtitia naſcitur, quale non eſt peccatum ſcandali, quod eſt contra charitatem, vt benè probat Nau. *vbi ſup. verſic. octauo, el primero*, & Iacob. de Graf. *vbi ſup. n.* 14. *cum ſequentibus*, præcipuè *nu.* 16. vbi quod ad euitandam omnem ſuſpicionem poterit fieri contractus penes actu curiæ de reſtituendo ſortem principalem, vna cum intereſſe lucri ceſſantis; quia illa obligatio fouetur calore iudicij, & ita creditor totus erit in vtroque iudicio. Sed hæc cautela non eſt in vſu, nec item neceſſaria, dummodo cætera ſeruanda ſeruentur; quinimo patitur inconueniens, an iudex ſimilem obligationem admittat necne. 24

Ex parte verò accipientis mutuum duplex conditio requiritur ſecundum eundem Iacob. *vbi ſup. n.* 17. Prima, vt debitor ſit admonitus de intereſſe tam damni emergentis quam lucri ceſſantis, & ita admonitus velit accipere cum illo onere. Sed hoc verum eſſe probo ab initio, quando mutuum fit: tunc namque requiritur admonitio; ſecus quando lapſo termino ſolutionis & reſtitutionis mutui prætenditur lucrum ceſſans vel damnum emergens, quia tunc ratione moræ abſque alia admonitione poteſt iuſtè peti intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis iuxta ſupradicta. 25

Secunda conditio ex parte mutuatarij eſt ſecundum ipſum, vt mutuum accipiens non ſit in extrema, vel quaſi extrema neceſſitate, ita vt ſit præceptum mutuo dare & non conſilium, vt cum Afflict. *deciſ.* 20. & Nau, *ibi* probat. Sed imò ipſe Nau. *d. n.* 212. *in* 6. *condit.* inquit, non videri neceſſariam hanc conditionem, quia non tenetur ex præcepto ſubuenire illi gratis; imò ſatisfacit mutuando, vt cum poterit ſoluat; & mutuare ſine intereſſe, eſſet donare. 26

Ex parte ipſius lucri ceſſantis ſequentes conditiones requiri commemorat idem Iacob. *n.* 18. *cum ſeq.* Prima eſt, vt danti mutuum lucrum verè & non fictè eſſet: & hæc eſt vera, vt *ſup.* reſoluimus. Exemplum, quando quis habet pecuniam, qua non vult negotiari, vel neſcit, dando hanc pecuniam mutuo non poteſt paciſci de intereſſe lucri ceſſantis. 27

28 Secunda conditio eſt, quod lucrum ſit iuſtum; alioqui non poteſt exigi intereſſe lucri ceſſantis: & hæc conditio eſt vera. Et inde infertur *num.* 19. quod viduæ ſolitæ mutuare dotem ſuam, niſi adſit contractus iuſtus cenſus, vel ſocietatis, non poſſunt accipere intereſſe, quia eſt vſura.

Tertia conditio eſt, quod intereſſe ſit intrinſe-
29 cum & moderatum, non autem extrinſecum ſecundum Nau. *de vſur. n.* 43. v. g. extra rem, vt ſi propter mutuum ſerui mutuantis fame perierit, & ſimil. quod probo.

Quarta conditio eſt, vt intereſſe lucri ceſſantis æſtimetur arbitrio boni viri, non quantum eſt in re, ſed quantum eſt in ſpe, Soto *lib. 6. de iuſt. & iur. q. 1. art. 3. in fi.* eſtque veriſſimum, imò & tunc minor quantitas in pactum deducenda eſt quam ſit lucrum ceſſans, ſcilicet, non totum intereſſe quod veriſimiliter expectatur, ſed ſpes eius, vt prædiximus.

30 In ſumma ſupra dictas conditiones quatuor neceſſariæ omnino deducuntur, quas obſeruat rectè Arag. *vbi ſup pag. 692. col. 1. & 2.*

Prima eſt, quod lucrum ceſſans ſit verum & non fictum. Secunda, quod mutuum ſit cauſa amiſſionis lucri. Tertia, quod lucrum non excedat intereſſe veriſimile & probabile, ita vt ſit dubium probabile an lucrum ceſſans plus minusvè ſit valiturum iuxta determinationem textus *in c. in ciuitate de vſur.* Quarta conditio eſt, quod mutuator non exigat tantum, quantum futurum creditur lucrum ceſſans, ſed deductis laboribus & expenſis, attentoque etiam quod lucrum eſt in futuro & in periculo, & quod valet minùs non dum habitum, licet ſperetur, ob eius incertitudinem, quod valet actu exiſtens. Adde, quod hoc arbitrio boni & prudentis viri eſt moderandum, vt ſupra probauimus.

## SVMMARIVM.

1 *Gener, qui interim quod ei dos non ſoluitur pignus fruendum accipit, an committat vſuram fructus pignoris in ſortem principalem non computando? & num. ſeqq. per totam quæſtionem, vbi plures caſus diſtinctè declarantur.*

2 *Creditor fructus pignoris in ſortem principalem non accipiens vſurarius eſt, cum ſua limitatione.*

3 Cap. ſalubriter de vſur. *materia & intellectus, & num. ſeqq.*

15 *Iura ad ea, quæ frequentius accidunt, adaptantur.*

28 *Vidua an teneatur fructus pignoris traditi ſuo marito, interim quod ſibi dos non perſoluitur in ſortem principalem computare? cum num. ſeqq.*

26 *Vidua domicilium mariti retinet, & in eius matrimonio permanere dicitur.*

31 *Vidua an poſſit petere ab heredibus viri, interim quod ſibi dos non ſoluitur, certam quantitatem loco alimentorum intra annum ſoluti matrimonij, & qui poſt annum? n. 32.*

*De fructibus pignoris dati pro dote ſoluenda an computentur, vel non in ſortem principalem?*

## QVÆSTIO XCI.

QVÆRO modo an gener, qui interim dum dos ei non perſoluitur pignus fruendum accepit, non computando fructus in ſortem, vſuram committat, necne? 1

Et in hoc partem negatiuam, quod licitè eos poteſt percipere non computando ipſos in ſortem principalem, decidit expreſſe tex. *in c. ſalubriter de vſur.* his verbis: *Sanè generum ad fructus poſſeſſionum, quæ ſibi à ſocero ſunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in ſortem non credimus compellendum, cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda,* quibus apertè definit Innoc. III. illius textus author, generum non teneri computare in ſortem fructus pignorum, quæ pro dote promiſſa interim dum ei non ſolueretur accepit; & ibi communiter Doctores, & recipitur etiam vbique communiter ab omnibus Doctoribus vtpote definitum in d. *c. ſalubriter.* ¶Cum tamen alioquin creditor vſurarius 2
fit, ſi fructus pignoris vltra ſortem ſibi præcipuos habuerit *c. 1. & c. conqueſt de vſur. l. 1. & 2. C. de pig. act. cum ſim. l. 20. tit. 13. p. 4.* & probat Coſmus Philiar. *de officio Sacerd. 2. to c. 8. verſ tertia concluſio, pag. 52.* vbi limitat in his, quorum vſus gratis inter amicos concedi ſolet, veluti ſi accepit quis in pignus libros, cimbalum, teſtudinem, & eis vtitur, maximè ſi pignus ſit de his, quæ vſu perfectiora redduntur, vel ſi etiam accepit quis tot fructus, ſeu tantam vtilitatem in pignoris vſu, quantum in eo conſeruando impendit, vel quantum eſt intereſſe, quod ex mutuo moram patitur, dummodo fructus non excedant intereſſe, & excedentes computentur in ſortem.

Quare noſtri interpretes tam Iuriſtæ quam 3
Theologi maximè variant circa intellectum & rationem *d. dec. Pont. in c. ſalubriter de vſur.* de quo latè agit Palac. Rub. *in repet. c. per veſtras ad fin. oper. de don. inter vir. & vxor §. incip. octauo infertur, n. 1. cum ſeq. fol mihi* 249. Aluar. Valaſc. *conſult. 2. per totam*; & plura prolixè & confuſe inculcat Palat. *in ſua praxi Theol. de contr. & reſt. lib. 4. c. 5. verſic. de pignoribus autem dotalibus, fol.* 282. *cum pluribus ſeqq.* licet non referat alios modernos authores ſeniores præ ſe, qui prius de eadem tractauere materia.

Nos verò diſtinctiùs procedentes reſoluimus 4
communem illius textus intellectum eſſe, quòd ea conſtitutio tunc admittenda ſit, cum ipſe gener, attenta eius induſtria & officio, poſſet ex dote ſtatim ſibi ſoluta, lucrari tantam quantitatem, quantam ex fructibus pignorum quotannis percipiebat, non aliàs, & ſic ratione lucri ceſſantis, ita Hoſt. Ioan. Andr. Abb. Ant. & communiter Doctores *in d. c. ſalubriter*, Bart. *in l. in inſulam, §. vſur. ff ſol. matr.* refert plurimos alios authores, qui eum ſequuntur & cõmunem eſſe profitentur, D. Cou. *lib. 3. var. reſ. c. 1. n* 3. qui *in verſ. quamobrem.* verius eſſe cenſet fructus pignoris dati pro dote ſoluenda, tunc non eſſe in ſortem computandos, cum intereſſe dãni emergẽtis, aut lucri ceſſantis equale ſit veriſimili, licet non èxacta cenſura, fructibus ipſius rei datæ in pignus: atque iuxta hanc ſententiam eſſe accipiendum Romani Pontificis reſponſum *in d. c. ſalubriter*, quod ipſe inquit ſe colligere ex mente Doctorum inibi, & aliorum quos ibi refert, dicens ipſum minimè dubitare eſſe hanc opinionem frequentiori authorum iudicio probatam, eſſeque communem fatentur Palac. *vbi ſup. pag.* 284. *col. 1.* & eam ſequitur Eman. Rodr. *in ſua ſumm. 1. to c. 97 n. 4* vbi citat Cou. *vbi ſup.* Caiet. Sotum & Nau. eam tenentes: eandem prius fuit ſequutus Adrian. *in 4. in q. de vſur. verſ. ſed dubium*, Almain. *in 4. diſt. 15. q. 2.* Sylueſt. *verbo vſur. 3. §. 1.* Medin. *de reb. per vſur. acquiſ. q. 2. verſ. ad c. ſalubriter*, & eſt communior Doctorum ſententia ſecundum Ludouic. Mol. *1. p. de iuſt. & iur. diſp.* 301 *col.* 414. *ad fin.* vbi alios allegat, licèt ea non ſequatur, & necnon Felic. de Solis *de cenſib. lib. 1. c. 5. n. 10. verſic vnde ſuccedit.*

5 Hic tamen intellectus & ſententia pluribus aliis non placet, nec mihi, tenentibus ſufficere in caſu *d. c. ſalubriter*, vt ratione intereſſe hoc caſu percipiantur fructus pignoris præcipuè vltra ſortem, quod is, cui dos eſt promiſſa aut debita, interim dum ea non ſoluitur ſuſtineat onera matrimonij ex propriis bonis, quæ quidẽ onera ex dote ſoluta poſſet ſuſtinere, pro quibus ſuſtinendis dos datur *l. pro onerib cum ſimil C. de iur dot.* & ideo de damno euitando agit maritus fructus pignoris præcipuos habens, non de lucro acquirendo. Nec hi Doctores requirunt intereſſe lucri ceſſantis, quod dote ſtatim ſoluta maritus conſequeretur attenta eius ſolita induſtria & negotiandi exercitatione, ita tenent Ioan. de Anan. *in d. c. ſalubriter n* 8. Bald. Nouel. *de dote 7. p. prin prin.* 3. Alex. *conſil.* 31. *col.* 3. *lib. 6.* & voluit idem *conſ.* 141. *in princip. lib.* 5. Palac Rub. *in c. per veſtras, 6. notab. §. octauo infertur, pag mihi* 249 *n.* 3. Carol. Molin. *de vſur. q.* 74 *n.* 525. Caiet. 2. 2. *q* 78. *art. 1. ad* 6. quos ad hoc citat Conat. *vbi ſup.* & Solis etiam *vbi ſup. verſic. quo circa, & præd.* priorem ſententiam falſam eſſe profitetur & probat Magiſt. Arag. *de iuſt & iur. q. 78 art. 2. pag. 698. col.* 1. reſoluens *col.* 2. quod tantùm propter onera matrimonij, etiamſi nullum ſit lucrum ceſſans, poteſt gener fructus pignoris recipere non computatis illis ad ſolutionem principalis, vt illis ſuſtentet onera matrimonij, cum Caiet. Sot. Gab. Abb & aliis, & Mercad *de tr. y contr. tit. de vſur. c* 8. *fol.* 102. præſertim quod dos ſalua mulieri remanere debet, vt patet in iure, quod tenet etiam Solis *vbi ſup.* quicquid contrarium probet Palac. Rub. *vbi ſup in verſic, caueat tamen.*

Et quod communis intellectus præcedens verus non ſit patet, quia diuinat ad litteram *d. c. ſalubriter*: quoniam textus ille non eam rationem reddit, ſed longe diuerſam, nempè licitè id accipi vltra ſortem pro ſuſtinendis oneribus matrimonij, ad quæ ſuſtinenda ait textus fructus dotis ſtatim ſolutæ non ſufficiunt. Quare quando dos differtur (quaſi diceret Summus Pontifex) licitè accipiuntur fructus pignoris pro ſuſtinendis oneribus matrimonij, qui excedere non ſolent fructus dotis ſtatim perſolutæ.

Deinde & ſecundò, quoniam Summus Pontifex in eo capite aliquid peculiare voluit declarare circa generum ratione onerum matrimonij, non verò tradere radicem communem genero cum cæteris omnibus licitè acquirendi aliquid vltra ſortem, propter lucrum ceſſans, aut damnum emergens.

Tertiò quoniam, ſi ſolum ratione lucri ceſſantis aut damni emergentis, licitum eſſet genero accipere fructus pignoris vltra ſortem, tunc ſi dos ſoluenda eſſet in pecunia & gener non eſſet negotiaturus cum ea, ſed ſe vxoremque ſuam ſuſtentaturus eſſet ex redditibus ſui patrimonij, nihil accipere poſſet vltra ſortem, quippe ex dilata dote nullum lucrum ei ceſſaret, aut damnum emergeret, hoc autem eſſet contra deciſionem generalem & diſtinctam *d. c. ſalubriter*. igitur procedere non poteſt.

Quartò, quoniam ſi ratione ſolùm lucri ceſſantis aut damni emergẽtis licitum eſſet genero accipere fructus pignoris, tunc ſi illi excederent lucrum ceſſans aut damnum emergens, non liceret profectò ei accipere integros fructus, vt authores contrariæ partis, & ſic communis ſententiæ profitentur; hoc autem eſt contra abſolutam deciſionem *d. c. ſalubriter*: ergo procedere non poteſt.

Quintò, quia ſi communis ſententia vera eſſet, ſequeretur inde quod ſi vir eſſet induſtrius, qui ex dote ſtatim ſoluta maiores fructus ſperaret, quam ad onera matrimonij ſuſtinenda illi eſſent neceſſarij, tunc ſanè ratione lucri ceſſantis licitè poſſet accipere maiores fructus, quam quibus indigeret ad matrimonij onera ſuſtinenda. Non ergo Summus Pontifex ibi ex capite lucri ceſſantis aut damni emergentis fuit motus ad id ita definiendum; alioqui declaraſſet interdum plus, interdum minus quam eſſent fructus, illi licere genero accipere. Item ſequeretur quod illos fructus tantum gener poſſet recipere, quando eſſet expoſiturus negotiationi pecunias iuxta reſoluta *qq. præced.* Conſequens autem eſt falſum; quia omnibus generis id communiter conceditur, vt omnes fatentur: igitur communis ratio & intellectus procedere minime poteſt.

Sextò quid plura? quoniam in tex. illo à Summo Pont. redditur ratio ſuæ deciſionis, quæ non 6
eſt ratione damni emergentis aut lucri ceſſantis, quæ profectò non eſſet generalis; ſed quia frequenter dotis fructus non ſufficiunt ad onera matrimonij ſupplenda, quaſi diceret ad onera matrimonij valent fructus integræ dotis ſtatim ſolutæ, licet in poſſeſſionibus fructiferis perſoluatur. Loquitur igitur ibi Summus Pontifex, quando aliquis conſtituit ſe daturum genero certam dotis quantitatem, & quia non poteſt eam ſoluere ſtatim, interim illi in pignus tradit poſſeſſiones aliquas fruendas, quouſque ei dos perſoluatur, idque ſiue ſocer certum conſtituat terminum, in quo dotem ſit ſoluturus recepturuſque ſua pignora, ſiue non, ſed dicat ſe dotem eſſe ſoluturum, interimque dum non ſoluerit fruatur gener illis pignoribus. In hoc ergo euentu conſultus Rom. Pont. an gener vſurarius eſſet non computando fructus in ſortem, neganter reſpondet, huic rationi innixus; quod fructus illi non accipiantur in recompenſationem pro expectatione ſolutionis dotis (id namque eſſet vſura palliata, vt patet) ſed in recompenſationem onerum matrimonij, interim dum dos non ſoluitur, quæ onera illos valent, ita & rectè meo iudicio obſeruat Mol. *vbi ſup. col.* 417. *verſ. vt legitimam, & col ſequenti*, vbi id amplius declarat, & voluit Solis *vbi ſup. fol.* 188. *cum ſequ*

Ex quibus omnibus minus rectè contrarium 7
in ſupradictis cenſuit Palac. Rub. *vbi ſup.* veram rationem & intellectum *d. c. ſalubriter*, non conſiderans, Ant. Gom. *in l. 50. Tauri n.* 30. contra quem noſtram præced. ſententiam cum aliis rectius probauit, & ſecundum eam reſpondit Aluar. Valaſc. *d. conſult. 8. n. 3. in 1. tom.*

Hinc etiam eiiciendi meritò ſunt alij intelle-

ctus à quibuſdam Doctoribus aſſignari ad *d. c. ſalubriter*, nempe ille Medinæ *vbi ſup.* qui communi opinione retenta inclinat potius Innoc. III. *in d.c.ſalubriter*, præſumptioni niti ſocerum intendiſſe donare genero fructus pignoris, interim dum dos illi non ſoluitur ad matrimonij onera ſuſtinenda, quod etiam ſentire videtur Nau. *in man.c.17.n.213.* in editione nouiſſima. Sed hoc de præſumptione donationis Summus Pontifex ibi non cogitauit, imo verò nec huic inniti deberet, vt rectè conſiderat Mol. *vbi ſup.col.416.verſ.Ioannes,&c* poſt Arag. *vbi ſup.col.ſequ.* vbi inquit quod ſuo iudicio præd. Nau. ſententia multo minus probabilis eſt quam prima, nam Papa in illo loco non de donatione, ſed de iuſtitia fuit interrogatus, ſicque determinat id quod iure fieri poteſt, quod verum habet etiam ſocero retinente, nullamque donationem faciente. Et intellectum Medinæ per ſupradicta exempla docent Nauar. Palac. & Solis *vbi ſup.fol.188.col.1.*

Nec etiam ratio alterius præſumptionis à Soto conſiderata *lib.6 de iuſt.& iur.q.1.art.2.* in reſponſione ad vltimam vera eſt, empturum ſcilicet illum fuiſſe ex dote aliquid, vnde dote ea ſalua vxorem aleret, vt tribus optimis rationibus illam conuincit Molin. *vbi ſup col.417.in princ.* & Solis *vbi ſup.* poſt Nau. quem citat.

8 Denique nouus intellectus Magiſtri de Palacio *vbi ſupra pag.285.col.2. ad fin.* mihi non placet, nec verus nec literalis videtur, quamuis ipſe aſſerat quod ſibi plana capitis prædicti intelligentia hæc eſt, videlicet, ſi ſocer tantum ſoluit dotis partem genero ſuo, & pro reſidua ſoluenda pignus eidem tradit vtendum fructiferum, vt inde ſupleat dotis defectum, vt poſſit ex parte dotis ſolutæ & ex fructibus pignoris, quandiu reliqua dos non ſoluatur, ſe & vxorem & familiam alere: tunc fructus huiuſmodi ſupplent vicem dotis ſoluendæ, ideo non debent computari in ſortem, vt ibi latius ratiocinatur, quaſi differentiam conſtituere velit in ſpecie *d. c. ſalubriter* inter hunc caſum, nempè partis dotis ſolutæ, & totius dotis inſolutæ. Non inquam mihi placet hic intellectus, quoniam diuinat ad litteram illius textus; imò potius textus ille loquitur generaliter de pignoribus datis pro dote numerata inſoluta. Et præterea, quia maior & fortior ratio concurrit, vt licitè poſſit gener fructus pignoris pro tota dote inſoluta conſtituti vltra ſortem percipere, quam conſtituti pro parte dotis inſolutæ. Et tandem, quia ſaltem nulla congrua ratio differentiæ aſſignari poteſt inter vtrumque caſum.

9 Placet tamen 4. concluſio eiuſdem authoris *ibid. col. 1.* dum probat quod ſi pignus egeat aliquauis adminiſtratione, vt v. g. ſi Princeps tradens nuptui filiam illam dotauit magna pecuniæ ſumma, & interim quod eſt inſoluta genero dat pro pignore oppidum aliquod, ſi hoc oppidum iuſtitiæ adminiſtrationem ſortitur à genero, fructus oppidi in ſortem non computabit, non tantum ſua ratione, ſcilicet, quia propter opus adminiſtrationis & regiminis curam tributa dantur Principibus, & propter defenſam & tutelam ab hoſtibus: ergo fructus oppidi (inquit ille) vel ſenſus ſeu redditus, qui conſtituti ſunt propter huiuſmodi regimen, tribuendi Rectori aut Principi. Hæc poterit referre gener, ſi tota adminiſtratio illi incumbit; ſi vero pars incumbit, referre pro rata licebit: namque hic gener non refert fructus propter dotis dilationem, ſed propter adminiſtrationis laborem, ſed etiam illa ratione præd. nempe, cum frequenter dotis fructus non ſufficiat ad onera matrimonij ſupportanda, vt in *d. c. ſalubriter.*

Sic etiam inquit Palacius *vbi ſup.* ſi mutuauit 10
Princeps Principi magnam nummorum copiam, oppidū huiuſmodi poteſt ſane referre oppidi redditus conſtitutos pro adminiſtratione, quos ſolebat mutuatarius referre, & quod iſte contractus liber eſt ab vſura, quia fructus non ſunt pretium mutui, ſed laboris. Et hæc concluſio eſt etiā vera, dūmodo eam intelligamus in caſu quo loquitur, nēpe, de redditibus tantùm conſtitutis pro adminiſtratione; ſecus de aliis quæ ſunt propria Principis illius oppidi, vltra conſtitutos pro prædicta adminiſtratione alia ratione, nempè *como ſon las rentas de las tercias y alcaualas y de heſas, montes, caſas, meſones, y otras coſas deſta manera*: quia hi redditus, deductis impenſis, proculdubio ſunt computandi in ſortem principalem.

Ex ſupradictis primò deducitur, deciſionem *d.* 11
*c ſalubriter*, locum habere non ſolum in genero comparatione ſoceri, ſed etiam alterius cuiuſuis, qui vxorem dotauerit eiſdem rationibus, vt prima facie voluit Cou. *vbi ſup.d.lib.3.var.reſ.c.1.n.3.verſ.hinc primo,* Molin. *vbi ſup. col.418. ad fin. eodem verſ* & latius, *col.416.verſ.Couar.* ibi tamen refert Couar. tenere contrarium prout vere tenet *in verſ. cæterum plura*, ibi *omittendam tamen cum Fortun. Garc.* ſed quod prædiximus tenet etiam & probat Valaſc. *conſult.8. n. 2.in 2.tom.* & eſt veriſſimum; eandem ſententiam refert Palac. *vbi ſup.in 7.concl.pag.286.col.2.* ibi *& quod de genero,* tametſi idem ſtatim *pag.287.col.2.verſ.at vero,cum ſequ.* contrarium probet cum Fortun. Garc. contra Nau. Prior tamen ſententia eſt communis Doctorum ſecundum Molin. *vbi ſup. d. col. 416.* cum Nau. quem citat, & Solis *vbi ſup.fol. 189.col. 1.* cum frequentiori ſententia, cum Nau. Valaſc. & Nau. contra Fortun. & Cou. *vbi ſup.* quod ſi text. *in d.c.ſalubriter*, loquitur in genero erga ſocerum, id eſt gratia frequentioris vſus: frequentius namque filias dotamus quam extraneas, & verba ſcripta in l. gratiā frequentioris vſus non mutuant in aliis iuris diſpoſitionem *gl. in clemen. 1.verb.Præſidentes, de reſcript.* Peralta, Coſta & Mieres allegati per Solis *ibi.*

Secundò deducitur, idem ſeruandum fore 12
etiamſi aliàs maritus non teneatur integrando rem conſeruare vxori veluti quando aliqui contractu medietatis bonorum celebrant matrimonium, vt in Luſitania: adhuc namque procedet diſpoſitio *d. c. ſalubriter de vſur.* vt bene probat Molina *vbi ſup.col.419.in princ.*

Tertiò deducitur, nihil referre in propoſito 13
quod genero lucrum aliquod ceſſet, aut non ceſſet, ex eo quod dos ei non perſoluatur ſtatim, vt licitè accipere poſſit fructus pignoris non computandos in ſortem interim dum dos ei non perſoluitur, vt rectè cum aliis probauimus *ſup.n. 6.* quicquid perperam velit Coſm. *vbi ſup.d.c.8.pag.47.* vt bene etiam probat idem author ibid. *verſic. tertiò colligo*, vbi inquit ſe non negare generum etiam ex parte lucri ceſſantis poſſe accipere iuſtā recompenſationem ob dilationem ſolutionis dotis, qualem quicumq; alius, cui ob dilationem ſolutionis lucrū æqualis quantitatis ceſſaret, iuſtè poſſet accipere. Quare ſi gener valde eſſet induſtrius, cui plus lucri ceſſaret ex dilatione ſolutionis dotis in pecunia ſoluendæ, quā eſſent fructus pignorum quæ ei traduntur, licitè poſſet exigere vltra eos fructus incrementū lucri, quod plus ei ceſſaret: quod verū credo, ſi à principio id in pactum deduxiſſet prout poſſet, aliàs ſecus, quia ſe contentum reddidit prædictis fructibus, & dilationem dedit ad ſolutionem dotis, dummodo ſocer non ſit in mora quia poſt moram incrementum prædictum petere gener poterit iuxta ſu-
14 prad. *in qq. præcedent.*

Quartò deducitur, dubia reddi opinionem Sylu. *in ſum verb.vſura 3.§.2.in tertia condit.* dum requirit ad hoc vt referri poſſint in ſpecie de qua agimus fructus vltra ſortem, quod fructus onera non excedant, quia tunc ſi gener ille perceperit fructus vltra quam ſit onerum exigentia, ideò tenebitur ſocero aut hæredibus eius reſtituere reſiduum, ſi ſocer expreſſe aut tacitè genero illa donauerit, ſequitur Palac. *vbi ſup fol. 287. col.1.* vbi quod non eſt vſura ſi ex dotis inſufficientia referantur fructus & non deducantur in ſortem: ſequitur etiam Sylu. Eman. Rodr. *vbi ſup* & probare etiam videtur Aragon. *vbi ſup* dum dicit non longe à veritate aberrare, & ſequitur eam alios allegans Ant. Gom. *in l. 53.* Taur. *n.* 30. & Coſmus Philiar. *vbi ſup & pag 48.in princip.*

Sed præfata Syluestri opinio eo apud me male audit, quoniam frequenter dotis fructus non ſufficiunt ad onera ſupportanda, vt inquit Summus Pontif. *in d. c. ſalubriter de vſur.* Vnde licet aliquando eueniat contrarium, non ideò ceſſare debet deciſio *d.c ſalubriter*, dummodo prædicta
15 ratio non ceſſet in communi, licet in particulari deficiat. ¶ Nam ad ea quæ frequentius accidunt iura adaptantur *l. nam ad ea 5. l. iura cum duabus ſequ ff.de leg.l.ea quæ rarò.ff.de reg.iur.* Soto *de iuſt. & iur.lib.1.art.8.q.7.ad ſi* Arag. *de iuſt.& iur.q 62. verſ.ſed reſtat,pag.mihi 161.col. 2. & q. 67. col. 1. verſ.quarto eſt aduertendum, pag. 467.* & Salon *de iuſt.& iur.q.5 de dom.art. 4, col.497.verſ. nunc ad argumenta*, præſertim quia vt Doctores in hac materia dicunt non ſolùm conſiſtunt onera matrimonij in ſuſtinenda & alenda vxore & familia ſed etiam in reliquis, quibus homo totus penè ſufficit, vt inquit Mercad. *vbi ſupra*, & noſtram hanc ſententiam cum aliis probat Solis *vbi ſup.* ibi, *ideoque pro certo,* & iterum melius *fol.189. col.3.cum* Medin. & Valaſc. *conſult.8 num. 3.* quia nunquam fructus excedunt laborem ipſum, quoniam perſonalis illa ſollicitudo & anxietas laborque mariti in alenda vxore, curandaque familia non habet æſtimationem, vt *ibi* latius pro-
16 ſequitur Solis.

Quintò deducitur, quod ſi gener matrimonij onera non ſuſtineret, interim dum dos ei non ſoluitur, quia videlicet vxor poſt matrimonium celebratum in domo patris perſeueraret, à patreque aleretur, itave propter illam nullum maius onus gener ſuſtineret quam alioquin eſſet habiturus; tunc vtique accipere ex eo capite non poſſet fructus pignorum non computandos in ſortem interim dum dos ei non perſolueretur, quoniam ceſſat titulus ille iuſtus, ita Aragon. *vbi ſupra col.2.* Palac. Rub. *vbi ſup.* & Eman. Rodr. *dicto c. 97. ſub num 4.* & Molina *col. 419. verſic.quarto colligo*, & cum aliis Gaſpar Rodr. *lib. 3.q.7.n.6.fol.103.col.2.* quicquid Mercad. *vbi ſup.* teneat contrarium in caſu, de quo ibi per ipſum
17 *col.1.* ibi *lo ſegundo.*

Sextò deducitur, quod ſi ſocer cum genero conueniſſet in tanta dote ad certum tempus ſoluenda, & ſolùm pro ſecuritate ſolutionis in tempore præfixo ſocer illi traderet pignora, tunc etſi gener ante illum terminum ſuſtineret matrimonij onera accipere non poſſet fructus pignorum non computandos in ſortem, vt rectè probat Molina *vbi ſup.verſic. quimò colligo.* Et à fortiori idem erit dicendum ſi pactum interueniat, quod ob nullam rationem gener fructus ſibi percipiat, ſed quod eos in ſortem principalem deducat: ſeruandum namque eſt hoc pactum, niſi ex dolo factum fuiſſe comprobetur, ita Palac *vbi ſupra verſ.ſeptima concl pag.486. col.2.* & Coſm.
*d.par.147.* ibi *primus.* 18

Septimò infertur, quod etiam ſi gener liberè concedat, ſocero, ne per aliquod tempus dotem ſoluat, ſuſcepto tamen pignore fructifero adhuc poterit recipere fructus illius, nec erunt computandi in ſortem principalis; quia in eo ipſo quod gener pignus recipit pro dote cenſetur differre terminum ſolutionis iuxta conſuetudinem vel diſpoſitionem iuris, ita ſcilicet vt fructus recipiat vltra ſortem, dummodo gener non dixerit explicitè ſe velle quod fructus illi computentur in ſortem principalis, quia tunc eſſent computandi, vt
probat Aragon. *vbi ſup col. 1.pag 699.* 19

Octauò infertur, deciſionem dicti *c. ſalubriter*, procedere etiamſi valor fructuum ſit maior intereſſe, quod deduceretur ex dote, ſi ſtatim ſoluta fuiſſet, vt probat Rodriguez *dicto c.97.ſub num 4.* & nos latius ſupra *n.6.* quicquid contrarium velit
Coſm. *d.pag.48.* 20

Nonò deducitur vtiliter in praxi, quod non ſolùm poteſt gener quandiu non ſoluitur illi dos fructus pignoris recipere, ſed etiam (hoc omiſſo) certam penſionem quotannis poſtulare, & paciſci vltra ſortem: non enim illud recipitur pro expectatione ſolutionis, ſed quia dote ſalua tenetur familiæ prouidere. Et præterea, cum gener in recompenſationem iuſtam pro oneribus matrimonij ſuſtinendis licitè accipiat fructus poſſeſſionis alienæ pignori datæ, nulla profectò eſt ratio, cur ſimiliter non poſſit iuſtè paciſci, vt ſibi quotannis tanta pecuniæ quantitas perſoluatur, quantum æſtimabuntur onera quæ ſuſtinet, & ita merito hanc ſententiam tenent Calderin. Anchatran. & Abb. *in dicto c. ſalubriter*, Bald. Nouel. *de dot. 7. par. princip. priuileg. 3.* & quamplurimos alios referens Couarru. *lib.3 var. reſ.c.1.ſub num. 3. verſiculo, quarta hinc*, vbi ex aliis eam dicit communem & veriorem aduerſus Ioann. Andr. Cardin. Ioann. de Lignian. Ambroſ. à Vignat. Laurent. à Rodulf. Alexand. Florentin. & Palac. Rub. quos ibi citat, & hos vltimos poſteriores dicentes eam contra priorem communem eſſe, & Aluar. Valaſc *dicta conſultatione 8.num.5.* qui *in verſic.verum ego*, eam ſemper
veriorem exiſtimaſſe fatetur. 21

Sed nihilominus prior ſententia communis verior eſt longè & tenenda in iudicando & conſulendo ex ſupradictis, eſtque communis & magis communis ſecundum Ant. Gom. *in dicta l.63. Tauri, num.30.* & plurimos citantem Felician. de Solis *vbi ſupra num.21.* qui eam ſequitur, eamque proculdubio probant Palac. Rub. *vbi ſupra ſub n. 4. & dicto num.5.* Aragon. *vbi ſupra dicta quæſtione 78.artic.1.pag.698.col.2.* ibi *ex hoc infero,* & Molina *col 421.verſ.dubium eſt*, vbi quod iuſtum pretium tunc erit quantum dos ipſa in poſſeſſionibus tradita reddere deberet, & priorem ſupradictam ſententiam magis communem eſſe profitetur Couarru. Baeça & Gama *deciſ. 272.* ſecundum Valaſc *vbi ſupra.*

Qua ratione validum erit ſtatutum ſimile pacto præſtito, nempe, quo ſanciretur quod dum dos genero non ſolueretur teneretur ſocer ei ſoluere certam pecuniæ quantitatem ad ſuſtinenda onera matrimonij, ad rationem vnius v.g. pro

quatuordecim æſtimationis dotis, quæ illi eſſet promiſſa, vt tenet Caiet. *vbi ſupra*, rectè obſeruauit Molina *ibidem verſiculo, contrauertunt*, & probat Couarruu. *dicto lib.3.c. 1. ſub num.3. verſic.8.* hoc intelligens vbi ex cauſa frequentis annorum redditũum redimibilium emptionis, ea quantitas iuſtum cenſebitur lucri ceſſantis intereſſe: & quod hac inſpecta ratione vidit iam profectò ſæpiſſime in Granatenſi Regio prætorio, ſoceros aliosque dotium promiſſores vocatos in iudicium damnari, vt intra decem aut viginti dies dotalem pecuniam ſoluant, alioqui poſt eandem conſtituant ſuper proprio patrimonio annuum redditum redimibilem ad rationem vnius pro decem, aut duodecim iuxta quantitatem dotis: & quod iuſta eſt iſta condemnatio cùm propter onera matrimonij à marito ſuſtinenda, tum ob communem & facilem horum redditũum venditionem. Nunc autem in his Regnis noua pragmatica ſanctione cautum eſt, vt in poſterum non conſtituantur annui redditus redimibiles, nec fundentur, niſi ad rationem vnius pro viginti milliaribus. Et idem in pacto probo ad rationem vnius pro quatuordecim æſtimationis dotis, & tenet in terminis Maſcard. *vbi ſupra de vſur. c.8. fol. 103. col.* 1. vel etiam ad rationem duodecim vel vndecim, quia hæc conuentio non eſt cenſus, vt probat Solis *vbi ſupra, verſiculo, licet ergo.*

22 Decimò eodem iure conſtat non eſſe admittendum quod Ant. de Butr. docet *in d. c. ſalubriter num.* 6. ibi *& ſic poſſet intelligi*, exiſtimans eum textum procedere vbi nulla dilatio ad ſoluendam dotem data fuerit ſocero; ſecus ſi gener feciſſet pactum de recipienda dote ad certum terminum, quia ſi interim perciperet fructus computarentur in ſortem, cum ſocer ex eo pacto in mora fuerit, & Butrium in hoc ſequuntur Palac. Rub *in c. per veſtras in 6. notab.§.8. num.5.* & Almain. *in 4. diſtinctione 15. quæſt. de vſur.* ex quo præcedentem illationem de pacto certæ quantitatis quotannis ſoluendæ interim dum dos non fuerit ſoluta, quod valeat huiuſmodi pactum & licitum ſit, intelligendam eſſe putant Ant. Rub. *conſilio* 108. & Aymon Crauetta *conſ. 189 column. penultima*, nempè nulla data ad ſoluendam dotem dilatione, ea verò data minimè procedat, nec vera ſit, aliàs verò ea data non ſit vera prædicta illatio, & ſic quod non ſit licitum prædictum pactum.

23 Hæc namque diſtinctio & intellectus in vtraque ſpecie veritate non pollet, ſiquidem iuſtiori ratione & cauſa habeat locum perceptio fructuum, aut certæ quantitatis quotannis ex pacto ſoluendæ, interim dum dos non ſoluitur, pro ſupportandis oneribus matrimonij, quando libera ex pacto datur facultas ipſi debitori fruendæ ſortis, quam ſi creditori licitum eſſet eam quocumque die petere, quod eſt omninò adnotandum ex Abbate *in d. c. ſalubriter*, Immol. & Roman. *in d. §. vſuras*, Nouell *dicto priuileg.* 3. & Carol. Molin. *de vſur. quæſt. 74. n.* 524 ita obſeruat Couar. *lib.3. variar reſol. c.11. ſub num. 3. verſiculo, quintò*, vbi quod in hoc parum vrgent Conradi rationes de contract. *quæſt. 35. concluſione* 2. ſequitur plures alios allegans & dicens eſſe communem Solis *vbi ſup.*

24 Quòd ſi ſocer à principio conſtituiſſet ſe daturum genero in dotem filiæ duo millia aureorum, aliamvè pecuniarum quantitatem, poſt celebratum verò matrimonium videns ſe non poſſe ſtatim ſoluere, ab eo petat dilationem ſolutionis vſque ad annum, vel alium terminum, cum pacto vt interim gener poſſeſſione ſoceri fruatur, erit vſura, ſi pro dilatione ſolutionis, aut pro mutuo illorum aureorum, accipiat gener à ſocero fructus poſſeſſionis illius, nihil impediente quod matrimonij onera ſuſtineat, ita probat Molina *vbi ſupra column. 420. verſic. fortè*, vbi ſecus eſſe dicit quando prior contractus diſſoluitur & alius iuſtus de nouo initur, vt pro ſuſtinendis matrimonij oneribus, interim quod dos non ſoluitur, gener fructibus poſſeſſionis pignoris fruatur, quia tunc contractus hic iuſtus & non vſurarius erit. Ego in vtraque ſpecie iuſtum & licitum contractum eſſe arbitror, dummodo pro oneribus tamen matrimonij ſupportandis fiat ex dicto *c. ſalubriter*, eiuſque generalitate & ratione; non vero ſi pro dilatione ſolutionis, aut pro mutuo illius quantitatis in dotem promiſſæ accipiat gener à ſocero fructus poſſeſſionis illius, quia tunc aſſertio Molinæ, qui in hac tantum poſteriori ſpecie loquitur, non verò in priori, nempè quando pactum prædictum ſit pro ſuſtinendis oneribus matrimonij tantum, & ſic non ſumus contrarij; quinimo idem in hac ſpecie de mente Molinæ eſſe videtur, licet nuncupatim in ea non loquatur.

Vndecimò ex ſupradictis ſit palam, quod ſi ſocer velit ſoluere dotem, & gener noluerit ſolutionem recipere, ſed petat vt detur ſibi in pignus ager fructifer, ex quo quotannis fructus recipiat ſaluo capitali, erit vſurarius, quia tunc vellet lucrum ex mutuo, quod eſt illicitum. Similiter eſt certum, quod ſi gener ſemel accipiat dotem, & iterum illam mutuet ſocero petito fructu alicuius agri vltra ſortem, erit vſurarius; niſi fortè id faciat ratione damni emergentis vel lucri ceſſantis, iuxta ſupradicta in quæſtionibus præcedentibus ita Arag. *vbi ſup. pag. 698. col.* 1. 25

Duodecimò infertur, quod ſi extraneus petat à genero pecuniam, quam pro ſuſtinendis oneribus matrimonij accepit, non poterit ille mutuans celebrare cum illo ſimilem contractum accipiendo ab eo aliquid vltra ſortem pro matrimonij oneribus ſuſtinendis, interim quod pecuniam illam non ſoluit, ſi ex dilatione ſolutionis pecuniæ nullum ei lucrum ceſſet: non enim ſpectat ad extraneum compenſare onera matrimonij, quemadmodum ſpectat ad ſocerum, vel alterum, qui dotem dat ſponſæ, vt probat Molin. *vbi ſup. col. 420. ad fin. vbi in column. ſequ.* quod ſimiliter gener, poſtquam licite accepit à ſocero poſſeſſionem aliquam fruendam loco dotis non ſolutæ, indigeat tanta pecunia, quanta eſt dos illa quam mutuo petat ab aliquo extraneo, non licebit tali extraneo accipere fructus poſſeſſionis illius pro ea pecunia, quam mutuo dat genero, licet pactum interueniat quod mutuans accipiat à ſocero ſolutionem in dote, quam genero debet, quod latè probat & ſequitur Aluar. Valaſc. *conſ. 8. n.6. & 7.* contra plures alios quos citat, quorum opinionem ſequitur Palac Rub. *vbi ſupra n.*3. 26

Illud tandem obſeruat Anton. Gom. *in d. l. 30. Tauri ad fin.* quod ſi maritus poſt mortem debitoris recipiat dotem, non poteſt petere vſuras vel intereſſe, quæ non fuerunt promiſſæ: & idem eſſe, ſi toto tempore matrimonij non petiit dotem neque vſuras, quia videtur eas remittere & donare, vt ibi latè probat, & quid ſi per decennium tacuit, agit latè Valaſc. *dicta conſult. 8. nu.9.* & Gaſpar Rodriguez *d. lib. 3. de ann. reddit. quæſt. 7. num* 65. Intereſſe autem dotis non reſtitutæ ſoluto matrimonio an liberè petere poſſit dicemus infra *num.* 32. 27





Hactenus de genero aliiſque maritis percipientibus fructus pignoris pro dote ſoluenda conſtituti, vt non teneantur eos in ſortem principalem computare.

28 Nunc verò videamus an idem dicendum ſit in vxore vidua in terminis dicti capitis *ſalubriter de vſur.* an iuſtè percipere poſſit fructus pignoris pro ſua dote perſoluenda conſtituti, ſi forte eius maritus deceſſit antequam ei & ipſi mulieri ſolueretur, non computando eos in ſortem principalem, ſicut nec vir eius tenebatur eos computare, necne? Et prætereà an matrimonio ſoluto poſſit vxor vidua erga mariti hæredes vti eodem priuilegio dicto *cap. ſalubriter*, interim quod ſibi dos non perſoluitur ab eiſdem, quæ fuit ſoluta eo teſtatore defuncto?

Et quoad primum videbatur quidem vxorem viduam non poſſe gaudere priuilegio dicti *cap. ſalubriter*, aduerſus dotantem eiuſque hæredes pro dote nunquam ſoluta; ſiquidem deciſio dicti *cap. ſalubriter*, ſolùm loquitur in genero, & ſic durante matrimonio ad eius onera ſuſtinenda, quæ fuit ratio & cauſa finalis eius deciſionis, vt ex ipſomet textu patet. Ceſſante ergo cauſa finali, prout ceſſare videtur ſoluto iam matrimonio, ceſſare debet eius diſpoſitio argumento *l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patronat. cap. cum ceſſante cum ſimil. de appellat.* & in terminis ita tenet Caietan. *in 2. 2. quæſt. 78. artic. 2.* num liceat expetere damnum lucri ceſſantis ad fin. ibi *& quia fructus dotis deputati ſunt, &c.* & Angl. *de contract. mutui, artic. 2. difficult. 7.* Gaſp. Rodriguez *lib. 3. de ann. reddit. cap. 7. num. 53. & 54.* ¶ Nihilominus contrarium in his terminis probauit Mercad. *de tractat. y contract. cap. 8. de vſur. verſic. de la miſma licencia, fol. 103. col. 2.* & Aragon *d. quæſt. 78. art. 2. pag. 699. col. 1. verſic. in foro tertio* & Emanuël Rodriguez in ſua Summa 1. *tom. cap. 97. num. 5.* eo niſi fundamento, quia vir tenetur vxorem iuxta ſuum ſtatum & conditionem alere, quoadvſque integram recipiat dotem: ergo ſicut maritus poterat fructus pignoris recipere vltra ſortem quandiù dos illi non ſoluebatur, ita etiam viro mortuo poteſt vxor idem efficere. Quibus adde, quod cum priuilegium dicti *cap. ſalubriter* ſit conceſſum propter onera matrimonij ſuſtinenda, & adhuc durent in alenda vxore eiuſque familia, quæ ſunt etiam onera matrimonij præteriti, non videtur ceſſare deciſio illius textus, *quia propter quod vnumquodque tale & illud magis, authentica, multo magis, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.*

29 Accedat præterea, quod mulier vidua domicilium mariti amiſſi retinet, & eius in matrimonio permanere dicitur, *l. vltima, C. de bon. mater. l. ſiiu 22. §. vidua, ff. ad municip.* congerit plura in propoſito D. Ant. Pichar. *in l. 5. & 7. num. 55. cum ſequentibus, de murileg. lib.* 11. Nec poteſt dici quod in hac ſpecie ceſſet iuſtus ille titulus non accipiendi fructus in dotem, & ſic in ſortem principalem, de quo in dicto *cap. ſalubriter*: quia vt prædiximus non ceſſat, nec extinctus eſt; quinimo ratione illius & eadem ratione ſubſiſtente eadem procedit iuris diſpoſitio iuxta legem, *illud cum ſimil. ff. ad legem Aquil.* Et ita cenſeo hanc opinionem probabiliorem eſſe veram ac tenendam aduerſus Caietan. & Angl. qui non diſcurrendo contrarium leuiter probarunt: & hanc probat & ampliat duobus modis Gaſpar Rodriguez *de ann. reddit. lib. 3. quæſt. 7. n.* 54. vbi hoc verum intelligit quatenus damni, aut ceſſantis lucri fructus pignorum pro dote datorum quantitatem non excedant.

Sed profectò adhuc vt probabiliorem ſequor ſecundam ſupradictam opinionem indiſtinctè cum Mercado & cæteris ſupracitatis contra Caietan. & Angl. atque Gaſparem Roderic. *vbi ſupra.* Si enim maritus incœpit frui fructibus pignorum, quare hoc eius vxori non conceditur? Quod ſi pignora data non ſint pro ſecuritate dotis, tunc meritò quia vidua intereſſe tantum damni emergentis vel lucri ceſſantis ob dotem non ſolutam exigere poſſit ſecundum omnes, & plures citat Rodrig. *vbi ſupra d. n.* 53.

Quoad ſecundum an poſſit vxor ſoluto matrimonio vti priuilegio dicti *cap. ſalubriter*, aduerſus mariti hæredes, cum ſibi pignus datum ſit pro reſtitutione dotis, Aragon *vbi ſupra* idem affirmatiuè probat: ſed longe diuerſa ſpecies eſt hæc à caſu dicti *cap. ſalubriter*, ac proinde meritò vt ad eum non ſit trahenda. Quare melius Innoc. quem aliter communiter ſequuntur ſecundum Abb. ibi *num.* 4. exiſtimat eam conſtitutionem eſſe accipiendam in fauorem vxoris matrimonio ſoluto erga hæredes mariti, cum ea non ſuſtineat tunc matrimonij onera, & tenet ibi Annan *num* 8. *verſic. quæritur etiam*, Bart. *in l. atqui natura, § non tantum, num. 1. ff. de neg. geſt.* Anchar. *conſil.* 150. Matth. de Afflict. *deciſ.* 284. latè Crauet. *conſil. 189. num. 7. ad fin.* & Caiet. *vbi ſupra*, & cum communi tenet Valaſc. *conſultat. 8. numer. 4. tom.* 1. & alios allegans D. Couar. *lib. 3. var. reſolut. cap. 1. num. 3. verſiculo ſexto, hinc*, vbi quod profectò ratione intereſſe damni emergentis, aut lucri ceſſantis poterit vidua fructus pignoris percipere præcipuos, & prætereà paciſci, vt interim dum ſoluitur dos, certam annuam quantitatem percipiat. Quod manifeſtum eſt, neque ab his authoribus negatur, imò eam expreſſe tenent plures Doctores quos citant ibi Couar. ſic intelligentes communem præcedentem ſententiam, quam etiam ſequitur Molina *vbi ſupra column. 425. verſic. his ita conſtitutis*, & Coſmus Philiarc. *de officio Sacerdot. tom. 2. cap. 8. verſic. ſecunda concluſio*, Gaſpar Rodrig. *vbi ſup. num. 53. & 55.* 30

Dubium tamen in propoſito eſt, an ſi vidua non habeat præter dotem bona ex quibus percipere poſſit alimenta, poteritne ab hæredibus mariti exigere certam quantitatem dum dos ſibi non ſoluitur loco alimentorum, cum per eam non ſtet quin ei reddatur dos? 31

Et in hoc partem affirmatiuam tenet Anchar. in regula peccati venia. *4. quæſt. de regulis iuris in 6.* ſequitur alios allegans Crauet. *vbi ſupra columna 2. & penultima*, Paul. Caſtrenſ. & alij congeſti per Couar. *vbi ſupra*, vbi inquit hanc opinionem paſſim receptam videri, ſed ſibi non placere; quamuis in Neapolitano prætorio fuerit iudicum ſententia comprobata authore Matth. de Afflictis *dicta deciſione* 284. Sed nihilominus eam impugnat Couar. ibi aliquibus rationibus, quas manifeſtas appellat: fatetur tamen quod vbi alimenta ab hæredibus mariti viduæ inopi iure debentur, hæc alimenta poſſe ad certam deduci annuam quantitatem ex pacto partium, prout debentur prædicta alimenta viduæ inopi ab hæredibus mariti intra annum viduitatis, quo mariti hæredes cogi non poſſunt pecuniam dotalem viduæ ſoluere gloſſa, Bart. & Doctores *in l. vnica, §. exactio, C. de rei vxor. actione*, & communiter Doctores *in l. diuortio in principio, ff. ſolut. matrimonio*, Anton. Gom. *in l. 53. Tauri, num.* 48. Bernard. Diaz de Lugo *in reg.* 481. & ibi latè eius addit. & ideò cautè Abb. *in dicto cap. ſalubriter*

*num.6.* ſcribit ratione horum alimentorum, quæ intra annum dilationis datæ à lege debentur, poſſe ex ſtatuto viduam certam quantitatem vltra ſortem dotis recipere: ergo idem ex pacto partium fieri poterit, quia eadem eſt ratio, modo æquè & iuſtè fiat alimentorum æſtimatio, vt ex Abb. & aliis probat Gaſp. Rodriguez *de ann.*
32 *reddit. lib.3. quæſt.7. num.56.* ¶ At vbi iure non debentur vxori viduæ alimenta (provt eſt poſt annum) quia poteſt vxor exigere pecunias ab hæredibus viri, & ſi non faciat ſibi imputet, & ſi hæredes ſint in mora reſtituendi, poterit petere intereſſe ſicut pro alio quolibet debito ſecundum Doctores quos refert & ſequitur Anton, Gom. *vbi ſupra, verſiculo, poſt annum vero.* Inquit Couar. ſe non videre qua ratione, etiamſi verum ſit poſt annum conſtitui hæredes mariti in mora, quia nullibi cauetur, licere creditori poſt moram debitoris aliud recipere vltra ſortem, quam intereſſe damni emergentis aut lucri ceſſantis. Alimenta verò, etiam ſi creditor pauper ſit, nec debentur, nec ei dari abſque vſuræ vitio alicubi eſt permiſſum. Neque obſtat (inquit) ſi dicatur, hanc quantitatem poſſe à vidua recipi iure alimentorum tanquam intereſſe, vt ſcribit Cardin. *in clementina de vſur. in principio num* 8. cui prædicti Doctores conueniunt, dum etiam nomine intereſſe hac in controuerſia vtuntur, quia nullum hic ſecundum Couar. intereſſe damni emergentis aut lucri ceſſantis verè dici poteſt, & Couar. ſequitur contra communem Coſm. Philiarc. *vbi ſupra dicto cap.8. pag.49. verſ. ſed dubium eſt.*

Profectò hæc ſententia Couar. ſubtilis & ſuo ingenio digna mihi videtur, ſed admodum ſtricta: quare communis tute ſequi & teneri poteſt in iudicando & conſulendo, ſiquidem excuſabitur in vtroque foro qui communem ſententiam & quidem probabilem ſequatur. Præcipuè apud Hiſpanos attento & conſiderato communi vſu, quo frequentiſſimè tractatur emptio annuorum redditunm redimibilium: eſt enim facillimum habentem pecuniam ſtatim paratos inuenire multos venditores horum redditum, & ideò ſi pecunia dotalis viduæ ſoluta foret, poſſet ex ea annuum redditum emere. Vnde propter hoc intereſſe lucrum ceſſantis communis opinio in praxi locum habebit, vt agnoſcit & profitetur idem Couar. *ibidem*, quod imò idem eſſet in vidua diuite, ſi obſeruemus deciſionem dicti *cap. ſalubriter*, etiam intelligendam eſſe matrimon io ſoluto, quantum ad intereſſe damni emergentis & lucri ceſſantis, vt habet communis præcitata ſententia, quod eſt animaduertendum ſecundum ipſum.

Pro communi ſententia facit etiam doctrina 33
Abb. *in cap. conqueſtus de vſur. num.6.* quæ habet quod viduæ poſſunt petere intereſſe lucri ceſſantis, quia ſolent ponere pecuniam in blanchis, & aliquod lucrum conſequi ex honeſto matrimonio, vt in *cap. per veſtras de donat. inter. vir. & vxor.* quem ſequitur Gomez *in §. actionum, num.18. inſtit. de act.* & ita ſe habet praxis Supremorum tribunalium in fauorem viduarum. Pro ſolutione namque ſuarum dotium & aliorum debitorum poſt moram præcipitur litteris executoriis eis ſolui intereſſe ad rationem vnius pro ſingulis 16ŋ. vel 17. aut 18. millibus dipondiorum, provt dominis iudicibus videtur, & non ad rationem 14ŋ. vt aliquid minus eis ſoluatur ratione incertitudinis, & quia non debet taxari eodem pretio id quod ſperatur quàm quod re ipſa poſſidetur, vt diximus *ſupra in quæſtione* 90. Hodie non poſſunt iura redimibilia ad minus quam ad 20ŋ. millia pro quolibet milliario conſtitui, noua pragmatica Regia lata hoc anno 1608.

An autem validum ſit ſtatutum præcipiens 34
quod viduæ interim dum ſibi non ſoluitur dos ab hæredibus mariti detur certa quantitas moderata quidem ad rationem decem pro centum quolibet anno, agit benè Couar. *vbi ſupra, verſicul.7. ab eadem*, & Molin. etiam *vbi ſupra columm.425. verſiculo, controuertunt Doctores*, & Palac. *vbi ſupra, verſic. nona concluſio, pag.287. col.1. & 2.* & Coſm. Philiarc. *vbi ſupra, d. cap.8. pag.51. ſic. de dicto autem ſtatuto.*

# AD TITVLVM SEPTIMVM

## *Lib.8. nou. collect. Reg. de los juegos, y de los jugadores de ellos.*

### SVMMARIVM.

1 *Alearum ludus & ſimiles an ſint in ſe liciti, vel non? & num. ſequentibus, & præcipuè num.4. cum ſequentibus, & num.13. 14. & 30. cum ſequentibus.*

2 *Ludi omnes ad tres ſpecies reducuntur, vt hic.*

3 *Alearum nomen generale eſt ad omnes ludos.*

6 *Alearum ſeu taxillorum vſus ſexdecim vitia & crimina producit, & 21. peccata vt in numero 7.*

8 *Ludorum prohibitionum plures rationes aſſignantur n.4.5.8.9.10.11.*

12 *Blaſphemia permaxima & horrendæ dicuntur à luſoribus.*

13 *Ars faciendi chartas luſorias eſt peccatum.*

15 *Alearum vſus quo tempore & à quo fuit inuentus?*

16 *Ludorum prohibitorum plures ſpecies referuntur, & num. ſeqq.*

23 *Ludo præſentes eſſe eſt prohibitum, & n.24.*

25 *Luſores laici ſi non deſiſtant à ludo excommunicantur, & ab Epiſcopo pœna arbitraria puniantur de Iure Canonico, & ſuorum bonorum lapidatores reputantur, & illis tanquam male vtentibus ſubſtantia ſua ſicut & prodigis interdicitur adminiſtratio: & quod multo magis ludus prohibitus ſit & ludi pœna incurritur, quando in eo fraus aliqua ſeu falſitas interuenit, & 26. & 27.*



28 *Ludus Iure Ciuili & Canonico prohibitus eſt. Et quid de iure diuino?*

29 *Ludere non auaritiæ & cupiditatis cauſa, ſed recreationis & ſolatij, prout præcipuè contingit in infirmo ludente, licitum eſt in laicis & clericis, niſi in caſu de quo hic. Vide etiam n.31 cum ſequentibus.*

32 *Sorte in aliquibus caſibus licet vti, vt in rebus dubiis, & n.33.*

35 *Dubius euentus à fortuna non facit contractum eſſe illicitum, & n.36.*

37 *Sponſiones, hoc eſt,* las apueſtas ſon licitas. *Et quo modo hoc ſit intelligendum? & numeris ſequentibus.*

39 *Sponſiones inter ludentes ſunt licitæ.*

40 *Alearum ludus, qui ex fortuna ſeu ſorte pendet, non eſt ſua natura ſeu ex ſuo genere malus, nec peccatum, imo res licita & honeſta, adeò vt poſſit eſſe virtus, & numeris ſequentibus. Quod probatur ex n.30. cum ſequentibus vſque ad hunc numerum 40. & n.47. cum ſequentibus contra adducta à n.1. cum ſeqq.*

42 *Clericus & monachus interdum abſque vlla culpa ludere poſſunt, vt hic.*

43 *Ludere in Eccleſia an liceat? & n.44.*

45 *Ludere in diebus feſtiuis an & quando liceat?*

51 *Ludentes in magna quantitate, vel nimia aſſuetudine, peccant mortaliter,* como ſon los que llamamos tahures, *alias ſecus tam in clericis quam in monachis, vt in n.52.*

53 *Ludus recreationis cauſa exercitatus permiſſus eſt, præterquam in magna quantitate, & quæ talis dicatur? n.54.*

55 *Ludus malus & vitioſus redditur ex circunſtantiis de quibus n.55.*

56 *Ludus ad hoc vt prohibitus ſit, & ludi pœna incurritur, requiritur quod in eo aliqua fraus vel falſitas interueniat, quod multis modis contingere poteſt.*

56 *Ludus non ſit mortalis ex ſola circunſtantia animi principaliter lucrandi aliquid, etiam notabile ab eo, qui donare poteſt, nec etiam ex nimio & ardenti ludendi appetitu, niſi cum extenditur ad alicuius l. quæ obligat ad mortale, violationem, & num.57. cum ſequentibus.*

61 *Prælati & Clerici ratione dignitatis, perſonæ & ſcandali prohibentur ludere alea, pila & ſimilibus ſub mortali. Et quæ ſit pœna impoſita de Iure Ciuili. n.63.*

64 *Ludus laruali, hoc eſt,* de maſcaras *prohibitus eſt Clericis ſub mortali, & de eius pœna, necnon & contra Religioſos.*

65 *Ludi mimorum & hiſtrionum prouocantes circunſtantes ad turpitudinem ſunt prohibiti.*

66 *Clerici prohibentur incumbere conuiuiis, quæ fiunt inter plures, quorum vnuſquiſque confert partem ſuam. Vide tamen n.67. & 68.*

69 *Ludus ſchacorum, hoc eſt,* de axedrez, *an ſit licitus?*

70 *Ludus alearum & chartarum quando & quomodo ſint illiciti, & quando non?*

71 *Monachi & clerici beneficiarij, vel in Sacris ordinibus conſtituti, lege prohibente ſub mortali peccato, non poſſunt ludere ludis prohibitis.*

72 *Ludens valde peritus, attrahendo alium valde inferiorem ad ludum id diſſimulans, peccat mortaliter & cætera vt hic & num.76. Et an teneatur ad reſtitutionem? n.75. & 77.*

73 *Luſor, qui ſcienter ait ſe habere plura puncta quam habeat, & ideò lucretur, & alij de quibus hic, peccat mortaliter?*

74 *Meſſem ludens ad quid teneatur?*

78 *Ludo inuoluntariè attracto cupiditate lucrandi an ſit reſtitutio facienda eius, quod amiſit*

79 *Ludens per errorem, vel falſo affirmans ſe habere* primera, *altero colluſore proijciente chartas ſuas, an lucretur?*

80 *Ludus quando liceat & quando non?*

---

*De ludis alearum & ſimilium.*

## QVÆSTIO XCII.

QVÆRO primò an alearum ludus & ſimiles ſint in ſe liciti, vel non? 1

Pro huius quæſtionis introductione 2
obſeruandum erit primo, omnes ſpecies ludorum reduci ad tria genera. Primum, in quo natura & ars plurimum valent, fortuna verò parum vel nihil, vt in ludo choreæ, palæſtræ, & ſcachorum, &c. Secundum, in quo fortuna & caſus multum valent, ars autem vel ingenium parum vel nihil poſſunt, vt in ludo taxillorum, id eſt, *de los dados*, & in ludo chartarum quoad aliquas ſpecies, vt in his quæ hiſpanè dicuntur *quinolas ò al quinze.* Tertium, in quo licet fortuna habeat ſuas partes, ars nihilominus & conſilium habet quoque ſuas, vt in ludo taxillorum & tabellarum, in quo licet ſucceſſus & iactus taxillorum pendeat à fortuna in componendis, ducendis, ordinandiſque tabellis, iuuant plurimum conſilium & ars. Idem accidit in ludo chartarum quoad aliquas ſpecies, vt in ludo qui hiſpanè dicitur *de las malillas, ò del nunſo, y el de la primera*, ita conſtat ex Doctoribus infra citandis præſertim Salon *de iuſtitia & iure, in 2. 2. D. Thom. quæſt.5. de domin. art.6. col.547.* & aliis plurimis citatis ab Azeued. *in rub. huius tit. n.11.*

Secundò obſeruandum eſt, aleæ nomen gene- 3
rale eſſe ad ludos omnes, qui omninò vel aliqua ex parte pendent à caſu ancipiti, veluti in fortuna, vt foliorum, teſſerarum, talorum, aſtragalorum, tabularum & ſimilium, & ſic alea Iuriſconſultis eſt quid incertum *l. nec emptio* 8. *ff. de contrahenda emptione.* Conſtat hæc aſſertio ex Calepino dicente, ludus tabulæ eſt, & omnis ludus in varietate fortunæ conſiſtens, vnde aleator dicitur qui ſæpe alea ludit, & Bernard. Diaz *in pract. crimin. canonica, cap.70. in principio*, in noua impreſſione Compluti facta anno 1587. expreſſius per Petrum Gregor. *in ſyntagm. iur. vniuerſi, 3. p. lib.39. cap.3. num.11.* & patet ex pleriſque hac de re agentibus, eſtque de mente omnium teſte Nauar. *in man. cap.19. num.7.* & ludus ad tabulas, qui licet multum nitatur induſtria, magis tamen fortuna: & quod de his videntur etiam eſſe ludi chartarum luſoriarum, quorum aliqui magna quidem induſtria nituntur, ſed maiori fortuna: & per Salon *vbi ſupra col.548.* & nouiſſimè Parlad. *lib.2. rerum quotidianarum cap.7. num.7.* vbi quod alea fortunæ ludus eſt magis quam artis aut conſilij, ſicuti plurimorum authoritate oſtendit Eraſm. *chiliade 1. centuria 3. adagio 32.* & nouiſſimè Molin. Theolog. *2. p. de iuſtitia & iure, diſputat.512. in principio, col.1665.* & Don Ioann. Vela *de pœn. delict. cap.22. col.4.* vbi quod nihilominus ſub illa prohibitione omnes ludi continentur,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nentur, etiamſi à caſu ancipiti & induſtria hominum ſimul pendeant, vt chartarum, tabularum & ſimiles, vt docet Clarus *lib.5.ſentent.§.ludus, num.2.* exceptis iis qui græcè ab Imperatore recenſentur *in auth. alearum vſus, C. de relig. & ſumpt. fun.*

4 Quo ſic præhabito, prima quidem quod aiunt facie quod hoc ludi genus ſit in ſe illicitum & reprobatum, his demonſtratur rationibus. Prima authoritate Ariſtotelis *lib.4.Ethic.ad Nicom. cap.1.* vbi aleatores fures atque latrones illiberales dicit eſſe, quia turpi in lucro verſantur & omnia quæſtus cauſa ſuſtinent probra. Hoc autem rationi conſentaneum non eſſet, ſi alearum ludus ex ſe non eſſet honeſtatis expers: nec etiam Cato, vel qui fuit illius opuſculi author dixiſſet, *Aleas fuge.*

5 Secunda, quia alea & reliquæ artes pernicioſe à Dæmone Theuth inuentæ fuerunt, & ad Thamum Ægypti Regem delatæ, vt Plato rectè videtur adnotaſſe ſecundum Petr.Gregor. *vbi ſupra num.7.* & addit Bernard. Diaz *in practica crimin. canonica cap.70. littera B.* Et quod diabolus inuenerit ludum chartarum ad ſolatium luſoris, qui poſuit quatuor differentias chartarum, in quibus ipſe etiam maximè colitur & veneratur, teſtatur addit. Didaci Perez *in l.37. tit.19. lib.8 ordinamenti, pag.388. verſic. quid autem,* & in ſacris litteris malè audiunt ludi, vt per Sot. *de iuſtit. & iure lib.4.queſt.5.art.2.verſ.accidentia, pag.304.* ibi *quamique.*

6 Hinc eſt vt Hoſtienſis in Summa, *titulo de exceſſib. Prelat. §.clericus,* taxillorum, ſeu alearum vſum ſexdecim vitia & crimina producere notat quibuſdam verſibus, quæ apud illum iuribus ſuffulta videbis & poſtea per Auiles *cap.29. pretorum, gloſſa 1. num.1.* eoſque referunt quamplures authores, & nouiſſimus Azeucd. *in rubr. huius tituli, numer.6.* Vitia autem, quæ in ſumma ex aleæ & cæterorum luſibus oriuntur hæc ſunt.

7 Eccleſiæ ſpretio, vſura, ſiue rapina, ſcandala, nugæ, blaſphemia, faciendi furti doctrina, violentia, crimina falſi, cauſa mortis, deceptio, perditio temporis, deſiderium, atque corruptio, adulatio, & vitia turpia.

8 Beatus Antonin. Archiepiſcopus Florent. in ſumma *2.p.titulo 1.cap.23.§.6.col.1. cum ſequentibus,* tot etiam crimina ex ludo naſci arbitratur & probat, quot ſunt in taxillis puncta, & enumerat 21. peccata quæ in illo interueniunt, cui ſe ſubſcribit Petrus de Raben. *in ſuo alphab. verbo, ludus,* & referunt Bernard. Diaz & Auiles *n.2. vbi ſupra,* & Petr. Greg. *n.10.*

Tertia ratio eſt, quia huiuſmodi ludus vel omninò, vel aliqua ex parte committitur ſorti & fortunæ, cui nihil præſertim ab homine Chriſtiano committendum eſt *c. ſortes, c. ſi quis clericus 26.q.5.*

9 Quarta, quia ludens his luſibus res ſuas exponere fortunæ videtur, quod eſt quoddam genus prodigalitatis, & ideò Philoſophus aleatores tanquam prodigos vituperat, quod res ſuas non vt deberent expendunt: igitur vt prodigi peccant, ita propè aleatores peccabunt.

10 Quinta, quia hoc ludi genus ſolùm lucri cauſa vſurpari ſolet, cùm in eo non adſit vel animi vel corporis relaxatio, ſed potius quidam perpetuus animi cruciatus, dum expectatur quid fortuna poſſit, quare cùm careat ludi fine non videtur honeſtus.

11 Sexta ratio ſit propter euitanda innumera incommoda & peccata, quæ plerumque ex ludo ſequuntur, vt experientia docet, quorum ſupra meminimus. Male ergo faciunt, qui ludos illicitos, putà chartarum & alearum, aperiunt & conſtituunt in domo ſua loco hoſpitum, quoſcumque luſores admittentes, vt inquit Tiber. Decian. *in 2.tom.tract. crimin.lib.6.cap.2.num.23.* § In ludis 12
enim permaximæ & horrendæ dicuntur blaſphemiæ à luſoribus, vt eſt textus *in auth. alearum vſus, C. de relig. & ſumpt. fun.* tradit Angel. *de malef. in verſiculo, Metti dor de mali dadi num.6. verſiculo, poteſt etiam mulctari arbitrio iudicis,* Gerard. de Petra ſancta *ſingul.83.num.2.* & reliqui præcitati: atqui cauſam & occaſionem dant blaſphemandi multum quidem peccant, ideò Nathan Propheta multum exagerauit factum Dauid, quod inimicos feciſſet blaſphemare nomen Domini, vt habetur 2. Regum cap. 12. in hæc verba: *Verumtamen quia blaſphemare feciſti inimicos nomen Domini propter verbum hoc filius, qui natus eſt tibi, morte morietur.*

His forſan rationibus motus quidam Thomas 13
Illiricus Franciſcanus, cuius meminit Nauarr. *in d.cap. negotium de pænitentia diſtinct.5.num.20.* tenuit eſſe illicitum alearum ludum, in quo eſt aliquid fortunæ, & ideò apud Toloſates perſuaſit artem faciendi chartas luſorias eſſe peccatum mortale. Præſideſque vrbis, qui hos artifices permittunt, peccare mortaliter docuit, cuius ratio ita apud illos potuit, vt chartarum formas publicè igni tradiderint. Eandem ſententiam, nempe quod ludi illiciti ſint, qui aut prorſus à ſorte ſeu fortuna, aut partim à fortuna, partim & ab arte reguntur, iure latè probat cum gloſſa & omnibus *in capit. clerici de vit. & honeſt. clericorum* Parlad. *vbi ſupra d. num.7.* citans etiam Decium *conſil.115. volumin.1.* & teſtantem hanc eſſe communem opinionem Berthach. *de Epiſcopo lib.4. part.1. num.10.* & Coſtam de ludo, *art.2. num.34. per textum l.1. ff. de aleator. & in dict. authent. alearum vſus, C. de relig. & ſumpt. fun. & authent. interdicimus, C. de Epiſcopis & cler. & in prœmio Digeſtorum §. illud, & in l.5. huius titul.7. lib.8. nou. collect. reg.* vbi cauetur, *que porque ſon muy notorios los daños que ſe recrecen de auer en ellas tableros publicos para jugar dados y otros juegos de tablas, y neypes, y azares, y chuecas, &c. ſe executen las penas de los juegos, &c.* & probat latiſſimè omni iure ludos taxillorum & chartarum regulariter eſſe prohibitos Azeued. *in l.1. num.1. cum pluribus ſequentibus, hoc tit.7. lib.8.* vbi citat plures authores Theologos hoc tenentes, & alios plurimos cum communi Farinac. *in 3. tom. ſua prax. crimin.* 14
*q.109.p.1. num.6. qui num 7.* cum aliis plurimis id ampliat in ludo alearum, vt ſit prohibitus tam
laicis quam clericis, vbi numeris ſequentibus 15
ampliat plurimis modis, & declarat quis dicatur alearum ludus: & quo tempore & à quo iſte alearum ludus fuerit inuentus; nempe quod antiquo tempore apud milites in bello frequens erat; poſtea autem ad alios omnes homines ſe porrexit, vt *in l. fin. C. de relig. & ſumpt. fun.* & inquit Florian. *in rubr. ff. de alea luſu, &c.* aleam eſſe quemdam ludum vel inſtrumentum quo luditur, ab Alea milite quodam nuncupatum; vnde aleatorium dicitur locus in quo luditur, alearium verò, locus vbi hoc inſtrumentum reponitur, Paris de Puteo *in tract. de ludo num.5.* vbi inuentorem ludi alearum dixit eſſe Palamedem in exercitu Græcorum contra Troianos, & illum quidem inuentum ad otiandum milites, idem dixit Cacialup. *de ludo num.7.* ¶ Et ampliationes ſunt in



in ludo chartarum, conſiſtente vt plurimum in mera fortuna & ingenio ſuo.

17 Et in ludo tabularum, qui & clericis & laicis prohibitus eſt, vt *in authentica, interdicimus,* & ibi gloſſa 1. *C. de Epiſcopis & clericis,* & eſt verior & magis communis opinio, vt ex aliis affirmat Farinac *vbi ſup. n.15.*

18 Ampliatur etiam in ludo taxillorum, qui eſt etiam prohibitus clericis & laicis *cap. clerici el ſegundo, de vita & honeſt. clericorum* allegat plures ita tenentes Farinac. *vbi ſup. num.19.* contra alios quos refert *num.20. & 21.*

19 Ampliatur etiam in ludo azardi, qui pariter prohibitus eſt & præſertim clericis, vt cum aliis probat idem author, *num.25.*

20 Ampliatur generaliter in omni ludo conſiſtente in ſola fortuna, nedum in taxillis, & chartis, de quibus ſupra, vt per ipſum ibi *num.27.*

21 Ampliatur etiam, vt non liceat ludere non ſolum ludo conſiſtente in mera fortuna, ſed neque ludo mixto conſiſtente in fortuna & ingenio ſeu ſcientia, vt cum communi reſoluit idem author *ibidem num.31. vbi num.33.* quod non liceat ludere tam in publicis quam in priuatis domibus, vt *in l. fin. §. commodis igitur, C. de relig. dom.*
22 *& ſumpt. fun.* ¶ & *num.34* latè probat cum pluribus authoribus, quod prohibitum ſit laicis &
23 clericis, non ſolum ludere, ſed etiam ludo præſentes eſſe, parique pœna puniendos & inſpectores & luſores vt *in d. l. fin. §. omnis igitur, C. de relig. dom. & ſumpt. fun.* & in aliis plurimis iuribus ibi per eum allegatis, & Baldo dicente quod ita punitur ille, qui inſpicit ludum, ſicut ille, qui lu-
24 dit. ¶ Sed in his Regnis Hiſpaniæ nec eſt lex, quæ hoc diſponat, nec in praxi ſeruatur, nempe quod inſpicientes ludum & qui ei præſentes ſunt puniantur aliqua pœna. Sed & ſunt aliæ
25 ampliationes, quas ibi refert idem author. ¶ Illam autem non omittam, quod de iure Canonico laici luſores ſi non deſiſtant à ludo, excommunicantur vt *in cap. Epiſcopus* & ibi P. æpoſit. Alexandrinus *in ſum. diſtinct.35.* Zabarel. *in clement. 2. §. ſed tales, num.10. in fin. de vit. & honeſt. cleric.* Ignat. Lopez in ad Bernard. Diaz *in pract. crimin. canonica cap.70. in verbo, aleatores, littera ſub verſiculo, hoc de clericis,* & cum aliis Farinac.
26 *vbi ſupra num.59. cum ſequenti,* ¶ vbi etiam cum Menoch. quod ab Epiſcopo laicus luſor pœna arbitraria punitur, & quod non ſolùm luſores pœnas prædictas tam de iure Ciuili quam Canonico incurrunt, ſed etiam eodem iure ſuorum bonorum lapidatores reputantur, & propterea illis tanquam malè vtentibus ſua ſubſtantia, ſicut & prodigis, interdicitur adminiſtratio ſecun-
27 dum Bald. & alios, quos *ibi* citat: ¶ *num.61.* quod multo magis ludus prohibitus ſit & ludi pœna incurritur, quando in eo fraus aliqua ſeu falſitas interuenit, quod multis modis contingere poteſt, vt *ibi* per eum & alios quos citat & *num. ſeqq.*

28 Et quamuis prædictus ludus iure Ciuili & Canonico prohibitus ſit, de ſe ac ſui natura non eſt prohibitus, videlicet de iure diuino vel gentium, prout furtum, ſacrilegium, rapina, vſura, & ſimilia, ſed ex humana conſtitutione & de iure poſitiuo, & non principaliter propter ſe, ſed & propter accidens, cum ex ludo proueniant inſaniæ, blaſphemiæ, patrimonij diſſipatio, furta & alia peiora, vt latè cum aliis probat Farinac. *vbi ſupra n.84.*

29 Quando autem luditur non auaritiæ & cupiditatis cauſa, ſed recreationis & ſolatij, prout præcipuè contingit in infirmo ludente, licitum eſt. Cauſa namque recreationis facit ludum alias prohibitum licitum & permiſſum in laicis & clericis, vt cum Immol. tenet Farinac. *vbi ſupra, numer.85. & num.87.* hoc declarat niſi in hac ratione interueniant aliquæ operationes vel verba turpia, aut laſciuæ diſſolutiones ſecundum Abb. & alios plures quos ibi citat: & ampliat etiam cauſa recreandi ſocium, qui recreatione indigeat. Et *numer.88.* quod propterea licitum eſt ludere tempore peſtis ad effugiendas melancholicas paſſiones.

Nihilominus tamen contraria opinio eſt ve- 30
rior, communis & tenenda; imò quod alearum ludus, qui ex fortuna ſeu ſorte pendet, non ſit ſua natura vel ex ſuo genere malus nec peccatum; imò res licita & honeſta, adeò vt poſſit eſſe virtus.

Quod primò probatur, quia poteſt hic ludus 31
delectationis gratia exerceri ad animi relaxationem, (vt prædiximus) & qui lucrum haberet in ludendo propoſitum, modo illud vellet ad aliquem finem honeſtum referre, nihil peccaret, vt patet in omnibus artibus quas homines non ſine ſpe lucri exercent, vt poſſint ſe ſuoſque ſuſtentare, vt tenet in terminis Nauar. *in manual. cap.19. num,3.* ibi *quia finis:* ergo ludus non eſt in ſe intrinſece malus, cum poſſit ex aliqua circumſtantia fieri bonus. Hinc eſt vt ex ſe non ſit peccatum aleæ luſum inſpicere: cum enim ludus ſit actus principaliter factus ad recreandum animum per voluptatem ſecundum Ariſtotel. 4. *Ethic.* & S.Thom 2. 2. *queſt.168. art.2.* & tunc dicitur bonus ludus cum ſit ad honeſtam animi recreationem ſine vlla mala circunſtantia, vt docet Nauar. *vbi ſupra num. 2.* conſequitur vt nec ſic ludens peccet, nec etiam inſpectores huiuſmodi ludi.

Secundò pro hac parte arguitur à ſimili, quo- 32
niam in aliis caſibus ſolemus vti ſorte, vt patet in rebus dubiis, idque docet & probat ex Auguſt. D.Thom. *2.2.queſt.95. artic.8.* & in contractu aſſecurationis, quem communiter Doctores approbant teſte Soto *de iuſtitia & iure, lib.4. queſt. 5. artic. 2.* de quibus latè per Molinam Theolog. *2.p. de iuſtitia & iure, diſputation.507.*
*& 509.* ¶ & in electione Canonici Doctoralis & 33
Magiſtralis Eccleſiarum Cathedralium huius Regni, duobus electis æquali ſuffragiorum numero cæteris paribus, indulto & Bulla Apoſtolica cauetur vt ſorte dirimatur hæc dubietas: igitur, &c.

Tertio, quia ſi oppoſita ſententia eſſet vera, ſe- 34
queretur inde omnem ferè artem omneque officium ad quærendum victum illicitum eſſe, & ita neminem eis vti poſſe. Homines namque omni arte male vtuntur hodie iuxta illud Pſalmi, *preuaricantes reputaui omnes peccatores terræ,* & illud, *omnes inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum,* & illud *ſaluum me fac, quoniam defecit ſanctus,* quod latius proſequitur & neruoſe probat Nauar. *vbi ſupra num.2.*

Quarto quoniam dubius euentus à fortuna 35
non facit contractum illicitum, textus eſt & ibi Paul. Caſtr. *in l. in naue Saupheli, ff. locat. cap. nauiganti de vſur. l. à Titio, ff. de verb. obligat.* ¶ vbi no- 36
tat Paul. & Alex. eſſe licitas conuentiones pendentes à futuro euentu fortunæ, quas nos Hiſpani *apueſtas* appellamus, communis ſecundum Dec. *conſil.115.* & cum eo Couar. *in regula peccatum, 2.p. §.4. num.2. de regulis iuris in 6.* Meneſ. *in l. de fideicommiſſo, num.9. C. de tranſact.* Molina Theolog.

Theolog. *in 2.p. de iuſt. & iur. diſputat. 508. colum.656.* Quod ampliat Decius *vbi ſupra*, vt procedat etiamſi alter ſciat certò iam eueniſſe illud, de cuius euentu pactio fit: adhuc enim ipſa valida erit, liciteque ex ea acquiri poteſt quod lucratur, & ſequitur Couar. *vbi ſupra num.5. ad fin.* & benè declarans Nauar. *d. cap.19. num.18.* nempe quod ſine dolo fit, nec aliud ad ſponſionem inducit: quoniam ſi doloſe id fieret, certò ſciens à ſe aſſertum eſſe verum, idque diſſimularet, vel alium ad ſponſionem induceret, non liceret abſque peccato, vt ibi per eum; quicquid Maior *in 4. diſtinct.15. quæſt.15. & ſequenti* & Adrian. *in 4. de reſtitutione, quæſtione de ludo*, & Pedraza *in ſumma in expoſitione 7. præcepti diuini, §.35. fol.94.* contrarium ſignificare videantur, nempe non valere prædictas ſponſiones, & peccare lucrum ex eis acquirunt. Sed priorem ſententiam iure probat, & communem affirmat cum ſupradicta declaratione Ludouic. Carb. *de reſti-*
37 *tutione quæſt.40. verſi. ſed peteret.* ¶ vbi *in verſiculo, quarum dictum* inquit, quod cum his ſponſionibus nihil aliud ſpectetur niſi lucrum, hinc fit vt ferè ſemper ſint peccatum ſaltem veniale, quia eſt contrarium virtuti liberalitatis, quod prius tenuerunt Caiet. Maior, Adrian. & Nauar. *vbi ſupra*, qui prædicta ſic procedere intelligit. Similiter priorem opinionem, quando ſponſio fit ſuper re dubia, ad quod ſufficit habere vtramque partem etiam perdendi, dubitando de lucro, probat etiam Emanuel Rodriguez in Summma
38 *1.tom. cap.174. num.1.* ¶ vbi quod etiam certiſſimus, quia habet euidentiam & certitudinem, poteſt cum bona conſcientia acquirere quod ſponſione lucratus eſt ſi alteram partem certiorem fecerit prædictæ & euidentiæ & certitudinis, ſequitur Ludouic. Lopez *in ſuo inſtructorio negotiant. lib.2. cap.15. verſiculo, præterea. pag.353.* vbi ſecùs dicit eſſe aliàs, vt ſi adhuc certioratus, quia ſubſunt ſibi rationes probabiles dubitandi, ob quas non debuit omnimodam adhibere fidem, ideò pergit eſſe proteruus in ſpondendo qui certus eſt, etſi certiorauerit eum quantum eſt de ſe, ſed non cum effectu: quia tunc non poteſt cum eo inire ſponſionum contractum, neque ex tali contractu præmium expoſitum lucrari, vt ibi latè proſequitur. Superuenit nouiſſimè Molina Theolog. qui vbi ſupra latè probat indiſtinctè, quod qui certus omninò eſſet, eum, pro quo ſpondet, ita ſe habere, vt nulli omninò ſe exponeret periculo amittendi, nihil lucrari poſſet ab altero, etiamſi alter ſe ipſum decipiendo, ſe quoque certum de contrario arbitraretur, diceretque nihil impediente certitudine, quam prior ille ſe habere affirmaret, velle deponere & amittere, contra Medinam, Couar. & Dec. *vbi ſupra*, & ſic in effectum cum Maior. Adrian. & Pedraz. præcitatis. Quæ opinio profectò probabilis eſt; ſed contra quam ſupra probauimus communis: atque ideò iuxta eam ſecurè excuſarem ſic luctantes ſponſiones, & multo magis ſiquis non vult ſpondere, quia certus eſt rem ita ſe habere, dubitare tamen incipiat, ne fortè decipiatur, eo quod alius aſſeueret nihil impediente ea certitudine velle ſpondere, & quia aliquando arbitratur aliquid eſſe ſibi certum, poſteà comperit ſe fuiſſe deceptum ſecundum Molin. *vbi ſupra, colum.1657.* qui in hac ſpecie & alia ſtatim ſequenti, de qua ibi per eum, limitat ſuam priorem ſententiam communi contrariam.

39 Hinc etiam eſt in terminis ſponſiones quas inter ludentes fieri contingit, validas eſſe, atque ideò ex eis acquiſita non fore neceſſariò ex propria natura reſtituenda, vt probat Couarru. *vbi ſupra d. numer. 2. verſiculo, quibus tandem ſit.* Ludus namque eſt quidam contractus liberè ſuſceptus, ſed poſtquam ſuſceptus eſt cogit ludentes velut quædam lex, cui voluerunt ſic contrahentes ſe deuincere, vt probat Salon. *vbi ſupra artic.6. column.543.* & eſt quidem mixtum ex contractu innominato, vt declarat Molina *vbi ſupra, diſputat.510. col.166.*

Et in terminis hanc ſecundam ſententiam 40
principalem, nempe quod alearum ludus, qui ex fortuna ſeu ſorte pendet, non ſit ſua natura vel ex ſuo genere malus nec peccatum, immò res licita & honeſta, adeò vt poſſit eſſe virtus, tenet & probat D. Thom. 2. 2. *quæſtione 168. artic. 2. in concluſione ad ſecundum*, vbi reſpondet ad authoritatem D. Chryſoſtomi dicentis, non dat Deus ludere, ſed diabolus, audi quid ludentes paſſi ſunt. Sedit populus manducare & bibere & ſurrexerunt ludere: & ſic videbatur quod circa ludos non poteſt eſſe virtus. Hoc namque ſecundum D. Thomam eſt intelligendum de illis, qui inordinate ludis vtuntur, & præcipuè eorum qui finem in delectatione ludi conſtituunt, ſicut de quibuſdam dicitur Sapientiæ 15. *Exiſtimauerunt eſſe ludum vitam noſtram.* Et ad tertium inquit, quod ipſæ operationes ludi ſecundum ſuam ſpeciem non ordinantur ad aliquem finem, ſed delectatio, quæ in talibus actibus habetur, ordinatur ad aliquam animæ recreationem & quietem: & ſecundum hoc, ſi fiat moderatè, licet vti ludo. Eandem etiam partem, quod ludus ſcilicet in ſe ſit licitus, tenent Sylueſt. *in ſumma, verbo ludus*, §. 1. Medin. *in ſuo C. de reſtitutione quæſtion.20.* Dominicus à Soto *lib.4. de iuſtitia & iure, quæſtion.5. artic. 2.* Nauarr. *in d. cap. negotium, numer.2. & 21. cum ſequentibus*, dicens quod etſi ea omnia, quæ concionator ille (de quo ſupra) dicebat & faciebat, tunc viſa ſibi fuerunt iuſtiſſima, nunc autem rem altius perpendenti zelus quidem illius viri heroici pius, vtilis & laude dignus fuiſſe videtur, extirpatio item illorum officiorum res ſancta, nec minus Reipublicæ vtilis: at artem illam reprobam eſſe capitaliter in ſe, eamque exercentes mortaliter peccare, non ſatis videri expeditum, ac proinde contrarium latè ibi probat idem Nauarr. *in manual. d. cap.19. nu-*
*mer.3.* ¶ vbi quod ſine vllo peccato & cum 41
merito poteſt quis ob honeſtam cauſam ludere, putà, qui infirmus, qui illic eſt recreetur, quo otium pellatur, aut ſolatium capiant milites tempore belli cuſtodientes, quamuis ſine vlla cauſa id ibi facere ſit ſaltem veniale
peccatum, ſecundum Caietan. quem citat: ¶ & 42
quod neque ex circunſtantia perſonæ efficitur illicitus, nam ſine vlla culpa, etiam veniali, clericus & monachus interdum etiam talis & chartis luſoriis ludere poteſt ob honeſtam cauſam, putà, ad excitandum vel recreandum ſocium ægrotum hac re indigentem, modo non frangat legem vllam ad mortale obligantem.

Nec etiam ex circunſtantia loci ſacri, quia 43
nullo id iure cauetur, niſi cum ſpecialiter talis ludus in eo loco prohibetur, qualis eſt comediarum profanarum *cap. cum decorem de vit. & honeſt. cleric.* aut niſi fiat cum notabili ſcandalo, vel



vel irreuerentia Dei, vel Eccleſiæ *c. decet. §. ceſſent, de immunit. Eccleſ. lib.6.*

44 Contrarium tamen, imò quod quando luditur in Eccleſia ratione loci ludus aliàs licitus & permiſſus efficiatur illicitus & prohibitus, argumento textus *in cap. Deus qui de vit. & honeſt. clericor. & c. non oportet, diſtinct. 42. & cap. licet de immunit. Eccleſ. in 6.* tenet Præpoſ. Alexandrinus *in cap. Epiſcopus, num. poſt medium, in verſiculo, item ratione loci, diſtinctione 35.* Capra *concluſione 86. num.234. practic.* Conrad. *in rubr. de luſor. in fin. numer. 14. in ſeptima limitatione* Summa Angelici *verbo, ludus, num. 2.* & ibi addit. *littera A.* vbi hanc concluſionem à contrariis defendit, prout contrarium in ludo ſchachorum voluit Summa Syluest. *in eodem verbo ludus, num. 3. verſiculo, ratione circunſtantiæ loci*, quos refert & ſequitur Farinac. *3. tom. quæſt.109.3. par. num. 126. pag. 472. col.1.* vbi refert bannimenta ſtatus Eccleſiaſtici generalia edita de anno 1599. *c.3.* prohibentia ludus etiam pilæ ante Eccleſias tempore quo diuina celebrantur officia, quæ mihi iuſtiſſima videntur.

45 Neque ex circunſtantia temporis, quia quamuis peccatum ſit totum diem feſtum in ludis præſertim operoſis conſumere, quales ſunt ludus pilæ, prælij vmbratilis & ſimiles; tamen peccatum mortale non eſt, niſi Miſſa aut aliud diuinum officium, præceptum, vel votum omittatur, maximè ſtante conſuetudine ludendi in diebus feſtiuis, iuxta tradita per Farinac. *vbi ſuprà, num. 136.* vbi cum Immol. *in cap. clerici, el ſegundo numer. 12. in fin. de vit. & honeſt. cleric.* & aliis inquit (loquens in feſtiuitatibus Natalis Domini noſtri) quòd ſtante conſuetudine ludendi in illis diebus, quamuis tunc eſſet potius diuinis quàm ludo vacandum, idcircò amiſſum in ludo non reperitur, dummodo non interueniat blaſphemia aut aliud malum accidens, per quod ludus prohibetur. Hæc tamen concluſio principalis non eſt expedita, plures ſiquidem tenent contrarium in prædictis diebus feſtiuis, & Natali Domini noſtri, quos retulerat ipſe Farinac. *num. praeced. 135.*

46 Nec in eo, quod potius fortuna aut euentu quàm induſtria nitatur, niſi alioqui lege prohibeatur: imò ludus, qui in quantum talis ad relaxationem animi fit, tanto aptior eſt, quanto magis fortunæ quam arti & induſtriæ nititur, quia intentionem animi magis remittit.

Hanc præterea ſecundam partem probauit D. Couarruu. *vbi ſuprà, dicto §. 4. num. 2.* eſtque communis Doctorum ſententia & omninò retinenda ſecundum Ludouic. Carbon. *de reſtitutione quæſtione 38.* & iterum *quæſtione 41. in 2. concluſione*, latè & optimè Salon *vbi ſupra de iuſtitia & iure in 2. 2.* D. Thom. *quæſtione 5. de domin. artic. 6. an liceat ludere, columna 543.* ad fin. cum ſequentibus, vbi *columna 546. verſi-*
47 *culo, quod ſi*, ¶ quod ludens aleis, taxillis, ſimilibuſque ludis moderatè, citra ſcandalum ad ſolam animi recreationem oblata iuſta occaſione, & ſine periculo iurandi, exponendi multam pecuniam, aut alterius vitioſæ circunſtantiæ, non peccat: & quod ita videmus viros honeſtos his etiam ludere in aliquo conuiuio, vel feſto, nec propterea à gubernatoribus iudicari luſores, aut tranſgreſſores legum, quæ prohibent ludos alearum vt *in lib. quod in conuiuio, ff. de alea luſu*, & docent Angel. in Summa, *verbo, ludus, numer. 4. ſupplement.*
*verbo, ludus alea, §. 1. & 2.* Richard. *in 4. di-* 48
*ſtinctione 18. art. 8. quæſtione fin.* & Ludouic. Carbon. *dicto quæſtione 37. in 9. Concluſione* idem probat in clericis, qui modicum luderent & rarò animo relaxandi, remoto ſcandalo, & Ignat. Salced. *in practic. crimin. Canonica, capite 70. littera A.* & Ludouic. Vela *caſu 61. verſiculo, notandum, pag. 325.* & Don Ioann. Vela, *dicto cap. 22. in principio*, & Azeued. *in d.*
*l. 2. huius tituli 7. num. 7. & 15.* ¶ Et quod lu- 49
dus chartarum & teſſerarum, ſtando ſolo iure naturali ſecluſa prohibitione iuris humani, iuſte ac licitè exerceri valeat probat bene Molina *vbi ſuprà, diſputatione 510. colum. 1661. verſiculo quoad ſecundum*, & in principio diſputationis 511. vbi alios authores idem tenentes citat, & *colum. 1605.* bene probat non eſſe verum quod quidam voluerunt, nempè ludum de quo loquimur ex ſui natura eſſe illicitum, propterea quod pecunia illa ſubiiciatur fortunæ, ociumque nutriat. ¶ Et ita Azeued. *in d. l. 2. num. 19.* 50
*cum ſequentibus* ſex caſus contigerit, in quibus ludus eſt licitus, nempè, recreationis cauſa, & exercendæ virtutis, & propter vrbanitatem, & in feſto Natali Domini, & cauſa veſcendi, & in modica quantitate. Extra quos caſus (inquit) qui ludunt committunt & delinquunt contra ſex leges, nempè, diuinam, naturalem, Canonicam, Ciuilem, & Regiam, & communem Theologorum doctrinam, vt reſoluit D. Thom. 2. 2. *quæſtione 168. art. 2.* & hoc ob plurima damna ex ludo euenientia: quos caſus & alios refert & diſſerit Proſper. Farinac. *tom. 3. quæſtione 109. p.3. num.108. cum ſequentibus*, vbi *numer. 113. cum ſeqq.* latè agit de ludis permiſſis clericis, & de prohibitis.

Ex circunſtantiis tamen ludi reddi poteſt ma- 51
los & vitioſus, vnde ludentes aleis, taxillis, ſimilibuſque ludis in magna quantitate, vel nimia aſſuetudine, quos hiſpanè vocamus *tahures*, peccant mortaliter, quia circa huiuſmodi luſores leges prohibentes tales ludos in vſu ſunt, nec deſuetudine abrogatæ: vnde ſic ludentes non modo clerici, verum etiam ſeculares peccant mortaliter, cum hæ leges ſint iuſtæ & obligent, vt credit contra Sotum Salon *vbi ſuprà, colum.546.* vbi quod Bart. & alij aſſerentes ludentes aleis peccare mortaliter ob innumera crimina, quæ huiuſmodi ludis ſolent miſceri, intelligendi ſunt de ludentibus in magna quantitate, & vitioſa conſuetudine, non de ludentibus rarò, moderatè, & communiter ad honeſtam tantum recreationem iuſta cauſa oblata. Non enim hi mortaliter peccant, dummodo aliàs fraus ceſſet, aut alia cauſa non accedat, quæ noxia ſit, vt aduerſus Alphonſ. à Caſtro probat & tenet Parlad. *d.*
*lib.2. rerum quotid. cap.7. num.9. ad fin.* ¶ Sed dum 52
ibi *num. 10.* excipit clericos, innuens eos ludendo peccare mortaliter, quoniam eos ſacri Canones & Concil. Trident. in Summa *verbo ludus*, & Soto *de iuſtitia & iure, lib.4. quæſt. 5. art. 2. concluſione 3.* & Nauar. *d. c.19. num.7. & 12.* debet intelligi niſi quando clericus vel monachus moderatè ob honeſtam cauſam ludit, & citra ſcandalum, vt *ſupra*, deduximus ex eodem Nauar. *numer. 3. vbi ſuprà*, aſſerente hoc citra vllam culpam etiam venialem fieri poſſe. Nec Nauar. *dict. numer. 7.* & 12. contrarium in hac ſpecie dicit; ſed imò potius idem tenet *d. numer. 7.* ibi *dixi* (quo luditur ob lucrum principaliter) ad excludendum eum, qui potius cauſa honeſta recreationis quam lucri paruo tempore ludi, vt ibi

ibi benè probat. Et *d. num.*12. loquitur de cle-
rico ſine laico ludente cum eo, qui donare non
poteſt: peccat enim mortaliter, niſi in caſibus
de quibus ibi per eum. Sed de hoc nunc non agi-
mus, & ſic Nauarr. *in prædicto numer.* 12. noſtræ
aſſertioni non contradicit, imò eam probat *di-
cto num.* 3. & nouiſſimè ſupradicta probare vi-
detur Veia 1. *part. caſu* 61. *per totum, pag.*118.
*columna* 4. *cum ſequentibus.* ¶ Ludus igitur re-
53 creationis cauſa exercitatus permiſſus eſt ſerua-
tis debitis circunſtantiis, etiam inter Religio-
ſos & intra ſui ſepta monaſterij, vt per eundem
Nauar. *in cap. conſideret, §. pateat de conſecratio-
ne, diſtinctione* 5. vbi inquit non eſſe peccatum
ſi quis eo die, quo confeſſus fuerit & commu-
nicauerit, ludis honeſtis cum ſociis ſe immiſcue-
rit, quod refert & ſequitur Azeued. *in rubrica*
54 *huius titul.* 7. *num.*34. *&* 35. ¶ Et quod in ma-
gna quantitate non liceat ludere etiam in ludo
permiſſo, vt putà pilæ, ſchacorum ſeu alio con-
ſiſtente in ſolo ingenio, vel etiam in virtute
corporis, nec clericis nec laicis tenet Farinac. 3.
*tom. quæſtione* 109 *parte* 4. *num.* 130. vbi etiam
quod magna quantitas dicitur, ſi ludatur in to-
to tempore, in quo quis ponit ſe ad ludendum
& ludum continuat, vltra vnum aureum, ſiue
ludens ſit pauper & ignobilis, ſiue etiam diues
& nobilis ex textu *in l. fin. §. ſed nemini, C. de
relig. & ſumpt. fun.* & plures Doctores, quos
ibi refert, hanc opinionem tenent. Mihi au-
tem ea videtur nimis arcta & ſtricta, & ita cen-
ſeo ſtandum eſſe arbitrio recti iudicis in hoc,
qui iuxta conditionem & qualitatem perſona-
rum, & pro modo facultatum cuius iudicabit
quæ dicatur magna quantitas in propoſito.

55 Similiter etiam ludus malus & vitioſus red-
ditur ex ſequentibus circunſtantiis, nempè ſi
plus temporis in eo inſumatur quam oporter,
aut ſi fiat quando, aut vbi non oportet, vt ſi
clericus, Religioſus, aut Prælatus ludo ſibi in-
decenti ludat, præſertim quando lucrum in lu-
do non ordinatur ad oblectationem ex ludo ca-
piendam, vt propoſito pro ludentium qualita-
te præmio competenti, ſerio maiorique cum
animi oblectatione fiat, ſed potius dirigitur
ludus ad lucrum, quod inde ſperatur, euenire
ſolet ludentes variis modis deordinari, nunc per-
iuriis, rixis, aut etiam blaſphemiis aduerſus col-
ludentes, interdum conuertendo noctes in dies,
& dies in noctes, ſacraque diebus feſtiuis omit-
tendo, & interdum proprium patrimonium, vxo-
riſque ac filiorum bona diſſipando, atque cum
ingenti familiæ aliorumque negotiorum diſpen-
dio longum tempus in eo conſumendo: multiſ-
que aliis modis, ex quibus varia alia vitia ac diſ-
pendia in perniciem propriam, Reipublicæque
malum oriri ſolent, maximè ex teſſerarum (hoc
eſt *dados*) & chartarum ludo mala ac diſpendia
ſolent euenire, ita nouiſſimè Molina *vbi ſuprà,
col.* 1662. cum *ſequenti, diſput.* 511. poſt Nauar.
*in manual. d. cap.*19. *num.*4. *&* 5. & Azeu. *in rubr.
huius tit.*7. *n.*6 *&* 7.

56 Hic perpendere licet verum eſſe quod Fari-
nac. ex aliis probat 3. *tom. praxim. crimin. quæ-
ſtione* 109. 1. *p. num.*61. nempè vt ludus prohibi-
tus ſit, & ludi pœna incurratur quando in eo
fraus aliqua ſeu falſitas interuenit, quod multis
modis contingere poteſt, de quibus per Marian.
Socin. & alios quos ibi citat, vbi *numer.* 62.
quod ſtatur iudicio peritorum quando in lu-
do ſit commiſſa fraus aut falſitas: & *numeris
ſequentibus* plura alia adducit de fraude & fal-
ſitate commiſſa in ludo, & eius pœna.

Non tamen ludus ſit mortalis ex ſola circun- 57
ſtantia animi principaliter lucrandi aliquid, etiam
notabile, ab eo qui donare poteſt, neque etiam
ex nimio & ardenti ludendi appetitu, niſi cùm
extenditur ad alicuius l. quæ obligat ad mortalẽ
violationem, qualis eſt in caſibus ſupra modo
proximè dictis cum Molin. vt tenet Nauar. *d. num.*
4. Azeued. *num.*6. *vbi ſupra*, idem prius probauit:
& tenet ex doctrina D. Thom. Caiet. 2. 2. *quæ-
ſtione* 168. *art.* auaritia non eſt peccatum morta-
le ſecundum ſe.

Neque obſtat quod Abbas *in cap. penultim.* 58
*num.*12. *de vit. & honeſt. clericor.* & Gabriel *in* 4.
*diſtinctione* 15. *quæſt.* 13. *art.* 2. *concluſione* 3. &
quidam alij teneant vſque adeo ludum eſſe vi-
tioſum, ſi ita ad lucrum ordinetur quod ludens
præcipuè lucrum intendat ludo, vt affirment cul-
pam eſſe lethalem, modo lucrum intentum no-
tabile ſit, quia intenditur damnum notabile
proximi, reſque contra decimum Decalogi præ-
ceptum; cum eiuſmodi proximi damno con-
cupiſcitur, tametſi colludens voluntariè legi-
bus ludi ſe ſubiecerit, & voluntariè ſoluat quod
alius lucratur: quoniam in ea ſolutione depre-
henditur inuoluntarium mixtè, non ſecùs atque
in ſolutione vſuræ.

Hæc namque opinio meritò à Medina & Sot. 59
& pleriſque aliis reprobatur, vt latiſſimè pro-
bat exponens prædictum decimum Decalogi
præceptum, quomodo ſit intelligendum Moli-
na Theologus *vbi ſupra, columna* 1663. *cum ſe-
quenti*, vbi reſoluit nec venialem culpam ex eo
præciſe obuenire, quod quis magis ordinet lu-
dum ad lucrum iuſtum, quàm ad oblectatio-
nem ex ludo accipiendam. Quod ſi appetitus
lucri immoderatus eſſet, vt ſolet in multis, po-
terit eſſe peccatum auaritiæ, ex ſuo genere ve-
niale, quod in cauſa eſſe poterit vt ludens eo
effrenato appetitu quoad multa alia deturpetur.
attamen non prouenit ex eo quod lucrum ludo
appetatur, ſed quod nimis atque inordinatè ap-
petatur, ita Molina: ¶ tunc autem ludens ex
auaritia peccaret mortaliter, quando auaritia
eſſet mortalis ſecundum Salonem *de iuſtitia &
iure, vbi ſuprà colum.* 546. ibi, *vqi quod addit
Ricardus, &c.* Et iuxta ſupradicta intelligendi
& declarandi ſunt Sylueſt. in Summ. *verbo, lu-
dus, num.*2. & Caiet. *verbo, ludus*, & Auguſt.
de Arim. *in tractatu malefact. in parte, meditore,
&c. in finali apoſtilla*, quos præter Sylueſt. re-
fert & ſequitur Aucnd. *in* 2. *p. cap.* 9. *prat. nu-
mer.* 4. tenentes quod ludens auaritiæ cauſa pec-
cat mortaliter. Hoc enim ſimpliciter intellectum
non eſt verum, ſed tantum quando auaritia
eſt mortalis iuxta exempla ſupra relata, vt in
terminis benè obſeruat Azeued. *vbi ſuprà nu-
mer.*7. non enim aliàs ludens ex auaritia in caſi-
bus licitis & honeſtis peccat mortaliter, nec ve-
nialiter regulariter, niſi appetitus lucri immo-
deratus eſſet, vt prædiximus, & tenet cum plu-
rimis authoribus quos citat Farinac. 3. *tom. quæ-
ſtione* 109. *num.*136. *limitatione* 5. *fol.*473. dicens
quod ludere cauſa auaritiæ & cupiditatis & ani-
mo alium ſpoliandi eſt illicitum, & quod luden-
tes hoc modo & vincentes tenentur reſtituere
quod tali ludo acquiſierunt.

Neque vocatur quis ludere ex auaritia ex eo 60
quod vellet vincere, hoc namque ludo ſuppo-
ſito, eſt naturalis appetitus effectus, quia lu-
dus in quadam pugna ludentium conſiſtit, &
naturaliter homo refugit defectum in quo con-
ſiſtit



ſiſtit perdere, & appetit excellentiam in qua con-
ſiſtit vincere. Sed vocatur quis ludere ex auaritia
quando principale motiuum ad ludendum eſt lu-
crum, quod quiſque de ſe optimè nouit quando
ex tali intentione principaliter mouetur, ita Ca-
iet. ad D. Thom. 2. 2. *dicta quæſt.* 168. *art.* 3. *ad ſecun-
dum dubium*, ibi, *& ſimiliter non vocatur, &c.*

61 Prælati tamen & clerici ratione dignitatis,
perſonæ & ſcandali prohibentur ludere aleis,
pila & ſimilibus ſub mortali, quia ſic ludentes
ſolent eſſe ſcandalo *c. Epiſcopus diſtinctione* 35.
qui eſt Canon. Apoſtolorum 35. *cap. clerici el ſe-
gundo cap. cum decorem de vit. & honeſt. cler. c. in-
ter dilectos de exceſſ. prælat. auth. de ſanctiſ. Epiſco-
pis, §. interdicimus* & in Concil. Trident. *ſeſſ.* 25.
*cap.* 1. præcipitur vt ſeruentur iura omnia ſuper
ludo & luxu clericorum per Pontifices & Con-
cilia ſtatuta *l.* 57. *tit.* 5. *& l.* 34. *tit.* 6. *part.* 1. ita Sa-
lon. *vbi ſupra col.* 545. Et inquit Molina *vbi ſu-
pra diſput.* 512. *col.* 1672. *in verſiculo, quod verò*, ibi
62 *eodem etiam modo*, ¶ Quod etſi ludus pilæ &
*del trjuelo*, de quibus *in d. l.* 57. publicè exercean-
tur, non ita clericis ſint decentes, quod nudari
interdum clericos oporteat ad illos exercendos:
ſi tamen exerceantur vbi conſpici ab aliis quam
à familiaribus non poſſint, parum ſanè aut ni-
hil indecentiæ habent, & voluit ſic intelligere
Salon, *vbi ſupra col.* 145. *ad fin.* Vnde ceſſante
ſcandalo in prædictis ludis, crederem minimè
63 in eis committi peccatum mortale. ¶ Quinimo
pœnam dicti §. *interdicimus, & auth. interdici-
mus, C. de Epiſcopis & clericis*, prohibentis cle-
ricis ludum tabularum, ſub pœna vt tribus an-
nis arceantur à miniſterio, & in monaſterium re-
digantur, ita tamen vt ſi intra id tempus pœni-
tuerint liceat Epiſcopo minuere illis tempus &
ante triennium ſuo miniſterio illos reſtituere,
non tenentur Prælati mandata exequi, cum ea
pœna ſancita non ſit iure Canonico, vt cum Ber-
nard. Diaz rectè cenſuit Greg. Lopez *in d. l.* 57.
nec eſt in vſu ea pœna, ſed alia arbitraria, vt *in-
fra* dicemus.

64 Ludus præterea larualis, hoc eſt *de maſcaras*,
prohibitus eſt clericis ſub mortali Angel. *verbo,
ludus, n.*1. Salon. *vbi ſup. col.* 545. *verſ. vbi non*, vbi
quod forſan ſub eadem cenſura, qua prohibentur
Religioſi ne ſine iuſta cauſa habitum ſuæ Reli-
gionis mutent. Sed hoc de cenſura in clericis non
Religioſis verum non credo, niſi ipſa impoſita
65 expreſſe inueniatur à iure, vel Prælatis ¶ Addit
ibidem Salon quod ludi mimorum & hiſtrionum
prouocantes circunſtantes ad turpitudinem ſi-
militer ſunt prohibiti.

66 Clericis ſimiliter prohibetur incumbere
conuiuiis, quæ fiunt inter plures, quorum vnuſ-
quiſque confert partem ſuam, vt probatur *in c.
nullus, de conſecratione diſtinct.* 5. *& in cap. non
oportet miniſtros, & in cap. non liceat diſtinct.* 44.
quæ iura in hoc allegat Florian. *in l. quod in
conuiuio, in principio, numer.* 2. *ff. de aleatorib.* ex
quo deducitur non etiam licere clericis pro con-
uiuio ludere, vt tenent plures Doctores quos
referunt Decian. *in tract. crimin lib.* 2. *cap.*19. vbi
quod ita tenent omnes *in c. inter dilectos, de ex-
ceſſ. prælat.* & Farin. *in ſua pract. crimin. tom.* 3. *q.*
109. *p.*3. *n.*122.

67 Contrarium tamen, imò quod clerici poſſint
etiam in ludo prohibito ludere pro conuiuio,
voluit gloſ. 1. *in fi. in cap. Epiſcopus diſt.* 35. *& in
d. c. inter dilectos in verbo, voluptuoſos*, Alber. &
alij quos refert Farinac *vbi ſupra n.*123. vbi *num.*
124. refert quandam concordiam, vt prima opi-
nio procedat, dummodo illa conuiuia inter cle-
ricos non tranſeant in diſſolutionem & luxuriam;
ſecunda autem quando in diſſolutionem tranſi-
rent, & hanc dicit eſſe rationabilem diſtinctio-
nem. Et *n.* 25. aliam aſſignat, quæ eſt Abbatis *in d.
c. inter dilectos, de exceſſ. præl.* vt prima opinio pro-
cedat in foro fori, & quoad incurſum pœnæ in-
habilitatis & indignitatis, ſecunda autem in foro
poli & conſcientiæ. Et tandem inquit quod hæc
diſtinctio videtur etiam rationabilis, & quod
eam ſequuntur Troil. Maluaſ. & Auguſtin. ad An-
gel. quos ibi citat.

Ego autem has concordias veras eſſe credo, 68
intelligendo eas è conuerſo (Farin. namque incu-
rioſe eas refert, ſumendo vnam opinionem pro
altera) nempè vt ſecunda opinio ſupra relata affir-
matiua procedat dummodo iſta conuiuia non
tranſeant in diſſolutionem, & luxuriam: prima
autem quando in hæc tranſirent. Et ſimiliter ſe-
cunda opinio prædicta affirmatiua procedat in
foro fori & quoad incurſum pœnæ inhabilitatis
& indignitatis: prima autem negatiua in foro po-
li & conſcientiæ, & ita cenſeo tenendum.

Schacorum autem ludus quem Itali vocant, 69
Hiſpani *de axedrez*, Galli *eſchex*, ex ſe non eſt
malus, imò magis licet quam alij, qui lege pro-
hibentur iuxta gloſſam receptam in dicta au-
thentica *interdicimus verbo, ad tabulas, C. de Epi-
ſcopis & clericis*, licet loquatur per verba fortè,
*& in d. c. clerici el ſegundo, de vit. & honeſt. cleric.*
vbi Panormitan. & alij teſte Nauarr. *in manual.
cap.* 19. *num.* 3. *ad fin.* quamuis ſit ineptiſſimus
omnium ludus contra vulgi opinionem: ean-
dem ſententiam probauit Ludouic. Carbo *vbi
ſupra verſiculo, tertia concluſio*, contra quoſdam
Doctores aliter exiſtimantes, & præcipuè cleri-
cos & religioſos hoc ludi genere vti non poſ-
ſe putantes. Contrarium etenim verius eſſe, vt
ibi rectè probat, affirmans hoc genus ludi non
multum habere delectationis, ſed plurimum la-
boris animi: ac proinde ſcholares (vt quidam
ſcribunt) ab eo abſtinere deberent, cùm magis
animus in eo defatigetur quam ſi in rerum dif-
ficillimarum ſtudio verſaretur, de quo Paris de
Puteo ſcripſit eſſe pernicioſum ſcholaribus ob
temporis conſumptionem: & quod clericis et-
iam liceat ad ſchacos ludere tenet Ioan. Andr.
*in cap. clerici de vit. & honeſt. cleric.* vbi Abb. *num.*
4. inquit hanc eſſe communem opinionem, & Iu-
lius Clarus *lib.* 5. *recept. ſentent. §. ludus verſiculo,
quæro nunquid*, Gregor. Lopez *in d. l.* 57. *in gloſſa,
tejuelo*, & hos alioſque referens addit Bernardi
Diaz *in practic. crim. Canonica cap.* 70. *littera A.
verſiculo, ſed an clerico*, eſt communis vt per
Bertach. *de Epiſcopo lib.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 10.
prout eum refert Parlad. *lib.*2. *rerum quotidianar.
cap.*7. *num.*5. vbi hoc verum intelligit dummodo
modum & honeſtatem in ludendo non tranſi-
liant, ſequitur etiam Salon. *vbi ſupra colum.* 547.
*verſiculo, quo fit*, eſt communis vt plurimos re-
ferens affirmat Farinac. 3. *tom. prax. crimin. quæ-
ſtione* 109. *part.* 3. *num.* 114. *folio mihi* 470. *in fin.
& folio ſequenti*, vbi *numer.* 115. refert nonnullos
tenentes contrarium, *& num.* 116. *cum ſequen-
ti* inquit non eſſe recedendum à prædicta pri-
ma opinione, quæ magis communiter recepta
eſt, dummodo ludatur cauſa recreationis, &
non cauſa voluptatis aut auaritiæ vel cupidi-
tatis & in pecunia, ſecundum Archidiacon. &
alios plures quos ibi refert. Et *numer.*117. ſecun-
dò declarat clericis licitum eſſe ſchacorum lu-
do ludere, niſi ludendo à diuinis diſtrahantur

propter magnum tempus quod in tali ludo conteritur, & dummodo ludatur temporibus & horis congruis, in quibus clerici diuinis vacare non debent, & dummodo per hoc non deſinant Domino inſeruire iuxta Doctores quos ibi ad hoc allegat.

Quibus ſic expoſitis ad argumenta partis contrariæ ſupra in principio huius quæſtionis poſita reſpondetur. Ad primum, ſecundum & ſextum ex latè adductis & reſolutis per Nauar. *in d. cap. negotium per totum*, nempè, pœnitentes redire non poſſe ad illam artem, officium ſeu negotium, quod ſine capitali peccato exerceri nequeat, qualis eſt ars faciendi idola & ars fœnerandi, necromantiæ & id genus. Similiter oportere quidem non redire nec accedere ad illam, quæ ſine veniali peccato exerceri non poſſit, & non ſolùm conſilium, ſed etiam præceptum eſſe non tamen ad ſalutem neceſſarium, quia non eſt neceſſarium ad ſalutem à peccato veniali abſolui, vt ibi latè probat; attamen non eſt illicita ars illa nec ludus, cuius operibus homines vt plurimum male vtuntur: ſic namque videmus quod magna pars hominum etiam ipſis naturæ legibus male vtitur. Sic igitur in propoſito dicendum eſt, vt quamuis mala pars hominum ludis male vtatur, indeque quamplura peccata exoriantur atque perpetrentur, vt præmiſimus; nihilominus tamen ludus in ſe & ex ſua natura licitus eſt, & quo honeſtè & benè vti poteſt, vt faciunt perquammulti, quamuis alij eo malè vtantur. Ludus namque vt ex multis accidentibus honeſtatur, ſic & ex pluribus viciatur, vtrumque probat atque exemplificat Soto *vbi ſup.* & cæteri de hac re agentes.

Ad tertium & quartum iam ex ſuperioribus pro hac ſecunda parte adductis remanet ſatiſfactum, eiſque reſpondet Carbo *d. quæſtion.* 38. *pag.* 254.

70 Supereſt tamen ingens difficultas contra ſuperiora huiuſmodi: nam cum ludus alearum & chartarum iure communi, Ciuili, Canonico, & Regio, necnon & Sacro Concil. Trid ſit prohibitus & punitus, vt probat Salon. *vbi ſup. col.* 548. *in princip.* & latè Molin. *d. diſput.* 512. *per totam, &* *in quæſtione infra* proxima latè dicemus, videtur quod prædictus ludus indiſtinctè ſit illicitus, & ludendo peccetur ſaltem venialiter, vt tenet Nauar. *d. c.* 19. *num.* 6. & Ludouic. Carbo *d. q.* 38. *verſiculo, quinta concluſio*, & aliquando imò ſæpè mortaliter ex variis circunſtantiis de quibus ſupra, & tradit Ludouic. Veia *d. caſu* 61. *verſ. nihilominus, pag.* 314.

Sed nihilominus reſoluimus, quod ſi huiuſmodi ludi cunctis ſuis prauis qualitatibus denudentur, cum non ſint genere ſuo aut contra charitatem, aut contra iuſtitiam, non ſunt mortali charactere denuntiandi, etiamſi cauſa auaritiæ ludatur, vt ſupra latè probauimus allegando plures authores ita tenentes, & præterea latè probat Ludouic. Veia *in ſuis caſibus conſcientiæ, caſu* 61. *in principio*; quin verò vel ad conuiuium ludere vt *in l. quod in conuiuio, ff. de aleat.* vel in parua quantitate pecuniæ virtus eſſe poteſt iuxta ſupradicta, & in terminis probat Soto *vbi ſupra, verſic. an verò* & ſine vllo peccato & cum merito poteſt quis ob honeſtam cauſam ludere, vt ſupra etiam probauimus.

Licet enim alearum & chartarum vſus ſit prohibitus regulariter, illa iuſta & honeſta cauſa excuſat à culpa: animus namque & voluntas diſtingunt maleficia, vt in iuribus vulgaribus.

Lege autem obligante ad mortale prohi- 71
bentur monachi & clerici beneficiarij, vel in Sacris ordinibus conſtituti ludere huiuſmodi ludis aleæ, ſine fortunæ illicitis, notabilem quantitatem, præſertim de fructibus Eccleſiaſticorum beneficiorum ſecundum Nauar. *dicto cap.* 19. *num.* 9. qui idem putat quoad peccatum de his, qui ludunt de bonis patrimonialibus, diximus *in tract. de iuramento confirmatorio*, 1. *part. cap.* 53. *numer.* 2. *ad fin.* eſt communis Doctorum ſententia, ſecundum Carbon. *dicta quæſtione* 38. *concluſione* 8. qui eam latè probat, & refert Hogon. Nauar. Hoſtienſ. Angel. & alios eam tenentes. Sed ſupplendus eſt hic author per ſupradicta in hac communi concluſione, dum omiſit illud de notabili quantitate, nam in parua non committeretur peccatum mortale; imò nec veniale in caſibus de quibus ſupra cum Nauar. & cæteris ad hoc ſupra citatis. Eandem communem ſententiam tenet & probat Veia *dicto caſu* 61. *verſiculo, notandum præterea*, vbi quod iura Canonica in propoſito loquuntur in clerico vel monacho aleæ deſeruiente, & ſic de eo qui valde ſeruit ludo, ita vt conſuetudine ludendi ſcandalum præbeat.

Peccaret tamen mortaliter valde peritus in 72
ludo id diſſimulans, ſi alium attrahat ad ludendum longe inferiorem, & qui falſis talis vel chartis vtitur, legeſvè ludi cum notabili damno concluſionis tranſgreditur, quia vtitur dolo & fraude Nauar. *vbi ſupra numer.* 17. ¶ inde 73
inferens peccare mortaliter, qui ſcienter ait ſe habere plura puncta quam habeat, & ideò lucretur, & qui aduertit colluſorem errori calculi dicere ſe pauciora habere, & ideò perdat ſi eum non moneat, & qui accipit locum non ſuum, quem manum appellant, quia primus decipit, ſecundus accipit quod iam alter lucratus eſt, tertius quia ſubripit ius aptius lucrandi colluſori, quamuis non teneatur reſtituere quantum ob id lucraretur, ſed quantum id ius prioris loci valet: ¶ ſicut qui lædit meſſem
non tenetur reſtituere quantum illa in area red- 74
deret, ſed quantum æſtimaretur in herba ſecundum D. Thom. 2. 2. *quæſtione* 62. *artic.* 4. Nauarr. *in manual. cap.* 17. *numer.* 27. & aliis: & quod hæc tria tunc & tantum procedant, cùm damnum notabile infertur. Et ſuperiora ex Nauar. adducta ſequitur Ludouic. Carbo *de reſtitutione quæſtione* 40. *verſiculo, tertia concluſio, pag.* 261. vbi cum Couarru. hoc declarat, ſcilicet, eum non ludere fraudulenter, qui eas adhibet cautelas, quæ ſecundum leges ludi adhiberi ſolent. ¶ Et illud de peritiſſimo in
ludo id diſſimulans, attrahente alium ad lu- 75
dendum longè ſe inferiorem in eo miniſterio, quod teneatur ad reſtitutionem lucrati probat etiam Salon. *vbi ſupra columna* 548. *verſiculo, fraudes verò*, vbi hoc limitat in perito ludi neſciente alterius ignorantiam, ſed bona fide credente illum ſimiliter peritum, quia tunc non tenebitur ad reſtitutionem eius quod ab eo lu-
cratus fuerit. ¶ Idem etiam erit quando im- 76
peritus dixit peritiſſimo, *jugad que todo lo que ganaredes yo os lo doy*. Et idem quando imperitus ſciens exceſſum ſcientiæ in ludo colluſoris libenter cum eo ludit, non enim hi tenentur ad reſtitutionem, vt cum aliis contra Alcoçer in hoc vltimo tenet & probat Emanuel Rodriguez *in ſua Summa*, 1. *tom. cap.* 173. *concluſione* 6.

Extra prædictos caſus, quando inter luſores 77





77 Extra prædictos caſus, quando inter luſores eſt magna diſparitas, ita quod vnus certus ſit vincere alium, quia magis inſtructus, peritus & exercitatus, tunc nec etiam licitum eſt illi qui magis inſtructus eſt ludere cum eo, qui minus eſt inſtructus, etiam in ludo permiſſo: & iſto caſu datur repetitio pecuniæ amiſſæ, & vincens tenetur reſtituere ſaltem in foro conſcientiæ, vt cum aliis quos citat tenet Farinac. *in ſua practic. crimin. quæſt.* 109. 5. *part. num.* 127. *cum duobus ſequentibus.*

78 Quod ſi quis inuoluntarius attractus fuit ad ludum cupiditate lucrandi, datur obligatio reſtituendi in ludo quæſita in animæ iudicio ſecundum D. Thom. communiter receptum ſecundum Couar. *in regula peccatum* 1. *p.* 4. *num.* 7. *de regulis iuris in* 6. modo attractio leuis non ſit, ſed tanta, quæ inuoluntarium alterum efficiat, nempe conuitia, opprobria, preces adeò vehementes, quod his alter non ſit auſus contradicere, quemadmodum à mente D. Thomæ deducitur, & fatetur Caiet. Alphonſ. à Caſtro & alij, quos refert & ſequitur Couarr. *vbi ſuprà*, aduerſus Adrian. & tenent omnes vt affirmat Nauarr. *vbi ſuprà num.* 18. *verſiculo octauò*, & hæc eſt communior opinio Canoniſtarum in *cap. clerici de vit. & honeſt. clericorum*, vt teſtatur Ludouic. Carbo. *de reſtitutione quæſt.* 41. *verſiculo, tertiò, pag.* 169. vbi in idem citat Sylueſter. Caietan. & Alphonſ. à Caſtro, ſequitur etiam Salon *de iuſtitia & iure, colum.* 549. Ludouic. Lopez *in ſuo inſtructorio negotiant. lib.* 2. *cap.* 22. *pag.* 389. *cum ſequenti*, Rodriguez *in ſua ſumma*, 1. *tom. cap.* 173. *num.* 7. vbi *num.* ſequenti ſecus eſſe probat in eo quod lucratur ſic compulſus à colluſore attrahente eum inuitum ad ludum, quæ fuit opinio probabilis Cani, licet contraria Victoriæ tutior ſit ſecundum Ludouic. Lopez *vbi ſuprà pag.* 390. *verſiculo neque obſtat*, vbi *verſiculo ſequenti* bonam quæſtionem in propoſito examinat.

Denique in aliis caſibus ad ſciendum an ex ludo peccetur mortaliter, necne, ex natura & grauitate operis perpendendum eſt, vt inquit Soto *lib.* 4. *de iuſtitia & iure, quæſt.* 5. *art.* 2. *verſic. an verò*

79 Hinc probanda videtur opinio additionat. Didac. Perez *in leg.* 37. *titul.* 19. *lib.* 8. *ordinam. pag.* 387. *columna* 2. *verſiculo, ſed eſt dubium*, aſſerentis quod ſi quis in ludo dicat ſe habere *primera* cùm non habeat, & ſocius id audiens, qui 39. puncta habebat, proiiciat chartas ſuas tanquam victos & ſuperatus, poſtea verò patefiat veritas; ille tamen velit conſequi manum, quia hic per proiectionem chartarum ius ſuum amiſerat; tamen in odium mendacij etſi puncta prædicta non demonſtrauerit creditur ea habuiſſe, & ſic innuit hunc lucrari debere manum. Hoc ſi de dolo dicentis falſo *primera* conſtiterit verum videtur, quia nemini ſua fraus vel dolus patrocinari debet. Si tamen id caſu deceptus & abſque dolo dixerit (qui dolus in dubio non præſumitur) ſecus videtur dicendum, quia lex ludi recepta à luſoribus habet, vt colluſores ſibi ipſis in ludo aliquid aſſerentibus credere minimè teneantur, niſi publicè oſtendatur & verum appareat: quocirca cauti eſſe debent, vt chartas ſuas verſas non proiiciant, quouſque videant an dicentes habere *primera, ò flux, ò otros punctos* verum dicant, nec ne, aliàs iuri ſuo videntur renuntiare.

Nihilominus tamen ſi de melioribus punctis proiicientis chartas aliquo modo conſtiterit, ipſe ratione mendacij colluſoris vincet. Quod ſi de hoc non conſtiterit, æquius & ſecurius videtur vt inter ſic contendentes diuiſio fiat *de lo que va a la mano.*

Ludus igitur vt priora reſoluamus duplex eſt, 80
bonus & malus. Bonus eſt, qui fit ad honeſtam animi recreationem abſque vlla mala circunſtantia, ex quo frequenter generatur actus & conſuetudo honeſtè ludendi & iocandi, quæ eſt virtus quam Ariſtotel. *lib.* 4. *ethic. cap.* 8. *tom.* 5. & Sanctus Thom. *vbi ſupra* eutrapeliam vocant: idem probat Soto *vbi ſuprà*, & Salon *de iuſtitia & iure*, 2. 2. D. Thom. *quæſt.* 5. *de domin. artic.* 6. an liceat ludere, vbi ex Cicerone probat ludo & ioco vti licere, ſicut ſomno & quiete, quæ ob ſe ipſa non ſunt neceſſaria, ſed vt recreati vegetiores ad labores redeamus, & nouiſſimè Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. c.* 7. *in principio.*

Et quia omnis virtus moralis inter duo vitia extrema exceſſus & defectus interiacet iuxta eundem Philoſoph. & gloſſam *in* §. *hæc quæ de pœnitentia diſtinctione* 1. ſub *cap. charitas* 3. ita hæc interiacet inter exceſſum inordinatum ludendi, & inter defectum inordinatum ab eo abſtinendi, vt per D. Thom. *dicta quæſtione* 186. *articulo* 3. & 4. Longe tamen frequentius peccatur per exceſſum quam defectum, quia ludo & ioco ita parcè condienda eſt vita, ac ſale cibus iuxta Cicer. receptum ſecundum Nauar. *vbi ſuprà.*

Malus ludus eſt à iure reprobatus & prohibitus, de quo *ſupra* egimus.

## SVMMARIVM.

1 *Ludus an per leges humanas prohiberi potuerit? Et quæ ſint eum prohibentes? & num. ſeqq. præcipuè num.* 5.

3 *Ludus iure Canonico & Concil. Trident. prohibitus clericis.*

4 Thaur *vnde dicatur?*

6 *Ludi in quibus exercetur induſtria non cenſentur prohibiti, prout eſt ludus pilæ ſub certa quantitate de qua hic. Et de pœnis ludentium in maiori ſumma num.* 7.

8 *Leges Ciuiles Imperatorum prohibentes ludos ad quid obligent?*

9 *Ludus alearum conſuetudine licitus effici non poteſt, pœna tamen reſtitutionis à legibus humanis ſtatuta poteſt conſuetudine tolli, & num.* 10.

11 *Leges humanæ prohibentes aleæ ludum an ſint hodie abrogatæ per non vſum.*

12 *Ludentium nouiſſimè pœna lege regia* 2. *titul.* 7. *lib.* 8. *non. collect. reg. impoſita.*

13 *Leges Pontificiæ prohibentes clericis ludum non ſunt abrogatæ per non vſum.*

---

### *De prohibitione ludi à legibus humanis, & Pontificiis.*

## QVÆSTIO XCIII.

QVÆRO ſecundò an ludus per leges humanas prohiberi potuerit? In quo dicendum eſt, quod etſi lex humana non poſſit vniuerſaliter prohibere omnem ludum, cùm aliqui

pertineant ad virtutis exercitationem, alij ſint omninò neceſſarij ad animi & corporis relaxationem, nihilominùs poteſt iuſtè prohibere aliquos ludos tanquam Reipublicæ maximè noxios; quinimo & prohibere poteſt ne eis quis interſit & colludat, id eſt, in ludo ſuam pecuniam exponat, vt iuſtiſſimè in iure cautum & prohibitum eſt in ludo alearum per textum *in l. 1. & 2. ff. de aleat. l. alea vſus, C. de religioſ. & ſumpt. fun. & in auth. de ſanct. Epiſcopis, §. interdicimus, &* *l. 57. titul. 5. p. 1. lib. 2. cum ſequentibus, hoc tit. 7. lib. 8 nou. collect. reg.* prohibens ludere *à los dados y naypes,* ſub certis quibuſdam pœnis, & vſus communis interpretatur veritum eſſe ludum *de naypes,* ſecundum Auendan. *2. p. cap. 9. prat n. 5.* Et merito quandoquidem id prohibet dicta l. 2. ſub pœnis in ea contentis, & iure communi probarunt gloſſa & reliqui *in cap. clerici, de vit. & honeſtat. cleric.* Decius *conſil. 115. volum. 1.* & teſtatur communem opinionem Bertach. *de Epiſcopo lib. 4. 1. p num. 10.* & Coſta *de ludo art. 2. num. 34.* prout eos refert & ſequitur Parlad. *lib. 2. rer quotid. cap. 7. n. 7.* ex textu *in auth. interdicimus, C. de Epiſcopis & clericis, & d. authent. alearum vſus, & in præm. Digeſtorum, §. illud.*

2 Excipitur ludus vſque ad duo regalia, *para coſas de comer, ò feces, l. 10. & 11.* hoc titulo.

3 Iure Canonico prohibitus eſt etiam ludus clericis *cap. clerici de vit. & honeſtate cleric.* Concil. Trident. *ſeſſ. 22. c. 1. de reformatione & ſeſſio. 24. cap. 12.* ibi, *ab illicitiſque venationibus, &c.* Rationes autem aliquas luculentas prohibitionis aleæ affert Ioann. Salesberienſ. in ſuo Policratico *lib. 1. cap. 5.* quem primo retulit Petr. Gregor. *ſyntagm iur. vniuer. p. 5. lib. 39. cap. 3.* & poſtmodum Ignat. Salced. *in pract. crim. Canonica c. 70. litt. B.* Sed præcipua eſt propter tot crimina, quæ ex ludo vt plurimum oriuntur, quæ ſupra retulimus, & ad ea euitanda & à Republica Chriſtiana exterminanda: adeo enim ludus eſt nociuus Reipublicæ, quod non ludus, ſed origo & fons omnium delictorum conſideretur ab Imperatore Iuſtiniano *in §. ſi in præm. ff. vet.* ibi, *quis ludos appellet ex quibus crimina oriuntur:* vnde Ioſue cap. 15. ait, *non ſedi in conſpectu ludentium,* & Thobiæ c. 3. *numquam ludentibus me immiſcui, neque cum his, qui in leuitate abundant, participem me tribui.*

4 *Tahur* dictio ex verbis tranſpoſitis eſt compoſita, id eſt *hurta:* tales enim *tahures* ab effectu fures & latrones appellantur, nec mirum exploratiti iuris ſit quod verba tranſpoſita & transformata idem ſignificent, & ſenſum non mutent vt *in l. præpoſteri, C. de teſtament. §. 3. inſtituta de inutil. ſtipul.* ita expendit additionat. D. Perez *in l. 37. pag. pag. 385. colum. 1. in fin. & colum. ſequenti in principio titul. 19. lib. 8. ordinam,* vbi citat ad hoc l. 6. ibi, *ca todo home deue amar que los tahures por fuerça conuiene que ſean ladrones,* tit. 4. p. 7.

5 Obſeruandum præterea eſt leges humanas eos ludos prohibere, in quibus magis fortuna quam induſtria valet: vnde plura ſolent oriri mala & incommoda, quo fit vt magis prohibendus ſit
6 taxillorum ludus quam chartarum. ¶ Hi verò, in quibus exercetur induſtria, non cenſentur prohibiti, vt latè ſcribit Cacialup. de ludo *quæſt. 5. num. 17.* & Paris de Puteo *eodem tract. n. 5.* & Ludouic. Carbo *de reſtitutione quæſtion. 38. verſiculo,*
7 *quarta concluſio.* ¶ *El juego de la pelota con otros permiti dos, aprueualo con ciertas limitaciones la l. 9. infra hoc titulo, nempè, que no ſe pueda jugar a el mas de treynta reales en dineros, y no en otras coſas, ni al fiado ſo ciertas penas alli contenidas:*

Leges tamen prædictæ ciuiles Imperatorum 8
prohibentes ludos non ſolum obligant ad pœnam ſi petatur, ſed etiam ad culpam ſaltem venialem, quoniam materia non eſt omninò leuis, & pœnæ, quæ adiiciuntur, aliquam ſupponunt culpam, vt *ſupra* probauimus *quæſt. præcedenti.* Ex circunſtantiis autem ibi prædicta culpa erit mortalis in caſibus *ſupra* enumeratis & ſimilibus.

Imò licèt conſuetudine non poſſit alearum lu- 9
dus fieri licitus propter mala quæ ex eo ſequuntur *capite, inter dilectos de exceſſibus prælat.* poterit tamen conſuetudine tolli pœnæ reſtituendi in ludo quæſita lege humana ſtatuta, nempè à legibus ſupra citatis & aliis huius tituli 7. ſecundum D. Thom. *2. 2. quæſt. 32. art. 2. ad ſecundum,* Cardin. & Immol. *in dicto cap. clerici.* Paris de Puteo *in tractatu de ludo, fol. 4.* & Ioann. Baptiſta *de lud. quæſt. 17.* quorum opinio communis eſt vt cum Adrian. & Rocho de Curr. affirmat. D. Couar. *in regula peccatorum 2. p. §. 4. num. 3. de regulis iuris in 6.* vbi ampliat etiam quoad clericos contra Immol. & Roch. & prædictam communem ſententiam cum prædicta ſua ampliatione ſequitur Ludouic. Carbo *dicta quæſt. 38. in 6 concluſione,* & iterum *quæſt. 41. in decima concluſione,* vbi communem etiam eam appellat.
¶ Conſtitutio namque authenticæ alearum vſus, 10
*C. de religioſ. & ſumptib. funer.* & ſimilium ſeruanda eſt etiam inter clericos, vt magis communiter receptum eſt à gloſſa & Doctoribus in dicto *cap. clerici,* vt fatentur Stephan. Coſta, & Paris de Puteo, eoſque referens Couar. *vbi ſuprà, dicto num. 3.* atque ideo manifeſtè conſequitur quod prædiximus, nempè, etiam quoad clericos conſuetudine poſſe tolli obligationem reſtituendi quæſita in ludis prohibitis, quidquid Abb. *in dicto cap. clerici, num. 14.* exiſtimet indiſtinctè non poſſe conſuetudinem derogare obligationem reſtituendi in ludo quæſita: & de ſupradictis latiſſimè nunc poſt hæc ſcripta agit Farinac. 3. *tom. prax. crimin. quæſt. 109. p. 1. num. 46. cum ſequentibus,* vbi plures refert authores pro & contra. Et *num. 37.* inquit quod omnes admittunt in clericis prædictam ludendi conſuetudinem vti corruptelam omninò improbatam eſſe, etiamſi clericus in ludo ad vſuram non mutuet, & allegat plures hoc tenentes: & inſuper, quod nec etiam valet conſuetudo ludendi in magna quantitate in ludo permiſſo quoad clericos. Et in laicis *numeris ſequentibus* potius videtur tenere cum quamplurimis Doctoribus, quod valeant ſtatuta & conſuetudines, tam ſuper promiſſione ludi, quam ſuper non repetitione amiſſæ pecuniæ, præterquam in caſibus relatis ibi per eum *n. 55.* in quibus ludendi conſuetudo improbatur.

Primus eſt in conſuetudine ludendi in diebus feſtiuis, de quo dixit *infra eadem quæſtione num. 135.*

Secundus eſt in conſuetudine ſeu ſtatuto ludendi cum falſis taxilllis, ſed aliàs cum fraude de quo *ibi n. 70.*

Tertius eſt in conſuetudine mutuandi in ludo ſub vſura, de quo ibi *n. 220.*

Quartus eſt in conſuetudine ſeu ſtatuto permittente ludere in magna quantitate, de quo ibi *n. 133.* vbi *n. 134.* refert communem opinionem in contrarium quoad laicos, licet ſecùs credat quoad clericos.

Quintus



11 Quintus eſt caſus in conſuetudine repetitionis pecuniæ amiſſæ à filio familias, à ſeruo, ſeu aliis non habentibus adminiſtrationem rerum ſuarum, & habentibus alienas pecunias, de quo ibi *n. 177.*

Sextus eſt caſus in foro conſcientiæ, in quo vincens tenetur pecunias reſtituere aut pauperibus erogare, non obſtante quacumque contraria conſuetudine, de cuius veritate agit latè ibidem *numer. 182.* & in ſpecie Cacialupus *in tractatu de ludo, num. 80.* & Syluester *in ſumma, verbo, ludus, numer. 12.* & diximus in noſtro tractatu de iuramento confirmatorio, *prima parte cap. 53. n. 2. per totum,* vbi cum communi reſoluimus regulariter, quod ſi quis præſente pecunia luderet & ſolueret, non tenetur neceſſario lucrans eam pecuniam in animæ iudicio reſtituere, etiam ſi ludus illicitus ſit, legéque humana pœna exteriore & lucri reſtitutione puniatur, modo abſit fraus legeſque ludi ſeruentur; habeantque ludentes adminiſtrationem liberam rerum, quas in ludi conuentione deduxere, vbi idem probauimus etiam in clericis cum additamentis, & declarationibus, de quibus ibi.

Quinimo ſunt qui exiſtiment leges humanas prohibentes aleæ ludum eſſe abrogatas per non vſum, ac proinde eſſe etiam abrogatas ratione culpæ; quod illo poſito cenſuit Ludouic. Carbo, *de reſtitutione, quæſt. 38. in 6. & 7. concluſ.* & prius communiter docetur ſecundum eundem Ludou. Carbon *q. 41 in 3. concluſ.* ibi, *quare ſiquis.* Vtrumque tamen falſum reputo: quia quotidie videmus puniri tranſgreſſores ludorum prohibitorum, idemque in terminis ſequitur, & falſum reputat illud Salon *de iuſt. & iur. columna 552.* Neque obſtat quod communiter, & publicè luditur eiſdem ludis impunè: id namque negamus, quia ſi luditur eſt cum ſua pœna, & quando huiuſmodi luſores denuntiantur in iudicio puniuntur pœnis legum horum Regnor. præcipuè cum per leges noſtri titul. 7. hodie ſint innouatæ prædictæ pœnæ, & præceptum iudicibus vt eas exequantur fideliter, & nouiſſimè per noſtrum inuictiſſimum Regem Philipp. Secundum *an. 1575. 18. die Februarij,* Madribiti prohibitus eſt ludus, eiuſque
12 pœna augetur de qua *in l. 2. hoc titul.* vbi *ſino tuuiere de que pagar por la primera vez pone diez dias de priſion en la carcel, y por la ſegunda treynta dias, y por la tercera, que ſean deſterrados por vn año preciſo: y el que gano que buelua enteramente la ganancia con otro tanto; con que eſto no exceda de cinquenta ducados, y el que perdio no lo pueda repetir ſiendo mayor de catorze años, aunque ſea dentro de los ocho dias* de quibus in *d. l. 2.* Non ergo poſſunt vllo modo eſſe abrogatę conſuetudine dictæ leges iuris communis prohibentes huiuſmodi ludos: cum igitur non ſint conſuetudine abrogatæ, peccant luſores, quia tranſgrediuntur leges iuſtas, vt ſupra probauimus, & in terminis tenet Soto *lib. 4. de iuſt. & iur. quæſt. 5. à num. 2. concl. 3.*

Similiter etiam leges Pontificiæ prohibentes clericis ludum non ſunt abrogatæ per non vſum
13 vt patet ex Concil. Trid. *ſuprà,* citato, & fatetur, Carbo *d. q. 38. concl. 8.* vnde, qui contra faceret, grauiter peccaret, aut venialiter, & nonnunquam nullomodo iuxta ſupra reſoluta, dum loquuti fuimus de clericis ludentibus.

## SVMMARIVM.

1 *Acquiſita per ludum prohibitum iure humano,* como es a los dados, y a los naypes, *an ſint in foro animæ reſtituenda necne? Pars negatiua eſt communis, quæ limitatur in aliquibus caſibus & perſonis, cum quibus quis ludere prohibetur, vt in num. ſequentibus vſque ad 9.*

9 *Ludo prohibito amiſſa poſſunt tuta conſcientia repeti in iudicio intra tempus à lege regia ſtatutum. Et ſecuta condemnatione reſtituenda ſunt, num. 10. Et conuentus in iudicio ſuper hoc tenetur fateri veritatem etiam deficientibus teſtibus, n. 11. Hodie repetitio non conceditur, vt in n. 13.*

12 *Perdens in ludo prohibito non poteſt id latenter furari.*

14 *Ludi leges obſeruandæ ſunt, & n. 15. cum ſequentibus, vide etiam in n. 19.*

18 *Vendens frumentum pretio occurrenti, ſciens occulte à Senatu decretum eſſe vt minori pretio vendatur ad quid teneatur? & n. 20.*

*De acquiſitis per ludum prohibitum an ſint reſtituenda?*

## QVÆSTIO XCIV.

QVÆRO præterea iuxta *l. 2.* & ſequentes huius tit. 7. *lib. 8. nou. collect. reg.* prohibentes ludere *à os dados y naypes,* an acquiſita per ludum, iure humano prohibitum, & ſic per leges ciuiles ſit in foro animæ reſtituenda necne? Quæ quæſtio ab ea dependet, an dominium pecuniæ præſentis per ludum prohibitum amiſſæ, & traditæ tranſeat in dominium lucrantis & acquirentis?

Et videtur, prima facie dicendum, acquirentem huiuſmodi non eſſe in foro animæ ſecurum, quia in eum non tranſit dominium, ac proinde teneri ad reſtitutionem etiam ante iudicis condemnationem, primo ex text. *in auth. alearum vſus, C. de relig. & ſumpt. fun.* ibi: *Decernimus, vt nulli liceat in publicis, vel ſecretis locis, vel domibus priuatis aleis ludere, neque in ſpecie, neque in genere. Quod ſi contra factum fuerit, nulla ſequatur condemnatio,* & ſolutum reddatur, & competentibus actionibus repetatur: ergo non transfertur dominium in lucrantem. Idem probant leges noſtræ Regiæ ferè omnes de hoc loquentes, & præcipuè l. noſtra 2. in verſiculo, *y mandamos &c.* ex quibus duo conſtant primum, vt is, qui aliquid in ludo prohibito perdidit, compellatur à iudice illud ſoluere. Secundum vt is, qui perdidit & ſoluit, poſſit illud repetere non quidem intra quinquaginta annos vt iure communi cauebatur vt *vt in auth.* ſed intra octo dies vt *in d. l. 2.* nouiſſimè vero perdens nullo tempore poteſt illud repetere vt in pragmatica noua de Madrid. *ſuprà* relata ann. 1575. à 18. de Hebr. poſita pro l. 13. huius tituli 7. in noua impreſſione huius regiæ collectionis.

Secundò, quia leges humanæ poſſunt iuſte hunc ludi contractum prohibere, vt prohibent, iuxta à nobis reſoluta *in quæſtione præced.* at leges

humanæ iuſtæ obligant in conſcientia, vt aliàs reſoluimus non ſemel: ergo habemus intentum.

Tertiò, quia leges ciuiles, quæ legi naturali & diuinæ non aduerſantur, confirmatæ & approbatæ ſunt per ſacros Canones *c. de capitibus cum ſeqq.* 10. *diſt.* ergo omnes obligant, præcipuè cum iidem ludi iure poſitiuo ſint prohibiti, vt *in quæſt. præcedentibus*.

Quartò, quoniam turpiter acquiſitum ex communi Doctorum ſententia retineri non poteſt: at quod per ludum prohibitum accipitur eſt turpiter acquiſitum, per opus nimirum prohibitum: ergo in conſcientia retineri nequit.

Quintò, quia legiſlatoris intentio in ferendo legem contra ludentes ea eſt, vt prohibeat lucrum quod experi per ſe non poteſt: ergo impedit rei dominium. Nec videtur poſſe dici, legem huiuſmodi eſſe pœnalem, quia ſi ſic eſſet non daret ei, qui perdidit, repetitionem per quam haberet emolumentum, vt rem ſuam recuperaret, quam faciendo contra l. amiſerat: ergo impedit dominij tranſlationem, ac proinde dat repetitionem, quare non ratione pœnæ, ſed iuſtitiæ, quod ludo eſt acquiſitum reſtitui debet.

Et ita hanc opinionem tenent Sanctus Thomas 2.2. *quæſt.* 32. *artic.* 7. *ad ſecundum, verſiculo, circa illa*, ibi ideò *apud illos, qui ſunt huiuſmodi legibus obſtricti, tenentur vniuerſaliter ad reſtitutionem qui lucrantur.* Quare impropriè pro contraria parte allegatur hoc loco Diuus Thomas, niſi quatenus inferius dicit, *niſi fortè contraria conſuetudo præualeat* (vt præualet & de iure & de facto, vt *infrà* dicemus) hanc etiam primam opinionem ſequitur D. Bonauentura *in* 4. *diſtinct.* 15. 2. *part. illius diſtinct. artic.* 2. *quæſt.* 1. Paludan. *in eadem diſtinct. quæſt.* 3. *artic.* 4. Ricardus ibidem *artic.* 1. *quæſt.* 8. Gabriel *eadem diſtinct. quæſt.* 13. Turrecremat. *in cap. Epiſcopus, diſtinct.* 35. *quæſt.* 3. Angel. *in Summa, verbo, ludus*, & refert alios plures hanc opinionem tenentes & communem profitentes Azeued. *in hac l.* 2. *num.* 90. Cui autem ſit reſtituendum huiuſmodi lucrum ſunt opiniones, quas refert Salon *de iuſtitia & iure, col.* 551. & Azeued. *vbi ſuprà, num* 52. & indigeſtè Farin. *in* 3. *tom. ſua prax. crimin. quæſt.* 109. *part.* 1. *n.* 182. *fol.* 478.

3 Contrariam tamen ſententiam probant magis communiter Doctores, eſtque verior & proculdubio atque ſine timore tenenda, imò quod dominium acquiſitorum in ludis prohibitis iure poſitiuo tranſeat in acquirentem & lucrantem, ac proinde non ſint in animæ iudicio reſtituenda, modo abſit fraus, legeſque ludi ſeruentur, habeantque ludentes liberam adminiſtrationem rerum, quas in ludi conuentione deduxerunt. Primò, quia leges prædictæ humanæ, ſunt merè pœnales, & ideò non impediunt tranſlationem dominij, nec reddunt actum nullum, ſed tantum dant actionem perdenti ad repetendum coram iudice, & auctoritatem ipſi iudici, qua præcipiat illa reſtitui: ergo quod receptum eſt interim quod ſequitur condemnatio iudicis tuta conſcientia retineri poteſt. Deinde hoc hodie eſt euidentius attenta noua prædicta pragmatica de Madrid poſita pro l. 13. huius tituli, quæ expreſsè denegat perdenti repetita, correcta in hac l. 2. huius tituli, quæ intra octo dies concedebat perdenti repetitionem: ergo ſi lex ei hanc denegat, in conſcientia non obligat eius pœna, quia eſt merè pœnalis, quandoquidem pars iam nullum intereſſe prætendere poteſt, quia amiſſum in ludo ſibi reſtituendum non eſt.

Secundò eadem pars comprobatur, quia ludus eſt contractus quidam & negotiatio vt omnes fatentur, per quam ſi abſit iniuſtitia transfertur dominium, quia ex propria vi & natura non eſt iure naturali, diuino, vel humano illicita. Nec item acceptio ex ludo iure prohibetur ratione iniquæ acceptionis, ſed quia ſolent plura vitia in ludi exercitio contingere ob eius varias circunſtantias: & ideo iuſtiſſimè per humanas conſtitutiones prohibetur, & pœnis quibuſdam coërcetur, & nihilominus lex ipſa non vetat acquiſitionem dominij ratione ludi, ſed ſolum pœnas conſtituit aduerſus ludentes.

Tertiò, quoniam etſi iure Canonico damnetur ludus præcipuè clericis, non tamen eodem iure cauetur de acquiſitis per ludum reſtituendis, quod ſi fieret eſſet in pœnam contrauentionis iuſtæ prohibitioni, & ideò ante condemnationem iudicis non teneretur lucrans id reſtituere.

His profectò fundamentis hæc ſecunda ſententia verior efficitur, quam profitetur Alexand. Alenſ. 4. *part. quæſt.* 39. *memb.* 3. *art.* 9. Adrian. *in* 4. *de reſtitutione, quæſtione de ludo*, Alphonſ. à Caſtro *lib.* 2. *de leg. pœnal. cap.* 2. Soto *lib.* 4. *de iuſtitia & iure quæſt.* 5. *artic.* 1. eſtque communis vt plures alios referens eam ſequutus affirmat D. Couar. *in regula peccatum*, 2. *part.* §. 4. *num.* 1. & 2. *de reg. iur. in* 6. ſequitur bene declarans Nauar. *in Man. cap.* 19. *num.* 9. & nos quoque abſque diſputatione eandem ſequuti ſumus profitentes eſſe communem & plures allegando in tractatu de iuramento confirmatorio, 1. *part. cap.* 53. *num.* 2. ſequitur etiam & dicit communem ex aliis præcipuè ex Padilla Parlad. 2. *part. rerum quotid. cap.* 7. *num.* 11. & Veia *caſu* 61. *pag.* 329. eſt etiam communis ſecundum Molin. qui illam probat 2. *part. de iuſtitia & iure, diſputatione* 513. *col.* 1625. ſequitur cum Menoch. D. Ioan. Vela *vbi ſuprà, d. cap.* 22. *verſiculo, ſecus autem*, ibi *acquiſita enim*, & eſt veritas & magis communis opinio, vt plures referens teſtatur Humada *in l.* 12. *tit.* 20. *p.* 2. *gloſſa* 2. *num.* 14. & ſequitur Rebuff. *in* 1. *tom. conſtitut. Franciæ in proœm. gloſſa* 5. *num.* 56. hanc etiam ſequitur & magis communem profitetur Azeued. *in hac l.* 2. *num.* 93. Illud autem, quod retulimus *vbi ſuprà*, ex Azeued. 2. *part. cap.* 9. *prat. num* 4. & Sylueſt. *verbo, ludus, num.* 2. de ludente cauſa auaritiæ quod peccet & teneatur ad reſtitutionem, eſtque communis vt patet ex Parlad. *vbi ſuprà, num.* 9. intelligendum eſt vt ſemotis aliis circunſtantiis ſit tantum peccatum veniale, vt conſtat ex reſolutis à nobis *ſuprà quæſt.* 92. *n.* 56. *cum ſequentibus*, non autem mortale iuxta veriorem & receptiorem ſententiam de qua *ſuprà*. Quod autem teneatur ſic ludens ad reſtitutionem lucrorum ex ſola auaritia ludendi repugnare videtur præcedenti communi opinioni, quam defendimus, ac proinde non tenendum ex traditis per Salon *de iuſtitia & iure, col.* 553. *verſiculo, auaritia enim*, & tenet in terminis etiam Carbo *dict. quæſt.* 41. *concluſ.* 6. & Parlad. *vbi ſuprà, num.* 10. & 11. nempe, quod acquiſitum in ludo lucrans non teneatur reſtituere, etiam ſi ex cupiditate lucri luſerit, cùm ex tali ludendi ratione nulla oriatur iniquitas.

Eandem ſecundam principalem ſententiam ſimpliciter probat Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *centuria* 4. *caſu* 199. *num.* 8. & indiſtinctè ſequitur & profitetur communem & veram, communiorem & communiſſimam Carb. *d. quæſt.* 41. *verſiculo, quarta ſententia cum ſequentibus, & in verſiculo,*



*verſiculo, ſecunda concluſio*, inquit, quod ſecundum naturæ legem acquiſita per ludum aleatum non ſunt reſtituenda, & hanc ſequuntur omnes recentiores Thomiſtæ ſecundum Salon *vbi ſuprà, col.* 552. vbi *in concluſione* eam ſequitur & probat ſtando iuri naturæ, & in ſecunda concluſione idem probat etiam ſtante prohibitione ludi legum ciuilium profitens quod hæc eſt communis modo inter omnes Doctores. Quæ profectò ſententia hodie, attenta dicta l. noua denegante reſtitutionem omninò perdenti, ſit euidens atque indubia.

4 Intelligi tamen debet primò, hæc communis ſententia, vt præmiſimus, modo abſit fraus, dolus & vis, ac ludentes ſint domini pecuniarum ſuarum abſolutè & omninò, hoc eſt, habeant liberam poteſtatem diſponendi de eis ac alienandi res ſuas, vt eadem communis profitetur & habet.

5 Quo fit vt ſi interceſſiſſet fraus vel dolus, vel aliquis fuit tractus ad ludendum per metum, violentiam, ſeu importunas omninò preces, & per contumeliam illatam, ita vt adſit violentia notabilis, quia aliàs non fuiſſet vllo modo luſurus niſi tali fuiſſet compulſione impulſus, vel ſiquis lucratus fuiſſet ab eo qui non poteſt alienare cum non habeat rerum dominium vel liberam adminiſtrationem, tenetur ab his lucrans per ludum ad reſtitutionem in foro conſcientiæ, vt reſoluimus *ſupra quæſtione præcedenti*, & id expreſſe profitentur communiter tenentes præcedentem communem ſententiam, & Couar. *in regula peccatum* 2. *p.* §. 4. *verſiculo, deinde*, & Carb. *vbi ſuprà, in* 5. *concluſione verſiculo, ſecundò*, & *verſiculo tertiò*, & Emanuel Rodriguez
6 *in Summa* 1. *tom. concluſione* 5. & 7. ❡ Imò hoc caſu vincens in ludo ſcienter pecuniam ſeruo, quæ erat ſui domini vel filio famil. quæ erat patris, vel inſtitoris, quæ erat patroni, committit furtum & tenebitur furti, illamque non lucrabitur vt cum aliis tenet Roland. à Valle *con-*
7 *ſil.* 45. *n.* 4. *lib.* 1. ❡ Et ludentes cum minoribus & cum his qui non ſunt ſui iuris rem notabilem, peccent mortaliter, probat latè Veia *caſu* 61. *pagin.* 327. *cum ſequenti*, & in nouiori impreſſione *pag.* 110. *verſiculo, his in hunc modum*, vbi limitat in ludo parui præiudicij, veluti cum luditur cum Scholaribus à patribus in ſtudia vel curiam miſſis, in parua quantitate conſentanea ſuo ſtatui, veluti ſi huiuſmodi non ſui iuris, qui centum ſcuta ſingulis annis expendit, quatuor aut quinque ex illis per aleatum ludum vel alium malum vſum impendat, non enim ob hoc morta-
8 liter peccabit, ſed tantum venialiter. ❡ Idemque inquit eſſe dicendum de Religioſo, qui ſtudet aut negotiatur impenſis ſui Abbatis, modo id recreationis honeſtæ cauſa faciat ſecundum Nauarr. quem refert, de quibus videndus eſt etiam Emanual Rodriguez, *vbi ſuprà, concluſ.* 1. *cum ſequentibus*.

9 Qui tamen in ludo lege prohibito aliquid amiſit poteſt id tuta conſcientia apud iudicem repetere & recuperare intra tempus à lege ſibi conceſſum, debet tamen repetitio iuridicè fieri in iudicio, aliàs qui lucratur non tenetur dare ei qui perdidit, ſi priuatim petat, vt probat Salon *vbi ſuprà, col.* 555. *cum ſequenti in* 3. & 4. *concluſione*, & Ludouic. Carb. *de reſtitutione q.* 43.
10 *verſiculo ſecunda dubitatio*, ibi *verum*, cum Caſtro & Soto, ❡ vbi *in verſiculo tertia dubitatio*, ibi *dicimus ergo*, ampliat cum eodem Caſtro, vt etiam ſi petatur in iudicio non tenetur lucrans reſtituere, niſi poſt iudicis condemnationem, quoniam lex iſta eſt pœnalis & non obligat niſi poſt condemnationem, tenet etiam Couar. *vbi ſuprà, num.* 8. & Molin. Theolog. *vbi ſuprà, diſputatione* 514. *col.* 1677. ſequitur Azeued *vbi ſuprà, numer.* 94. *cum ſequentibus*, ❡ *vbi num.* 96. cum Salo- 11
ne etiam probat quod vocatus in iudicium, teſtibus deficientibus, tenetur fateri veritatem, ſe per ludum prohibitum lucratum fuiſſe tot pecunias.

Neque perdens ludo prohibito poteſt laten- 12
ter, furari quod perdidit cùm præ nimio pudore non audet in iudicio repetere, vt contra Adrianum cum Soto & Caſtro probat Carb. *d. q.* 43. *verſic. quarta dubitatio*, vbi quod eſt verior & communior ſententia, quam etiam probat Ludouic. Lopez, Soto, Medin. & Arag. Emanuel Rodriguez *in ſua Summa* 1. *tom. c.* 173. *num.* 1. & cum aliis Azeued. *in d. l.* 2. *n.* 98.

Hodie tamen noua lege regia prædicta repe- 13
titio nullo tempore conceditur, vt prædiximus, & ſic ceſſant prædictæ modo aſſertiones *in verſic. præced. Qui tamen in ludo.*

Non obſtant modo fundamenta contrariæ partis in quæſtione principali adducta in titulo huius cap. Ad primum enim reſpondemus, leges prædictas eſſe pœnales, ac proinde non obligare ad reſtitutionem acquiſitorum in ludo ante repetitionem & condemnationem, præſertim cum ipſæ non impediant dominij tranſlationem: quinimo hodie nullo tempore etiam in iudicio à parte repeti poſſunt, vt *in d. l. noua*: & ſic ceſſat omnis difficultas.

Ad ſecundum, reſpondetur vt ad primum.

Ad tertium, eodem modo reſpondetur, & præterea quod confirmatio legum humanarum non magis ſeſe extendit, quam ipſæ leges, ſed ius Canonicum ludum prohibens nihil decernit de reſtitutione, nec de impediendo dominij tranſlationem: ergo nec leges ciuiles ab eo in hoc confirmatæ obligant ad reſtitutionem, nec etiam impediunt dominij tranſlationem amiſſi in ludo, ergo, &c.

Ad quartum reſpondetur, acquiſita per turpem cauſam retineri iuſtè poſſe, cum intercedit aliquis contractus non annullans receptionem, neque impediendo dominij tranſlationem, vt diximus aliàs in materia de eo, quod accipit meretrix pro fornicatione.

Ad quintum reſpondemus, intentionem legiſlatoris non eſſe prohibere lucrum, ſed ipſum ludum, vnde mala oriuntur.

Ad authoritatem Diui Thom. tenentis priorem partem, reſpondet tribus modis Salon *vbi ſuprà, col.* 554. *cum ſequenti*, cuius reſponſiones inſufficientes mihi videntur ſtante littera D. Thomæ iam ſupra relata. Attamen cum idem S. Thomas excipiat conſuetudinem contrariam, & hæc à ſuo tempore vſque adhuc & iure & facto præualuerit, & nunc lege regia nouiori prædicta ſit euidentior opinio, iam non obeſt nobis eius doctrina.

Denique illud obſeruandum erit, fraudem non 14
fieri in ludo, cum quis cautelis, quæ iuxta ludi leges licitæ ſunt, vtitur; vel id faciat quod natura ludi permittit: quamobrem quoties fuerit controuerſum, an fraus in ludo contigerit, obſeruandæ ſunt leges ludi, vt ſiquid aduerſus eas arbitrio & iudicio in ea arte peritorum actum fuerit, id fraude factum fuiſſe iudicetur, & tunc reſtitutio acquiſitorum per ludum erit neceſſaria. ❡ Quòd ſi leges ludi non violentur, quæ tacito conſenſu ludentium receptæ ſunt, vtcumque

eorum

eorum alter dolo & cautelis vtatur, nihil id pertinet ad obligationem reſtituendi pecuniam lucro acquiſitam, cum is dolus bonus ſit *l. 1. ff.* 16 *de dolo.* § Licitum enim eſt legibus ludi, vti iuxta gloſſam *in l. in executione §. vltim.* & ibi Doctores, *ff. de verb. obligat. in l. ſi rem, § vltimo, ff. de praſcript. verb. verſiculo alta,* & *in lege ſi ex plagiũ, § fin. ff. ad l. Aquil.* gloſſa, & ibi Dec. *in l. iure Ciuili ff. de reg. iur. tradit,* Iaſon *in l. in executione §. vltimo,* D. Couarr. *in dicta regula peccatum 2. p. § 4. n. 4.* Ludouic. Carbo *dicta quæſt. 40. verſiculo, caterum hac conditio,* Salon etiam *vbi ſuprà, colum. 549. verſic. in actu autem,*

17 Hinc eſt, quod alter ex ludentibus, qui primas & potiores partes ludo habet, quique neceſſariò iuxta ludi leges receptas victor euaſurus eſt, poteſt licitè augere ſponſionem, & ſic lucratum non tenebitur reſtituere, & hoc ob naturalem legem ludi, quæ conſenſu vtriuſque luſoris conditionem habet, vt qui meliorem & potiorem ludi partem habuerit is poſſit etiam certus de lucro alterum ad augendam ſponſionem inuitare, appoſitamque pecuniam augere, modo alia fraus minimè lateat, vt in hac ſpecie adnotauit Medina *de reſtitutione c. 21. vltim. corol.* & poſt Dec. *conſil. 115.* ſequitur & probat Couar. *vbi ſuprà, n. 5.* Carbo *q. 40. concl. 5.* Salon *col. 549. verſic. in actu,* idque eſt certiſſimum atque receptiſſimum inter omnes colluſores.

18 Neque obſtat doctrina Bart. *in l. quæro, ff. de action. empt.* ſcribentis, vendentem alteri frumentum certo pretio eo tempore iuſto, ſciente tamen occultè & ſecretè à Senatu decretum eſſe vt minori pretio vendatur, ſi emptor inſcius ſit huius decreti, teneri emptori ad id quod eius interſit frumentum illo pretio emiſſe, quod ſenſit gloſſa *in l. contra legum, ff. de legib. Rom ſingul. 222.* ea ratione, quod ſi emptor ſciret quod venditor ſciebat, non tanti frumentum emiſſet. Idem & in animæ iudicio quoad reſtitutionem tenent Conrad. *de contract. quæſt. 61.* Medina *de reſtitutione quæſt. 35.*

Non, inquam, obeſt hæc doctrina; nam in eius ſpecie ſcientia alterius ad decipiendum ignorantem non eſt de natura contractus, imò ei refragatur propter fraudem ſaltem re ipſa contingentem, quæ ab eo contractu abeſſe debet. At in ludi contractu natura conuentionis eſt, lexque ludi hoc habet vt ſciens ſe certum habere lucrum & potiores ludi partes, poſſit alterum ignarum ad appoſitæ pecuniæ augmentum pro- 19 uocare. § Sicuti & ſecundum leges ludi, qui iam ſcit appoſitam pecuniam certò perdidiſſe, quia habet peiorem ludi euentum, poterit cautè & ſimulatè ſponſionem augere, vt cogat alterum inſcium & ignarum cedere, vt docet Couar. *vbi ſuprà, n. 6.*

20 Præterea in quæſtione Bart. *vbi ſupra,* contrarium quoad conſcientiæ iudicium tenet D. Thomas *2. 2. quæſt. 77. artic. 3.* non teneri ſcilicet venditorem ad reſtitutionem quamuis malè fecerit, & ob id poſſit aliqua pœna puniri, quia venditor merces vendit eo pretio quo iuſtiſſimè æſtimari poterant communi hominum iudicio, ſequitur cum Alexand. ab Alexand. D. Couarr. *vbi ſupra, d. num. ad fin.* ſequitur etiam dicens hoc eſſe ex communi meliorum ſcriptorum ſententia, & quod opinio Bartol. contraria eſt falſa. Ludouic. Carbo *dict. quæſtion. 40. verſic. neque ſecunda.*

## SVMMARIVM.

1 *Ludi prohibiti pœna de iure communi & Regio quæ ſit? & num. ſeqq. & de iure Canonico, num. 10. cum ſeqq.*

4 *Iudex Eccleſiaſticus an contra laicos luſores in caſibus prohibitis poſſit procedere? cum numeris ſequentibus.*

8 *Clerici ludentes ludis prohibitis an puniri poſſint pœnis iure regio impoſitis, & n. ſeqq.*

10 *Clerici ludentes ludis prohibitis, quibus pœnis puniantur iure Canonico? & numeris ſequentibus. Et n. 17. quod ſit pœna arbitraria conſideratis iis de quibus ibi.*

14 *Collatio beneficij facta clerico aleatori occulto an debeat irritari?*

15 *Collatio beneficij facta infami ante ſententiam valida eſt Limitatur n. 16.*

18 *Clerici ludentes* a los dados *grauius puniuntur,* y tambien los tablageros *vt in n. 19.*

20 *Clerici luſores in Archiepiſcopatu Toleti certa pœna ibi ſtatuta puniuntur.*

21 *Scholares luſores qua pœna puniantur?*

22 *Ludo quando admixtum eſt aliud delictum, puta, falſitas taxillorum, alearum, vel chartarum, reus pœna arbitraria punitur vt hic.*

23 *Aleator alium compellens ad ludendum qua pœna puniatur?*

24 *Ludus regulariter eſt prohibitus laicis non ſolum, ſed multo magis clericis & monachis. Ampliatur vt hic.*

---

*De pœnis ludentibus impoſitis omni iure.*

## QVÆSTIO XCV.

QVÆRO etiam circa eandem l. 2. huius 1 titul. 7. loquentem de pœnis ludentibus imponendis, de eius praxi, & an habeat locum in clerico & ſcholaſticis ludentibus?

Quoad primum de iure Ciuili Menoch. *de ar-* 2 *bitr. iudic. lib. 2. centuria 4. caſu 309. num. 7. 8. & 9.* reſoluit pœnam illo iure in ſimplici aleatore eſſe arbitrariam, & tenuerunt etiam Cacialup. *de ludo n. 60.* & Clarus *verbo, ludus, n. 6.* & cum his Don Ioan. Vela *de pœn delict. c. 22. verſiculo, ſecus,* ibi *& tandem,* & refert plures idem tenentes Farinac. *3. tom prax. crimin. q. 109. n. 57.*

Inquit tamen Azeued. *in hac l. 2. n. 48.* verius eſſe nullo iure Ciuili puniri aleatorum vltra reſtitutionem lucratorum, niſi cum taxillis falſis & chartis adulterinis luderet. In eadem ſententia cum aliis authoribus remanet Farinac. *vbi ſuprà, num. 58. num. 61. cum pluribus ſequentibus* latè agit quando in ludo prohibito fraus aliqua ſed falſitas interuenit, quod multis modis contingere poteſt vt *ibi* per eum.

Iure verò Regio reſpondi *in meo tract. de iura-* 3 *mento confirmatorio 1. p. cap. 55. numer. 4.* iuxta tenorem huius l. & l. 3. quæ tunc temporis in praxi ſeruatur quotidie, nempè, quod ludenti vltra quantitatem permiſſam, nempè duorum regalium, pro prima vice imponebatur pœna ſexcentorum marapetinorum, pro ſecunda mille & ducentorum, pro tertia verò vice mille & octingẽtorum, pro quarta & vlterioribus triũ millium dipondiorum, & tabulario, hoc eſt *al tablagero,* pœna quinque millium dipondiorum. Quod ſi non habuerint in bonis vnde ſoluant, præcipitur vt ſint capti in vinculis, prima vice decem diebus, pro ſecunda viginti, pro tertia triginta, & ſic deinceps, & ita nouiſſimè inquit practicari Don Ioan. Vela *de pœn. delict. cap. 22. verſiculo, vnde pro prima,* vbi quod non amittunt pecunias, cum quibus ludentes fuerint deprehenſi ex l. 21 *hoc tit. 7. lib. 8.*

Hodie verò nouiſſimè pragmatica Matriti anno 1575. decimo octauo die Februarij lata poſita pro l. 13. huius tituli ſeptimi, *ſe acrecientan eſtas penas, por la primera vez diez dias de priſion en la carcel, y por la ſegunda treynta y ſean deſterrados del lugar por vn año preciſo, y que el que ganò buelua enteramente la ganancia con otro tanto, con que eſto no exceda de cincuenta reales, que ſe entiende ganancia y otro tanto, que por todo no exceda de cincuenta reales. Y que los oficiales de qualquier oficio incurran en las penas, ſi jugaren en dia de trabajo aunque ſean juegos permitidos, ò los prohibidos en la quantidad que ſe permite. Y que los tablageros de los dichos juegos prohibidos ſean deſterrados por dos años preciſos, y paguen de pena quinçe mil maravedis. Y las penas ſe apliquen por tercias partes, Camara, juez, y denunciador.*

4 Quinimo & iudex Eccleſiaſticus contra laicos luſores procedere poterit, eoſque punire: eſt enim iudicium hoc mixti fori, ſcilicet, Eccleſiaſtici & ſecularis, vt adnotarunt Angel. Aret. *in tractatu de malef. verbo, meritori de falſi dadi, num. 12.* Paris de Puteo *in tractatu de ludo n. 43.* Menoch. *vbi ſuprà, num. 5.* Auend. *2. p. cap. 9.* 5 *prat. num. fin.* § Ideoque laicus luſor punitur in primis per iudicem Eccleſiaſticum pœna priuationis communionis, vt fuit ſancitum in ſacra Synodo Eleberit. *cap. 79.* & recenſet Speculat. *titul. de modo general. Concil. ſub rubrica 62.* deinde pœna Epiſcopo arbitraria punitur, prout ſenſit Amodeus Caſt. *de ſindic. num. 93.* imò de iure Canonico laici luſores excommunicantur, vt per Farinac. *vbi ſuprà, n. 59. & 60.*

6 Nihilominus tamen in actionibus forenſibus apud nos Hiſpanos hoc non eſt receptum, vt affirmat Ignat. Salced. ad Bernard. Diaz *in pract. crimin. Canonica cap. 70. littera C.* dicens numquam vidiſſe iudices Eccleſiaſticos huius criminis ratione contra laicos procedere, quod & ego affirmare poſſum & affirmo, necnon & Azeued. 7 *in hac l. 2. num. 53.* § niſi cum laici reperiuntur ludendò in die feſto, dum diuina celebrantur officia, in publico vel in campis, quod non ſolent leuiter puniri per iudices Eccleſiaſticos, qui eos condemnant in tot nummis pro illuminando Sanctiſſimo Sacramento, vel pro Sancti alicuius imagine facienda, vel pro fabrica alicuius Eccleſiæ: quod ſi tales laici in ſuo foro conueniuntur, puniuntur pœna noſtræ l. 2.

8 Quoad ſecundum an l. noſtra 2. eiuſque pœnæ locum habeant in clericis, videntur prima facie affirmatiuè reſpondendum, cum ſit iuſta, & in iure Canonico non inueniatur certa & determinata pœna clericis ludentibus impoſita, vt patet ex textu *in cap. clerici 15. de vit. & honeſt. cleric.* dum ibi dicitur, *ad aleas & taxillos non ludant, nec huiuſmodi ludis interſint.* Quinimo iudex Eccleſiaſticus poterit ſi velit mitiori pœna eos punire iuxta opinionem Couar. & aliorum, quos ſequuti fuimus in materia taxæ panis & delationis armorum prohibitorum: ſed hoc in præſenti materia locum non habet ex infra dicendis.

Ruſus videtur quod cum leges noſtræ de lu- 9 dentibus agentes & eorum pœnis, non loquantur expreſſe in clericis, ſed in laicis, quandoquidem iudicibus laicis præcipitur vt ludentes vltra duo regalia puniantur prædictis pœnis, & iure Ciuili communi, nuncupatim clericis ludentibus impoſita ſit pœna, quod ſi poſt prohibitionem Prælati aleæ indulgeant, per triennium proprio munere ſuſpendantur per textum *in auth. interdicimus* & ibi gloſſa *1. C. de Epiſcopis & clericis,* & in corpore vnde ſumitur, & *l. 57. tit. 5. p. 1.* & tenent plures quos refert Farinac. *3. tom. quæſt. 109. p. 2. numer. 93. fol. 468.* hæc eadem pœna ipſis ſit imponenda. Sed cum hæc pœna iure Canonico approbata non reperiatur, vt affirmat Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 399. poſt numer. 3.* quem refert Farinac. & in terminis, quod ſtatuta ſeu banimenta laicorum non comprehendant clericos, etiam quod ipſa ſtatuta eſſent ipſis clericis fauorabilia, nempè ſi diſponerent quod poſt duos menſes non poſſit inquiri contra luſores, vt adhuc poſt dictum tempus poſſit contra ipſos clericos procedi tenet Bernardin. Diaz *in pract. crimin. Canonica cap. 70.* aliàs *64. in verbo aleatores, numer. 3. & ſequenti,* & ibidem Ignat. Lopez *in addit. litt. F.* quos refert & ſequitur Farinac. *dict. quæſt. 109. num. 105.*

Supereſt vt videamus an iure Canonico ſit 10 decreta in ſpecie de qua agimus pœna aliqua certa & determinata contra clericos ludentes? Et videtur dicendum quod clericus publicus aleator repellatur ab obtinendo beneficio, etiamſi nunquam fuerit nominatus vt deſiſtat à ludo vt *in cap. inter dilectos de exceſ. prælat.* iuncta gloſſa *in cap. clerici de vit. & honeſt. cleric. verbo, aleas.* § Vnde inquit Abb. *in d. cap. inter* 11 *dilectos,* quod collatio facta clerico huiuſmodi eſt nulla, ſi de hoc conſtabat, tanquam facta vili & indigno. Quod ſi non conſtabat, quia erat occultus, debet irritari: beneficio autem obtento non debet priuari, nec priuatur propter ludum, ſed minori pœna plecti debet. § Si au- 12 tem monitus non ſe correxerit, tunc poterit beneficio priuari ex textu *in cap. 1. 35. diſtinctione,* hanc opinionem ſequutur ad literam Ioann. Bapt. Cacialup. *in tract. de iud. 12. quæſtione,* & Paris de Put. *in eodem tract. dol. 11. num. 44.* prout eos refert Bernard. Diaz *in practic. crimin. Canonica cap. 70.* in nouiter impreſſis Compluti, ann. 1587. Menoch. *de arbitr. iudic. centuria 4. caſu 399. num. 3.* & Petrus Gregor. *in 3. p. ſyntagm. iur. vniuerſi, lib. 39. c. 3. n. 14.* & Don Ioan. Vela *de pœn. delict. c. 22. verſiculo, Pontificium,* & plures referens Farin. *vbi ſuprà, n. 96.*

Sed nec hæc opinio tenenda videtur, quia 13 textus *in d. cap. 1. 35. diſtinctione,* non probat expreſſe id ad quod Abb. eum allegauit, ſed tantum dicit, quod clericus ſeruiens aleæ aut deſinat, aut damnetur, & non aperit quæ ſit pœna, vt aduertit Bernard. *vbi ſuprà,* magis mirans quod Dominic. & Præpoſitus ibidem ſummando textum eundem videntur tenere, quod per illum textum imponitur pœna depoſitionis: quod etiam videtur tenere Syluest. *in ſumma, verbo, ludus, verſiculo, quarto quæritur.* Sed hoc quantum à veritate deuiet vnuſquiſque facilè cenſere poteſt.

Labitur etiam Abb. *vbi ſuprà,* ſecundum Ber- 14 nard. Diaz *vbi ſuprà,* dum dicit quod collatio beneficij facta clerico aleatori occulto debet irritatis

tari : nam ſi hæc eſt pœna aleatoris publici,quo-
15 modo occulsos aleator illa punietur ? ¶ Deni-
que collatio beneficij facta infami valida eſt an-
te ſententiam, vt tenuit Federic. de Senis *conſi-
lio* 50. & probatur Cardin. & Felin. *in cap. que-
relam de iur. iur.* textus vbi Innoc. *in d. cap. in-
ter dilectos*, & præmittit. Calder. *conſil.* 20. *titul.
de prebend.* Felin. *in cap.* 2. *col.* 3. *de reſcript.* quos
refert & ſequitur addition. Bernardi Diaz *vbi
16 ſuprà, littera D.* ¶ vbi limitat niſi collatio fa-
cta ſit infami notoria infamia iuris : tunc enim
collatio eſt nulla ipſo iure, vt explicat Abb. *in
d. cap. inter dilectos, num.* 6. *& cap. ſuper eo de
electione*, & alij ab eodem additionatore ibidem
relati, vbi quid dicendum ſit de infamia facti
citat hoc agentes Calder. *dicto conſil.* 20. & Na-
uarr. *in cap ſi quando, col.* 52. *de reſcript.* & con-
tra Abb. *vbi ſuprà* cum Bernard. Diaz. tenet
etiam Azeued. *in hac l.* 2. *num.* 49.
17 Quare verius in quæſtione noſtra obſeruan-
dum erit, pœnam contra clericos luſores eſſe
arbitrariam, quæ variatur ex circumſtantiis oc-
currentibus animum iudicis inclinantibus ad ag-
grauandum vel minuendum eam. Ideoque arbi-
trari eum oportebit, quanta ſit conſuetudo lu-
dentis, & quæ quantitas luſa fuerit, qualitaſque
perſonarum, qualiſvè exempli pernicies, & an
in hoc delinquentes occaſione ludi diuina de-
ſeruerint officia, quibus intereſſe tenebantur,aut
Sacramenta deſierint miniſtrare : & provt hæc
omnia & ſimilia accidiſſe compererit, delin-
quentes puniet, ita rectè exiſtimauit Bernard.
Diaz *vbi ſuprà, num.* 2. quem refert & ſequitur
Gregor. Lopez *in l.* 57. *titul.* 5. *part.* 1. *in gloſſa,
por tres años*, Petrus Gregor. *vbi ſuprà, num.*14.
& Ignat. Salced. *ſuper eodem* Bernard. Diaz *lit-
tera C.* & Azeued. *in hac l.* 2. *numer.*51. Farinac.
18 *vbi ſupra numer.*97. ¶ Arctiori tamen pœna ſunt
plectendi clerici ad taxillos, hoc eſt *a los dados*,
ludentes : quia hoc genus ludi in oculis om-
nium deteſtabilius eſt, & longe grauius puni-
tum per leges huius Regni vt *in l.*7. *huius tituli.*
19 ¶ Similiter grauius quam in prædictis caſibus
puniendus erit clericus tabularius, hoc eſt,men-
ſam paratam habens aliis ludere volentibus, in
quo alios ad ludendum prouocat ac recipit vt
in l. 5. huius tituli, vtrumque probat Bernard.
Diaz *vbi ſuprà, numer.* 2. & mihi placet procul-
20 dubio, eſtque veriſſimum. ¶ In Archiepiſcopa-
tu Toleti pœna certa ſtatuta eſt contra clericos
ludentes *lib.* 3. *conſtit. de vit. & honeſt. cleric.
cap.* 7. vt per additionat. Bernardi Diaz *vbi ſu-
21 pra, littera* C. ¶ Quibus rationibus pœnam con-
tra ſcholares ludentes exiſtimo etiam arbitra-
riam eſſe pro modo circunſtantiarum, vt in cle-
ricis reſpectiuè.
22 Similiter etiam, quando ipſi ludo admixtum
eſt aliud delictum, putà falſitas taxillorum &
alearum, vel chartarum, tunc huius criminis
reus pœna iudici arbitraria punitur pro condi-
tione perſonæ & modo facti, ita Bald. *in rubrica
C. de condict. ob turp. cauſ. numer.*2.*verſiculo, item
dico*, quem ſequuti ſunt Paris de Puteo *in tra-
ctatu num.*62. *in verſiculo, ſcias etiam*, & eſt rece-
pta magis opinio ſecund. Menoch. *vbi ſuprà,nu-
mer.* 10.*&* 11. qui non diſtingunt inter falſita-
tem occultam & patentem, provt non eſt di-
ſtinguendum, modo falſitas patens ita non ſit
cognita ipſi ſocio,vt nec occulta ſecundum eun-
dem Menoch. *vbi ſuprà.* Ego verò reſpectu pœ-
næ arbitrariæ imponendæ falſum committenti
in prædicta ſpecie idem probarem, etiamſi falſi-
tas patens cognita ſit ſocio, quamuis tunc reſ-
pectu iuris ſocio competentis pro ſuo intereſſe
aſſentirem opinioni Menochi. Ille enim vtendo
ſcienter falſis taxillis, aleis, vel chartis, iam
deliquit, ac proinde ratione delicti puniri pote-
rit, tametſi alter ſocius induſtrius id cognoſcat,
quamuis tacens iuri ſuo renuntiare ac cedere vi-
deatur. ¶ Pari ratione aleator per vim ſocium 23
compellens ad ludendum, vel etiam blanditiis
& ſuaſionibus illum alliciens ( intellige impor-
tunis precibus per opprobria & conuitia, ita
quod metui æquiparentur, vt prædiximus *alia
queſtione* ) pœna iudici arbitraria puniri poteſt
*l.* 1. *§. vltimo, ff. de alea luſu & alear.* per quem
textum ita tenet Cacialup. *de ludo num* 61.quem
refert & ſequitur Menoch. *vbi ſuprà, numer.*13.
vbi quod iudex arbitrari poterit pro qualitate fa-
cti & conditione perſonæ, vt in carcerem conii-
ciatur ſecundum Paris de Puteo *in tractatu de
ludo numer.*44. *verſiculo, compellens, per textum in
in d. l.* 1. *§. vltimo*, ibi *aut in latomias*, quam di-
ctionem gloſſa ibi exponit id eſt loca latentia :
carcer enim eſt. Ignorauit namque Accurſius
quid eſſent apud Ramanos latomiæ, cùm eſſet
carceris genus ad cuſtodiam,vt probat Menoch.
*vbi ſupra*, addens quòd vel etiam mulcta pecu-
niaria puniri hic aleator poterit.
Ex quibus ſatis patet regulariter ludum eſſe 24
prohibitum non ſolum laicis, ſed multo magis
& clericis, vt latè probat cum aliis Farinac. *d* 3.
*tom. queſt.*109. *p.* 2. *numer.* 92. vbi quod eſt de
mente omnium Doctorum materiam hanc tra-
ctantium, & communiter dicentium quod imò
plus peccant clerici ludendo quam laici, & præ-
ſertim de ludo alearum, taxillorum, & tabula-
rum, quod ſit æquè prohibitus laicis & clericis,
vt tenent plures Doctores quos ibi citat. Et *n.*98.
ampliat eandem regulam multo magis procede-
re in Religioſis & regularibus, qui non poſſunt
ludere etiam ludo aliàs licito & honeſto, nec
cum aliis, nec inter ſe, quia cùm ſint mortui
quoad mundum, & debeant ſtare in monaſterio
ſoli, & triſtes *cap. placuit ſecundo*, 16. *queſt.* 1. *l.
Deo nobis, C. de Epiſcopis & clericis*, non de-
bent propterea ſe immiſcere in ludis, ex qui-
bus vt plurimum proueniunt multiloquia, pec-
cata, rixæ, & alia inconuenientia de quibus
in his terminis per Henric. Bohic. & alios
quos citat. Et *numer.* 102. limitat primò præ-
dictam regulam, vt tunc demum clericus pu-
niatur pro ludo, dummodo ſit conſuetus &
ſolitus ludere ; ſecus ſi vna tantum aut aliqui-
bus vicibus luſiſſet, & poſteà ſe abſtinuiſſet,
vbi videtur eſſe de mente textus *in cap. Epiſ-
copus, verbo, deſeruiens, & verbo deſinas.* 35. *di-
ſtinctione*, & vtrobique notat gloſſa, quod pro-
bat latius Farinac. *vbi ſuprà*, & diximus *queſt.
ab hinc* 3.

## SVMMARIVM.

1 *Ludo amiſſa per clericos, & ſcholares an repeti poſſint intra terminos, quibus à laicis iure Regio repeti permittitur ? & numeris ſequentibus.*

*An*



### *An Clerici & Scholares repetere poſſint amiſſa à ſe in ludo?*

## QVÆSTIO XCVI.

1 QVÆRO denique circa eandem l.2. ibi,
*y mandamos, que aquel que alguna coſa
perdiere,que lo pueda demandar a quien ſe
lo ganare haſta ocho dias. Y ſi el que perdiere haſta
ocho dias no lo demandare, que qualquiera que lo
demandare lo aya para ſi. Y ſi alguno no lo acuſa-
re, ny demandare, que qualquiera juez ò Alcalde
de ſu officio, ſabien dolo, lo execute, &c.* dum ta-
men id fiat intra duos menſes, poſt eos verò iu-
dices ſuper ludo inquirere non poſſunt vt in l.10.
*infrà* hoc tit.
2 An limitatio temporis octo dierum & duo-
rum menſium reſpectiuè, de qua in hac l.2. pro-
cedat etiam & ſeruari debeat in clericis & ſcho-
laſticis? Et videtur quidem prima facie dicendum,
idem in eis ſeruandum eſſe,cum ſit lex generalis,
& contrarium in ſpecie iure Canonico deciſum
non reperiatur, argumento text. *in cap.*1.*&* 2.*de
noui oper. nuntiat.*
Nihilominus tamen rectius meo iudicio Ber-
nard. Diaz *in ſua practica criminal. Canonic. c.*70.
*num.*3.*&* 4. contrarium probat, nempe,quod iu-
dices Eccleſiaſtici contra clericos poſt lapſum
duorum menſium, & infra quantitatem duorum
regalium poterunt & debebunt procedere, hac
ratione, quod cum longè inhoneſtius & magis
prohibitum ſit clericis quam laicis vacare ludis,
non videtur decens eſſe dictarum legum ſanctio-
nes in clericorum ludentium patrocinium ad-
mittere. Ac eadem ratione credit, poſſe affirma-
ri, vt etiam lapſis prædictis octo diebus damnati
poſſit clericus ad reſtitutionem eorum quæ lu-
cratus eſt, eo qui amiſerit repetente : & quod in
hoc attendendum ſit tempus à iure communi
præfinitum ad repetitionem prædictorum, de
quo in authentica *alearum vſu, Cod. de religioſ.
& ſumpt. fun.* quod eſt quinquaginta annorum,
& per Abb. *in cap. clerici de vit. & honeſt. cleric.*
Nec obſtat quod iure Canonico non ſit præfini-
tum tempus ad hoc : quoniam eadem ratione
compellimur dicere ſeruandum indiſtinctè, ac
ſine præfinitione temporis ſaltem ita breuis, vt
legibus regiis præfinitur, ius Canonicum, quo
attento, qui in ludo aliquid lucratur,id reſtitue-
re tenetur, vt notant Doctores *in d. cap. clerici,
& in cap. inter dilectos, de exceſſ. prælat.* Paris de
Puteo *de ludo, num.*26. & Cacialup. *in eodem
tractatu. num.*38.quos refert & ſequitur Menoch.
*de arbitr. iud. lib.*2. *centuria* 4. *caſu* 399. *num.*4.
3 ¶ Quare vera videtur prædicta ſententia Bernar-
di Diaz vt & ſcholaribus in Vniuerſitate Sal-
mantina prædictum tempus octo dierum non
currat,quinimo quocumque tempore ſit reſtitu-
tio : & ſic text. *in l. fin. Cod. de religioſ. & ſumpt.
fun.* eſt incorrectus in illo tribunali, & ſic practi-
catur iuſtiſſimè vt teſtatur addition. Didaci Pe-
rez *in l.*37. *tit.*19. *lib.*8. *ordinam. pag.*386. *verſi-
culo, vnum tamen aduerte*, & vtrumque ſequitur
tam in clericis, quam in ſcholaribus Salmanti-
nis addition. Bernardi *vbi ſuprà, d. cap.*70. *litt. F.*
dicens iuſtiſſimum eſſe quod Academia Com-
plutenſ. idem obſeruet. Addo ego hoc corre-
ctum non videri, nec eſſe cenſendum per nouam
*l.*13.*huius tituli* 7. *lib.*8. *nou. collect. reg.* quatenus
omni tempore denegat parti repetitionem amiſ-
ſorum in ludo : id enim procedere videtur vbi
& cum quibus terminus octo dierum ad repel-
lendum olim obſeruabatur & ligabat ; ſecus vbi
id locum non habebat, nec in praxi obſeruaba-
tur,provt in clericis & in ſcholaribus Salmantinæ
Vniuerſitatis contingit, vt prædiximus.

## SVMMARIVM.

1 *Ludens per alium quantitatem prohibitam an puniri poſſit pœnis legum Regni? & numeris ſequentibus.*

3 *Iurans non ludere, ſi det alteri pecuniam vt ſuo nomine ludat, non excuſatur à periurio.*

4 *Pœna ludenti ab ſtatuto impoſita habet locum contra ludi participem, & an in hac ſpecie debeat puniri tam mandans, quam mandatarius? num.*5.

6 *Mandans manus violentas in clericos iniici incurrit in excommunicationem cap. ſi quis ſuadente diabolo, 17. queſt.* 4.

7 *Laicus videns ludere alios non punitur, niſi aliud ſtatuto vel lege caueatur. Limitatur in clericis & ſcholaribus, num.*8. *& an puniantur? num.*9. *&* 10. *Et an peccent inſpectores ludi venialiter, vel mortaliter? num.*11. *remiſſiuè.*

### *De ludente per alium.*

## QVÆSTIO XCVII.

QVÆRO vlterius circa eandem l.2. huius 1
tituli ſeptimi lib.8. nou. collect. reg. an
ludens per alium quantitatem prohibi-
tam puniri poſſit pœnis legum huius Regni? Et
videtur quod non, quia hic propriè non ludit
*l. oſſa, ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* & quia l. no-
ſtra 2. inquit, *y qualquiera que los jugare, que por
la primera vez pague, &c.* & verba legis vel ſtatu-
ti verificari debent in caſu vero *l.*3. *§. hac autem
verba, ff. de negot. geſt.* Denique, quia ſumus in
odioſis & pœnalibus, & tunc ſuccedit reg. *odia
reſtringi, &c.*
Nihilominus tamen contrarium verius eſſe & 2
tenendum exiſtimo ea ratione, quòd qui per
alium ludit, virtualiter & cum effectu ludit:
non enim leges imponendæ ſunt verbis, ſed re-
bus *l.*2. *in fin. Cod. communia de legat.* ſed hic
quoad effectum ludit, quia pecunia, quæ ludi-
tur, ſuo periculo luditur : ergo ipſe ludit. Et
lex noſtra dum dicit, *y qualquiera que los juga-
re, &c.* in ludente per alium propriè verificatur
reſpectu effectus, qui attendendus eſt : ludere
enim dicitur qui per alium ludit argumento tex-
tus *in l. certe, §.*1. *ff. de precar.* vbi habetur
quod ſi procurator meus me mandante vel ra-
tum habente precarium rogauerit, ego preca-
rium propriè habere dicor, aliàs eſſet defraudare
legem contra legem *non dubium, cum ſimil. ff. de
legib.*
Vnde ludens per alium vltra permiſſum de-
linquere dicitur propriè, quia damnum & com-
modum ludi ad eum ſpectat : ergo debet puniri,
& ita habet praxis ſecundum addit. Didac. Perez
*in l.*37. *titul.*19. *lib.*8. *ordinamenti, pag.*386. *in
verſiculo,*

*verſiculo,quid de ludente per alium,* & tenet Azeued. *in hac l.2. num.45.*

3 Pro quo facit alia doctrina mirabilis in propoſito, quæ habet, quod ſi quis iurauit non ludere, & det alteri pecuniam, vt ſuo nomine ludat, non excuſatur à periurio, ita Gulier. Bald. & Fulgoſ.in authent. *interdicimus, C. de Epiſcopis & clericis,* Auguſtin.de Arimin. & cum eo addit. Bernardi Diaz de Lugo *in ſua practic.crimin. Canonica, cap.70. verbo, participes,* Paris de Puteo *in tractatu de ludo, num.20. & 57. in principio,* & Cacialup. *in eodem tractatu, quæſtione 13.*
4 *num.17.* Azeued. *in eadem l.2. num.46.* ¶ Vnde pœna ſtatuti impoſita ludenti habet locum contra ludi participem ſecundum Cyn. & Bald. *in d. authent. interdicimus,* & Auguſtin. de Arimin. & addit.Bernardi Diaz *vbi ſuprà,* poſt ipſum auctorem ibi *num.5.*

5 Addit tamen additionator Didaci Perez *vbi ſuprà,* quod in hac ſpecie debet puniri tam mandans quam mandatarius argumento *cap. mulieres ad fin. de ſententia excommunicationis.* Quod quamuis in aliis delictis iure naturali & diuino prohibitis verum ſit, attamen in hac prohibitione ludi in eum ſenſum intelligendam cenſeo, vt quilibet eorum inquiri valeat ex officio, ita vt ſit in electione denuntiatoris vel iudicis inquirentis contra quem agere velit: Exacta tamen pœna harum legum ab vno eorum,alterum cenſerem liberum remanere: ab vtroque enim in ſolidum eandem pœnam exigi poſſe non credo, quamuis contra vtrumque poſſit ſimul procedi ad effectum exigendi vnam tantum pœnam, quia vna prohibitio & pœna eſt in vtroque,non verò plures.

6 Neque obſtat dictum *cap. mulieres in fin. de ſententia excommunicationis,* cuius textus verba hæc ſunt: Illi verò, qui non per ſe ipſos, ſed eorum auctoritate vel mandato alij violenter iniiciunt manus in clericos, ad Sedem Apoſtolicam ſunt mittendi, cum is committat vere, cuius auctoritate vel mandato delictum committi probatur. Nam, vt vides, litera huius textus non comprehendit mandatarium, quamuis ipſe quoque delinquat, incurratque excommunicationem canonis, *ſi quis ſuadente diabolo:* nam præceptum iniuſtum fuit, cui non debebat obedire, ſed Deo potius quam homini, vt ibi per gloſſam plures textus ad hoc allegantem. Denique, licet loqueretur in mandatario, longè diſtat vnum delictum ab alio de quo agimus, ac proinde textus ille nihil pro illa opinione fauet,nec noſtræ contradicit.

7 Laicus autem videns ludere alios non punitur, cum lex regia hoc non dicat, vnde nec nos dicere debemus argumento *l. ſi ſeruum, §.2.* ibi, *non dixit Prætor, ff. de acquir. hered.* & in terminis cum aliis quos refert ita tenet Didacus Perez *in d.l.57. in fin. pag.389. col.1.* & Azeued. *in hac l.2. num.43.* niſi aliud ſtatuto vel lege eſſet diſpoſitum vt ibi per eum *num.44.* eſtque
8 veriſſimum, ¶ præterquam in clericis vel ſcholaribus, quia clericis hoc eſt prohibitum vt *in d.authent. interdicimus, Cod. de Epiſcopis & clericis,* & in corpore vnde ſumitur, & *in cap. clerici de vit. & honeſt. clericorum cum ſimil.* Eadem quoque ratione idem probandum venit in ſcholaribus, & in clericis tenet Bernard. Diaz *dict. cap.70.num.5.* & in vtriſque Didac.Perez *vbi ſuprà,* & Farinac. *vbi ſuprà, dicta quæſtione 109.*
9 *num.34.* ¶ vbi quod pari pœna puniuntur inſpectores & luſores, ex *l. fin. §.commodis igitur, C.de relig. & ſumpt. funer.* & aliis iuribus & Doctoribus, vt ibi per eum allegatis. Sed hoc non ſeruatur in practica, nec vſquam de hoc actum fuit quod viderim.

Contrarium tamen, imò quod prædicti inſpectores ludorum nulla pœna puniantur, verius eſt atque tenendum, ſiquidem nulla eſt lex regia quæ hoc dicat, ¶ & erubeſcimus cum ſine lege 10
loquimur *l.illam,C.de collat.* ibi, *ea quæ nulla conſtitutio ſuper huiuſmodi collatione poſita eſſet,* & ibi ad hoc illam l.notant Bald.Iaſ.& alij,Beccius plures alios allegans *conſil.23. num.5.* & *conſi.25. num.4.* & *conſil.27.num.11.* & *conſil.35.num.5.* & *conſil.43.num.11.* quinimò paria ſunt facere contra legem & facere ſine lege iuxta doctrinam mirabilem Bald. *in c.in Geneſi, num.10. de electione,* quam eo nomine appellat Iaſon *in d.l.illam, n.8.* & *in l.vinum,numero etiam 8. ff. ſi cert.petat.* & in terminis hanc partem contra Auiles, Auend. & Matant.*vbi ſuprà,*tenet & probat Azeued. *in hac l.2. num.45.*

Et an inſpectores ludi peccent venialiter, vel 11
mortaliter, videndus eſt Syluest. *verbo, ludus, num.8.* & latè diſtinguens Ludouicus Carbo *de reſtitutione quæſtione 59. in octaua & ſequentibus concluſionibus.*

## SVMMARIVM.

1 *Ludens vna die cum pluribus perſonis an ſit puniendus vna tantum pœna, vel pluribus? & num. ſequentibus, vbi latè de hoc agitur.*

---

## *De ludente vna die cum pluribus perſonis, an ſemel vel pluries ſit puniendus?*

## QVÆSTIO XCVIII.

QVÆRO vltimò circa eandem l.2. titu- 1
lo 7. lib.8. nouæ collect. reg. dum conſtituit diuerſas pœnas luſoribus pro qualibet vice, an ludens vno die cum pluribus perſonis ſit vna tantum pœna puniendus, vel diuerſis? Et quod vna ſit tantum plectendus facit doctrina Bart. *in l. inficiando, §.infans, num.5. ff. de furt.* vbi inquit quod ſi ſtatutum dicat, *ſi quis luſerit ad azardum puniatur ad tantum,* modo luſi cum vno, ſetò cum pluribus, & pluries vici & perdidi,an videantur plures ludi & plura delicta? Reſpondeo ex pluralitate vincendi & perdendi non ſunt plura delicta; ſed puto quod totus iſte dicatur vnus ludus donec ſit habitus pro completo & abſoluto recedentibus luſoribus, *l. contractus, Cod. de fide inſtrument.* non enim poſſum dicere perfectè viciſſe, donec ludus non ſit perfectè completus, quia adhuc ſupereſt ſpes perditionis: multa enim poſſunt accidere, per quæ pecuniam quam lucratus ſum perdam & recedat à me *in laqueum, ff. de acquir. rerum domin.* Et ex pluralitate perſonarum, cum quibus vnà ſimul ego ludo, non dicuntur plura delicta. Illæ namque perſonæ cum quibus ludo non dicuntur offenſæ à me, ſed magis offenditur Reſpublica,ideo vnum eſt delictum, vt *in l.ſi plures, ff. de bor. furt. caſ.* quam Bart. doctrinam ſequuntur Paris de Puteo & Cacialup. *in tractatu de ludo,* & Hippol. *in l.ſi rixa, num.10. ff. ad l. Corne. de ſicar.* quos refert & ſequitur Parlad. *lib.2. rerum quotid. cap.7. ſub num.5. colum.2.* illius numeri, vbi quod omnium ſcriptorum calculis Bartoli probata eſt hæc ſententia, & vltra ipſum idem probat Matth. de Afflict. *in conſtitut. Neapolit. rubr.11. num.14. lib.1.* eamque ſequitur Syluest. *verbo, ludus, num.18.* prædicta intelligens niſi
2 illo ſero magno ſpatio diuertatur ad alia, quia eo caſu diuideretur actus; vt patet ex 5. Phyſicorum,& conſequenter delictum, quod eſt actus humanus malus: eandem doctrinam Bart. alios allegans ſequitur in propoſito Azeued. *in l.2. num.55. cum ſequentibus.*

3 Nihilominus tamen contra hanc receptam & veram Bartoli vult tenere, licet non affirmatiuè Didac.Perez *in l.7. gloſſa, azares,tit.10.lib.8. ordinam. pag.255.colum.2.cum ſequenti,* quia cum delictum ſit iteratum & cum diuerſis perſonis, & ex geminatione actus crimen efficitur grauius, & quoties reperitur, vnum formatum eſt, ſicut ſi quis pluries commiſiſſet, vel copulam carnalem habuiſſet ad diuerſas fœminas vel huiuſmodi, & ſic quoties iteratur crimen, offenditur de nouo Reſpublica,& plura cenſentur crimina etiamſi vno die fuerint perpetrata, vt colligitur ex additione ad Bart. *vbi ſuprà,verbo, dicatur vnus ludus,* & ex traditis à Farinacio *in c. fin. de conſuetudine.*

4 Sed hæc diſſimilia ſunt, cùm ludus ſit tantum iure poſitiuo prohibitus; ex ſua autem natura remotis aduerſis circunſtantiis permiſſus, vt reſoluimus *ſuprà alia quæſtione.* Denique quia cum ludus prohibeatur iure poſitiuo, intelligitur vnus idemque ludus, etiamſi toto ſero cum pluribus perſonis ludatur, donec ſit habitus pro completo & abſoluto, cum in fine ludi recedentibus luſoribus reguletur lucrum, vel damnum; non verò prius, quia non poteſt quis in ludo dici perfectè & irreuocabiliter viciſſe, vel perdidiſſe, donec ludus non ſit perfectè conſummatus atque diſſolutus. Itaque leges puniunt totum ſimul illum actum ſucceſſiuum ludendi, donec abſoluatur, non verò quamlibet manum,nec cum quolibet ludente, ſed cum omnibus, cum quibus idem ludus ſimul exercetur: durat enim vnus idemque contractus ludi donec recedant luſores, tametſi non valeat pactum factum inter colluſores, ne poſſint à ludo recedere donec alter eorum totum perdiderit iuxta gloſſam, Angel. Paul. & Iaſon. *in l.iuris gentium, ff.de pact.* Auiles *in cap.29. prat. gloſſa 1. num.9.* vbi inquit hoc facere contra illos, qui quatenus conſentiunt aduerſarium ſuum recedere à ludo non finito.

At verò exempla adducta ab additio. Bart. & ſequacibus contra eum ſunt diuerſi generis, nempe prohibitorum iure naturali, vt furtum, fornicatio, & ſimilia, quæ pro quolibet actu, imò & conſenſu in corde præſtito perficiuntur & conſummantur, ſicque pluries committi modico ſpatio temporis poſſunt, & toties, quoties actu vel corde perpetrantur: non enim ſpectatur contractus ſucceſſiuus, ſicut in ludo, à quo dum non recedunt luſores,idem eſt ludus,& non diuerſus.

Hocque præcipuè procedit in caſu & ſpecie noſtræ l.2. vbi ſic habetur: *Mandamos y ordenamos, que ningunos de los nueſtros Reynos ſean oſados de jugar dados ni naypes en publico, ni en ſecreto. Y qualquiera que los iugar que por la primera vez pague, &c. y por la ſegunda, &c. y por la*





*tercera, &c.* Ecce igitur legem prohibentem ludere taxillis & chartis punientemque diuerſis pœnis ludentes pro qualibet vice. Nonne communis intellectus horum verborum (qui accipiendus eſt maximè in pœnalibus & odioſis ad liberandum) eſt *por cada vez que dura el juego aora ſea con vno, ò con muchos, ò diuerſas perſonas,* dum in ludo non receditur? Ego profectò aliud non ſentio,nec intelligo;aliàs *cada mano ſeria vna vez,* & ſic pluribus pœnis pro vno eodemque ludo quis puniretur, quod eſſet abſurdum.

Quinimo plures vices ſine ſententia non ha- 5
bebuntur in conſideratione:conſtare enim debet iudici de prima condemnatione, ad hoc vt ad pœnam ſecundæ vicis peruenire poſſit, & de ſecunda condemnatione ad tertiam, & ideò ſi non præcedat prima ſententia, etiamſi pluries quis luſerit, non condemnatur pro ſecunda & tertia vice; non enim dicitur ſecunda cum prima non præcedit, nec tertia cum ſeconda deficit, ita Auendaño *lib.2. cap.9. prat. num.10.* & ſequitur Azeued. *in hac l.2. num.62. & 63.* ¶ niſi in caſu, 6
quo in fraudem duorum regalium, qui in ludo perdi poſſunt impunè vt *in l.11. infrà hoc titulo,* ludentes aſſurgerent fingentes nouum ludum, nam nihilominus ſi in fine ludi ſimul finiti apparet plus luſum, quam duo regalia, puniuntur luſores,quia eſt vnus idemque ludus iuxta doctrinam Bart. communiter approbatam, de qua *ſuprà:*receſſus enim ille fictus eſt in fraudem legis, ideoque ſic recedentibus à ludo nihil prodeſt iuxta vulgatas iuris regulas, ita ſummus Pract. Auend.*2.part.cap.9.prat.num.9.verſiculo,ſi tamen,* cuius opinionem libenter probo. Omitto hìc illam quæſtionem, an ad hoc vt ſecundum furtum aggrauet tertium requiratur,quòd pro illis prioribus fur fuerit condemnatus, quia eam ſuo loco differemus.

Hinc (vt obiter dicam) mihi diſplicet opinio 7
Auiles *vbi ſuprà, d. gloſſa 1. num.5.* dum tenet, quod ſi quis luſit vna die pluribus vicibus duo regalia, ſeu argentea ſine interpellatione, non autem in quolibet ludo, quia iam primus ludus fuit habitus pro completo & abſoluto luſoribus recedentibus, vt *in dict. l. contractus, Cod. de fide inſtrument.* ex doctrina Bart. *in d. l. inficiando, §.infans, num.5.* quam ſequuntur Doctores ſupra citati, & vera & communis vt *ſuprà* reſoluimus. Hic tamen adducitur in 2. membro deducto à Bart. à contrario ſenſu, nempe quando receſſum fuit à ludo, quia iam ex hoc ludus primus fuit habitus pro completo & abſoluto, & ſic ſi poſtea iterum ludatur, erit alius diuerſus ludus & ſic plura delicta.Supra verò fuit adducta eadem doctrina Bart.in 1.membro,ſic in ſua principali deciſione expreſſa;nempe, quod donec receditur à ludo,eſt idem ludus & vnum delictum, non verò plura crimina, licet pluries vincatur vel perdatur.

In primis namque (vt ad opinionem Auileſij redeamus) *d. l.11.* fundamentum eius corruit, dum inquit quod pragmatica ſolum permittit ludere duo regalia, ſeu argentea in vno die ſine interpellatione,non autem in quolibet ludo. Dicta namque l.11. vbi pragmatica de qua per ipſum continetur,hoc non dicit,ſed quod ſequitur,*mandamos que de aqui adelante à ninguna perſona por auer jugado haſta dos reales, aunque no ſean para coſas de comer, no ſe les lleue pena alguna.* Itaque permiſſio dicta legis ludendi duo regalia non reſtringitur ad diem vnum; ſed ſimpliciter prohibetur, ne exigatur pœna *por auer*

*jugado haſta dos reales*: ergo intelligi debet in quolibet ludo.

8 Deinde obſeruo quod doctrina Bart. in 2. membro à contrario ſenſu ſubintellecto deducta, quam pro ſua opinione adducit Auiles, nempe, quod luſoribus recedentibus à ludo, iam primus ludus fuit habitus pro completo & abſoluto (quæ quidem vera eſt & communis) tantum abeſt vt contra ſe faciat; nam cum in primo ludo perfecto & abſoluto, non luſerit quis pluſquam duo regalia, pro eo non poteſt vlla pœna puniri vt *in d. l. 11.* nec ſimiliter pro ſecundo ludo diuerſo, tertio, aut quarto, dummodo in quolibet non exceſſerit taxam duorum regalium, quia non poteſt verificari luſiſſe in ſingulo ludo pluſquam duo regalia, & ſic vbi non conueniunt verba legis, nec eius diſpoſitio locum habet *l. 4. § toties cum ſimil ff. de damn. infect.* maximè in odioſis & pœnalibus.

9 Denique extenſio eiuſdem Auileſij *n. 6.* nempe non ſolum ſi quis luſit pluribus vicibus, verum etiam ſi plures erant luſores vno inſtanti, & vnus perdi diſſet totam pecuniam quam extraxerat, & poſteà ſecundo extraxerit aliam & iterum luſit, incurrat in pœnam, quia dicitur alius ludus, intelligenda eſt, quando exceſſum eſt in ſumma duorum regalium, non quod ſint diuerſi ludi, quia vnus tantum ludus eſt, cum non eſſet à ludo receſſum iuxta doctrinam Bart. *vbi ſuprà,* communiter approbatam; ſed quia fuit exceſſum à quantitate permiſſa.

Eodem modo intelligenda eſt ſecunda extenſio eiuſdem auctoris ad dictam pragmaticam quod vltra dictam Summam non poteſt quis ludere, nempe quod ſi vnus ex colluſoribus receſſiſſet, & poſteà reuertatur licet ſtatim, tunc diceretur alius ludus & debet puniri vt *in l. 1. § ſi rem, ff. de poſiti*, ſecundum Angel. *in d. § infans quaſi, in fine.* Extenſio namque hæc vera erit, ſi vltra duo regalia ludatur, non quod ſint duo ludi; quia ſi diuerſi eſſent, & in quolibet non amitterentur pluſquam duo regalia, non deberet puniri vt reſoluimus; ſed quia exceſſum eſt à ſumma permiſſa in vno eodemque ludo. Hocque verum erit, quando ludus continuatur cum cæteris colluſoribus, interim quod alter colluſor reuertitur, vel is expectatur & ſtatim reuertitur, atque proſequitur ludus; quia mora modici temporis non habetur in conſideratione, præcipuè cum animus ludentium dum alter reuertitur ſit proſequendi eundem, & interim quod reuertitur, expectatur, etiamſi non reuertatur: quia idem ludus proſequitur abſque illo diſcedente, vel cum alio in in eius locum ſubintrante: ſecus, ſi magnum temporis interuallum tranſiſſet, interimque ludentes ad alia diuertiſſent ceſſando à ludo, tunc namque ſequens ludus pro diuerſo reputabitur iuxta ſupradicta.

10 Poſſet tamen procedere opinio Auileſij ſupra à nobis impugnata, quando luſores in fraudem legum huius Regni aſſurgerent à ludo, fingentes nouum ludum: tunc enim hoc conſtito idem ludus reputaretur; ac proinde ſi exceſſum eſſet à dicta ſumma duorum regalium, incurrerent pœnam legis, vt ſupra probauimus cum Auendaño.

## SVMMARIVM.

1 *Tabularij (hoc eſt* tablajero*) pœna, & per totam quæſtionem ibi plures pœnæ referuntur. Et precipuè igitur num. 18. cum ſequentibus de pœna mutuantis in ludo.*

---

## *De pœnis tabulariorum*, *hoc eſt*, de los tablageros.

*In l. 3. tit. 7. lib. 8. nou. collect. reg.*

## QVÆSTIO XCIX.

1 QVÆRO quæ ſit pœna tabularij, hoc eſt *del tablagero, que publicamente eſta, ex pueſto à recibir, y recibe ordinariamente en ſu caſa quantos van à jugar, y juegan dados ò naypes, y da meſas ſillas, ò bancos y ſacan naypes y velas,* &c.

2 Et in hoc ſeruandum primo eſt, receptatorem qui habet paratam domum & menſam ad hoc vt homines ad ludum inuitentur, ibique commorentur, grauiſſimè peccare: ideoque grauiſſima pœna eſſe arcendum, vt cæteri ſimili exemplo perterriti, ſimilia delicta committere non audeant, cum maxima mala ex ludo prouenire ſoleant, vt explicat Imperator *in l. fin. C. de religioſ. & ſumpt. fun.* & multa alia quotidie eueniant, vtpote homicidia & diſſenſiones inter ludentes ipſos, & vxores, & filios in quos adinſtar ferarum inſaniunt, & in eos miſerè ſæuiunt, vt experientia docet. Vnde diligens inquiſitio in oppidis & Ciuitatibus eſt facienda, vt cum magna cautela vt caueturr *in d. l. fin.* & in legibus huius Regni hac de re agentibus. Nemini enim licet præbere locum, inſtrumenta, & ea quæ ſunt neceſſaria ad aliquem ludum prohibitum exercendum, vt charitas, tabulas, luminaria, &c. doctrina hæc eſt communis, vt affirmat poſt alios Ludouic. Carb. *de reſtitutione quæſtione 39. in 7. concluſione.*

3 Nihilominus tamen inquit D. Molina Theolog. *lib. 1. de iuſtitia & iure, diſputatione 521. colum. 1707. verſiculo, quod attinet*, quod cum in Luſitania pœna flagellorum ſit huiuſmodi tabulariis impoſita, ſi ſtipendium ea de cauſa accipiant, vel ludentibus cibum, aut potum vendant, damnandi eſſent culpæ lethalis, attenta acerbitate pœnæ: ſed quia ea non videtur hodie infligi, certè ex eo capite non condemnaret crimen illud culpæ lethalis. 4 ¶ In Caſtella autem non videt pœnam adeò acerbam impoſitam, vt ex parte pœnæ condemnare audeat id crimen culpæ lethalis; ſed quod ex qualitate ludi ac ludentium iudicandum eſt, num lethalis culpæ ſint damnandi, an non. Si enim ad ludendum teſſeris homines admittant, non auderet eos à culpa lethali excuſare, præſertim ſi teſſeras eis præbeant: tum quia ludus ille excuſari à culpa lethali in Caſella non videatur, tum etiam quod teſſeras habere ac ſubminiſtrare ad ludendum culpa lethalis in hoc Regno videatur. Tum denique, quoniam pœna confiſcationis domus; in qua teſſeris luditur, non leuis eſt, ſed acerba, & quæ culpam lethalem ſuadet. Et quod quando etiam ad ludum admitterentur, qui eo in ludo alienare non poſſunt, aut qui ludum cum lethali culpa variis aliis modis exercerent, excuſandi non eſſent à culpa lethali: ac proinde neque abſolui deberent, niſi ſeriò ab exponendis menſis ad ludum, & à recipiendo homines ad ludum abſtinerent. Quæ doctrina vera profectò videtur ac radicalis.

Prima



5 Prima igitur pœna tabularij eſt, quod domus in qua luditur debeat publicari *l. fin. §. ſed iſtam* ibi, *domibus eorum publicatis, C. de relig. & ſumpt. fun.* per quem textum ita tenent Doctores præcipuè Angel. *de maleſic. verbo, metidori de mali dadi, verſiculo, & viſo quod ludus, num. 5.* & Grammatic. *deciſione Neapolit. 40. num. 4.* & Didac. Perez *in l. 7. tit. 10. lib. 4. ordinam. pag. 235. col. 1.* & alios allegans Farinac. *in practic. crimin. 3. tom. quæſtione 209. 4 part. num. 149.* quamuis ante illam conſtitutionem Iuſtiniani regulariter iure Ciuili non puniebatur receptator ex illa receptatione, vt patet *ex d. l. fin. § 1.* & obſeruauit Menoch. ſic intelligendus *de arbitr. iudic. caſu 599. num. 16. & 17.*

6 Quinimo non ſolùm domus in qua luditur eſt confiſcanda, ſed etiam alia bona ibi exiſtentia apta ad ludum, nempe ſcamna & buffeta ſuper quibus luditur argumento *l. ſed addes, § illud, ff. de locat.* & *propter quod vnumquodque tale & illud magis authent. multo magis, Cod. de Sacroſanctis Eccleſ.* tradit Bald. *in l. cum propoñas, num. 5. C. de nautico fœnor.* & in terminis Auiles *cap. 19. prætor. in gloſſa, ni tableros, num. 2.* vbi alias declarationes & limitationes ponit *ad d. l. fin. § ſed iſtam,* quæ eſt auctor. alearum luſus, & ſequitur addit. Perez *in l. 37. tit. 19. lib. 8. ordin. pág. 386. col. 2. in principio.*

Et retinens domi ludum vltra domus publicationem, & quod impunè ei poteſt damnum & iniuria inferri, videtur adhuc alia extraordinaria pœna puniendus, vt cum aliis refert Farinac. *vbi ſuprà, num. 137.* quamuis in contrarium referat nonnullos ibidem *num. 138.* quod credo verius.

7 Sed meo quidem iudicio, ſupradicta prima pœna cum ei adiunctis in his Hiſpaniarum Regnis ceſſare videtur, cum alia mitior pœna iure noſtro Regio imponatur huiuſmodi tabulario, nempe per l. 3. huius tituli 7. lib. 8. nouæ collect. reg. qua cauetur, *que qualquiera que en ſu caſa tuuiere tablero para jugar dados, è naypes, caya en pena de cinco mil marauedis per cado vez* (quam pœnam frequenter vidi in praxi imponi) *y ſino tuuiere de que pagar, que eſtè cien dias en la cadena.* Quæ pœna hodie noua lege nempe 13. eiuſdem tituli anno 1575. lata aucta eſt: præcipitur namque ea lege, *que los tablageros de los dichos juegos prohibidos ſean deſterrados por dos años precíſos, y paguen quinze mil marauedis aplicados por tercias partes, Camara, juez, y denunciador.*

8 Ceſſat inquam illa antiqua confiſcationis domus pœna, & cæterorum bonorum ad ludum aptorum, de quibus ſupra, ac proinde hodie huiuſmodi tabulario ſolum erit imponenda prædicta pœna nouiſſima l. 13. huius tituli, nempe *de dos años de deſtierro precíſos y quinze mil marauedis aplicados por tercias partes*, vt eſt prædictum: & quod d. authent. hodie corrigatur per noſtram l. tenet Auiles *vbi ſuprà, dict. num. 2.* & Montalu. *in repertor. verbo, ludus*, & voluit Azeued. *in hac l. 3. num. 16.* & *in l. 7. infrà eodem, num. 7.* vbi quod de communi praxi in hoc caſu domus non confiſcatur. 9 ¶ Et inquit Celſus *in repertor. legum huius Regni, verbo, dolos, cap. 1. que por leyes y prematicas deſtos Reynos que allì cita ſon reuocadas las leyes 2. y 3. 4. y 7. del tit. 10. del lib. 8. del ordenamiento Real, en quanto ponen menor pena aſſi à los jugadores de dados, como à los que tenian tableros del juego: empero que quanto à los otros juegos ellas quedan en ſu fuerça y vigor, que ſon la ley 2. y 3. deſte tit. 7. Y la pena que ponian las otras en los dados, dize que es, que la caſas donde jugaren à los dados, y las tiendas donde ſe vendieren, ò los tuuieren para vender, ſean confiſcadas para la Camara de ſu Mageſtad. Eſtas prematicas nueuas eſtan pueſtas por ley* in l. 7. infrà eodem, *y anſi eſta diſtincion de Celſo es verdadera y literal, y por ella ſe ha de declarar y limitar nueſtra l. 3. que hablaua en dados y naypes,* vt per Celſum vbi ſuprà, nempe, *que quanto à los jugadores ſe entiende de los que juegan à los dados puros. Y que el juego de los dados ſea prohibido* etiam iure communi, *y qual ſea eſte juego declaralo* Paſlad. lib. 2. rer. quot. c. 7. n. 8.

10 Vnde fallitur meo iudicio Auiles *vbi ſupra,* dum aſſerit, quod d. authent. alearum vſus poteſt ſuſtineri in caſu, in quo quis retinet ludum & tabularium ad ludendum in domo ex conſuetudine cauſa lucri, quia tunc domus confiſcatur vt ibi: ſecus ſi tenet ludum in domo cauſa ſolatij, quia tunc patitur pœnam noſtræ l. regiæ iuxta gloſſa 1. *in l. 1. ff. de aleat.* quam ſequitur Azor. *in Rubrica, Cod. de religioſ. & ſumpt. fun.* dicens eſſe notandum, & alios allegans Farinac. *d. quæſt. 109. num. 151. tertio tomo.* Leges namque noſtræ prædictæ loquitur *en tablajeros*, & ſic *en aquellos que lo tienen por oficio*, & ſic *para ganar*, & verè corrigit pœnam d. authent. alearum vſus, 11 ¶ non vero in tenente ludum in domo ſua cauſa recreationis ſemel atque iterum, vel pluries, quia is non debet condemnari pœna noſtræ l. quia ſi aliud diceremus pauci euaderent eius pœnam: & in praxi non vidi condemnari tabularium, niſi eos, qui cauſa lucri & negotiationis præſtant domum, & ſuſcipiunt luſores ordinariè cum inſtrumentis ad ludendum aptis, quod prohibet l. 5. huius tituli ibi, *eſſo miſmo, &c.* quidquid cum aliis dicat Farinac. *vbi ſuprà, num. 152.* nempe, quod retinentes domi ludum gratis & ſine emolumento adhuc puniantur: hoc namque verum minimè eſt, nec practicandum.

12 Nec tunc puto quod vltra pœnam noſtrarum legum ludum retinent in domo tabularius poſſit mulctari arbitrio iudicis, cùm pœna in hac ſpecie à lege ſit certa & ordinaria ſtatuta, nec iudex debeat eſſe crudelior lege aduerſus Auiles *vbi ſuprà, num. 3.* contrarium credentem abſque fundamento iuridico, quem ſequitur Azeued. *in hac l. 3. num. 17.* quorum opinio in hoc non eſt tenenda, licet attento iure communi poſſet procedere, vt cum aliis probat Farinac. *vbi ſuprà, num. 137.* Hæc in ſuſcipientibus continuò ad ludum *de los naypes: por que ſi fueſſe para jugar los dados, que eſtan omninò prohibidos, es mayor pena,* vt in l. 7. infrà eodem, & diximus ſuprà.

13 Secunda pœna tabularij eſt, quod iniuria illata ſuſceptori luſorum eſt impunibilis; & præterea, ſi res ſibi furetur eo tempore, non agit actione furti, neque ad pœnam, neque ad rei reſtitutionem iuxta textum *in l. 1. ff. de alea luſ. & aleat. in principio*, ibi: *ſi quis eum apud quem in alea luſum eſſe dicetur, verberauerit, damnumve ei dederit, ſiue quid eo tempore domo eius ſubtractum erit, iudicium non dabo*, & ibi: item notandum, quod prætor ſuſceptorem verberatum quidem, & damnum paſſum vbicumque & quandocumque non vindicat. Verum furtum factum domi & eo tempore, quo alea ludebatur, licet luſor non fuerit qui quid eorum fecerit, impunè ſit. Et *in verſiculo, quod autem*, hoc extenditur

etiam ad rei reſtitutionem, nempe vt procedat, ne dum reſpectu actionis pœnalis furti, ſed etiam reſpectu actionis ad exhibendum, vendicandum, vel condicendum. Et *in verſiculo, ſuſceptorum*, inquit, ſuſceptorem enim dumtaxat prohibuit vendicari, non etiam colluſores, quamuis & hi indigni videantur. Et illam leg primam ad ſupradicta ſingularem dixit Bald. *in cap. intellexiſmus, col. 2. de iudic.* & Anton. Corſet. *in ſuis ſingular. verbo, furtum*, quos refert Didac. Perez *in l. 7. tit. 10. lib. 8. ordinam. pag. 525. col. 1. ad fin. & col. ſequenti*, & prædictos etiam refert & ſequitur Angel. *de malefic. verbo, metidori de mali dadi, verſiculo, & viſo quod ludus, num. 6.* & Auiles *dicto cap. 29. prat. in gloſſ. ni tableros, num. 6. & 7.* & Auendaño *2. part. cap. 9 prætor. num. 1.* Thom. Grammatic. *deciſione 40. num. 5.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 400. num. 16.* vbi quod ita fuit de facto iudicatum, & *num. 17.* vt procedat etiam ſi verbis vel facto tabularius offendatur, vel ei damnum inferatur, & ſequitur Azeued. *in hac l. 3. num. 19 & 20.* vbi *num. 20. cum ſequenti*, hoc limitat inter colluſores, prædictos etiam refert & ſequitur Parlador. *lib. 2. rerum quot. cap. 7. n. 9.* & Petr. Gregor. *in 3. part. ſyntagm. iur. vniuerſi, lib. 39. cap. 3. num. 4.* & Don Ioan. Vela *de pœn. delict. cap. 22. pag. 123. verſic. eſt tamen hoc*, & plures citans Farinac. *vbi ſuprà, num. 140.* optima *l. 6. tit. 12. part. 7.* caſum tantum occiſionis excipiens, quæ quidem exceptio firmat regulam in contrarium iuxta *l. nam quod liquidè, ff. de penu. legat.* & ita intelligit Azeued. *vbi ſuprà, num. 25.* vbi *num. 26.* hoc ampliat cum gloſſa pragmaticæ ſanction. vt idem ſit etiam ſi alibi quam in domo ſua offendatur tabularius; dum tamen ſit ob ludum in ea agitatum, ſequitur Auiles *vbi ſuprà, n. 26.* Quod tamen aliquis furatus ſit in domo tabularij in foro conſcientiæ reſtituendum eſt pauperibus, vt cum Specul. probarunt Auiles *n. 7.* & Azeued. *num. 28. vbi ſuprà.*

14 Ex quibus profectò perperam intellexit Paris Puteo *de ludo, num. 46.* denegari tantum actionem criminalem pro furto commiſſo in domo ſuſceptoris luſorum; eſſe tamen locum rei vendicationi: contrarium namque probat textus *in dict. l. 1. verſiculo, quod autem*, vt vidimus, & probat poſt alios Cepola *cautela 55. ſi aliquis*, Iaſ. *in l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam, num. 4. ff. de verborum obligat.* quos ſequitur merito Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. centuria 4. num. 23.* ſic intelligens Cacialup. & Corſet. quos citat, idem probat per illum textum Angel. *vbi ſupra, dicto num. 6.* & alios allegans Farinac. *vbi ſuprà, num. 143. cum ſequenti, fol. 474.*

15 Sed & alia plura ſpeciali ratione ludi refert ibi Auiles *num. 8. & 9.* nempe quod contractus inter ludentes vel cum videntibus non valet ſecundum Bart. *in l. ſi quis cum ſciret, ff. pro empt.*

16 ¶ Nec illius, quod quis vendidit in ludo, valet venditio vt *in l. ſi filiofamil. §. 1. incip. ſi in alea, ff. quar. rer. act. non detur*; nec tenetur venditor de euictione vt *in d. §. 1.* pro quo eſt hodie *l. 36. tit. 5 part. 5. in verſiculo, otro ſi dezimos, que ſi algun home jugale à tablas ò dados, y eſtando en aquel juego vendieſſe alguna coſa à la jugaſe, ſi deſpues deſto venciesen della en juyzio al comprador, ò à aquel que la auia ganado, no ſeria tenudo el vendedor, ſeu potius el vendedor* (ſecundum literam Montalui, quæ eſt verior) *de emparar o quel-*

17 *la coſa ni tornar el precio*: ¶ vbi Gregor. Lopez in gloſſa *jugaſe à tablas* intelligit eam legem, quando ludus eſſet illicitus, quaſi in ludo licito non habet locum vt vult gloſſa *in d. l. filiofamil. §. 1. verbo, ſi in alea*, ibi, *item & cum committitur, &c.* licet Angel. ibi indiſtinctè intelligat.

¶ Et idem Gregor. in gloſſa *al comprador* hoc de 18 euictione vt non teneatur luſor de ea emptori intelligit, quando hic erat colluſor, tunc enim nec valet contractus, nec tenetur de euictione: ſecus ſi eſſet alius qui emit, quia tunc teneretur venditor de euictione, vt voluit gloſſa *in l. quod ſi minor, §. reſtitutio verbo, vendan, ad fin. ff. de minor.* eſtque de mente Bart. *in d. l. ſi quis cum ſciret, ff. de vſucap. pro emptor.* & tenet Stephan. Coſt. *de ludo, columna penultima*, & quod videtur hoc etiam velle lex illa 36. dum ſubdit *ò aquel que la auia ganado*, ſequitur Auiles *vbi ſuprà, num. 8.* & cum Puteo Azeued. *in l. 8. n. 17.* vbi idem probat, *ſi luſi & non tecum*, vel *ſi luſi, ſed poſt magnum interuallum*, quia iſta venditio non eſt prohibita lege, & ideo debetur euictio, & quod contractus & promiſſiones factæ in ludo prohibito vel occaſione ludi, eſt regula iuris certa, quam latè probat & exornat vndecim ampliationibus & aliquibus limitationibus Farin. *3. tom. prax. crim. q. 109. 6. part. per totam pag. 479. cum ſequentibus.*

Alia pœna contra aleatorum ſuſceptorem & 19 ſic contra tabularium reperitur à iure impoſita, nempe, quod ſi is aliqui luſorum pecuniam mutuaret, repetitionem eius minimè habeat iuxta gloſſam *in l. fin. verno accepit, ff. de aleat.* Ioann. Andr. Abb. & Imol. *cap. clerici de vit. & honeſt. clericorum*, Stephan. Coſta *de ludo, artic. 6.* & Cacialup. *quæſt. 8.* qui communem eſſe opinionem fatetur teſte Parlador. qui eam ſequitur *lib. 2. rerum quotid. cap. 7. num. 15.* ſequitur alios allegans Farinac. *vbi ſuprà, num. 214.* vbi ampliat cum Capra etiam quod retinens domi ſuæ ludum eſſet perſona nobilis, & non lucri cauſa ludum retineret: eandem ſententiam principalem tenet etiam alios citans Azeued. *in hac l. 3. n. 29.* vbi idem probat inter ipſos colluſores; ¶ ſecus 20 ſi tertius mutuet ad ludendum, quia tunc ei datur condictio ad repetendum iuxta gloſſam *in l. quod ſi minor, §. reſtitutio, verbo non commodo*, ibi, *ſed hac vltima, ff. de minor*, gloſſa etiam *in d. l. ſi quis cum ſciret, verbo, luxurioſo ad fin. ff. pro emptor.* Gregorius Lopez *in l. 36. gloſſa penultima, tit. 5. part. 5.* & Azeued. *vbi ſupra, n. 29. & 30.* dicit communem Parlador. *vbi ſuprà, num. 12. col. 2.* illius numeri alios allegans, vbi reſpondet dictæ l. ſi quis cum ſciret ibi, niſi fortè, &c. & iterum *num. 14.* & *numeris ſequentibus* aliis modis cum declarat, necnon & Azeued. *in hac l. 3. num. 32. cum ſequentibus vſque in fin.* & Don Ioan. Vela *d. cap. 22. pagina 112. ad fin. & pag. ſequenti in principio.* ¶ Illa tamen præcipua declaratio 21 eſt, quod ſtante conſuetudine ſoluendi mutuum in ludo tabulario ſiue colluſori, tunc reddendum & ſoluendum eſt mutuanti ſecundum Iul. Clar. *lib. 5. recept. ſentent. §. ludus, num. 5.* vbi inquit valere hanc conſuetudinem tam inter clericos quam laicos, & quod ita eſt in practica & conſuetudine receptum, provt ego quoque extra iudicium fieri communiter video; tametſi Azeu. *in d. l. 3. num. 54.* eam ſe nondum vidiſſe affirmet. De ſupradictis agit etiam Angel. *de malefic. vbi ſuprà, num. 14.* & ibi eius additio & Auiles *numero 9.* Sed reſolutio præcedens eſt clarior, verior & tenenda.





SVMMARIVM.

1 *Perdens in ludo ad creditum pecuniam, hoc eſt, non præſentem, ſed tantum promiſſam, an teneatur poſtea illam ſoluere? & num. ſequentibus.*

3 *Promiſſio iure natura facta de re licita adimplenda eſt.*

4 *Lex humana licet quandoque actionem non concedat ad petitionem alicuius rei, non ex hoc alterum liberat.*

9 *Perdens in ludo ad creditum pecuniam cum iuramento prauio ad eam ſoluendo tenetur adimplere, vel impetrare prius relaxationem iuramenti, vel ſoluere & poſteà repetere, & numeris ſeqq.*

---

*De ludentibus ad creditum.*

*In l. 8. tit. 7. lib. 8. nou. collect. reg.*

## QVÆSTIO C.

1 QVÆRO circa l. 8. tit. 7. lib. 8. nou. collect. reg. qua cauetur, *que ninguno pueda jugar a credito ni fiado, aunque ſeas los juegos permitidos de pelota y otros, y que no valga ni ſe execute la obligacion que ſobre ello contra ello ſe hiziere.*

2 An ſemota hac l. iure diuino, vel humano perdens in ludo aliquam pecuniam teneatur illam lucranti ſoluere ex vi promiſſionis expreſſæ, vel tacita lege ludi, cùm promiſſa pecunia tantum, non verò ea præſens luderetur?

In qua quæſtione Ioann. à Medina *in ſuo Cod. de reſtitutione, quæſtione 22.* nec non Alphonſ. à Caſtro *lib. 2. de pœnal. cap. 2. corollar. 3.* & nouiſſimè Ioann. Garcia *lib. 1. de contract. cap. 19. pag. 588.* & ſecluſo omni humano iure Molina Theolog. *2. parte, de iuſtitia & iure, diſputat. 515. col. 1679. cum ſequenti*, latè ex pluribus probant vt veriorem partem affirmatiuam, & præcipuè ex ſequentibus.

3 Primò, promiſſio iure naturæ facta de re licita adimplenda eſt *l. 1. ff. de pact. cap. 1. & 2. de pact. cum ſimil.* & ſecundum D. Ambroſ. ius naturale dictat fœdera & pacta ſeruanda eſſe, quando ſine vi & fraude promiſſa ſunt: ergo pactum & fides præſtita de ſoluendo pecuniam abſentem, ſi perdita fuerit in ludo, iure naturali ſeruari debet, cum nulla lege ciuili ſit irritus contractus iſte, quo ludentes ſibi inuicem promittunt perdita ſoluere.

Secundò, quia leges concedentes repetitionem, non propterea auferunt dominij acquiſitionem & ius in rem ludo expoſitam, aut promiſſam; ſed ſolum in pœnam concedunt repetitionem, & quod iudex cogat lucrantem in ludo eam perdenti reddere.

Tertiò, quia non videtur bona conſequentia, perdens poteſt ſolutam pecuniam repetere, ergo eam nondum ſolutam non tenetur ſoluere: promittens namque cum iuramento ſoluere vſuras, tenetur eas ſoluere, quamuis poſſit poſteà eas repetere *c. debitores de iureiur.* ergo etiam iſte tenetur ſtare pacto & ſimplici promiſſioni, qua ſe obligauit.

Quartò, quia ſi qui perdit non tenetur ſoluere, ergo vincens in hoc ludo non habet ius aliquod, aut dominium in illud, quod lucratus eſt, quod ſanè videtur abſurdum, cum iuſtè lucratus fuerit. Si verò ius aliquod habet, profectò qui perdidit ſoluere tenetur.

Quintò, quia lucri reſtitutio in pœnam ludentium introducta, cum ſit pœnalis, non habet locum niſi poſt iudicis ſententiam: igitur, quod promiſſum fuit, ſoluendum erit antequam iſta ſententia proferatur.

Sextò & vltimò, quia quandoque, licet humana 4 lex actionem minimè concedat ad petitionem alicuius rei, non ex hoc alterum liberat, vel abſoluit ab obligatione illam rem reſtituendi vt ex D. Th. hoc refert Cou. *in verſ. præſertim*, infra ſtatim citandus, quamuis ego ipſe hoc non inueniam apud D. Thom. eo loco, quo ipſum citat.

Quare hanc eandem partem affirmatiuam ſtan- 5 do in iure naturæ & in iure communi, & in iure antiquo Caſtellæ, nempe quod teneatur luſor ſoluere pecuniam perditam & promiſſam in ludo, latè etiam probat & tenet Michaël Salon *de iuſtit. & iur. in 2. 2. D. Thom. q. 5. de dominio, art. 6. col. 558. cum ſeqq.* necnon & Ludouic. Carbo *de reſtitutione, q. 42. verſ. tertia concluſio*, & hæc pars non eſt deſtituta probabilitate ſecundum Ludou. Lopez *in ſuo inſtruct. negotiant. lib. 2. c. 22. verſic. hac autem, pag. 386. col. 1.*

Nihilominus tamen contraria pars & ſic ne- 6 gatiua verior eſt, communis & tenenda, etiam ſecluſa hac noſtra l. regia, & ſic etiam extra noſtra Regna, ex ſequentibus.

Primò, quia leges pecuniam in ludo perditam, 7 & ludenti quæſitam iure contractus, in pœnam auferunt ab eo, qui ius acquiſiuit, iuſque eam repetendi concedunt perdenti; vt patet ex dictis in quæſtionibus præcedentibus, & conſtituit de hoc regulam affirmatiuam communem cum 12. ampliat. & 3. limit. Farin. *in 3. tom. ſua prax. crim. q. 109 p. 5. n. 175. cum ſeqq. fol. 477. cum ſeqq.* Igitur qui poſt ſolutam iam pecuniam repetere legis decreto poteſt, eam nondum ſolutam iuſtè retinere poterit iuxta regulam iuris, quæ dictat, exceptionem & retentionem ei competere cui actio datur *l. inuitus, §. cui damus, ff. de reg. iur. l. creditori, C. de pact. l. 1. his autem, ff. de ſuperfic. c. qui ad agendum de reg. iur. in 6.*

Secundò, quia perdens pecuniam abſentem in ludo poteſt ſe defendere in iudicio vi legis de repetendo, vt non cogatur illam ſoluere: ergo nec extra iudicium, ſi exigatur tenetur dare quamuis promiſerit, quia lex de repetendo videtur obligationem promiſſionis tollere, & multo minus tenebitur non petenti offerre.

Tertiò ex reg. iuris: quæ habet, quod cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia via non debet admitti, ſed, qui lucratus eſt pecuniam abſentem ſibi iam ſolutam, ſi ab eo reparatur, non poteſt eam retinere: ergo nec per viam promiſſionis ſibi factæ debet ſibi ſolui, vt eam retineat.

Quartò ex reg. in pari *de reg. iur. in 6.* vbi dicitur, quod in pari delicto vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis; ſed, qui amiſit pecuniam abſentem, ante ſolutionem eam poſſidet, & vterque eſt in pari cauſa illicita iure poſitiuo, quia prohibita: ergo potior eſt conditio non ſoluentis, ac proinde poteſt retinere quod amiſit, & non tenebitur ad eius ſolutionem.

Quintò ex alia iuris regula vulgari, quæ habet, *dolo facit qui petit quod ſtatim reſtiturus eſt*, vbi gloſſa exemplificat in ſtipulatione vſurarum:

ergo idem in pecunia abſente promiſſa in ludo amittatur.

Sextò & vltimò, quia hoc videtur Reipublicæ magis expediens, & rationi valdè conſentaneum ad tollendam occaſionem ludendi pecunia credita, aliaque innumera inconuenientia, quæ inde ſequuntur: cenſendum igitur eſt, legiſlatorem voluiſſe ſtatuere, vt non modo repetere, ſed etiam retinere liceat, ita vt retentio ſit quodammodo repetitionis compenſatio.

Et in terminis hanc partem negatiuam (quæ vtilis erit admodum extra Regna Hiſpaniæ, cum in eis habeamus noſtram l. regiam 8. expreſsè eam approbantem) probant & ſequuntur Adrian. *in 4. ſentent. de pœnitentia, quæſt.*12. Dominic. à Soto *lib.*4. *de iuſtitia & iure, quæſtione* 5. *art.*2. D. Couar. *in regula peccatum, ſecunda parte,* §.4. *num.*8. *de regul. iur. in* 6. Nauar. *in Manuali, confeſſ. cap.*19. *num.*7. *& in cap.*28. *in addit. ad cap.*15. *num.*19. & nos quoque cum eiſdem eandem probauimus ſententiam in noſtro tractatu de iuramento confirmat. *prima parte, cap.*35. *num.*1. & Parlad. cum Cacialup. quem refert *lib.*2. *rerum quotid. cap.*7. *num.*17. & iure noſtro regio Molina Theol. nos citans *vbi ſuprà, col.*1681. *verſiculo, tertia concluſio*, & *concluſione* 4. idem probat ſtando in ſolo iure communi, tam in foro exteriori, quam conſcientiæ: & hæc opinio eſt communis inter Thomiſtas ſecundum Salon *vbi ſuprà, verſiculo, oppoſitum, col.*559. eamque probabilem, imo veriorem exiſtimat, atque pro tali eam probat Ludouic. Lopez *vbi ſupra*, eſtque probabilior & communior ſecundum Ludouic. Carbon *vbi ſuprà, verſiculo, quinta concluſio*, & plures alios refert Henriquez in ſua Summa Philoſoph. moral. *tom.*1. *lib.*7. *de indulgent. cap.*5. *pag.*590. *in gloſſa ſub littera M.* & Angles *in ſuis florib. Theolog. quæſtionum tit. de ludo, dubio,* & Azeued. *in hac l.*8. *n.*4. *&* 5.

Ad fundamenta contrariæ partis reſpondet per ordinem (præterquam ad 6.) Ludouic. Lopez *vbi ſuprà*, & *ad l.*6. Couar. *dict. num.*8. dicens quod ius ciuile & humanæ leges expreſſim approbant perdentis repetitionem, cum tandem & ſi is tradiderit rem ludo amiſſam & perditam, 8 concedant ei ius repetendi. ¶ Quod ſecus eſt in ſpecie, quam tradit D. Thomas *ſecunda ſecundæ, quæſt.*77. *artic.*1. tractatu læſionis intra dimidiam contingentis: quia & ſi humana lex decepto actionem negauerit; non tamen ex hoc approbat decipientis retentionem, nec eum tutum reddit, vt habet magis communis ſententia, quam ſuo loco adduximus. Fit igitur ex ſupradictis vt hæc ſecunda ſententia negatiua ſit verior, communis & tenenda ſecluſa etiam noſtra l. regia 8. Vnde erat Salon *vbi ſuprà, dum in vltima concluſione, col.*562. tenet in Regno Valentiæ pecuniam promiſſam in ludo in conſcientia ſoluendam eſſe lucranti: quia in legibus illius Regni nihil decernitur circa has promiſſiones, præterquam quod lucrans non poſſit exigere in iudicio. Ex hac namque ſpeciali lege illius Regni, præter ſupra adductas pro hac ſecunda veriori & magis communi ſententia negatiua, conuincitur non eſſe tenendam etiam in Regno Valentiæ prædictam ſuam ſententiam, ſed noſtram communem.

9. Limitatur tamen præcedens magis communis ſententia negatiua, ſi promiſſio ſoluendi, quod fuerit amiſſum in ludo iuramento fuerit roborata: tunc enim ſolutio omnino facienda eſt ob reuerentiam iuramenti, & quia poteſt ſeruari abſque interitu ſalutis æternæ; quamuis poſſit ſtatim apud iudicem fieri repetitio argumento *cap. debitores de iur. iuran.* ¶ Limitatur primum ſi impetretur prius abſolutio à iuramento, qua obtenta non tenebitur ſoluere, vt reſoluimus cum 10 Nauar. *d. cap.*53. *num.*6. *cum ſequentibus*, & poſt nos Inſtructor. negotiant. *vbi ſuprà, dict. cap.*22. *verſic. ſit igitur,* & *in verſic. ſecunda, pag.*86. *cum ſequenti*, eſt communis ſecundum Eman. Rodrig. *in ſua Summa cap.*173. *del juego, n.*9. & Henriq. *vbi ſuprà, litt.* O. & Azeued. *in d. l.*8. *n.*6. & Molina *vbi ſuprà, col.*1682. & Ludouic. Carb. *d. quæſt.*42. *verſ. ſecunda concluſio*, vbi quod eſt doctrina veriſſima & communis, & Salon *vbi ſuprà, verſ. ad intelligendam, col.*560. *in principio.* Eam tamen veram eſſe intelligit Molina *vbi ſuprà, col.*1683. *verſiculo, quapropter*, quando mens iurantis fuit ſolum ſe aſtringere ad non denegandam lucranti traditionem: ſecus ſi mens iurantis fuit ſe aſtringere ad efficiendum peculiari iure illud ſuum, quaſi iuramentum corroboraret promiſſionem ac contractum mutuum: quia tunc non poſſet illud repetere: imò neque poteſtas publica poſſet tunc relaxare illi iuramentum, vt repeteret, aut non ſolueret. Sed de hac vltima mente iurantis non agimus, ſed de ſolo iuramento de ſoluendo quod amiſſum fuerit in ludo. ¶ 11 Quod ſi promiſit cum iuramento ſoluere & non repetere, teneretur ad vtrumque ſeruandum, niſi impetret abſolutionem ab vtroque iuramento vt reſoluimus *d. c.*53. *n.*9. de iuram. confirm. etſi contrarium in hoc vltimo nouiſſimè probet Molina Theolog. *vbi ſuprà, diſp.*515. *col.*1683. non enim ducor tantum fundamentis à ſe ibi relatis, ſed etiam quia iuramentum hoc non videtur cum iudicio & diſcretione præſtitum, ſed affectu & calore ludendi, & ſic deficit vnus comes ex tribus quos iuramentum licitum habere debet.

12 Iure nouiſſimo regio in his Regnis Caſtellæ & Legionis expreſsè approbata eſt præfata ſententia negatiua, nempe regia pragmatica lata Matriti ab inuictiſſimo Imperatore Rege noſtro Carolo V. eiuſque matre ann. 1528. quæ hodie inſeritur in hac l. noſtra 8. quæ ita ſe habet. *Mandamos que de aqui adelante ninguna perſona de qualquier eſtado o qualidad que ſea pueda jugar, ni juegue à credito, ni fiado, aunque ſea juego de pelota, ni otro de los tolerados y permitidos en eſtos Reynos. Y ſi jugaren los dichos juegos à credito ò fiado, mandamos à las nueſtras juſticias que nò condenen, ni executen en las tales perſonas, ni en ſus bienes, ni de ſus fiadores, lo que aſſi debieren de los dichos juegos à credito, ò fiado. Y por la preſente damos por ningunas qualeſquier obligaciones, eſcripturas ò promeſas, que las tales perſonas cerca dello hizieren, &c.* Et huius l. regiæ meminerunt omnes præcitati noſtri Cohiſpani ab Alphonſ. de Caſtr. & Dominic. de Soto incluſiuè vſque ad nouiſſimos, profitentes proculdubio in his Regnis promiſſionem factam inter ludentes pecunia credita nullam effici & inutilem, & ideò etiam in animæ iudicio nullam habere vim, nec obligationem inducere, ſicuti nec in foro iudiciali, quod vltimum ipſa lex regia expreſſim decidit, atque præcipit, quæ cum ſit iuſta habet vim in vtroque foro, vt affirmant nuncupatim Couar. *d. num.*8. *verſiculo, ego ſanè*, poſt Caſtrum quem citat; Nauar. *cap.*19. *num.*17. & Salon *vbi ſuprà, verſiculo, obſeruemus vltimo*, & Ludouic. Carbo *dict. quæſtione* 42. *in prima concluſione*, vbi *in verſiculo, primò patet*, quod hanc conſtitutionem regiam Doctores Hiſpani commendant tanquam maximè Reipublicæ vtilem, & quod reuerà commendanda eſt, & digna quod vbique ſtatueretur & ſeruaretur, Anton. a Corduba *in ſua Summa quæſt.*54. Alcocer *de ludo, quæſt.*30. Inſtructor. negotiant. *vbi ſuprà, d. cap.*22. *in principio*, & Emanuel Rodriguez *d. c.*173. *n.*9. necnon & Azeued. *in d. l.*8. *num.*5.



13 Ampliatur huius noſtræ l. deciſio vt procedat etiamſi pignora, aut fideiuſſores promiſſioni ſoluendi quod in ludo fuerit amiſſum acceſſerint, vt conſtat ex noſtra l. ibi, *que no condenen ni executen en las tales perſonas, ni en ſus bienes, ni de ſus fiadores lo que aſſi deuieren de los dichos juegos à credo ò fiado*, & in terminis ita tenent plures quos refert & ſequitur Emanuel Rodriguez *vbi ſuprà, num.*9. *in principio.*

14 Limitatur tamen ſi promiſſioni huiuſmodi iuramentum acceſſerit de ſoluendo, tunc enim vel ſolutio neceſſario facienda eſt, & poſteà poterit ſolutum repeti, vel abſolutio à iuramento prædicto prius impetranda eſt, vt reſoluimus cum communi. Quibus non obſtat noſtra l. 8. quia vt prædiximus non loquitur in ea ſpecie.

## SVMMARIVM.

1 *Lucrans pecuniam in ludo non præſentem, ſibi tamen ſolutam, an in conſcientiæ foro eam accipere & retinere poſſit? & numeris ſequentibus.*

5 *Promiſſiones, ſeu cautiones factæ poſt ludum de pecunia amiſſa ſoluenda valent.*

---

## *De lucrante in ludo pecuniam creditam, ſibi tamen poſtea ſolutam, an poſſit eam accipere & retinere in foro conſcientiæ?*

## QVÆSTIO CI.

1 QVÆRO ſecundò circa eandem l. 8. an qui lucratus fuit ad ludum non quidem pecunia præſenti nec appoſita, ſed ſub credito, ſibi tamen poſteà fuit ſoluta à perdente, poſſit tuta conſcientia eam recipere & retinere?

Et quidem quod non debeat recipi, & ſi recipiatur non poſſit retineri, ſed omninò reſtituenda ſit perdenti, etiam antequam repetatur, perſpicuum videtur ex deciſione noſtræ l. 8. qua talis promiſſio redditur nulla & inualida in odium ludentium & propter bonum Reipublicæ: ergo ſic lucratum recipi, aut retineri non poteſt, ſi ſoluatur, tanquam vt titulo nullo & reprobato iuſtiſſimis ex cauſis. Nec conſolidatur voluntate & conſenſu partis ſoluentis, quaſi poſſit legi pro ſe introductæ renuntiare argumento *l. pen. Cod. de pact. & l. ſi quis conſcribendo cum ſimil. Cod de Epiſcopis & clericis*, quoniam lex noſtra data eſt non ſolum in fauorem illius, ſed & in bonum commune vt dicebamus. Poſſet tamen fieri libera donatio, quamuis ſemper ſuboleret fraudem propter cauſam & occaſionem præcedentem, ob quam fit ſolutio, nempe ludi, & ita in terminis hanc partem probat Dominicus à Soto *lib.*4. *de iuſtitia & iure, q.*5. *art.*2. *in verſiculo, vnum autem non eſt hic*, cum quo ſimpliciter abſque diſcuſſione aliud agentes tranſiuimus *in noſtro tractatu de iuram. confirmat.* 1. *p. c.*53. *ſub num.*1. ibi, *& ſi ſoluerit alter.* & *n.*9. & ſequitur Metimna *in ſua inſtructione confeſſ.* quorum opinio tutior eſt ſecundum Ludouic. Lopez in ſuo inſtruct. negotiant. *lib.*1. *c.*22. *verſic. ſed quid, an lucrans?*

His nihilo ſecius non obſtantibus contraria 2 opinio ſatis probabilis eſt, atque vſu confirmata, ac proinde ſecurè ſequi poteſt. ¶ Nemo nam- 3 que lucrifacta in ludo, etiam illicito, ab eo, qui donare poteſt, abſque dolo, metu & fraude, tenetur reſtituere de præcepto etiam pauperibus, vt ſentit vtique Thomas 2. 2. *quæſt.*32. *artic.*7. *ad ſecundum*, & explicant Maior, Adrian. & Caietan. *in ſumma, verbo, ludus*, & cum eis ſecundum veriorem opinionem Nauar. aduerſus Abb. & Gabriel. vt reſoluimus *ſuprà hoc libro, alia quæſtione.* Loqui enim videtur Nauar. in noſtro caſu, ſcilicet, quo impignorata fide pecunia credita luditur, dum inquit, *quia neque quod in ſponſionibus* (id eſt promiſſionibus ſoluendi lucrifit) *eſt neceſſariò reſtituendum, quidquid ſit de peccato*, ita ipſe *in Manuali, c.*19. *num.*18. *verſ. octauò*, ibi, *quia ſecundum*, quamuis rectè inſpectus reuerà non loquatur in ludis chartarum ſub credito factis, ſed in ſponſionibus, id eſt, *en lo que ſe gana en apueſtas.*

Verum & ſecundò probatur hæc pars ex eodem Soto *lib.*4. *de iuſtitia & iure, quæſt.*5. *artic.*5. vbi ait, de contractibus minus ſolemnibus, qui iure ſunt irriti, quod iura humana nihil aliud volunt, quam quod in iudicio tales contractus habeantur nulli, non autem quod ipſo facto tranſlatio ſit nulla: ergo ita dicendum videtur in propoſito noſtram l. regiam, de qua agimus, nihil aliud voluiſſe quam quod tales promiſſiones in ludo factæ ſoluendi perditum in iudicio habeantur nullæ & executioni non mandentur; non autem quod ſic promiſſum ſi lucrifactum fuerit & ſolutum lucranti, ipſo facto tranſlatio lucri ſoluti ſit nulla.

Hoc autem argumentum etſi apparens videatur, ex eo corruit, quoniam longa eſt differentia inter contractus omnino reprobatos à iure, & eos qui probati & liciti ſunt; attamen requirunt certam quandam ſolemnitatem ab eodem iure ad hoc vt valeant, vt fraus & læſio euitetur contra minores & Eccleſias, quibus iura mirum in modum meritiſſimè proſpicere voluerunt. In prioribus enim omnimoda prohibitio eſt, ac proinde conſenſus contrahentium, & ſic ludentium ad creditum eos validare non poteſt, cum rei ſic prohibitæ ob bonum publicum operam dent, vnde eorum occaſione lucrum ludentes habere non poſſunt. In his autem propter conſenſum partium, & iuſtitiam contractus, nulla fraude, aut læſione intercedente, quia rectè & ſic ſecundum veritatem rei, licet non ritè ſecundum ſolemnitatem iuris, bene datur vera tranſlatio dominij, atque retentio ipſius in conſcientia.

Nihilominus tamen hanc ſecundam partem 5 tenet contra priorem Frater Angles *in ſuis floribus Theologic. quæſtionum*, circa interpretationem legum annullantium contractus, quando expreſsè vel ex vſu non interpretante non impediunt tranſlationem dominij, quem refert & ſequitur Ludouicus Lopez *vbi ſuprà, dict. c.*22. latè agens de hac quæſtione, profeſſus quod licet opinio Soti & Metimnæ prior tutior ſit; hæc

hæc tamen ſecunda opinio illi contraria ſatis probabilis eſt: ideo non videtur condemnandus lucrans reſtituere in conſcientia pecuniam, quam ſic acquiſiuit, ante repetitionem in iudicio, ſi nolit, nec ideò indignus abſolutione eſt reputandus, quia probabiliter ſatis opinionem ſequitur, quæ eſt Magiſtri Bañes Cathedratici Salmanticenſ. affirmantis quod niſi pendens petat publicè in iudicio, non eſt ei reſtituendum lucrum acquiſitum in ludo ſub credito, & aſſerit etiam hanc l. regiam Matriti conditam non eſſe vſu receptam, præſertim inter nobiles, qui probro ſibi ducunt ſi promiſſa perdita in ludo non ſoluant, niſi ſoluta rurſus ſibi reſtituantur. Ex quo probata ſatis manet (inquit Ludouicus Lopez *vbi ſuprà*) hæc ſententia contra Sot. & Metimn. quam ad litteram refert & inquit ſibi videri multum probabilem Emanuel Rodriguez *dicto cap.173.num.9.* & affirmat Frater Michaël Salon *de iuſtitia & iure, in ſecunda ſecundæ*, D. Thom. *quæſtione 5. de domin. artic.6. verſiculo, obſeruemus vltimo, col.560.* cum ſequenti, quod iuxta grauiſſimos Doctores noſtri temporis lex noſtra ſic intelligitur, vt qui promiſit non teneatur in conſcientia ſoluere credita, ſed qua parte ſtatuit (ſeu potius voluit, ſeu ſenſit) vt ſi is qui perdidit ſoluat, lucrans non poſſit recipere, nec retinere, videri apud Hiſpanos ferè impoſſibilem: quoniam, vt eſt Hiſpanorum ingenium & conditio, ſi ſoluenti pecuniam, quam data fide perdidit, is, qui lucratus fuit, vellet illam reſtituere, nollet eam ille vllo modo recipere, ſed indignaretur veluti de iniuria ſibi illata, & ita ex hac parte non obligare, niſi vel aduenente iudicis ſententia, vel ſi is, qui ſoluit, poſtularet ſibi reddi ſoluta. Et quod confirmatur hæc ſententia vſu & conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres: videmus enim maximam partem magnatum, quorum multi viri probi ſunt & timorati, ludere pecunia credita, & quæ lucrantur deinde cum ſibi ſoluuntur recipere ac retinere, nec propterea ſentire ſe obnoxios reſtitutioni, aut à propria conſcientia accuſari, aut obligari à confeſſariis prudentibus & peritis ad ea, quæ ſic lucrati ſunt & receperunt, reſtituenda. Eandem opinionem breuiter ſequitur Ludouic. Carbo *de reſtitutione quæſtione 42. in prima concluſione, verſiculo ſecundo*, dicens quod qui perdiderunt in ludo poſſunt huic iuri renuntiare, quod nobiliores faciunt, vt ipſis aliàs fides habeatur, quamuis ſciant promiſſiones illas eſſe irritas: eandem etiam partem ſequitur Henriquez *in ſua Summa Philoſoph. moral. tom.1. lib.7. de indulg. cap.35. ſub littera N.* vbi alios refert, & Azeued. *in d. l.8. num.3. & 8. & 9.* & Molin. Theolog. *ſecunda parte, de iuſtitia & iure, diſputatione 515. col.1684.* Et quidem non eſt dubium, hanc ſententiam magis communem eſſe & vſu atque conſuetudine probatam, ac proinde ſecuros reddere in conſcientia ſic accipientes, & retinentes quod in ludo ſub credito lucrati ſunt ſibi poſtea ſolutum, ſi aliud non obſiſtat. Licet enim l. noſtra regia 8. ob bonum publicum introducta & lata ſit, ideoque idem non poſſet renuntiari, idem quidem verum eſt à principio, & in ſua principali expreſſa deciſione, nempe quod pecunia credita ludi non poſſit, & quòd promiſſiones ſuper amiſſo ſoluendo ſint nullæ & exequi non poſſint: cæterum ex poſt facto, pecunia luſa iam amiſſa, quis prohibet amittentem eam ſponte ſoluere?

6 Sic etiam probari poteſt quod eadem deciſio principalis noſtræ l.8. non procedat quoties ex poſt facto ille, qui ſic perdidit pecuniam, noua ſchedula & promiſſione ſe aſtrinxerit amiſſa ſoluturum: promiſſiones namque tempore ludi factas lex regia tantum irritat; non vero ex poſtfacto emanatas, vt rectè perpendit Azeued. hîc *num.10.* Re nunc plenius & ex propoſito diſcuſſa, omnibuſque perpenſis & conſideratis, hæc ſecunda ſententia proculdubio eſt ſequenda.

### SVMMARIVM.

1 *Ludentium ad pilam vltra permiſſam quantitatem pœna an toties quoties exceditur ante ſententiam incurratur? & numeris ſequentibus per totam quæſtionem.*

## *De ludentibus ad pilam vltra quantitatem iure regio permiſſam.*

*In l.9. tit.7. lib.8. nou. collect. reg.*

## QVÆSTIO CII.

QVÆRO circa l.9. titul.7. lib.8. nouæ collect. reg. qua cauetur, *que en vn dia no puedan jugar al juego de la pelota, ni à otros juegos aunque ſean permitidos, mas de treynta reales en dineros; aunque digan juegan por otros. Y que en los dichos juegos no ayan trauiesas. Y que no ſe puedan jugar preſeas, ni prendas, ni otra coſa, en poca ni en mucha cantidad, ni à credito, ni ſobre fiado, ni ſobre palabra, ſo las penas en eſta ley contenidas.* 1

An primi ſucceſſus ludi ſpectandi ſint, vel poſtrema ludi alea? nempe ſi varia vice, atque vt ferè ſemper in ludo accidere ſolet, aliàs ſecunda, aliàs aduerſa fortuna ſucceſſerit, vtrum ſtatim ante quam ludus compleatur dicatur commiſſa eſſe pœna, ſi quantitas hac lege definita excedatur, vel expectandus ſit finis & euentus vltimus ludi? 2

Et videtur quidem, ſtatim quod huius l. quantitas tranſgreditur etiam ante finitum ludum pœnam committi, ex litera noſtræ l. ibi, *no puedan jugar mas de treynta reales en dineros, por que no dize perden ni ganar*: ergo ſtatim quod ludentes exceſſerint dictam quantitatem verificatur diſpoſitio noſtræ l. eiuſque pœna committitur, quia vbi conueniunt verba legis, ibi eius diſpoſitio locum habet argumento *l.4. §. toties, ff. de damno infecto, cum ſimil.*

Secundò, quoniam animus & voluntas diſtinguunt maleficia, vt in regula iuris; ſeu in noſtra ſpecie conſtat de animo tranſgrediendi legem: patet, quia vltra Summam noſtræ l. vno ictu luſerunt ſummam maiorem, ergo incurrunt eius pœnam. Nec eſt quod expectemus vltimam ludi aleam, ſeu fortunam.

Tertiò, quia ſi ſtatim quod ludentes ludunt vltra taxam huius l. recederent à ludo, prout poſſent, proculdubio pœnam noſtræ ſuccurrerent: ergo etiamſi ſponte in eo permaneant non euitabunt pœnam iam commiſſam. Nec ius voluntate poſſunt deſinere eſſe delinquentes in præiudicium pœnæ fiſco applicandæ *l. qui ea mente 67. ff. de furt.*

Sed nihilominus contraria ſententia mihi 3



magis placet. Primò, quoniam lex noſtra eſt pœnalis, ac proinde debet in ſuo caſu propriè verificari, nec extra eum trahenda eſt iuxta iura vulgaria; ſed ipſa loquitur in ludentibus vltra quantitatem triginta ducatorum vno die: ergo intelligitur de ludo perfecto, hoc eſt integro, abſolutoque, atque conſummato. Sed in primis aleis vniuſmet ludi hoc non verificatur, nec in ſecundis, aut vlterioribus interim quod durat ludus, quoniam dum quis eſt in ludo adhuc durat ludus, idemque ludus eſt, & non diuerſus, & poteſt hinc inde fortuna ſecunda vel proſpera contingere atque verſari, vt experientia docet quotidie iuxta doctrinam Bart. communiter approbatam *in l. inficiando, §. infans, num.5. ff. de furt.* de qua *ſuprà quæſt.98. num.1.* ergo primi ludi ſucceſſus non debent conſiderari, ſed euentus ipſius ludi ſpectari debet.

Secundò, & potiſſimè ex verbis noſtræ l. ibi, *ſo pena que por la primera vez, aſſi el que lo perdiere, como el que lo ganare, &c. caya e incurra en pena, &c.* quibus verbis apertè lex reſpicere videtur, ad hoc vt incurratur eius pœna, exitum & vltimum ludi ſucceſſum. Tunc, quia propriè pro prima, ſecunda, vel tertia vice dici non poteſt, niſi in quolibet ludo conſummato, imò & ſequuta condemnatione, vt ſupra dicebamus cum Azeud. *quæſt.98. num.5.* Tum etiam, quia amitteret, vel lucrari abſolutè quis dici non poteſt in ludo niſi ipſo conſummato, & ab eo, recedentibus luſoribus, quia dum quis eſt in ludo adhuc eſt ſpes perditionis, iuxta doctrinam præfatam Bartoli communiter approbatam; ſed lex noſtra meminit vtriuſque verbi: ergo de lucro vel amiſſione propriè & verè ſumptis intelligenda eſt, præcipuè cum ſit pœnalis argumento regulæ iuris, *odia reſtringi, &c.*

Tertiò, quoniam ſi aliud diceremus, ſequeretur inde quòd ex vnomet ludo pluribus pœnis poſſent ludentes condemnari, nempe ſi in eodem pluries excederent quantitatem ab hac l. præfinitam, vt facilè contingere poteſt. Hoc autem nemo ſanæ mentis dicit, nec iure dicere poteſt, neque in praxi eſt admiſſum, quia nemo ex vno ſolo ludo condemnatur vnquam pluribus pœnis noſtræ l. ſed tantum vna pœna pro qualibet vice, hoc eſt, pro vno ludo abſoluto & completo, in quo quantitas à lege permiſſa exceditur, etiamſi pluries in eodem ludo iactetur: ergo prior opinio non eſt amplectenda, & ita in terminis hanc noſtram probauit Ioann. Parlador. *lib.2. rerum quotid. cap.7. num.6.*

4 Cæterum ſi quis pluribus ludis diuerſis in vno eodemque die exceſſerit quantitatem 30. ducatorum, de qua in noſtra l. licet in vnoquoque ludo vltra eam non luſerit perdendo, aut lucrando, ſimul tamen iunctæ iſtæ plures vices quamuis diuerſæ eam excedunt, crederem proculdubio pœnam commiſſam, quoniam lex noſtra non prohibet ſimpliciter ludi qualibet vice vel ludo vltra 30. ducatos, ſicut l.2. huius tituli 7. prohibuit indiſtinctè *jugar a los dados y naypes, ſo pena que por la primera vez pague ſeyſcientos marauedis, &c.* vt ibi cauetur. Sed adhuc noſtra l.9. prohibet *que en vn dia no puedan jugar al juego de la pelota, &c.* ergo non quilibet ludus per ſe attendendus eſt, ſed quantitas amiſ- 10
ſa vel lucrata quolibet die, ſiue vna ſiue pluribus vicibus, quæ omnes vnius diei ad incurrendam pœnam huius legis ab eadem pro vna vice reputantur, nempe relatæ ad vnum diem. Quod ſecus eſſet ſi temporis vel diei mentio non fieret, vt in caſu dictæ l.2. vbi idem reſoluimus reſpectu prohibitionis & pœnæ illius: nunc autem ſtando in ſpecie & prohibitione noſtræ l.9. diuerſum iudicamus ex litera & diuerſo modo prohibendi eiuſdem legis, quam ita intelligo cenſeoque intelligendam, & poſt hæc ſcripta idem tenuit Azeued. *in hac l.9. num.1.* 11

Ad primum fundamentum contrarium pro prima parte, ſupra adductum reſpondemus iam ceſſare ex ſecundo 2. noſtræ verioris & tenendæ.

Ad ſecundum reſpondemus, verum quidem eſſe animum & voluntatem diſtinguere maleficia; ſed tamen in propoſito noſtro docemus animum ad integrum & abſolutum ludum conſiderandum eſſe ex litera noſtræ l. vt ſupra conſiderata. Et præterea ſolum animum & voluntatem declaratur & oſtenditur: factum autem in ſpecie noſtra integrum, non verò cœptum accipi debet, & ſic ex perfecto & conſummato ludo reſultans.

Ad tertium reſpondemus, quod ſi ſtatim amiſſa vel lucrata quantitate prohibita recederent luſores à ludo, committeretur pœna noſtræ l. quia ludus eſſet conſummatus, quod noſtra l. reſpicit atque requirit: at verò continuando ludum, cùm ipſe adhuc duret, non inſpicitur niſi quod ſupereſt luſoribus ab eo non recedentibus. Itaque cum à voluntate eorum dependeat tempus, quo durare debet ludus, poſſunt pro libito eum protendere vel abbreuiare, & dum non recedunt dicitur ludus eſſe in fieri & non factus, perfectus vel abſolutus, ac proinde eo durante pœna etiam eſt in ſuſpenſo an incurratur vel non: ideoque fiſco ex eiuſdem ludi perſeuerantia, cùm interim nihil iuris ſit ei acquiſitum, nullum præiudicium fieri conſiderari poteſt.

# IN TITVLVM OCTAVVM,

## Lib.8. nou. collect. reg. *de los rieptos y deſafios.*

### SVMMARIVM.

1 *Duellum, Monomachia & ſingulare certamen quid ſit, & de horum praxi? & numeris ſequentibus per totam quæſtionem. Et quod hæc minimè permittere debent Principes, & plura alia in materia diſcutiuntur.*

De

*De Duello, Monomachia & ſingulari certamine, de quibus etiam agitur latè in quæſtione ſtatim ſequenti.*

*In ll. tit.8. lib.8. nou. collect. reg.*

## QVÆSTIO CIII.

1 QVÆRO circa leges tituli 8. lib. 8. nouæ collect. reg. *de los rieptos y deſafios agentes*, quid ſit Duellum & Monomachia, & de eius forma ac praxi?

2 Principio obſeruandum eſt, inter ſpecies purgationis vulgaris, Duellum, ſeu ſingulare certamen, aut Monomachiam poni *cap. 2. de purgatione vulgari.*

3 Duellum igitur, quoad noſtrum propoſitum attinet, propriè & ſtrictè ſumptum, ſingulare certamen duorum hominum dicitur, & ſolius cum ſolo pugna. Duellumque in purgatione vulgari erat certamen duorum ad purgationem illati criminis initum, quo victor purgatus, victus pro conuicto habebatur *dict. cap. 2. de purgat. vulg.* Duplexque illa pugna erat, equeſtris & pedeſtris, taliſque formæ & modi, quo conuentum erat inter pugnaturos, vel ab illis, qui Monomachiæ præerant.

4 Monomachia dicitur etiam quaſi vnica pugna vel ſingulare certamen capite Monomachia *2. quæſt. 5.* à μόνος, quod eſt vnum, & à μάχη, id eſt pugna, quaſi vnius pugna, Salon *de iuſtitia & iure, in 2. 2. D. Thom. quæſt. 64. art. 3. col. 1160. in principio.*

5 Erat autem alia ſpecies Monomachiæ, quæ non purgationis cauſa, ſed vel virium probandarum & periclitandarum ſponte inter aliquos fiebat, vel vt ſpectaculum præberent populo, ex quibus qui virtutis cauſa id facerent non erant infames, vt pugiles in ſacris certaminibus, &
6 alij ſimiles. ¶ Qui autem, vel opera ſe locabant vt cum beſtiis ſingulari certamine congrederentur, vel gladiatorio munere publicum ſpectaculum ſanguine proprio ederent, infames fiebant *l. 1. §. item ſenatuſconſulto cum duobus §§. ſequentibus, ff. de poſtulando. l. Athletas 4. ff. de his, qui not. infam. l. qua actione 7. §. ſi quis in collucta-*
7 *tione, ff. ad l. Aqui.* ¶ Sed hæc gladiatorum cruenta ſpectacula ſublata fuerunt tanquam in domeſtica quiete & in otio cuilibet horrenda *l. vnic. Cod. de gladiat. lib. 11.* Petrus Gregor. *in ſyntagm. iuris vniuerſi, lib. 39. cap. 5. num. 25. & lib. 48. c. 16. num. 4.*

8 Fuerunt & aliæ Monomachiæ ad oſtentationem virium introductæ, quibus congredi ſoliti erant depugnantes, vulgò *torneamenta* dicta, quorum deteſtabiles nundinas, ad quas milites ex condicto ſoliti erant concurrere improbat & prohibet ius Pontificium, vnde mortes hominum & pericula animarum ſæpè prouenirent, atque morientibus in torneamentis denegat Eccleſiaſticam ſepulturam *cap. 1. de torneament.* tametſi haſta decertare leges Romanorum concederent *l. ſolent, §. Senatus, ff. de alea luſ. & aleat.*

9 Solitæ etiam erant fieri maximæ illæ exercitationes pugnarum ab otioſis militibus in acie, vel in honorem Heroum, vt colligitur ex Dicto Cretenſ. *lib. 3. de bello Troiano*, vbi refert plura certamina, à quo eadem ſigillatim deſumpſit Petrus Gregorius *dicto capite 16. numero quinto.*

Praxim autem iudiciariam & formam horum reptorum præfigunt leges huius tit. 8.

Et quamuis duellum huiuſmodi improbauerint iura, vt latè docebimus infra quæſtionem proxima; quinimo & permittit Deus plerumque in iſtis duellis innocentes ab eo, quo accuſantur crimine, ſuccumbere & necari propter alia eorum peccata, vt *in d. c. 2. de purgat. vulgar.* & ita Rhotarius Rex, quia incerti ſumus (inquit) de iudicio Dei, & multos audiuimus per pugnam ſine iuſta cauſa ſuam cauſam perdere; ſed propter conſuetudinem gentis noſtræ Longobardorum legem impiam vetare non poſſumus *lib. 1. leg. Longobard. tit. de Monomach.* quibus rationibus etiam mores gentium plures inter Chri- 10
ſtianos caſtigantur. Præualuit tamen malitia hominum, vt neceſſarium fuerit aliquando permittere legibus Germanorum, Hiſpanorum (ecce de noſtris) Longobardorum, Gallorum, vt videre licet apud libros Belliſarij Neritinorum Ducis *de ſingul. certam.* & in legibus proximè nominatarum nationum. De noſtra Hiſpanica ſunt leges huius tituli hoc permittentes iuxta earum formam, & in conſtitutione Philippi Regis Gallorum anno 1306. quam explicat Guid. Papa *deciſ. 617.* cum aliquibus ſequentibus vſque ad deciſionem 624. & Ioan. de Ligna. *in tractatu de duello.* 11

Sed cum improbi mores vix omninò extrudi potuerint, neceſſarium fuit illis, ne laberentur in peius, leges aliquas pro freno adiicere, vt patet ex noſtris legibus, atque ex conſuetudine Longobardorum refert plures Petrus Gregorius *dict. cap. 16. num. 8.* quin *num. 10. cum ſeqq.* latiſſimè præfigit formam præſcriptam legitimo duello habito, eiuſque praxim & cæremonias, quas curioſi videre gaudebunt. 12

Duellum tamen nonniſi ab eo, qui habet vitæ 13
necisque poteſtatem, permitti poteſt, & ſic à Principe. Priuati igitur, qui ſibi indicunt propria auctoritate, non ſunt immunes à crimine læſæ Maieſtatis & homicidij pœna, ſi illud commiſerint in Monomachia propria auctoritate delata & ſuſcepta, vt latè probat Petrus Gregorius *dict. cap. 16. num. 9.* vbi quod nec ius eſt in Rectoribus Prouinciarum, vel ducibus exercituum concedere inter ſuos milites duellum. Quamuis enim gladij ius acceperint à Principe, illud tamen limitatum fuit, vt in hoſtes hoc iure vterentur, ſicut & miles ius necandi, ſed hoſtem, non regnicolam habet: ideoque, ſi tanta temeritate & ſuperbia duces, vel exercitibus præfecti impellantur, vt Monomachiam permiſerint, rei fiunt maieſtatis, quia cum hac cauſa priuati ſint, iniuſſu Principis bellum gerere dicuntur & delictum militum habere, & pro poteſtate quam non habent Principes agunt, quæ capita ad legem Iuliam maieſtatis pertinent *l. 3. ff. ad l. Iul. maieſta-*
*tis.* ¶ Et quamuis ex vrgenti aliqua cauſa Rex 14
ipſe tolerare poſſet ſecundum Bald. *in l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia & iure, quæſt. 8. ad fin. num. 7.* vbi etiam Iaſon. *num. 31.* & Claud. de Saylel. Dec. *conſil. 487. in quæſtione & conſil. 686.* magnificus dominus Pyrrhus, Tiber. Decian. *1. tom. tractat.*
*crimin. cap. 19. num. 4.* ¶ nullatenus tamen id con- 15
cedere valet ſecundum Caietan. quem refert & ſequitur Nauar. *in Manual. cap. 11. num. 39. verſiculo 34.* ibi & quamuis, & *in dict. verſic. 34. poſt princip.* enumerat duos caſus, in quibus id licet. Primus eſt, quando Rex quiſpiam iniuſtè impugnatus



pugnatus videt ſe viribus inferiorem alio ad deſ-
16 cendendum in prælium. Secundus eſt, quando aliquis falſo accuſatus ſe interimendum præuidet, vel iniuſtè ſibi membrum aliquod amputandum, niſi, duellum acceptauerit, ſecundum Caietan. *in 2. 2. quæſtione 95. art. 8.* idem Nauar. *c. 15. n. 9.* de cuius veritate infra agemus quæſtione ſtatim ſequenti.

17 Nunquam tamen etiam in caſu permiſſo induci poteſt bellum, niſi authoritate regia, vel curię Parlamenti in Regno Franciæ ſecundum Guilier. Bened. *in c. Raynutius, verbo, mortuo itaque teſtatore el primero n. 19. de teſtament.*

18 Sic Cæſar noſter inuictiſſimus in Pinciano oppido quondam poſt reptatum factum tribuit licentiam quibuſdam ſtrenuis militibus ad duellum, teſte oculari Salone de Paz *in l. 1. Tauri numer 419.* vbi quod ipſis ad pugnam accedentibus in foro dicti oppidi, Cæſare ipſo præſente, pleriſque etiam militibus complura accuratè ad rem illam fuerunt præparata, quibus tota dies fere conſumpta fuit, & denique manus ad prælium conferentes vnico ſolum ictu eorum certamen fuit expeditum.

19 Nihilominus tamen Principes duellum permittere non debent, aut concedere, aliàs peccarent mortaliter, vt cum aliis probat Iaſ. *conſ. 144. n. 11. verſiculo ita quod duellum, & n. 22. lib. 2.* qui paulo ante inquit, quod nec iuſſus nec licencia ſuperioris excuſat ſecundum Rhophin. comentar. quia agitur de periculo animæ.

20 Hodie autem poſt Concilium Trident. *ſeſſ. 25. cap. 19. de reformat.* non licet Principi alicui, vel Reipublicæ in aliquo caſu permittere duellum: ergo à fortiori nec licentiam aut facultatem aliquo modo concedere, vt patet ibi: Imperator, Reges, Duces, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excommunicati, ac iuriſdictione & dominio Ciuitatis, caſtri ac loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint; quod ab Eccleſia obtinent, priuati intelligantur, & ſi feudalia ſint directis dominis ſtatim acquirantur, per quem text. ita planè profitentur Nauarr. *vbi ſuprà, in vtroque loco*, Ignat. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz *in ſua pract. crimin. Canonica cap. 100. littera A.* Petrus Gregor. *d. cap 16. numer. 24.* vbi quod ex hoc Concilio reuocatur extrauagans Ioann. XXII. *titulo de torneam.* incip. *quia in futurorum euentibus*, per quam tollebatur ſancta conſtitutio Clementis V. qui prohibuerat torneamenta ſeu decurſoria, quæ vocantur *Iouſtes*, quæ habent monomachiæ periculum, & quod melius certè eſt redire ad hanc conſtitutionem quod & Henrici ſecundi Regis Galliæ caſus & infœliciſſimus euentus docuit. Eandem concluſionem ex dicto decreto Concilij Trident. probauit Salon *de iuſtitia & iure vbi ſuprà, in tertia concl. col. 1164.* dicens quod hæc concluſio addit aliquid ſupra communem ſententiam Doctorum, qui præceſſerunt Concilium Trident. qui omnes concedebant licere Principibus in aliquo caſu ſcilicet, ex magna & vrgenti cauſa, non quidem dare licentiam ad duellum, ſed illud tantum permittere: & ex his deducitur quantum errent, qui ad honeſtandam iniquitatem duelli quibuſdam modis argumentantur, fundantes ſe in defenſione ſui honoris, quibus ibidem ſatisfacit. Idem etiam Concilium ad eandem concluſionem citat, eiuſque deciſionem nuncupatim recitat Petrus Nauarr. *de reſtitutione 1. tom. lib. 2. cap. 3. num. 292.*

## SVMMARIVM.

1 Rietos y deſafios *an ſint in vſu in Hiſpania? & an ſint liciti hodie? per totam quæſtionem. Reſoluitur eſſe hæc omni iure prohibita, latèque hoc probatur, & plura in propoſito adducuntur. Et num. 15. limitatur duobus in caſibus vt ibi.*

*De los rietos y deſafios ſi eſtan en vſo en Eſpaña, y ſi ſon licitos ò no?*

## QVÆSTIO CIV.

QVÆRO ſecundò circa eaſdem leges tit. 8. 1
*de los rietos y deſafios* loquentes, & ſic de duello ſingulari certamine, & monomachia, an hodie in noſtra Hiſpania ſint in vſu? Denique an iuri repugnent, aut ſit licitum vel illicitum duellum?

Et videtur primò leges prædictas deberi ſer- 2
uari, quoties caſus contigerit, patet quia ſunt poſitæ in hac noua collectione legum regiarum, condita & approbata à noſtro Rege Philippo ſecundo ann. 1566. vt conſtat ex l. & pragmatica poſita in principio eiuſdem, vbi præcipitur *que ſe guarden, en complan y executen las leyes que van en eſte libro, y ſe juzguen y determinen por ellas todos los pleytos y negocios que en eſtos Reynes occurrieren.*

Secundò ex lege 1. Tauri ibi: *Otro ſi en hecho de los rietos ſea guardado aquel vſu y coſtumbre, que fue vſado y guardado en el tiempo de los otros Reyes y del nueſtro*, & ita per illum textum notat ibi Burg. de Paz *num. 412.* circa reptatum conſuetudinem eſſe obſeruandam, quæ vigebat tempore legis Alphonſi, & eius prædeceſſorum, & quod ita hac Regis Alphonſi lege conſuetudo reptandi probatur: de quo reptatu abunde habetur foro legum *tit. 21. lib. 4. & 7. p. tit. 3. & ordinamenti lib. 4. tit. 9.* ex quo reptatu duellum plerumque oritur, vt *in l. 4. tit. 3. p. 7. & l. 6. tit. 21. lib. 4. for. & l. 9. tit. 9. lib. 4. ordinamenti*, & quod ita *in l. 1. tauri* conſuetudo reptandi non tantum, quinimo & duelli mos palàm comprobantur.

Quinimo & Dauid Sanctum & Goliam mo- 3
nomachiam iniiſſe legimus, ſicut Sacra prodit hiſtoria: & ſic duello Goliæ & Dauidis, illo pro Philiſteis, hoc pro Iudæis decertante, bellum maximum ſolutum eſt victo Goliath per Dauidem in ſingulari cum ſuis conditionibus pacto certamine.

Sic etiam quando Vandali ex patriis regioni- 4
bus egreſſi cum Rege Gundarico Galliis vaſtatis poſteà ad noſtras Hiſpanias tranſiiſſent, & pariter Sueui, id eſt, Alemani Galleciam apprehendiſſent, & fuiſſet inter hos populos orta quæſtio, & collegiſſent vires belli vtrinque, nè multitudo clade interiret, conuenerunt vt diſcrimen duobus pueris bellantibus committeretur, & ita puero vtrinque in duellum emiſſo, pars Vandalorum victa ſuccubuit, interfectoque illorum puero Traſimundus ſucceſſor Regni in locum Gundarici ceſſit Hiſpania cum ſuis: ita

ita Gregor. Turon. lib. 2. Hiſtor. Franc. cap. 2. & Petrus Gregor. 3. p. ſyntagm. iuris vniuerſi, lib. 48.
5 cap. 16. num. 6. ¶ Et quod iure communi & etiam Longobardorum licitum eſſet duellum, probat cum aliis Carterius in ſua praxi criminali in parte, vndecimò excuſatur, num. 4. & 5. pag. 211. colum. 2. vbi quod poſteà fuit prohibitum, niſi in duobus caſibus, & in his remanſit ſtatutum, vt in morte abſconſa ſiquis proditoriè, aut veneno aliquem occiderit, & in crimine læſæ Maieſtatis, vt ceſſantibus plenis probationibus, & ſtantibus indiciis inferebatur duellum. Si verò offerebatur probari, & poſteà deficiebat in probatione, non erat locus duelli, cum ſemel viam probationis elegerit, vt ſtatuitur in conſtitutione Regni monomachiam per Andr. & Matth. 3. notab. & alios, quos ibi refert. Et inquit Paulus Pariſ. conſil. 31. numer. 2. quod conſiderata facti contingentia, de qua ibi, & quod hodierno tempore inter ipſos milites re ipſa obſeruatio communiter concluditur, duellum permitti, vt colligitur ex deciſionibus ibi per eum citatis, & numeris ſequentibus per totum conſilium plures quæſtiones in materia duelli diſcutit, atque reſoluit nec non & Hieronymus Gratus reſponſ. 4. n. 2. cum ſeqq. lib. 2. & alij plures congeſti per Salon de Paz in l. 1. Tauri, num. 420. & Petrum Zened. collect. 117. in Decretal. ad ſunt præterea quàm plures tractatus de duello latiſſimè agentes.

6 His tamen non obſtantibus contrarium procul dubio eſt tenendum in praxi. Primum leges noſtri tituli 8. eiuſque materiam neque in reptatione, neque in duello eſſe hodie in vſu, vt affirmat. Gregor. Lopez in l. 1. gloſſa vnica in fin. titul. 3. p. 7. & Didac. Perez in l. 1. tit. 9. lib. 4. ordinam col. 1489. in principio, & Azeued. in l. 10. huius tit. n. 14. ad fin.

7 Deinde duellum propriè ſumptum & monomachiam, hoc eſt ſingulare certamen, & conſuetudinem illud concedentem eſſe omni iure prohibitum, naturali & diuino, probatur.

In primis enim eſt contra diuinum præceptum, quo habetur *Non occides* Exodi. 2. quia Deus ex pugna & duello tentatur, vt in c. fin. de purgatione vulg. c. monomachiam 2. quæſt. 5. quod minime fieri conceditur Deuter. 6. & Lucæ cap. 4. & 1. Corinth. 10. habetur in c. quæritur 22. quæſt. 2. Item quia ille actus eſt prohibitus à iure diuino, qui eſt alienus à fonte charitatis: charitas namque eſt fundamentum omnium virtutum, & excluſiua vitiorum cap. charitas de pœnit. diſtinctione 2. ſed duellum eſt huiuſmodi actus, quia duellans tendit vt vincat proximum, eum occidendo; & ſic non diligit: ergo iure diuino eſt prohibitum.

Item duellum iuri naturali obſiſtit, provt ſumitur pro naturali intelligentia, ex qua cauſa inſurgit, & æquitas non ſurgit in conſeruatione vniuerſi, quæ hominis exterminationem reiicit.

Prohibetur etiam bellum iure gentium, eo quod repugnat naturali æquitati.

Prohibetur etiam duellum iure Canonico vt in cap. 1. & 2. de cleric. pugn. in duello, & ibi Doctores, text. in cap. monomachiam 2. quæſtione 4. & in tit. de purgatione vulg. in Decret. & ibi Doctores, Tiber. Decian. 1. tom. tractatu crimin. cap. 19. num. 4.

De iure Ciuili prohibetur etiam vt in l. pegantes, C. de actio. & oblig. & in l. vnica, C. de gladiator. lib. 11. & ibi Lucas de Pæna.

Iure noſtro Regio eſt prohibitum duellum 8
expreſſa l. regia 10. cæteris nouiore, hoc tit. 8. lib. 8. nouæ collect. reg. condita à Catholiciſſimis Hiſpaniæ Regibus Ferdinando & Eliſabet ibi, *y porque eſto es coſa reprouada y dina de punicion*: & ideo cauetur, *que de aqui adelante perſona alguna de qualquier eſtado y condicion que ſeano ſea oſado de hazer ni embiar carteles a otro alguno, ni le embie à dezir que ſe ſalgan a matar à alguna parte por palabra. Y qualquiera que lo contrario hiziere, quienſean dos o mochos, cayan è incurran por ello en pena de aleue, y ayan perdido y pierdan todos ſus bienes para la Camara del Rey. Y el que recibiere el cartel y acceptare la reſpueſta aya perdido y pierda todos ſus bienes para la Camara, aunque el trance y pelea no venga en efecto. Y ſi dello ſe ſiguiere muerte o heridas, y el requeſtador quedare vino de la requeſta ò trance, muera por ello; y ſi el requeſtado quedare vino ſea deſterrado del Reyno perpetuamente. Y los que lo trataren, que lleuan y traen los menſajes y carteles a eſto, y los padrinos por el miſmo hecho caen è incurran en pena de aleue y pierden todos ſus bines, las dos tercias partes dellos para la camara, y la otra tercia parte para el acuſador y juez que lo ſentenciare. Y los que los miraren y no los deſpartieren pierdan los cauallos y mulas en que fueren, y las armas que lleuaren; y ſi fueren apiè que pague cada vno ſeyſcientos marauedis, laſquales penas ſe reparten en la forma ſuſodicha*, quam legem & eius pœnas refert Anton. Gomez in 3 tom. variarum c. 3. n. 12.

Tandem hoc hodie nouiſſime definitum ex- 9
tat ab Eccleſia Catholica in ſancto Concilio Trident. ſeſſ. 25. in decreto de reformatione, cap. 19. his verbis. *Deteſtabilis duellorum vſus fabricante diabolo introductus, vt cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminetur*, & poſtquam punit Reges, Duces, Principes, & cæteros dominos temporales, aut permittentes, vt prædiximus quæſtione præcedenti ad finem, inſuper addit. *Qui verò pugnam commiſerint eo ipſo ſint excommunicati, & qui eorum Patrini vocantur excommunicationis, ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & vt homicidæ iuxta ſacros Canones puniri debeant: & ſi in ipſo conflicto deceſſerint, perpetuò careant Eccleſiaſtica ſepultura. Illi etiam qui conſilium in cauſa duelli tam in iure quam in facto dederint, aut alia quacumque ratione ad, id quemquam ſuaſerint, nec non ſpectatores excommunicationis ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obſtante quocunque priuilegio ſeu praua conſuetudine etiam immemorabili.*

Quibus iuribus hanc partem, ſcilicet, quod duellum ſit omni iure prohibitum, tenent gloſſæ & Doctores communiter vbique in locis ordinariis, & probauit D. Thomas 2. 2. quæſt. 95. art. 8. ad finem, & illic Caietan. Archiepiſcopus Florentinus in 3. p. ſuæ Summæ tit. 4. cap. 4. §. 2. & 3. Abulenſ. in primo Regum cap. 16. & 17. quæſtione 45. Ioannes Maior in 4. ſententiarum, diſtinctione 15. quæſtione 23. & hæc eſt communis opinio inter noſtrates vt teſtatur Alberic. in l. & ſi quæcumque, §. ſiquis in colluctatione, col. 2. ff. ad legem Aquiliam, ex quo idem profitetur plurimos citans Burgos de Paz in l. 1. Tauri, n. 417. & latiſſimè eam probat dicens eſſe communem & veritatem Iaſ. conſil. 144. in ſecundo dubio numer. 14. cum ſequentibus, volumine 2. & Cagnol. in l. fauorabiliores, n. 17. ff. de regulis iuris, & plures referens ſequitur Monchaca controuerſ. illuſtr. cap. 49.



cap. 49. num. 20. eandem dicunt & profitentur communem ex Laurent. Syluan. & aliis Franciſcus Viuius & Emanuel Soarez Bonocoſa, qui vltimus citat Concilium Trident. in 1. tom. communium opinionum, verbo, duellum, ſub num. 20. 30. & 40. pag. mihi 230. ex quibus Viuius illud de priuatione Eccleſiaſticæ ſepulturæ intelligit, niſi eos pœniteat. Sed & plures huius rei authores latiſſimè de hac materia agentes refert atque congerit Petrus Sened. collectanea 117. ad Decretales, pag. 281. cum ſequenti, eandem prohibitionem Concilij Tridentini, ipſiuſque pœnas refert etiam Anton. Cordub. in ſua Summa, quæſtione 59. ad verſic. Lo ter cero digo, & Petrus Gregor. d. lib. 48. ſyntagm. iuris vniuerſi, c. 15. num. 11. & latius cap. 16. num. 7. & 23. & Carrer. Regin. in practic. crimin. part. vndecimò excuſatur, numer. 9. cum ſequentibus, vbi quod indicens duellum incidit in crimen læſæ Maieſtatis vt per Math. de Afflict. deciſ. 275. verſiculo 21. & iterum fol. 272. num. 51. idem Carrer. fol. 172. num. 51. Deinde eandem concluſionem communem latiſſimè comprobat & ſequitur Salon de iuſtitia & iure, in 2. 2. D. Thom. quæſtione 64. art. 3. in tertia controuerſia, in prima & tertia
10 concluſione. ¶ docens duellum propriè ſumptum, neque ad defenſionem propriæ vitæ, neque ad vitandum detrimentum aliquod in proprio honore, fama, vel bonis, licere vllo modo indicere, & quod hæc concluſio eſt omnium Doctorum: eandem ſequitur & communem dicit benè eam probans & plures alios referens Azeued. in l. 10. huius tituli per totam, præcipuè num. 1. 2. & 11. cum ſequentibus, vbi refert etiam Concilium Trident.

11 Nec eſt audiendus Caietan. in D. Thom. 2. 2. quæſt. 91. art. 8. & in Summa, verbo, duellum, dum cenſet licere acceptare duellum ſibi oblatum, vt patet ex ſupradictis: non enim hoc licet, quando illud acceptans non eſt propriè ſe defendens, ſed vtriuſque condicto initur bellum, provt omnes in hoc communiter conueniunt teſte Salon vbi ſuprà, pag. 1162. verſic. an. &c.

12 Quod autem maiorem difficultatem habet eſt, an liceat in aliquo caſu ſpeciali duellum acceptare? Et Caiet. quidem vbi ſuprà, hoc licere exiſtimat, quando verè innocenti alius coram Iudice imponit falſum crimen, propter quod eſt capite plectendus: tunc enim, quando nulla alia via ei patet defenſio, oblatum bellum poteſt innocens acceptare, quam ſententiam ſequuntur ante Concilium Trident. Nauarr. in manual. c. 11. n. 39. verſic. 34. & c. 15. n. 9. & alij volentes non procedere poteſt Concilium Trident. ex prohibitione ipſius.

13 Alij nedum in prædicta ſpecie, ſed etiam in cauſa ciuili, quando quis non poteſt alia via defendere bona propria, cenſent licere acceptare bellum, ab alio oblatum: in hanc ſententiam referuntur Abulenſ. ſuper 1. Reg. c. 16. Guilier. & Lyran. ſuper c. 17. 1. Reg. eamque ſequuntur aliqui recentiores Thomiſtæ ſuppoſita authoritate Principis, ea ratione: quia acceptans duellum in his caſibus non eſt aggreſſor, ſed tantum defenſor ſui & ſuorum, cum moderamine inculpatæ tutelæ.

14 Nihilominus tamen verior, probabilior & communis ſententia eſt in contrarium ante Cõcilium Trident. & poſt id abſoluta & clara, nempè vt indiſtinctè ſicut in nullo caſu licet offerre duellum in cauſa ciuili, nec criminali, nec pro defendenda vita, honore, vel fama, ita nec illud vllo modo vel titulo liceat acceptare. Primò, quia abſolutè & omninò prohibetur, tam iure Canonico quam Ciuili, imò naturali & diuino, Regio & Concilio Trident. vt ſuprà, probauimus abſque vlla diſtinctione: ergo in omni caſu eſt illicitum duellum, quia vbi lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus vulgata lex de pretio cum ſimilibus, ff. de publiciana in rem actione. Secundò, quia ſi aliquo caſu id liceret, eſſet in ſpecie cauſæ criminalis, de qua per Caietanum vbi ſupra, & ſicquando aliter nequit innocens vitare propriam mortem vel infamiam; at in hoc caſu non licet, quia non poteſt innocens vitare duellum ſine dedecore, cùm agat vt Chriſtianus, ni iam ſeruare legem Chriſti habeatur pro dedecore, quod abſit: ergo iſte non eſt defenſor, ſed potius congreſſor. Ille enim ſolus dicitur defenſor, qui inuitus cogitur ab actuali aggreſſore cum illo pugnare, quia licita eſt tunc omni iure defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt omnia iura proclamant, atque Doctores Pontificij & Theologi vno ore communiter profitentur. Ille verò, qui prouocatur ad duellum, quacumque ratione, id fiat non eſt defenſor ſui neceſſarius, cum poſſit illud non acceptare, ſi Chriſtianè agere velit, & ſic euitare congreſſum: quare ſi illud pro ſui honoris defenſione acceptauerit, iam voluntariè ſponteque id facit, non verò inuitus neque abſolute coactus actualiter, & ideo potius congreſſor, quam defenſor neceſſarius dicitur. Ex quibus patet reſponſio ad argumenta ſecundæ opinionis Guilierm. & Lyrani.

Ad argumentum verò primæ opinionis, quæ eſt Caietani reſpondetur, illud eſſe inuaſum ab alio, quem alter propria manu ita aggreditur, vt neceſſe ipſi omninò ſit aut pugnare, aut perire: quod in noſtra ſpecie ita non accidit, cum prouocatus poſſit ab illa pugna abſtinere. Quod ſi nulla alia via ei maneat ad ſe purgandum ab illo crimine ſibi falſo impoſito, patienter ferat mortem, ſicut innocens probatus nocens per falſos teſtes.

Et in terminis hanc tertiam opinionem ſicut vidimus probatam indiſtinctè tenet Abulenſ. vbi ſuprà, qui in hanc ſententiam citat Hoſtienſ. & alios, & affirmat eſſe communem: eandem ſequitur Syluester verbo, duellum, quæſt. 2. num. 4. vbi ait hanc eſſe opinionem Doctorum non ſolùm ſui ordinis, verum etiam aliorum, eamque communem, veriorem & probabiliorem ex prædictis & probat poſt Sotum de iuſtitia & iure, l. 5. quæſtione 2. art. 8. verſiculo, & ideò, Salon vbi ſuprà, col. 1162. cum ſequentibus, & Petrus à Nau. de reſtitutione 1. tom. lib. 2. c. 3. num. 285. id quod eſt abſolutum & omninò tenendum poſt Concil. Trident. ſupra relatum, vbi in vniuerſum prohibetur duellum.

Et quod de iure poſſit recuſare duellum qui luctatus fuit centum florenos propter hoc ab eo, qui volebat recuſare duellum, & eſt notabile. Et menti tenendum ſecundum Immol. & eos referente Iaſ. in l. ex hoc iure, num. 31. ff. de iuſtitia & iure. & conſilio 144. n. 21. ad fin. lib. 2. vbi hoc ampliat, vt procedat etiam ſi quis antea acceptaſſet, & etiam ſi eſſet caſus permiſſus per l. feudorum aut Longobardorum, & Ludouic. Carrer. vbi ſuprà, n. 7. eſt communis ſecundum Viuium lib. 1. communium opinionum 110. refertur lib. 5. communium opinionum, verſiculo, duellum 42. in 1. tom. communium opinionum.

15 Ex quibus infertur, veram non eſſe maximè attento Concilio Trident. *c.19.opinionem* Nauar. *vbi ſuprà,n.294. verſiculo,ex his*, dum tenet duobus in caſibus licitum eſſe duellum. Primus eſt, ſi quis ex non acceptando paſſurus eſſet damnum in vita, aut membro nec aliud eſſet remedium euadendi, ſiue ob iniuſtam ſententiam, vel aliam cauſam. Secundus, cum reſoluitur bellum in duellum: namque caſu id licet indicere, nec acceptare, vt cum veriori & communi ſententia ſupra melius & ſecurius probauimus.

16 His ſic firmiter conſtitutis, ſupereſt vt reſpondeamus fundamentis contrariis ſupra in principio huius quæſtionis pro prima parte adductis. Et quidem quantum ad primum quod habet leges huius tituli eſſe probandas, quia ſunt poſitæ in hac noua collectione legum huius Regni, &c. iam ceſſat, quoniam l. 10. eiuſdem tituli 8. iam ſunt correctæ, vt patet ex eius litera ex contextura ſupra relata, & præterea id obſeruauit additio marginaria d. l. 10. quo attento compilator potuit leges præcedentes huic titulo non inſerere, ſed tantum d. l. 10. quæ eſt obſeruanda. Verum iam appoſitæ vigorem non habent, cum ſint correctæ, ac proinde in deſuetudinem abierunt vt inquiunt. Gregor. Lopez, Didac. Perez & Azeu. *vbi ſuprà*.

17 Secundum etiam non obeſt, quia prædicta antiqua conſuetudo eſt iam reprobata, vt nociua animabus & corporibus fidelium vt *in d. l. 10. in principio*, & licet *d. l. 1. Tauri* ſit nouior, ipſam tamen non video inſertam in prædicta noſtra noua collect. legum huius Regni. Denique conſuetudo prædicta non valet vt per Hoſtienſ. & alios, quos refert Tiber Decia. 1. *tom. tract. criminal. c.19.num.4.* eſt communis ſecundum Hieronymum Gratum, qui eam ſequitur *reſponſ. 4. num. 1. lib. 2.*

18 Ad tertium reſpondemus, Goliath prouocantem Iſraëlem, ad ſingulare certamen peccaſſe, Dauid autem non peccauit illud admittens, quia id fecit peculiari inſtinctu Spiritus Sancti, cum non deſcenderet in illam arenam ad oſtendendas proprias vires, ſed vt Deo obediret, cuius cauſam agebat, ita Salon. *vbi ſuprà, ſecunda concluſione* & alij: quod coadiuuatur ex textu *in cap. monomachiam 2. quæſt. 4.* cuius verba ſunt hæc: *monomachiam verò in lege non aſſumimus, quam præceptam fuiſſe non reperimus: quam licet quoſdam iniiſſe legamus, ſicut Dauid ſanctum & Goliam ſacra prodit hiſtoria; nuſquam tamen vt pro lege teneatur alicubi diuina ſanxit authoritas, cum hæc & huiuſmodi ſectantes Deum ſolummodo tentare videantur.*

19 Ad quartum reſpondemus tamen probare hiſtorię humanæ ſtandum eſſe ſuper veritate ipſius, non vero facere licitum poſſe, quod aliàs erat, eſtque illicitum. Secundò poſſet reſponderi, licitum videri reſoluere bellum quoties ex hoc euitatur maius malum ex ipſo bellum incurſum, vt cum Caietano, Nauarr. & aliis probat Nauarra *vbi ſuprà, n. 29.* Sed hæc ſecunda reſponſio tuta non eſt, ſed dubia ſtante Concilio Trid. *d. cap. 19.* in vniuerſum prohibente duellum, niſi ea forſan ſuſtineatur à ratione ceſſante, & ſic vt conſulatur minori malo.

20 Ex ſupradictis nonnulla deducuntur. Primò verum mihi videri opinionem Caietani *in Summa verbo, duellum,* damnantis milites, qui tempore belli acceptant ſingularia certamina vnius contra vnum, duorum contra duos, decem contra decem, &c. ad quæ prouocantur ab hoſtibus; quamuis Petrus Vincent. à Nauarr. citatus ſibi non placere dicat, quia exercitus prouocantium animoſior fieret, ſi prouocati ea non acceptarent, & milites debent ſuum honorem ſeruare. Quare Nauarr. *in manuali, cap. 15 num. 24. litera B.* conciliat has opiniones, dicens ſe arbitrari vtriuſque ſententiam teneri poſſe, Caietani quidem in certaminibus, quæ offeruntur & acceptantur cauſa oſtendendarum virium & artis pugnandi & gloriæ vanæ quærendæ, ſine reſpectu ſaltem principali belli victoriæ commodandi, vt ſignificant verba Caietani. Petri autem Vincentij ſententia cum acceptatur principaliter ad commodandum belli victoriæ, & honori, ac reputationi fortitudinis, quæ plurimum ad victoriam conducit ſeruatis ſeruandis: quam concordiam ſequitur Petrus à Nauarra *vbi ſuprà, n. 26.* eamque probant ex his quæ habentur 1. *Reg. c. 17.* de Goliath prouocante, & de Iudæis renuentibus, & Dauid acceptante.

Adhuc tamen opinio Caietani modo proximè relata attento ſaltem d. c. 5. ſacri Concilij Tridentini hodie indiſtinctè verior videtur, cum id non ſit neceſſarium ad defenſionem ſimpliciter & abſolutè, ſed acceptando potius videantur tranſgreſſores, quam defenſores. Quinimo etiam ante Concilium Trident. idem probandum videtur ex communi opinione ſupra defenſata & probata, quæ habet indiſtinctè non licere vllo in caſu, aut modo duellum acceptare, etiam pro defendenda vita, honore vel fama, aut bonis.

21 Hinc etiam reiicienda eſt omninò alia opinio eiuſdem Petri à Nauarra *vbi ſuprà, num. 298.* aſſerentis (in altera quæſtione vtrùm licita ſit illa conditio quorundam duellorum, vt ſcilicet nullus ex circunſtantibus opem ferat alicui) ſibi videri, quod ſi duellum ſit ob defenſionem vitæ & rerum omninò neceſſarium, ſi adhuc ille nolit deſiſtere ab iniuſtitiis, licitum ſit ſi acceptare: nec circunſtantes tenetur extrem indigenti ſuccurrere, ſi extreme indigens ſit ille, qui iniuſtitiam facit, ſecus ſi innocens eſſet in periculo, quia tunc eſſet illicita conditio. Hæc namque iunioris opinio caret in primis fundamento veritatis in re principali, dum cenſet licitum eſſe acceptare duellum in prædicta ſpecie, cum imò in nullo caſu illud liceat vt prædiximus. Deinde dato, ſed minimè conceſſo, quod eo caſu liceret acceptare duellum, adhuc conditio illa indiſtinctè videtur eſſe contra ordinem charitatis, qua quis tenetur extreme indigenti ſuccurrere, cum poſſet hoc modo opem ferendo ſuccumbentem à morte, vel vulneribus liberare, quantumcumque ipſe nolit ab iniuſtitiis deſiſtere.

22 Similiter etiam ex ſuperioribus dubia mihi redditur alia doctrina Antonij de Corduba *in ſua ſumma de caſos de conciencia, queſtione 59. in principio*, & quaſi per totam; dum tenet, *que ſi Pedro y Ioan ſe van à matar, ò reñir ſin deſafiarle, y Martin amigo de Pedro ſintiò la venta, a que la tenia Ioan, ſalio con otros à verlos pelear, con intencion, ſi vian que le yua mal à Pedro ayudarle, y aun à matar al Ioan, ſi de otra manera no pudieſſe defender à Pedro ſu amigo que el Ioan no le mataſe, bien pudo Martin yr con intencion directamente para poner paz entrando de por medio, y tambien para hazer con Pedro que ſe rindieſe, ſi le yua mal, y para que aſſi rendido defendieſe que Ioan no le mataſe, aunque de la tal defenſa ſe ſiguieſe matar à Ioan, ſi de otra*



*manera no pudieſe defender à Pedro. Y acerca deſto dize otras coſas, confeſſando al fin, que ſi ſobre deſafio ſe ſalieron à matar, ò hazer campo, atento el Santo Concilio de Trento d. cap. 19. tambien Pedro es injuſto inuaſor como Ioan, por razon del deſafio, y aſſi es reprouado.*

In primis enim ſi Martinus exiit ad inſpiciendam pugnam cum prædicta intentione, & tam inuaſor, quàm inuaſus dabant operam rei illicitæ, quomodo Martinus excuſabitur à peccato. Deinde, *ſi Pedro y Ioan ſe van à matar, ò reñir*, & pactum ſeu aliqua diffidatio expreſſa, vel ſaltem tacita verbis, aut ſignis ſignificata atque intellecta præceſſit: ergo omnes faciunt contra dictum decretum Concilij Tridentini, & ſic incidunt in eius pœnas. Nec verificari poteſt verbum illud Cordubæ in principio ſuæ quæſtionis adiectum, nempè *ſin deſafiarſe*: factum enim atque executio actus præſupponit diffidationem & deliberationem, atque pactum; niſi calore iracundiæ ſe inuitarent, & in continenti accederent ad aliquem locum, ibique dimicarent, quia talis pugna non diceretur deliberata, licet nihilominus eſſet omninò illicita. Denique, dubium non eſt, quin Petrus viſo Martino ſuo amico cum ſociis, ibi adſtantibus animoſior ad pugnam reddetur, ac proinde ex hoc ſolo facto & cooperatione peccati aliorum, licet cum bono zelo & intentione, (quod diffiteor) poteſt homicidium contra Ioannem in continenti abſque præuio remedio contingere, & qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur: ergo peccauit hic Martinus in eo quod fecit. Periculoſa igitur, ac omninò non tuta eſt opinio Cordubæ prædicta.

Præterea (vt obiter dicam) non benè ſentio de altera opinione Petri Nauarræ *vbi ſuprà, numer. 191.* exiſtimantis, pœnas tertij & quarti ordinis d. cap. 19. decreti Concilij Trident. ſupra citati impoſitas contra pugnantes in duello & eorum patrinos, necnon & contra conſulentes in cauſa duelli & ipſius ſpectatores, ipſo facto non incurri, vt ex text. ipſius ratione colligi ait. Contrariam namque ex verbis probari autem ibi, excommunicationis, ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant: & ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuo careant Eccleſiaſtica ſepultura, & ibi illi etiam, qui conſilium, &c. excommunicationis ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur:

24 ¶ quoniam futurum verbum *incurro* denotat ipſo iure, vt ſi dicatur incurrat, ſiue incurret in talem pœnam, intelligitur ipſo iure ſine alia ſententia, vt voluit gloſſa *in cap. vltimo, §. pars verò, verbo, incurrat, de officio delegati lib. 6.* & gloſſa *in cap. eos de ſententia excommun.* dum caſus excommunicationis latæ ſententiæ ponit *cap. 1. de religioſ. domib. eodem lib. 6. & cap. 1. de iure in 6.* quæ eo verbo vtuntur, nec aliud addunt, quod ſignificet latam ſententiam: & in clementina 1. *verbo incurrant*, & ibi Doctores *de vſur.* gloſſa *in clementina 1. verbo excommunicationis, de ſententia excommunic.* dum etiam inter canones latæ ſententiæ allegat clementinam 1. *decim. & dict. clement. 1. de vſur.* quæ eodem verbo vtuntur ſine adiectione dictionis latæ ſententiæ, & alios allegans Tiraquel. *in lib. ſi vnquam, verbo reuertatur, numer. 145. C. de reuoc. donat.* Neque obſtant plura iura adiicientia huic verbo *incurrat* dictionis ipſo iure, ipſo facto, & eo ipſo; & ſimiles, quæ inducunt canonem latæ ſententiæ tanquam id verbum per ſe non eam vim habeant, quæ enumerat Tiraquel. *vbi ſuprà, numer. 146.* quoniam ſecundum ipſum *numer. 147.* eis reſpondetur, prædictas dictiones adiici ad hoc verbum incurrat ad certiorem demonſtrationem ſignificationis. Et quamuis contrarium voluerint Ioann. Andr. *in cap. clerici, in verbo incurrant*, & ibi Panormitan. 1. *notab. de cleric. excommunic. miniſt.* & Dominicus *in cap. vltim. §. pars verò, de officio delegati in 6.* nempè, verbum *incurrat* non eſſe ſuapte natura latæ ſententiæ; prima tamen opinio eſt communior ſecundum Tiraquel. *vbi ſuprà, dict. num. 147. ad fin.* Idemque clarius procedit in verbo *teneantur*, tum quia ex verbis ſequentibus apparet Concilium idem voluiſſe, quo caſu hoc ſit clarum iuxta Domin. ſententiam *vbi ſuprà*, tum etiam quia magis ſignificat executionem ipſo iure, quo caſu ita dicendum eſt vt quinque verba denotantia executionem actus, & quæ ſua natura habent vim priuatim, ſiue annexam ſecum priuationem, probata etiam in tempore futuro ſunt latæ ſententiæ vt cum Angelo & aliis pluribus reſoluit Tiraquel. *vbi ſuprà, numer. 179.* & in terminis verbi teneat, ſiue obtineat Tiraq. *ibi num. 231. cum ſequentibus*, & in *verbo, careat* vel *careant*, ibidem *n. 161 cum ſequentibus*.

25 Nihilominus tamen etſi non requiratur ſententia, quæ irroget eam pœnam, requiritur tamen quæ declaret actum factum, aut commiſſum, aut etiam omiſſum, ex quo pœna ipſo iure latà & per textum *in l. eius qui delatorem*, & ibi Bartol. *de iure fiſci*, & *in cap. cum ſecundum leges, §. confiſcationis*, & ibi Doctores *de hæret. lib. 6.* refert plurimos Tiraq. *vbi ſuprà, num. 400.* ex quo conſtat hanc eſſe communem ſententiam, & Ant. Gom. *3. tom. variar. reſol. c. fin. n. 3.* Roland. de Valle *conſil. 18. n. 11. lib. 1. limitat.* quinque modis Tiraq. *vbi ſuprà, n. 401. cum ſequenti.*

26 Solùm illa pœna contra pugnantes in bello, nempè vt homicidæ iuxta ſacros Canones puniri debeant: requirere videtur condemnationem, vt verba ipſa ſignificant, in quo ſolum verificari poteſt opinio Petri à Nauarra: in cæteris verò minimè, quoniam pugnantes in duello ſtatim incurrunt ipſo facto excommunicationis ſententiam & infamiam, atque amiſſionem bonorum & cæteras priores pœnas, excepta illa, quod vt homicidæ puniantur iuxta ſacros Canones. Quod in pœna amiſſionis bonorum vt ipſo iure incurratur attento iure noſtro Regio ex l. 10. *infrà hoc titulo* 8. cenſeo quoque probari iuxta ſupradicta in verbis dictæ *l. 10.* ibi: *cayan è incurran por ello en pena de aleues, y ayan perdido, y perdan por ello todos ſus bienes para la nueſtra Camara.*

27 Vltimò obſeruo, non multum mihi arridere alteram opinionem Ignatij Salzedo in addit. ad Bernard. Diaz de Lugo *in ſua practica criminal Canonica capite 100. littera A. verſiculo, circa verò*, exiſtimatis non eſſe locum dictis pœnis ex quibuſcunque ſingularibus certaminibus, pugniſve, inito etiam conſilio factis, etiam ſi percuſſio vel mors contigerit, dummodo duelli forma non ſeruetur, nempe loci deſtinatio, armorum præfixio, patrinorum & ſpectatorum conſtitutio, & alia, quæ in his impiis ſpectaculis à charitate Chriſtiana alienis adhiberi conſuetum eſt: quia cùm dictæ conſtitutiones de hoc agentes ſint pœnales, & in duellis loquantur, non ſunt ad alia ſingularia certamina extendendæ argumento *regula, odia, de*

*regulis iuris in 6.* Quod ex ſacro Concilio manifeſtè colligitur affirmat; quia tantum loquitur de duello antiquo ſolemnitate faciendo, & ita pœnam infligit contra locorum dominos, ſi duella ſuis locis permiſerint, necnon contra patronos, quorum opera immane ſcelus perpetratur, & contra eos, qui in cauſa duelli tam in iure, quàm in facto conſilium præſtiterint. Et tandem inquit, ſe compertum habuiſſe ita fuiſſe iudicatum à ſapientiſſimis viris in caſu grauiſſimo pendenti in Curia Regis ann. 1579. necnon Romæ in alia cauſa, vt latè comprobat & refert Farinac. *conſil. crimin. 6. per totum*, præcipuè *num.* 34.

Hæc namque opinio, quamuis pia & fauorabilis ſit, non tamen rectè probata, aut fundata videtur, Concilij etenim Tridentini mens, imò eius littera & expreſſa intentione fuit prohibere, atque omninò exterminare à Chriſtiano orbe vſum deteſtabilem duellorum, fabricante diabolo introductum, vt cruentâ corporum morte animarum etiam perniciem lucraretur, vt patet ex ſui principio, vt prædicta damna euitentur. At quis dubitat eadem ſequi ex quocumque duello cum effectu ſequuto, quamuis eius forma non fuerit ſeruata, nempè loci deſtinatio, armorum præfixio, patrinorum & expectatorum conſtitutio, &c. Hæc enim non ſunt de eſſentia & ſubſtantia duelli, ſed de forma accidentali: vnde his deficientibus, quia partes aliter ſine eis in ſingulare certamen pacto inito, hoc eſt, diffidatione exierunt, ipſumque exequuti ſunt, reipſa commiſſum eſt delictum. Et verba Concilij in contrarium ponderata ab Ignatio (ſalua cenſura Sanctæ Matris Eccleſiæ) potius referre videntur facti contingentiam, nempè ſi fortè ita contigerit, quàm quod formam eſſentialem inducant, aut eam neceſſariò interuenire requirant, vel qualificent, vel condictionem iniiciant pœnis incurrendis ab eodem Concilio ſtatutis contra duellum committentes & cæteros, ſibi interueniant, & in terminis, ita concludit Ioſephus Ludouic. *deciſione* 11. *Lucenſ.* quem refert & ſequitur Petrus Zenedus *collectan.* 117. *ad Decretales, numero* 4. *in fine*, nempe incidere in pœnas dicti Concilij, qui animo deliberato ad pugnam accederent, licet abſque patrinis nec in campo franco; ſecus ſi calore iracundiæ, ſe inuitarent, & incontinenti accederent ad aliquem locum, ibique dimicarent, quia talis pugna non dicitur deliberata. Tametſi priorem ſententiam probare videtur Magiſter Bañes *de iuſtitia & iure quæſtione* 64. *de homicid. articul.* 7. *dubio tertio, ad tertium*, dicens quod quamuis grauiſſimæ pœnæ, quæ apponuntur *in dicto capite* 19. Concilij contra ſic pugnantes & fauentes illis, intelligantur de ſolemni duello; non tamen ſolum illud duellum eſt illicitum iure naturæ, ſed etiam quodlibet aliud ſingulare certamen eorum, qui ſe ad inuicem inuitant vel irritant ad pugnam; nam vterque ſe exponit periculo mortis, vel occaſionis, nec poteſt habere rationem defenſionis talis acceptatio, ſed quod poterit homo ſic irritatus ab alio prudenter & Chriſtianè reſpondere pro defenſione ſui honoris dicendo, *Vbicumque tu me fueris aggreſſus, vir ego ſum qui me poſſum defendere, etiam fortè cum malo tuo atque periculo*: atque ita vim moderatè repellit quouſque alter armis velit vti, tunc enim iam conſtat quod armis poteſt ſe defendere. Sed quod quamuis deficiant patrini incurrant pœnas d. l. 10. ipſamet hoc decidit in ſui principio, ibi, *con padrinos, o ſin ellos ſegun que los tractantes lo concierten.* Sed quid ſi quis iratus me vocat dicens quod vult mihi certa verba facere ſeorſum, an ſit licitum exire, etiamſi ſuſpicer quod ille vult vti armis contra me? Reſpondet Bañes *vbi ſup.* prudentia opus eſſe in huiuſmodi caſibus, quia fortaſſis habet rationem defenſionis, ſi in tali caſu vir nobilis irritatus velit exire ad audiendum ſermonem eius qui irritat: forſitan namque verbis terminabitur illorum diſſidium. At verò ſi irritatus certus eſt mortaliter quod irritans vult cum illo digladiari, debet verbis ſuum honorem modeſtè defendere, ſed non tenebitur domi manere, ſed poterit exire quoties ſibi opportunum erit ad negotia ſua tractanda.

Denique Farinac. *vbi ſup. d. n.* 34. refert nonam conſtitutionem Pontificiam Greg. XIII. quæ eſt in ordine 82. incipient. *Ad tollendum deteſtabilem duellorum vſum, in 2. p. Bull. fol. ſibi* 15. *&* 19. in qua ſtatuitur pœnas à ſacro Concil. Trident. inflictas locum habere etiam quod duellum fuerit in loco priuato & non tuto commiſſum, ſine patrinis ſociisve ad id vocatis, ac ſine prouocatoriis literis & cartellis, & etiam ſi duellantes duellum ſeu pugnam non perfecerint, ſi per ipſos non ſteterit quominus dictum duellum ſeu pugna perfecta fuerit; & ſimiliter aliam nouiorem conſtitutionem ſanctiſſimi D. N. Clementis VIII. ſub dat. Romæ ann. 1592. 16. Kal. Septemb. plurimis modis extendentem præfatam conſtitutionem Gregor. XIII. & præſertim etiam ad pugnam ſeu duellum commiſſum in bello & caſtris, necnon adſcriptores & publicantes fides, ſcripta, ſeu manifeſtantes ad eandem pugnam ſeu duellum præparatoria, necnon & alia plura apud ipſum videnda quibus præfata noſtra verior ſententia approbatur. Et tandem Farinac. *vbi ſupra num.* 55. inquit quod quia ſæpiſſimè contingit quod non præmeditate, ſed in rixa vnus alterum ad pugnam ſeu duellum diffidat & inuitat; & quandoque etiam poſt diffidationem & pugnationem ad pugnam deueniunt, non tamen per hoc credit intrare pœnam conſtitutionum prædictarum, nec iuris: quoniam ad hoc, vt dictæ pœnæ ſubintrent, debet adeſſe calor rixæ, debetque adeſſe præmeditatio & deliberatio, ac etiam præceſſiſſe tractatus de duellando, vt cum aliis ibi probat.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pugnans in duello qua pœna puniantur? cum ſuis declarationibus per totam quæſtionem.*

---

*De pœna clerici pugnantis in duello.*

## QVÆSTIO CV.

QVÆRO tertio, qua pœna puniatur cle- 1
ricus pugnans in duello? Et videtur ipſo iure eſſe ſuſpenſum, ſiue prouocet alium ad duellum, ſiuè acceptet prouocationem ab alio factam ſecundum Syluestr. *in ſumma, verbo, ſuſpenſio, verſiculo vndecimo,*





vbi quod poterit cum eo Epiſcopus diſpenſare, ſi mors aut mutilatio non ſit ſequuta vt *in cap. 1. de clerico pugn. in duello*, Summa Tabien. *eodem verbo, Epiſcopus.* Scalenſ. *de ſuſpenſione cap.* 14. & addit Maiolus *de irregular. lib.* 5. *c.* 18. *num.* 1. non tantum eſſe ſuſpenſum, ſed etiam irregularem ipſo facto.

2 Hæc autem ſententia iure non probatur, ac proinde non eſt tenenda, ſed quod huiuſmodi clericus ſit deponẽdus, ſiuè fuerit victor, ſiuè victus, vt probat textus *in d. c. 1 de clerico pugn.* ibi de rigore iuris eſt merito deponendus, & ibi communiter Doctores, Syluestr. *verbo, duellum,* 4. *quæſtione num.* 6. & Armilla aurea *eodem verb.* Nauar. *in man. c.* 27. *num.* 156. Bernard. Diaz de Lugo *in ſua practic. crimin. Canonic. c.* 100. *num.* 1. in noua impreſſione, & ibi eius additio. Roland. à Valle *conſil.* 4. *num.* 22. *lib.* 1. Petrus Gregor. *in ſua ſyntagmat. iur. vniuerſi, lib.* 48. *cap.* 16. *num.* 7. Viuald. *in ſuo Candelabro aur. ſeptem Sacram.* 2. *tom. titul. de ſuſpenſione num.* 68. Pater Suarez *de cenſ. 1. tom. ſupra diſputat.* 31. *ſect.* 4. *in c. incipit, quinta ſuſpenſione, littera A. in verſiculo ſextus ca-*
3 *ſus pag.* 582. *col.* 2. *in principio.* ¶ Poterit tamen Epiſcopus cum huiuſmodi clerico diſpenſare, ſi mors vel mutilatio membri non fuerit inde ſequuta, vt nuncupatim decidit textus *in dicto c. 1. in 2. eius parte*, & tenent Doctores præcitati. Et ampliat Syluestr *d. §. duellum, num.* 6. & hoc procedat etiamſi clericus amiſerit partem digiti in duello oblato; ſed non tantam quin ſine ſcandalo poſſit celebrare, quantuncumque fuerit grauis exceſſus: quia nihilominus poterit cum tali Epiſcopus poſt peractam pœnitentiam diſpenſare, ſi mors aut mutilatio non ſequatur, & etiam in beneficio non ſolùm habito, ſed habendo etiam in titulum ſecundum Gofredum, aut verius ſecundum alios tantum in ſtipendium, ſicut laicus, vel in ſuſtentationem.

4 Declaratur primò ſupradicta veriſſima & communis ſententia probata *in d. c.* 5. quod clericus in hac ſpecie irregularis fiet & homicida, ſiue per ſe, ſiue per Campionem (vt dicunt) ſeu pugilem pro ſe datum occiderit contendentem & monomachum, textus expreſſus *in c. 2. de cleric. pugnante in duello*, & ibi Doctores communiter Syluest. *vbi ſup. dicto n. 6. in fin.* Petrus Greg. *vbi ſup.* Et in hac ſpecie ſaluari poteſt prima opinio ſupra relata de ſuſpenſionis & irregularitatis pœna loquens.

Declaratur ſecundò eadem communis concluſio, vt hodie attento decreto ſacri Concilij Trident *ſeſſ.* 25. *cap.* 19. *in decret. de reformatione*, clericus monomachus ſiue in duello pugnans incidat in pœnam excommunicationis ipſo facto, ac per conſequens non poſſit celebrare, ſi præsbyter ſit. Quod ſi in cæteris ſacris Ordinibus tantum conſtitutus fuerit, eos exercere minimè valebit quouſque abſoluatur à prædicta ſententia excommunicationis: quòd ſi ante id fecerit efficietur irregularis ex textu *in cap. ſi quis Epiſcopus* 11. *quæſt.* 3. & *in toto titulo de clerico excommunicato miniſtrante, cap. 1. de ſententia & re iudicata lib. 6. cap. 1. cap. is cui de ſententia excommunicationis, in ſexto*: Didacus Couarruuias *in cap. Alma mater, 1. part. §. 6. num. 9. de ſententia excommunicationis in 6.* Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. centuria 5. caſu* 416. *num.* 45. vbi hoc intelligit verum eſſe ac procedere de excommunicatione maiore (prout eſt illa de qua agit Concilium in hac parte) ſecùs de minore, *Cod. ſi celebrat. de cleric. excommunicat. miniſt.* Couarruu. *vbi ſup. §. 8. numer.* 1. Concilium autem Tridentin. *vbi ſup.* nemini reſeruat abſolutionem prædictæ excommunicationis, cùm tamen per conſtitutionem ſimilem Pij IV. incip. *ea quæ publicat.* ann. 1560. idibus Nouembris, abſolutio prædicta eſſet reſeruata Romano Pontifici. Hodie tamen quoad duella priuata attenta conſtitutione nouiori Gregor. 13. *ſupra quæſt. præced.* relata credit & probat Nauar. *lib. 5. conſilio 2. de purgatione vulgari, num.* 5. ex littera eiuſdem conſtitutionis, quam ibi refert eſſe repetitam prædictam reſeruationem.

Declaratur & tertiò, vt ſi clericus huiuſmodi 6
non ſponte, ſed aliquo facto neceſſitatis iniuit duellum, licèt neceſſitas fuerit euitabilis, non ſit puniendus pœna ordinaria depoſitionis, de qua in *dicto cap.* 1. ſed mitiori: quia text. ille requirit actum ſpontaneum ad incurrendam pœnam depoſitionis ſecundum Abb. *ibidem*, quam ſequitur Bernard. Diaz *vbi ſup.* Carrer. *in repertor. practic. crimin. in additione.* Quorum ſententia ex eo vera non videtur Ignatio in addit. ad Bernard. Diaz *vbi ſup.* quia ſi loquimur de duello, quod inter nobiles nouiſſimis temporibus fit, nulla neceſſitas clericos compellere poteſt ad hoc ſingulare certamen ſubeundum, cum maximè alienum ſit à ſuo ſacro inſtituto: nec iactura honoris neceſſitatem inducit, vt ſcribit Præpoſit. *in Rubrica de clerico pugnant. in duell.* & opinionem iſtam ſequutus eſt Petrus Follet. *in practic. crimin. Canonica, 2. part. cap. 27. numer.* 1. quam profectò ideò libenter probo, quod etiam in laicis non excuſet prædicti honoris neceſſitas & iactura, ſicut nec vitæ & rerum ſuarum, vt reſoluimus *in q. præced.* cum communi ſententia.

Nec quicquam facit pro prædicta declara- 7
tione tertia prædicti text. *in dicto cap. 1. in principio*, ibi, porrò ſi clericus alicui ſponte duellum obtulerit, vel oblatum ſuſceperit, &c. verbum namque illud *ſponte* non probat prædictam tertiam declarationem, quia ſatis ſponte fieri dicitur & voluntariè, ex quo clericus cùm poſſet & deberet illud euitare, non euitarit, nulla habita conſideratione honoris vel rerum. Secundò poteſt reſponderi illud verbum *ſponte* propriè ſtare & poni ad excluſionem vis coactiuæ actualiter factæ cum certo præſenti periculo mortis, niſi clericus illo modo eam euitaret pro ſuæ vitæ neceſſaria defenſione, & cum moderatione inculpatæ tutelæ, ſcilicet, cùm aduerſarius armatus minatur clerico mortem ſtatim illi inferendam, niſi ſibi duellum ſtatim iniiciat aut oblatum acceptet: tunc enim clericus, ſi aliter vitam euadere non poſſit nec fugiendo, neque aliàs quam id acceptando, profectò hoc faciens inuoluntarius omninò erit, ac proinde immunis à culpa. Quòd ſi poſſet aliter euadere, vel exceſſit in modo inculpatæ tutelæ; tunc vera eſſe poſſet opinio Abbatis & Bernardi Diaz, vt mitius puniatur; quamuis adhuc neſcio quomodo huiuſmodi clericus, ſi potuit euitare duellum aliqua via, euitabit pœnam excommunicationis de qua in Concilio Trident. Denique contra Bernard. Diaz facit, quia ſi eius opinio vera eſſet, raro aut numquam inueniretur locus pœnæ dicti cap. primi, cùm frequentius imò propè ſemper prætexerent ac confingerent neceſſitatem aliquam eos inducentem ad duellum iniiciendum vel acceptandum, nempè honoris & bonorum ſimul; nec deficerent teſtes, quod ſuper eo deponerent in

ſui exoneratione, & multo fortius in laicorum fauorem: ſicque defraudaretur atque facile contemneretur ſancta prohibitio duellorum, pœnæque pro eis impoſitæ ſuo carerent fine à legiſlatoribus prætenſo, quod minimè eſt dicendum.

8 Quarto & vltimò præfata concluſio textus *in dicto cap.* 1. declaratur, vt quamuis clericus ob crimen duelli deponatur, ſitque depoſitus actualiter per iudicem Eccleſiaſticum, non tamen ob id amittet deinde priuilegium fori, ſed remanet ſub iuriſdictione Eccleſiæ: argumento *capite dictum* 81. *diſtinct.* vt rectè probat Rolandus à Valle *dicto conſilio* 4. *num.* 12. *cum ſequentibus, volumine* 1. reſoluens requiri ad amiſſionem dicti priuilegij fori degradationem actualem, per quam ipſo facto clericus priuetur omni priuilegio Eccleſiaſtico *cap.* 2. *de pœnis in* 6. Abb. *in cap. tue, in vltimo notabili, de pœnis, & in c. nonimus, in ſecundo notabili, de verb. ſignific.*

## SVMMARIVM.

1 *Ad duellum exeuntes an gaudeant immunitate Eccleſiæ?*

2 *Excommunicatus an gaudeat immunitate Eccleſiarum? & num. ſeqq.*

### *De exeuntibus ad duellum confugientibus ad Eccleſiam an gaudeant eius immunitate?*

## QVÆSTIO CVI.

1 QVÆRO quarto circa l. 10. huius tituli 8 *lib.* 8. *non. collect. reg.* an exeuntes ad duellum, de quibus in hac l. ſi ad Eccleſiam confugiant, gaudeant immunitate ipſius? an verò poſſint ab ea extrahi à poteſtate ſeculari? Et videtur quidem ipſos immunitate Eccleſiarum minimè gaudere. Primo, quoniam committunt & incurrunt in pœnam aleuoſiæ. Secundò propter grauitatem maximam criminis. Tertiò, quia ſunt excommunicati ipſo facto per Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *in decreto de reformat. cap.* 19. vt latè probauimus *ſupra in quæſtionibus*
2 *præcedentibus*: ¶ ſed excommunicatus non gaudet immunitate Eccleſiarum cum ſit extra gremium Eccleſiæ vt tenet gloſſa Guilierm. ſuper Summa Raymund. *in titulo de immunitate Eccleſiæ*, & frater Iacob. *in Summa illius tituli, quæſt.* 5. *verſiculo, quid de Iudæo*, quos ad hoc citat Remig. de Gon. *de immunitate Eccleſiarum, fallentia* 19. *num.* 1. ibi, ſed gloſſa Guiliermi, ſequitur Felin. *in cap.* 2. *column.* 2. *de except.* ergo duellum committentes non gaudent immunitate Eccleſiarum. Quartò in Regno Portugaliæ hoc eſt expreſſum per leges regias, nempè quod occidens vel percutiens in duello non gaudeat immunitate Eccleſiarum, vt patet *lib.* 2. *ordinam. tit.* 4. §. 3. quæ leges ſunt vſu receptæ ſecundum Nau. *in man latin. cap.* 25. *ſub num.* 21. ibi ſed iuxta, quem ad hoc refert nouiſſimè remiſſiuè Petrus Zened. *collectan.* 117. *num.* 4.

3 Nihilominus tamen contrariam ſententiam imò quod pugnantes in duello etiamſi ex eo ſequatur mors gaudeant immunitate Eccleſiarum, veriorem cenſeo. Primò, quoniam regula communis & veriſſima eſt in hac materia immunitatis Eccleſiarum, quod quantum quis grauiſſimum & enorme delictum admiſerit gaudeat immunitate Eccleſiarum, niſi in caſibus in iure expreſſis, *vt in cap. inter alia de immunitate Eccleſiarum*, & latè eam probat Remig. *de immunitate Eccleſiæ, in hac eadem regula* & iterum *in* 28. *fallentia illius regulæ*, & nos plures congeſſimus cum communi eam ſequentes *lib.* 1 *practic. quæſt.* 1. *num.* 3. ſed hic caſus non eſt de exceptis, & qui
aliud dixerit id debet probare: ¶ quia qui habet 4
regulam pro ſe habet intentionem ſuam fundatam in caſibus non exceptis iuxta gloſſam *in l. omnis diffinitio ff. de reg. iur.* quam ſequitur Decius *in l.* 1. *num.* 6. *ff. eodem titulo*, vbi eius additio alios allegat gloſſa ſimil. *in rubrica de reg. iuris lib.* 6. eſt communis, vt plures allegans affirmat Couarrun. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 12. *num.* 4. gloſſa etiam *in l. in his, quæ contra. ff. de leg.* & ibi Paul. de Caſtr. *num.* 1. Iaſ. *in l. cætera in princ. num.* 3. & 4. *ff. de leg.* 1. *cum ſimil.* ergo exceptione non probata ſtandum eſt regulæ, ac per conſequens huiuſmodi delinquens gaudere debet immunitate Eccleſiarum. Idque procedet proculdubio in diffidatione calore iracundiæ facta, ſi ſtatim accederent ad locum, ibique dimicarent, quia talis pugna non dicitur deliberata, neque per eam incurritur in pœnas noſtræ l. regiæ, nec ſacri Concilij Trident. ſed per illam, quæ cum deliberatione ex propoſito & cum pactionibus fit, vt in *quæſtione proximè præced.* reſoluimus: ſed & in hac defendimus etiam delinquentes huiuſmodi gaudere immunitate Eccleſiarum per ſupradictam regulam generalem & communem, ex qua hæc opinio probatur.

Qua opinione retenta, non obſtant primum & ſecundum fundamentum contrariæ partis, quoniam ipſa iam ſunt ſublata & corruunt ex prædicta communi regula generali.

Ad tertium de excommunicatione reſpondeo, verum quidem eſſe ipſam incurri in præmiſſa ſpecie: contendimus tamen atque probamus, excommunicatos gaudere immunitate Eccleſiæ, quia in hoc non delictum excommunicati attenditur, ſed potius fauor Dei, cui competit
iſte honor. ¶ Licèt enim in hoc articulo, *an ex-* 5
*communicatus gaudeat immunitate Eccleſiarum. necne*, ſint diuerſæ ſententiæ, opinio prima negatiua quam ſupra retulimus, alia diſtinguens in excommunicatione ab homine, iuris ordine ſeruato, vt is non gaudeat immunitate Eccleſiæ; aliàs ſecus & in excommunicato à canone, vt is quidem gaudeat prædicta immunitate, & quod vterque non debeat gaudere, ſi ſit in mora petendi abſolutionem. Ita Hoſtienſ. *in c. fin. de immunit. Eccleſ. & in Summa eiuſdem tituli, §. in quantum, verſiculo, quid ergo.* Verior tamen & communis ſententia eſt contraria, imò quod indiſtinctè excommunicatus gaudeat immunit. Eccleſiaſt. quam tenet Guilier. de Montelaudun. & Imol *in clemen.* 1. *de pœnitent. & remiſſ.* & Gofred. *in Summa de immunit. Eccleſ.* & eſt tutior & communis opinio Magiſtrorum ſecundum Hoſtienſ. *vbi ſup.* Nicolaum Boer. *deciſ.* 110. *in* 1. *p. n.* 5. *verſic.* idem in excommunicato, eandem ſequitur & dicit communem plurimos authores referens Remig. de Goni *vbi ſup. d. fallentia* 19. necnon & Nauarr. *in manual. cap.* 25. *num* 19. & Couarruu. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 10. *num.* 11. & ab ea in praxi non eſt recedendum, licet in puncto iuris non ſit ſine difficultate ſecundum Iul. Clar. *lib.* 5. *recept. ſentent.* §. *fin. quæſt.* 30. *verſic. quæro etiam*, & Paz, *in ſua practic. c.* 3. §. 3. *quintæ partis primi tom. num.* 112. *fol.* 132. *col.* 3. ſecundum priorem impreſſionem, & Farinac. *in ſuis quæſtionibus crim. quæſt.* 28 *de carcerib. & carcerat. num.* 39. vbi plures alios refert.



Ad quartum de legibus regiis Portugaliæ vſu receptis, diſponentibus vt occidens, vel percutiens in duello non gaudeat immunitate Eccleſ. Reſpondemus eſſe locales, ac proinde extra illud Regnum in hiſce noſtris Regnis locum minime habere, nec ligare, quinimò in illo non potuerunt præiudicare immunitati Eccleſiaſticæ, niſi quatenus ſunt vſu receptæ, in hac namque materia immunitatis conceſſæ ſacris templis plurimum ſunt obſeruandæ conſuetudines.
6 Oportet enim reprimere audaciam eorum, qui hac immunitate freti crimina paſſim committunt, alioqui de facili crimina admitterentur, eſſetque contra mentem eorum, qui prædictam immunitatem ſacris locis præſtiterunt, non vt eſſent refugium & ſpeculum latronum, ſed vt præſtaretur tutamen miſeris, qui fragilitate humana, aut caſu in aliquod crimen incurriſſent ſecund. D. Couar. *d. lib.* 2. *var. reſ. c.* 20. *num.* 4. Iulium Clar. *d. q.* 30. *n.* 5. *verſ. ſcias autem*, D. Suarez de Paz *vbi ſup. n.* 25. & 16.

7 Hinc eſt, vt quamuis de iure ſimplex fur immunitate Eccleſiæ gaudere debeat, iuxta communem ſententiam Doctorum, quam retuli & ſequutus fui *lib.* 1. *practic. quæſt.* 1. *num.* 20. tamen quia conſuetudo conſenſu clericorum inſtituta obtinuit, fures etiam ſimplices non gaudere templorum immunitate, paſſim ab Eccleſiis abducuntur inuiti à iudicibus ſecularibus, vt affirmat D. Couar. *d. cap.* 20. *num.* 13. *ad fin.* quem in hoc refert & ſequitur D. Paz. *vbi ſupra num.* 70. quamuis ipſe exiſtimauerim *vbi ſupra* in dubio prædictam communem ſententiam eſſe ſeruandam, prout iam vidi duabus ſententiis conformibus eſſe pronuntiatum, niſi prædicta conſuetudo legitimè præſcripta probetur, tum enim eſſet ſeruanda.

Sic igitur in propoſito noſtro dicendum eſt, quod cum regno illo Portugaliæ leges prædictæ regiæ priuantes immunitate Eccleſiaſtica occidentes, vel percutientes in duello, ſint vſu receptæ atque conſuetudine roboratæ, vt atteſtatur Nauarr. *vbi ſupra*, ibidem tantum ſunt ſeruandæ: in noſtris vero Regnis neque procedunt, aut vllum vigorem habent, nec iure priuantur huiuſmodi delinquentes immunitate Eccleſiæ, ſed ipſa potius gaudere debent, niſi conſuetudo legitimè præſcripta, eaque probata contrarium habeat, id quod videtur ſenſiſſe Nauarr. *vbi ſupra*, quandoquidem ſolùm nititur legibus illius Regni, non verò iure communi.

# IN TITVLVM NONVM,

## *De las treguas y aſſeguranças.*

## SVMMARIVM.

1 *Tregua, aſſecuratio, & pax, quæ ſit & vnde dicatur, & quintuplex? & num. ſeqq.*

4 *Treguæ tempore inter duos Reges conuenta elapſo neceſſaria eſt diffidatio ad hoc vt ille, qui egreditur territorium alterius, non dicatur latrunculator.*

7 *Treguæ verba quomodo concipi debeant coram teſtibus vel inſtrumento ſiue ſcriptura? & num. ſeqq.*

11 *Tregua inter nobiles & ignobiles concedi poſſunt. Sed propriè inter nobiles vt in numer.* 12.

13 *Tregua & inducia idem ſignificant.*

14 *Pax & fœdus fiunt in perpetuum.*

### De Tregua, Aſſecuratione, & Pace.

### *In l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 8. *non. collect. reg.*

## QVÆSTIO CVII.

QVÆRO circa l. 1. tit. 9. lib. 8. non. collect. reg. quid ſit *tregua, aſſecuratio, & pax*, vndeque dicantur? & de aliis circa praxim huius l. 1. In quo obſeruandum eſt iuxta noſtram l. 1. *iuncta l.* 2. *tit.* 12. *p.* 7. *que la tregua es vna aſſegurança ſegun derecho que ſe da à las perſonas y à los bienes por tiempo cierto, ſin hazer paz, ni deſiſtirſe de la guerra en quanto la tregua durare.* Tregua enim eſt ſecuritas vt per Greg. Lopez in *l.* 1. *gloſſa* 1. *tit.* 12. *p.* 7. Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 4. *ordinamenti col.* 1479. vbi alios allegans inquit, quod *tregua* eſt ſecuritas perſonis & rebus ad tempus diſcordia nondum finita, & de pace, & quomodo probetur Maſcard. *de probat. concluſione.* 1156.

Et iuxta ſupradictas leges *ſon tres maneras de*
*treguas. La primera es que la ſe da vn Rey à otro,* 1
*la qual deue ſer guardada firmemente por todos los grandes y ricos homes, y de todos los demas*
*deſtos Reynos y ſeñorios, deſde el dia que fuere prego-* 2
*nada ò ſe ſopiere en qualquier manera, aunque no ſe hallaſe à ella, ſo la pena que en ella fuere pueſta.*

Quod ſi inter duos Reges materia erat reparata ad guerram, nondum tamen ea mora, fecerunt interſe treguam duorum annorum, elapſo illo tempore, erit neceſſaria diffidatio, ad hoc vt ille, qui aggreditur territorium alterius non dicatur eſſe latrunculator, vt arguens ad partes reſoluit Bald. *de pace conſtant, verſ. vaſſali, qui pro tempore*, quem refert & ſequitur Greg. Lop. *in d. l.* 2. *in verbo à otro tit.* 12. *p.* 7. ſequitur Azeu. *in hac l.* 2. *n.* 8.

*La ſegunda manera de truega es la que ſe dan en-* 3
*tre ſi muchos hombres, aſſi como tregua o aſſegurança de vn vando à otro, y eſta ſon obligados à guardar los del vn vando y del otro, deſde que ſupieren que es pueſta entre ellos.*

La

ſui exoneratione, & multo fortius in laicorum fauorem: ſicque defraudaretur atque facile contemneretur ſancta prohibitio duellorum, pœnæque pro eis impoſitæ ſuo carerent fine à legiſlatoribus prætenſo, quod minimè eſt dicendum.

8 Quarto & vltimò præfata concluſio textus *in dicto cap. 1.* declaratur, vt quamuis clericus ob crimen duelli deponatur, ſitque depoſitus actualiter per iudicem Eccleſiaſticum, non tamen ob id amittet deinde priuilegium fori, ſed remanet ſub iuriſdictione Eccleſiæ: argumento *capite dictum 81. diſtinct.* vt rectè probat Rolandus à Valle *dicto conſilio 4. num. 12. cum ſequentibus, volumine 1.* reſoluens requiri ad amiſſionem dicti priuilegij fori degradationem actualem, per quam ipſo facto clericus priuetur omni priuilegio Eccleſiaſtico *cap. 2. de pœnis in 6.* Abb. *in cap. tuæ, in vltimo notabili, de pœnis, & in c. nonnulla, in ſecundo notabili, de verb. ſignific.*

## SVMMARIVM.

1 *Ad duellum exeuntes an gaudeant immunitate Eccleſiæ?*

2 *Excommunicatus an gaudeat immunitate Eccleſiarum? & num. ſeqq.*

### *De exeuntibus ad duellum confugientibus ad Eccleſiam an gaudeant eius immunitate?*

## QVÆSTIO CVI.

1 QVÆRO quarto circa l. 10. huius tituli 8 *lib. 8. nou. collect. reg.* an exeuntes ad duellum, de quibus in hac l. ſi ad Eccleſiam confugiant, gaudeant immunitate ipſius, an verò poſſint ab ea extrahi à poteſtate ſeculari? Et videtur quidem ipſos immunitate Eccleſiarum minimè gaudere. Primò, quoniam committunt & incurrunt in pœnam aleuoſiæ. Secundò propter grauitatem maximam criminis. Tertiò, quia ſunt excommunicati ipſo facto per Concil. Trident. *ſeſſ. 25. in decreto de reformat. cap. 19.* vt latè probauimus *ſupra in quæſtionibus*
2 *præcedentibus*: ¶ ſed excommunicatus non gaudet immunitate Eccleſiarum cum ſit extra gremium Eccleſiæ vt tenet gloſſa Guilierm. ſuper Summa Raymund. *in titulo de immunitate Eccleſiæ*, & frater Iacob. *in Summa illius tituli, quæſt. 5. verſiculo, quid de Iudæo*, quos ad hoc citat Remig. de Gom. *de immunitate Eccleſiarum, fallentia 19. num. 1.* ibi, ſed gloſſa Guilierini, ſequitur Felin. *in cap. 2. column. 2. de except.* ergo duellum committentes non gaudent immunitate Eccleſiarum. Quartò in Regno Portugaliæ hoc eſt expreſſum per leges regias, nempè quod occidens vel percutiens in duello non gaudeat immunitate Eccleſiarum, vt patet *lib. 2. ordinam. tit. 4. §. 3.* quæ leges ſunt vſu receptæ ſecundum Nau. *in man latin. cap. 25. ſub num. 21.* ibi ſed iuxta, quem ad hoc refert nouiſſimè remiſſiuè Petrus Zened. *collectan. 117. num. 4.*

3 Nihilominus tamen contrariam ſententiam imò quod pugnantes in duello etiamſi ex eo ſequatur mors gaudeant immunitate Eccleſiarum, veriorem cenſeo. Primò, quoniam regula communis & veriſſima eſt in hac materia immunitatis Eccleſiarum, quod quantum quis grauiſſimum & enorme delictum admiſerit gaudeat immunitate Eccleſiarum, niſi in caſibus in iure expreſſis, *vt in cap. inter alia de immunitate Eccleſiarum*, & latè eam probat Remig. *de immunitate Eccleſiæ, in hac eadem regula* & iterum *in 28. fallentia illius regulæ*, & nos plures congeſſimus cum communi eam ſequentes *lib. 1. practic. quæſt. 1. num. 3.* ſed hic caſus non eſt de exceptis, & qui aliud dixerit id debet probare: ¶ quia qui habet 4
regulam pro ſe habet intentionem ſuam fundatam in caſibus non exceptis iuxta gloſſam *in l. omnis diffinitio ff. de reg. iur.* quam ſequitur Decius *in l. 1. num. 6. ff. eodem titulo*, vbi eius additio alios allegat gloſſa ſimil. *in rubrica de reg. iuris lib. 6.* eſt communis, vt plures allegans affirmat Couarrun. *lib. 2. var. reſ. cap. 12. num. 4.* gloſſa etiam *in l. in his, quæ contra, ff. de leg.* & ibi Paul. de Caſtr. *num. 1.* Iaſ. *in l. cætera in princ. num. 3. & 4. ff. de leg. 1. cum ſimil.* ergo exceptione non probata ſtandum eſt regulæ, ac per conſequens huiuſmodi delinquens gaudere debet immunitate Eccleſiarum. Idque procedet proculdubio in diffidatione calore iracundiæ facta, ſi ſtatim accederent ad locum, ibique dimicarent, quia talis pugna non dicitur deliberata, neque per eam incurritur in pœnas noſtræ l. regiæ, nec ſacri Concilij Trident. ſed per illam, quæ cum deliberatione ex propoſito & cum pactionibus fit, vt in *quæſtione proximè præced.* reſoluimus: ſed & in hac defendimus etiam delinquentes huiuſmodi gaudere immunitate Eccleſiarum per ſupradictam regulam generalem & communem, ex qua hæc opinio probatur.

Qua opinione retenta, non obſtant primum & ſecundum fundamentum contrariæ partis, quoniam ipſa iam ſunt ſublata & corruunt ex prædicta communi regula generali.

Ad tertium de excommunicatione reſpondeo, verum quidem eſſe ipſam incurri in præmiſſa ſpecie: contendimus tamen atque probamus, excommunicatos gaudere immunitate Eccleſiæ, quia in hoc non delictum excommunicati attenditur, ſed potius fauor Dei, cui competit iſte honor. ¶ Licèt enim in hoc articulo, *an ex-* 5
*communicatus gaudeat immunitate Eccleſiarum, necne*, ſint diuerſæ ſententiæ, opinio prima negatiua quam ſupra retulimus, alia diſtinguens in excommunicatione ab homine, iuris ordine ſeruato, vt is non gaudeat immunitate Eccleſiæ; aliàs ſecus & in excommunicato à canone, vt is quidem gaudeat prædicta immunitate, & quod vterque non debeat gaudere, ſi ſit in mora petendi abſolutionem. Ita Hoſtienſ. *in c. fin. de immunit. Eccleſ. & in Summa eiuſdem tituli, §. in quantum, verſiculo, quid ergo.* Verior tamen & communis ſententia eſt contraria, imò quod indiſtinctè excommunicatus gaudeat immunit. Eccleſiaſt. quam tenet Guilier. de Montelaudun. & Imol *in clemen. 1. de pœnitent. & remiſſ.* & Gofred. *in Summa de immunit. Eccleſ.* & eſt tutior & communis opinio Magiſtrorum ſecundum Hoſtienſ. *vbi ſup.* Nicolaum Boer. *deciſ. 110. in 1. p. n. 5. verſic.* idem in excommunicato, eandem ſequitur & dicit communem plurimos authores referens Remig. de Goni *vbi ſup. d. fallentia 19.* necnon & Nauarr. *in manual. cap. 25. num 19.* & Couarruu. *lib. 2. var. reſ. cap. 10. num. 11.* & ab ea in praxi non eſt recedendum, licet in puncto iuris non ſit ſine difficultate ſecundum Iul. Clar. *lib. 5.*

*recept.*



*recept. ſentent. §. fin. quæſt. 30. verſic. quare etiam*, & Paz, *in ſua practic. c. 3. §. 3. quintæ partis primi tom. num. 112. fol. 132. col. 3.* ſecundum priorem impreſſionem, & Farinac. *in ſuis quæſtionibus crim. quæſt. 28. de carcerib. & carcerat. num. 39.* vbi plures alios refert.

Ad quartum de legibus regiis Portugaliæ vſu receptis, diſponentibus vt occidens, vel percutiens in duello non gaudeat immunitate Eccleſ. Reſpondemus eſſe locales, ac proinde extra illud Regnum in hiſce noſtris Regnis locum minime habere, nec ligare, quinimò in illo non potuerunt præiudicare immunitati Eccleſiaſticæ, niſi quatenus ſunt vſu receptæ, in hac namque materia immunitatis conceſſæ ſacris templis plurimum ſunt obſeruandæ conſuetudines.
6 Oportet enim reprimere audaciam eorum, qui hac immunitate freti crimina paſſim committunt, alioqui de facili crimina admitterentur, eſſetque contra mentem eorum, qui prædictam immunitatem ſacris locis præſtiterunt, non vt eſſent refugium & ſpeculum latronum, ſed vt præſtaretur tutamen miſeris, qui fragilitate humana, aut caſu in aliquod crimen incurriſſent ſecund. D. Couar. *d. lib. 2. var. reſ. c. 20. num. 4.* Iulium Clar. *d. q. 30. n. 5. verſ. ſcias autem*, D. Suarez de Paz *vbi ſup. n. 25. & 16.*

7 Hinc eſt, vt quamuis de iure ſimplex fur immunitate Eccleſiæ gaudere debeat, iuxta communem ſententiam Doctorum, quam retuli & ſequutus fui *lib. 1. practic. quæſt. 1. num. 20.* tamen quia conſuetudo conſenſu clericorum inſtituta obtinuit, fures etiam ſimplices non gaudere templorum immunitate, paſſim ab Eccleſiis abducuntur inuiti à iudicibus ſecularibus, vt affirmat D. Couar. *d. cap. 20. num. 13. ad fin.* quem in hoc refert & ſequitur D. Paz. *vbi ſupra num. 70.* quamuis ipſe exiſtimauerim *vbi ſupra* in dubio prædictam communem ſententiam eſſe ſeruandam, prout iam vidi duabus ſententiis conformibus eſſe pronuntiatum, niſi prædicta conſuetudo legitimè præſcripta probetur, tum enim eſſet ſeruanda.

Sic igitur in propoſito noſtro dicendum eſt, quod cum regno illo Portugaliæ leges prædictæ regiæ priuantes immunitate Eccleſiaſtica occidentes, vel percutientes in duello, ſint vſu receptæ atque conſuetudine roboratæ, vt atteſtatur Nauarr. *vbi ſupra*, ibidem tantum ſunt ſeruandæ: in noſtris vero Regnis neque procedunt, aut vllum vigorem habent, nec iure priuantur huiuſmodi delinquentes immunitate Eccleſiæ, ſed ipſa potius gaudere debent, niſi conſuetudo legitimè præſcripta, eaque probata contrarium habeat, id quod videtur ſenſiſſe Nauarr. *vbi ſupra*, quandoquidem ſolùm nititur legibus illius Regni, non verò iure communi.

# IN TITVLVM NONVM,

## *De las treguas y aſſeguranças.*

## SVMMARIVM.

1 *Tregua, aſſecuratio, & pax, quæ ſit & vnde dicatur, & quotuplex? & num. ſeqq.*

4 *Tregua tempore inter duos Reges conuenta elapſo neceſſaria eſt diffidatio ad hoc vt ille, qui egreditur territorium alterius, non dicatur latrunculator.*

7 *Treguæ verba quomodo concipi debeant coram teſtibus vel inſtrumento ſiue ſcriptura? & num. ſeqq.*

11 *Tregua inter nobiles & ignobiles concedi poſſunt. Sed propriè inter nobiles vt in numer. 12.*

13 *Tregua & inducia idem ſignificant.*

14 *Pax & fœdus fiunt in perpetuum.*

### *De Tregua, Aſſecuratione, & Pace.*

*In l. 1. tit. 9. lib. 8. nou. collect. reg.*

## QVÆSTIO CVII.

QVÆRO circa l. 1. tit. 9. lib. 8. nou. collect. reg. quid ſit *tregua, aſſecuratio, & pax*, vndeque dicantur? & de aliis circa praxim huius l. 1. In quo obſeruandum eſt iuxta noſtram l. 1. *iuncta l. 2. tit. 12. p. 7. que la tregua es vna aſſegurança ſegun derecho que ſe da à las perſonas y à los bienes por tiempo cierto, ſin hazer paz, ni deſiſtirſe de la guerra en quanto la tregua durare.* Tregua enim eſt ſecuritas vt per Greg. Lopez *in l. 1. gloſſa 1. tit. 12. p. 7.* Didac. Perez *in l. 1. tit. 8. lib. 4. ordinamenti col. 1479.* vbi alios allegans inquit, quod *tregua* eſt ſecuritas perſonis & rebus ad tempus diſcordia nondum finita, & de pace, & quomodo probetur Maſcard. *de probat. concluſione 1156.*

Et iuxta ſupradictas leges *ſon tres maneras de treguas. La primera es que la ſe da vn Rey à otro,* 1
*la qual deue ſer guardada firmemente por todos los grandes y ricos homes, y de todos los demas deſtos Reynos y ſeñorios, deſde el dia que fuere pregonada ò ſe ſopiere en qualquier manera, aunque no ſe* 2
*hallaſe à ella, ſo la pena que en ella fuere pueſta.*

Quod ſi inter duos Reges materia erat reparata ad guerram, nondum tamen ea mora, fecerunt interſe treguam duorum annorum, elapſo illo tempore, erit neceſſaria diffidatio, ad hoc vt ille, qui aggreditur territorium alterius non dicatur eſſe latrunculator, vt arguens ad partes reſoluit Bald. *de pace conſtant, verſ. vaſſalli, qui pro tempore*, quem refert & ſequitur Greg. Lop. *in d. l. 2. in verbo à otro tit. 12. p. 7.* ſequitur Azeu. *in hac l. 2. n. 8.*

*La ſegunda manera de truega es la que ſe dan entre ſi muchos hombres, aſſi como tregua o aſſegurança* 3
*de vn vando à otro, y eſta ſon obligados à guardar los del vn vando y del otro, deſde que ſupieren que es pueſta entre ellos.*

6 *La tercera, le que da vn hombre à otro, ò la pone el juez, y eſta eſtan ellos obligados à guardarla, y los hombres que viuieren con ellos, y ouieren de hazer ſu mandado*, vt in d. l. 2. vbi Gregor. Lopez notat, quod & ſi conuentione treguæ non fiat mentio de iſtis includuntur in ea: item & includuntur alij ſibi adhærentes etiam ſi verba treguæ concepta ſint in perſonam, ſi paciſcenti non poſſet eſſe pax ſine cohærentibus ſecundum Angel. *in l. qui religioſis, ff. de rei vendicat*, per iura, quæ allegat & addit Greg. quod includuntur illi, de quibus in d. l. 2. qui non ſolum erant homines temporis factæ treguæ, verum etiam qui poſtea ad eius ſeruitium vel poteſtatem veniant, ſecundum Doctores, quos ibi ad hoc citat & ſequitur Azeued. in hac l. 1. n. 10. & 11.

7 Sed quia ſtipulationis natura extenſionem non patitur *l. quicquid adſtringendæ, ff. de verbor. oblig. cum ſimil.* & quia d. l. 2. inquit, *que deuen ſer dadas, y pueſtas las treguas è las aſſegurançAs de manera que ſepan ciertamente aquellos que las tomaren, è las puſieren, quales ſon aquellos entre quien las ponen è quantos y para eſto dize que lo fagan ante teſtigos, o por carta de guiſa que no pueda venir duda, &c.* debent eſſe verba ſtipulationis treguæ aperta: & ideo moris eſt ſemper ſtipulari pro adhærentibus, & fieri adhærentium declarationem c. *ad* Apoſtolicæ *de re iud. lib. 6.* & ibi Innoc. & Ioan. Andr. vt obſeruauit Greg. Lop. *in d. l. 2. in gloſſa, ciertamente*, addens quod ſi verba treguæ conciperentur in rem pax facta cum principali intelligitur cum adhærentibus, & in ea intelligentur introcluſi virtute adhærentiæ, vt *in d. l. qui religioſis*, & ibi Angel. & in aliis iuribus per Gregor. ad idem allegatis, ſequitur Azeu. *vbi ſupra num.* 14. ſed cum in perſonam verba treguæ concepta ſunt, debet ſaltem generaliter dici, quod tregua ſit inter Petrum & Ioannem, v.g. & omnes eius adhærentes, familiares & conſanguineos vſque ad talem gradum; neque requiritur quod nomina omnium iſtorum exprimantur, ſed ſufficit generaliter dicere quæ prædiximus: non enim dicitur *in noſtra l. 1.* nec *in d. l. 2. tit. 12. numer. 7.* in verbis pœna taris, quod ſint omnino omnes nominandi in tregua, ita prœcitati authores.

8 *El modo y forma de las treguas y aſſegurançAs pone nueſtra* l. 1. ibi: *debenſe dar las treguas &c.* & prius *d. l. 2. tit. 12. p. 7.* ibi: *è deuen ſer dadas* vbi Greg. Lop. & Didac. Perez *vbi ſup.*

9 *Tregua* autem inde dicitur, quaſi terrens, vel tenens guerram ſecundum Ioan. Andr. *in c. 1. de tregua & pace* que refert Greg. Lop *in l. 1. litt. C. tit. 12. p. 7.* nihilominus tamen lex illa inquit *que ſe dize tregua porque ha en ſi tres ygualdades.*

*La primera, que por ella ſon ſeguras ambas partes de no ſe hazer mal, ni daño de dicho ni fecho, ni de conſejo en quanto la tregua durare. La ſegunda que deſpues que fuere tomada la tregua ſe pueden auenir las partes por ſi miſmo haziendoſe enmienda el vno al otro. La tercera es que ſi ellos no ſe concertaren en eſto, ſe la pueden demandar por iuizio, y anſi finalmente nacen de la prueua tres igualdades, lealdad, auenencia: y iuſticia.*

10 *Aſegurança es, aſeguramiento que ſe dan los otros hombres que ſon de menor guiſa, quando acaeſce enemiſtad entre ellos, ò ſe temen vnos de otros, y en algunos lugares ſe vſa de ſe dar fiadores de ſaluo que como tregua y aſegurança: y dizeſe aſegurança porque por ella ſon ſeguros aquellos entre quien fuere pueſta la tregua* d. l. 1. tit. 12. p. 7.

11 *Y aunque la tregua à lugar ſeñaladamente entre los hijoſdalgo deſpues que ſe deſafian y no antes: Pero bien ſe pueden dar treguas los otros hombres que no ſon hijoſdalgo: y ſon obligados à la guardar deſpues que la otorgaren*, vt in expreſſe cauetur *in hac l. 1. huius tit. 8 lib. 8. nou. collect. reg.* ibi, *y como quiera, &c.* & *l. 2. circa fin.* ibi, *è como quier d. t. t. 12. p. 7.*

12 § proprie tamen *tregua* eſt illa, quæ datur inter generoſos; inter alios namque non dicitur proprie tregua, ſed ſecuritas: leges tamen prædictæ regiæ, aliaque iura & Doctores promiſcuè vtuntur iſto termino ſiue inter nobiles, ſiue inter plebeios; & lex aliquando vocat, fœdus, vel inducias vt in lege *poſt liminium, § inducias, ff. de captiu. & poſt limin. reuerſ. cap. ius gentium 1. diſtinct.*

13 § & inter treguam & inducias nulla eſt conſtituenda differentia, vtrumque enim nomen idem ſignificat, niſi quod tregua barbarum eſt, quod admiſiſſe apparet ſcriptores in rubrica de tregua & pace ſecundum Dida Perez *in d. l. 1. num. 8 lib. 4. ordinam col.* 1479. ſed leges noſtræ Regiæ, vt videmus, & conſuetudo generaliter vtitur iſto nomine *tregua* inter omnes, & non intereſt appelletur tregua an ſecuritas, ſecundum Gregor. Lopez *in d. l. 1. litera B.* & Didac Perez *in l. 10. gloſſa ſi tit. 2. lib. 4. ord. col.* 1388. & Azeu. *in hac l. 1. n. 3.*

14 Pax verò, *es fin y acabamiento de la diſcordia è del deſamor que era entre aquellos que la hazen*, vt *in l. 4. tit. 12. p. 7.* & fœdus & pax fiunt perpetuò, vt *in l. non dubito, ff. de capt. & poſt limin. reuerſ.*

SVMMARIVM.

1 *Fractores treguæ & ſecuritatis qua pœna puniantur, & n. ſeqq.*

## *De pœna frangentium treguam & ſecuritatem.*

## QVÆSTIO CVIII.

1 QVæro ſecundo, qua pœna puniantur fractores treguæ & ſecuritatis? & in hoc *l. 3. tit. 12. part. 7.* inquit, *que los quebrantadores de la tregua, ò de la ſegurança, ſi fueren hijoſdalgo puedan ſer reptados por ende, è caer en la pena que dixo en el titulo de los rieptos: è ſi fueren otros homes de menor guiſa, el que firiere, ò matare, ò prendiere à otro en tregua, o en ſegurança, ò ſobre fiadura de ſaluo, que muera por ello, è ſi le fiziere daño en ſus coſas que le peche quarto doblo, è ſi lo deshonraſe, que le faga enmienda à bien viſto del Rey, è que los que fizieren la fiadura de ſaluo cayan en aquella pena à que ſe obligaron quando la fizieron.*

2 Aliter tamen diſponit in hoc noſtra l. 1. huius tituli 9. *lib. 8. nou. collect. reg.* inquit enim, *otro ſi ordenamos y mandamos, que los quebrantadores de la tregua, ò de la aſegurança ſi fuere otorgada la tregua ò aſegurança por las partes, o pueſta por el Rey, ò por nueſtro mandado, que el que matare, ò firiere, ò prendiere à otro en tregua ò ſegurança que muera por ello muerte de aleuoſo, y pierda la mitad de ſus bienes, y ſi fuere pueſta por los merinos, ò por los officiales de cada lugar que han poder de iuzgar, ſi matare ò hiriere muera por ello, y ſi prendiere ſea condenado en diez años de ſeruir en galeras, ò en frontera conforme la qualidad de la perſona: y ſi deshonrare faga enmienda à bien viſto del Rey o de los juezes do eſto acaeſciere*, quid dicendum.

3 Gregor. Lopez *in l. 3. in gloſſa, muera por ello*, intelligit noſtram l. quæ olim erat *l. 1. tit. 8. lib. 4.* ordinamenti veteris, vt procedat, quando tregua fuit poſita à Rege, vel eius ſpeciali mandato; nempè quod tunc frangens treguam puniatur pœna mortis aleuoſi, & inſuper medietatis bonorum: ſi verò tregua ponatur per iudices & alios ordinarios cuiuſlibet oppidi, & occiderit, puniatur pœna mortis tantùm, ſi verò percuſſerit vel capturam fecerit, ſoluat ſexcentos marapetinos bonæ monetæ vt in d. l. 1. ordinamenti: & ſi ponatur tregua inter diſcordantes etiam ſine Regis vel iudicis mandato erit pœna *d. l. 3. titul. 12. part. 7.* cum generaliter loquatur vt in ſimili declarat Bald. *de pace tenend. & eius violat. in principio, verbo, captiuitatem*: & quod d. l. ordinamenti in ſuo ſpeciali caſu practicabitur, & quod forte illa dum diſponit de pœna dictorum marapetinorum in caſu capturæ vel percuſſionis intelligi debet, vltra aliam pœnam ordinariam, vel arbitrariam, quæ iudici videbitur imponenda, vt patet ex fine illius l. & quia aliàs pœna illa non eſſet ſufficiens maximè ſtante d. l. partitarum, quæ pœna mortis etiam in illo caſu imponebat hanc opinionem & doctrinam ſequitur Didac. Perez *in d. l. 1. col.* 1485.

4 Ego vero cenſeo deciſionem huius noſtræ *l. 1. tit. 9. lib. 8. nouæ collect. reg. in verſ. otro ſi ordenamos que los quebrantadores de la tregua, &c.* circa pœnas fragentium treguam, vel ſecuritatem eſſe ad literam obſeruandam & practicandam, cum ſit lex nouior cæteris.

Et ſic obſeruo primo, *que los quebrantadores de la tregua è aſegurança otorgada por las partes ò pueſta por el Rey, ò por ſu mandado, que el que matare ò firiere à otro en tregua è aſegurança, que muera por ello muerte de aleuoſo, y pierda la mitad de ſus bienes*, neque admitto in hac ſpecie intellectum Gregor Lopez, *vbi ſupra*, dum innuit, quod ſi tregua ponatur per partes, erit pœna d. l. partitæ, mortis ſcilicet ſimpliciter, ſiquidem dicitur quod ſi ponatur tregua inter diſcordantes, etiam ſine regis, vel iudicis mandato (& ſic per partes) erit pœna d. l. 3. partitæ, hoc namque eſt contra literam claram d. l. 1. *tit. 8. lib. 4. ordin. regni* quam citauit Greg. Lopez, *vbi ſupra*, & hodie eſt l. noſtra 1. huius tituli 9. ibi, *por las partes, ò pueſta por el Rey*, qua parificatur quoad pœnam præd. tregua & ſecuritas per partes facta illi, quæ per Regem ſeu eius mandato fit: & ita merito Greg. Lop. & Didac Perez in hoc reprehendit Azeued. *in hac l. 1. ſub n. 31. & 32.*

5 Segundo, *que ſi la tregua ò aſſegurança fuere pueſta por los merinos, ò por los oficiales de cada lugar que an poder de juzgar, ſi matare ò firiere que muera por ello: mas no muerte de aleuoſo, ni perdimiento de la mitad de ſus bienes*, vt conſtat ex noſtra l. 1. ibi, *y ſi fuere pueſta, &c.* in hoc differt hic ſecundus caſus à primo præcedente.

Limitatur hic ſecundus caſus *en el que matare otro à traycion, dada y otorgada tregua, ò ſeguro ò por aſſechanças, ò en otro qualquier caſo porque deua ſer condenado à muerte, ſi deſpues que fuere condenado entrare en la Corte con cinco leguas en derredor porque entonces allende la pena corporal, pierde la mitad de ſus bienes para la Cámara de ſu Mageſtad*, vt in l. 7. tit. 23. infra hoc lib. 8. *laqual ley aunque no habla particularmente quando la tregua o ſegurança fue pueſta por los iuezes inferiores (que es en el caſo en que vamos hablando) pero neceſſariamente ſe ha de entender en eſte caſo, en el qual ſolamente ſe incurria por nueſtra ley primera deſte titulo 9. en pena de muerte, y para incurrir en perdimiento de la mitad de ſus bienes requiera la dicha ley 7. que de mas de quebrantar la tregua è ſeguro entre en la corte con cinco leguas al derredor luego habla, ò à lo menos ſe ha de entender quando la tregua, ò ſegurança eſta pueſta por los iuezes inferiores: porque quando ſe pone por las partes, ò por el Rey, ò ſu mandado ſin entrar en la Corte el quebrantador de la tregua o ſegurança incurre en pena de muerte de aleuoſo, y perdimiento de la mitad de ſus bienes*, vt in hac l. 1. tit. 9. in 1. caſu præcedenti, & ita has leges rectè expendit, atque intelligit Azeued. *hic n. 32. & 33.*

6 Tertio, *que el que prendiere quebrantando la tregua, ò ſegurança pueſta por los iuezes inferiores, ha de ſer condenado en diez años de ſeruir en galeras, ò en frontera, conforme à la qualidad de la perſona, y ſi deshonrare que haga enmienda à bien viſta del Rey, ò los iuezes do eſto acaeſciere*: quod de nouo in noſtra l. 1. ſancitur correcta ſiue emendata diuerſa pœna in hoc caſu ſtatuta per l. 1. tit. 8. lib. 4. ordinamenti, veter. *laqual diſponia que ſi firiere, ò prendiere peche ſeyſcientos marauedis de la buena moneda*, hodiè namque per noſtram l. 1. huius tit. 9. *ſi prendiere en lugar de la pena de los dichos ſeyſcientos marauedis de la ley del ordenamiento viejo ſe pone pena de diez años de ſeruir en galeras, ò en frontera conforme à la qualidad de la perſona* vt vidimus, *y ſi hiriere pena de muerte, laqual no ponia antes la dicha ley de ordenamiento en eſte caſo, ſino ſolamente de ſeyſcientos marauedis de la buena moneda, y anſi quedan bien declaradas, y entendidas eſtas leyes reales y ſus penas.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio an teneatur inter rixari volentes treguam & ſecuritatem ponere, ad obuiandum delicto, & n. ſeqq. & quod teneatur ad inſtantiam partis n. 2.*

6 *Iudex ſciens duos vel plures venturos ad rixam ſuper capienda poſſeſſione alicuius rei, vel bonorum maioratus debet ad euitandam prædictam rixam poſſeſſionem ſecreſtare penes fidum hominem & præcipere contendentibus ſub pœnis, ne accedant ad capiendam prædictam poſſeſſionem. Et quomodo hoc intelligatur num. ſeqq.*

9 *Iudex licet regulariter in ciuilibus non poſſit partes compellere ad concordiam, niſi in quibuſdam caſibus, in criminalibus tamen hoc facere tenetur, ne lædatur reſpublica, & n. 10.*

11 *Ampliatur in iudice clerico, n. 11.*

*De iudice ſciente aliquos rixari volentes quod teneantur fœdus treguanque ponere inter ipſos.*

## QVÆSTIO CIX.

1 QVÆRO modo circa praxim ſupradictorum, an iudex ex officio videns, aut timens partes rixari, indeque grauia crimina fore perpetranda, niſi ipſe fœdus, treguamque ponat inter ipſos, ex officio abſque inſtantia partis poſſit treguam & ſecuritatem inter eos
2 ſub pœnis ponere, atque conſtituere? ¶ ad inſtantiam partis timentis offendi ab aliquo & implorantis officium iudicis pro ſua ſecuritate, quod poſſit iudex præmiſſa cauſæ cognitione compellere aduerſarium ad præſtandam cautionem de non offendendo eum, tenet Bart. *in l. illicitas §. ne potentiores, per tex. ibi ff. de officio præſid.* & ibi, communiter Doctores, idem Bart. *in l. ſanctium, ff. de rer. diuiſ. & in l. denuntiamus, C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* & alibi: quam ſententiam communem nouem declarationibus ornat, atque interpretatur Felin *in rubrica de treg. & pac. num. 10. & 11.* & reaſſumit latiſſimè Hippolyt. de Marſil. *in l. 1. §. præterea, num. 83. cum ſequentibus, ff. de quæſtion.* Anton. Gomez *3. tom. var. reſol. c. 6. de iniuriis, num. 16.* & Ripa *in rubrica ff. de damn. infect. per totum*, & hæc eſt receptiſſima omnium traditio teſte Plaza *lib. 1. de delict. cap. 7. num. 1.* & cum eo Iul. Clar *in pract. crim. §. fin. q. 47. verſic. & in primis.*

3 Quinimo ex officio iudicis idem probatur *in l. æquiſſimum, ff. de vſufruct.* aliàs *l. ſi vſusfructus 16. in ordine § ſed ſi inter duos, ff. eodem titulo*, vbi quod iudicis officio incumbit, ita rem componere inter litigantes, vt ad arma & contentionem priuatam minimè accedant cur enim (vt inquit Iuriſconſultus Iulianus) ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos poteſt iuriſdictione ſua componere? cuius reſponſi ratione plura tradidere poſt alios Curt. ſenior *conſil. 60.* Paul. Pariſ. *conſil. 148. per totum lib. 4.* Gratus *conſil. 10. numer. 9.* & alibi ſæpiſſimè Doctores.

4 Et quamuis Paulus Pariſ. *vbi ſupra num. 10.* dicat eſſe communem opinionem, iudicem requiſitum ſeu ex mero eius officio procedentem non poſſe cogere aliquem ad præſtandam præd. cautionem, ex vno mero & abſoluto arbitrio, & nulla præcedente cauſæ cognitione, ſed tunc demum ad id procedere debet, quando præcedit cauſa, & iuſta, cum talis cautio petatur præſtaria perſona perſonæ, quem referunt Plaça *d. cap. 7. num. 1. in fi.* & Iul. Clar. *vbi ſupra, verſiculo, ſed nunquid*: ſatis tamen iuſta cauſa eſt, quod partes paratæ ſint ad rixam & arma, volentes vti poſſeſſione eiuſdem rei vt *in d. l. æquiſſimum*, igitur vt ceſſet tale periculum iudex poteſt dare illud remedium: & præterea inquit Clarus *vbi ſupra*
5 contra Pariſ. quod ipſe plerumque vidit contrarium obſeruari quando ſubeſt timor ſcandalorum, quia ſolent iudices & debet cogere partes ad inuicem fidei iubendum de ſe non offendendo omni appellatione & exceptione remota, & vbi recuſent fidei iubere efficiuntur à ciuitate ſub comminatione grauium pœnarum & quod in multis locis vbi quis minatur alteri ſolet ille dari in cuſtodia aduerſario ſuo ſub pœna vitæ, quæ appellatur *ſaluaguarda*, quam ex cauſa Senatus ſolet aliquando concedere, præſertim quando aduerſarij ſunt potentiores & manu prompti; ſed apud nos ſolent iudices ſic recuſantes ad inuicem fidei iubendum de ſe non offendendo in carcere publico detinere, donec prædict. fideiiuſſiones præſtent.

Et ex text. *in d. l. æquiſſimum*, Doctores communiter probant, indeque exiit praxis ordinaria 6
quod quando plures contendunt ſuper capienda poſſeſſione alicuius rei litigioſæ & ſperatur, eos venire ad rixam & arma debet iudex & ſolet, vt hoc euitent præcedente aliqua cauſæ cognitione eis præcipere ſub pœna, ne ad eam rem accedant, quinimo res ponitur ſub ſecreto apud tertium fidum hominem, donec per iudicem determinetur cui competat poſſeſſio, ſine præiudicio iuris vtriuſque partis, & ad hoc illum text. commendant ibi Bart. Alber. cæterique Doctores & alij plures tenentes dictam praxim quos refert & ſequitur Anton.
Gom. *in l. 45. Tauri num. 145.* applicans ad quæ- 7
ſtionem bonorum maioratus, quando plures contendunt, ſe eſſe ſucceſſores maioratus, & ſic ſibi inuicem contradicunt, & inter eos eſt maxima contentio, adeo quod ſperatur rixa & diſcordia & ad arma deueniri, quia vterque narat ſe & ſuos pro adipiſcenda actuali poſſeſſione,
rerum maioratus, ¶ & hoc verum intelligit, 8
quando non conſtat quis eorum poſſideret, vel quando eſt certum, quod neuter eorum poſſidet & vterque præparat ſe ad arma: ſecùs tamen eſſe dicit, quando conſtaret, quod vnus eorum poſſidet, vel eſſet in actuali detentione ex qua præſumatur poſſeſſio: quia tunc, licet alter ſe præparet ad arma, & ſperetur rixa, tunc namque non debet fieri ſequeſtratio poſſeſſionis, ſed poſſeſſor defendendus eſt per iudicem ita ſingulariter Bald. *in l. quidam æſtimauerunt, ff. ſi cert. pet. col. 2. poſt medium, verſiculo, ſecundo caſu* & alij plures, quos refert & ſequitur Anton. Gom. & optimè Decius *in l. fin. num. 7. C. de edict. Diui Adrian. Tollen.*

Denique licet in ciuilibus iudex regulariter non 9
poſſit compellere partes ad concordiam Bart. *in l. congruit, in fin ff. de offic. præſid.* Abb. & Felin. poſt alios *in rubrica num. 1. de treg. & pace*, vbi congerit ſeptem limitationes, ex quibus illam tantum, quam ibi latè probat Felin. *num. 6.* ſcilicet, quando eſt diſſentio inter perſonas inſignes ex qua reſpublica turbatur, refert & ſequitur cum Pariſ. de Puteo Didac. Perez *in l. 1. tit. 8. lib. 8. ord. col. 1483. verſ. dubitatur, vtrum.*

Hoc tamen etiam fallit, in cauſa criminali, 10
quia per eam poteſt lædi reſpublica, *l. ſi quis ingenua, §. fin ff. de captiu. & poſtlimin reuerſ.* ita Bart. Abb. & Felin. *vbi ſupra hic num. 2. & 3.* vbi hoc verum intelligit, antequam naſcatur delictum, quia iudex ante factum debet obuiare: ſed poſt delictum commiſſum, iudex non debet ſe intromittere ad concordiam partium, ſed poſtquam
punitit poteſt ſtudere de concordia earum, ſecundum Bart. Salic. & Alexand. quos refert ¶ & 11
in terminis quod iudex etiam clericus poſſit compellere laicos ex cauſa ad treguam & pacem cum Abbate *in cap. 1. de treg. & pace*, tenet Felin. *in d. Rubrica eiuſdem tituli num. 9.* & probatur hæc ſententia hodie *in l. 2. tit. 17. partita 7.* ibi, *y quando los vandos, y los otros homes que ouieren diſcordia, ò enemiſtad entre ſi, no ſe acordaren en darſe tregua, ò ſegurança, puedenlos apremiar que la den,*





*los merinos è los oficiales de cada lugar que an poder de juzgar y cumplir la juſticia en la tierra, è ſon tenudos de la guardar, bien aſſi como ſi ellos miſmos la ouieſen pueſto de ſu voluntad*, & ibi notat Gregorius Lopez in gloſſa *apremiar*, allegans alia iura approbatur etiam eadem concluſio per hanc noſtram l. 1. ibi, *la terçera es, la que ſe dà de vnos hombres à otros por el juez, y eſta ſe deue guardar por aquellos entre quien fue pueſta*, &c. & iterum verſiculo ſequenti incip. *y ſi los vandos y los hombres que ouieren enemiſtad entre ſi, no hizieren tregua, ò conuenencia, ò ſegurança entre ſi, puedan ſer apremiados por nos, y por nueſtros merinos y oficiales del lugar que an poder de juzgar y hazer juſticia. Y mandamos que todos guarden la tregua que aſſi fuere pueſta, bien anſi como ſi ellos miſmos la ouieſſen pueſto de ſu voluntad.*

### SVMMARIVM.

1 *Pace rupta ex noua ſuperuenienti cauſa non incurritur pœna impoſita in ipſa pace, & numeris ſeqq.*

5 *Tregua an dicatur rupta ex noua cauſa interueniente, & numeris ſequentibus, & quid in foro Poli, num. 23.*

6 *Frangenti fidem, fides non eſt ſeruanda.*

8 *Ignoſcendum eſt ei, qui prouocatus ſe vlciſci voluit.*

16 *Clauſula, rebus ſic ſtantibus & in eodem ſtatu permanentibus ſemper ſubintelligitur.*

17 *Renuntiatio iurata, non extenditur ad ius poſtea de nouo competens.*

18 *L. 28. tit. 12. part. 3. intellectus, & num. 19. cum ſequentibus.*

*De rumpente pacem vel treguam ex noua cauſa.*

## QVÆSTIO CX.

1 QVÆRO tertio circa eandem l. 1. an ſicut pax non ideo rumpitur ad incurrendam pœnam fractæ pacis, ſi ex noua ſuperueniente cauſa rumpatur; veluti ſi vnus ipſorum alterum offendat iuxta doctrinam Bart. *in l. aut facta, §. cauſa, num. 1. circa fin. ff. de pœn.* eſt communis vt cum aliis teſtatur Iulius Clarus *in practic. crimin. §. fin. quæſt. 47. verſiculo, ſed quoniam*: vbi ampliat & *in verſiculo, quæro nunc*: vbi hoc bene declarat & Hojed. *de incompatib. benefic. 1. part. cap. 23. num. 18.* & plurimos citans Maſcard. *de probat. 3. tom. concluſione 1157. num. 5. & 6.* vbi per totam illam concluſionem latiſſimè eam ampliat & declarat, eandem dicit communem plurimos idem dicentes & ſequentes congerens & amplians, & limitans pluribus modis nouiſſimè Farinac. *in tertio tomo, ſuæ prax. crimin. quæſt. 107 parte ſecunda, artic. 32. num. 403. cum pluribus ſequentibus*: vbi loquitur etiam in cautione præſtita de non offendendo,
2 & Maſcard. *num. 9. cum ſequentibus*, inquit, quod in dubio ad euitandam pœnam noua cauſa ſemper præſumitur, quæ eſt communis opinio; vt poſt eum alios allegans dicit & ſequitur Hippolyt. de Bonacoſa *in ſuis communibus opinionibus, verbo, pax in dubio*, & plurimos congerens Farinac. *vbi ſuprà, parte tertia, artic. 33. num. 452.* affirmans eſſe communiter receptam, vbi *numeris ſequentibus*, plurimis modis & concluſionibus hoc declarat vtiliter in praxi, & latiſſimè Petr. Zaball. *lib. 2. reſol. crimin. caſu 101. num. 15. cum*
*ſequentibus*, & quod pax non dicatur rupta ap- 3
probatur hodie in noſtris Regnis ex *l. 4. tit. 12. p. 7. in verſiculo, otro ſi*, ibi, *no lo faziendo por ocaſion, ni por otro yerro que acaecieſe entre ellos de nueuo*, quo verbo Gregor. Lopez ibi notat eſſe textum expreſſum pro hac communi opinione; & confirmatur, quia ſecundum ius noſtrum, quando conſtat, quis primò contrauenerit paci & vnitati, iſte primus non poteſt agere contra ſecundum, qui contrauenit, ſed bene ſecundus contra primum, vt inquit Bart. *in l. 1. §. cum arietes n. 2. ff. ſi quadr. pauper. fecis. dic.* eſt communis, vt plures allegans affirmat Hojed. *vbi ſuprà, num. 17.*
¶ & qualis debeat eſſe cauſa noua ad hoc vt ex 4
ea offendens excuſetur à pœna pacis, ſeu cautionis ruptæ latè idem Farin. *vbi ſuprà, art. 34. n. 60. cum ſeqq.*

Ita etiam idem ſit dicendum in tregua, vt ob 5
nouam cauſam non dicatur rupta?

Et videtur quidem proculdubio, idem dicendum in hac ſpecie in tregua: promiſſio namque fidei, tunc demum locum habet, cum ab alia parte eſt ſeruata, & ſic ille, qui præſtat occaſionem offendendi, violat treguam, ſeu pacem, non verò, qui offendit poſteà eum, qui fidem non
ſeruauit: ¶ regula enim eſt generalis, quod fran- 6
genti fidem, fides non eſt ſeruanda *l. ſi conuenerit, ff. pro ſua text. cum gloſſa in cap. 3. de iure iur.* Abb. *in cap. an ſit num. 6. de appell.* latiſſimè Beccius *conſ. 45, num. 9. lib. 1. deciſ. Peruſ. 90. n. 28. in part.* Roland. à Valle *conſil. 99. num. 6. cum ſeqq. lib. 4.*

Secundò, quia nimis durum eſſet, quod ad- 7
uerſarius me impugnaret, & quod ego non poſſem me defendere etiam durante tempore treguæ *cap. cum inter de except. cap. ſi vero ſecundo, de ſententia excommunicat.* Decius Hieronym. Cagnol. poſt Alber. *in l. cum par, §. illi debet, ff. de regul. iur.*

Tertiò, quia ignoſcendum eſt ei, qui ſe vlciſ- 8
ci prouocatus voluit, *l. qui cum natu 14. verſiculo, ignoſcendum, ff. de bon. lib.* & in terminis hanc partem tenet Bald. *in l. cum proponas, col. 1. num. 1. cap. 1. de pact.* dicens eſſe veritatem & eam iure veriorem reputant ibi Alexand. *num. 3.* & *deciſ. 7. vbi Claudius in quæſt.* quod ita vbique practicatur, præterquam in Hiſpania, & eam probant collector. Henrich. Bellamera & Abb. *in cap. 1. de tregu. & pace*; hanc ſequuntur plures relati per Didac. Perez *in l. 1. tit. 8. lib. 4. ordin. col. 1480. verſic. dubitatur tertio*, & multo plures per Maſcard. *vbi ſuprà, num. 70.* vbi *num. 76. cum ſequentibus*, affirmat hanc eſſe communiorem opinionem ex Andrea Gail. *in tractatu de pace public. cap. 4. num. 46.* eamque veriorem dicere Petrum Beneintend. *deciſ. 65. num. 4.* & crebriorem Moron *in tract. de fid. treg. & pace, c. 118. num. 5.* & magis communem plurimos citans affirmat Farinac. *vbi ſuprà, n. 406. & n. 49.* inquit, quod ab ea nunquam recederet in iudicando.

Sed non deſunt alij plures grauiſſimi aucto- 9
res tenentes contrariam omninò ſententiam, imo quod tregua etiam ob nouam cauſam dicatur rupta, etiam rationem differentiæ conſtituentes inter ſpecie inter treguam & pacem, quia tregua fit ad tempus & ideo expectari debet finis temporis, eoque elapſo poterit ſe vlciſci, non ſic

in pace, quæ perpetua eſt: & cum hac ratione tranſeunt moderni *in d.l.cum proponas*, teſte Decio *ibi col.2.verſic.2.*regula fallit in tregua ſecundum Didac. Perez *vbi ſuprà, col.*1482. ibi & cum hac ratione.

10 Secundò, quia, licet tu mihi facias proditionem, non tamen ex eo debeo aliquid contra te moliri, cum tibi fidem promiſerim *cap. noli* 23. *quæſt.*1.

11 Tertiò ex l. regia 28. quæ videtur in hoc pluſquam expreſſa *tit.*1. *part.*3. ibi, *la otra es entregua caſi vno la da à otro, è la quebranta qualquiera de ellos faziendo daño al otro en ſu auer, mueble, ò rayz, que no ſea en cuerpos de omes, ò mugeres, guardarſe deue por eſſo el otro por no quebrantar ſu iura. fueras ende, ſi quando la puſieron en vno fue dicho, que ſi alguno dellos la quebrantaſe en alguna manera, que el otro fueſſe tenudo de la guardar: ca entonçes es derecho, que ſi alguno hiziere à otro trayçion, ò aleue, que el otro ſe vengue del en aquella miſma manera.*

Et ita Gregor. Lopez ibi *in gloſſa, in tregua*, inquit, quod lex illa approbat dictum, quod fuit originale Vincentij *in cap.*1. *in fin.de treg.& pac.* quod refert & ſequitur Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. *in titulo de tregua & pac.* in Rubrica dicens, Vincentium affirmari ita ſeruari in noſtra Hiſpania, & hanc opinionem Vincentij ſequuntur Bellam.*num.*32. & Felin.*num.*6.alios allegantes *in d.cap.*1.*de treg.& pac.* & eſt communis opinio ſecundum Iaſon. *in d. l. cum proponas*, *num.*6. & ex eo Didac. Perez *in d. l.*1. *col.*1481. *cum ſequenti*, vbi, quod iſta communis opinio de iure noſtri Regni expreſsè eſt approbata *in dict. l.*28.ſecundum Gregor. Lopez *ibidem* & eundem *in l.*3. *tit.*12.*part.*7.*in gloſſa*, ibi, *ſe dan, proceder*, eandem ſequuntur plures congeſti per Maſcard. *vbi ſuprà, num.*75.*&* 76.& Iul.Clar.dicentem eſſe communem *d.* §. *fin. quæſt.*74. *verſiculo, ſed hic plerique:* dicit communem & communiorem ex aliis cum ea tranſiens Bonacoſa *in ſuis communib. opin. crimin. verbo, pax non dicitur rupta*, ibi, ſecus in tregua & inquiunt Doctores *vbi ſuprà*, ita ſeruari de conſuetudine in Hiſpania, vt conſtat ex ipſis præcipuè Ioanne Andr. *vbi ſupra*, & *in cap. peruenit de iure iurand.* Clar. *ad in d. l. cum proponas*, Alexand.*in l.ſemel Mora ff.ſolut.matrim.* Bellamer. *vbi ſuprà*, Hippolyt. *conſil.*21.*num.*60. *lib.*1. Didac. Perez & in aliis, & ſequuntur alij relati per Farinac. *vbi ſuprà, num.*408. vbi refert aliquos dicentes eſſe communem & magis communem & quod ab ea in iudicando & conſulendo recedendum non eſt.

12 Quid tenendum Doctores conueniunt in hoc, quod iura loquentia de frangente pacem, habeant etiam locum in frangente treguam ex diſpoſitione iuris: & opinio Vincentij ſuprà ſecundo loco relata, procedat ſtante conſuetudine, & ita ſe vſum habente, ita Maſcard. *vbi ſuprà, num.*77. ait, quod ita vſus habeat in Hiſpania, nunquam vidi, nec audiui, quicquid dicat Vincentius, & cæteri ex relatione ipſius; nullus tamen noſtrorum Doctorum Cõhiſpanorum, quem ipſe viderim affirmat præd. vſum, praxim, aut conſuetudinem.

13 Denique, licet opinio Vincentij tenenda eſſet, adhuc etiam in tali caſu, mitigari deberet pœna ſtatuta *d. l.*3. *ſi quis prouocatus voluit ſe vlciſci ex d.l.qui cum nutu maior*, §.*libertas. ff.de bon. lib.* ſecundum Gregor. Lopez *in d. l.*3. *gloſſ. magna verſic. mitigando.*

Nihilominus tamen in quæſtione præmiſſa, ſententia affirmatiua, & ſic primo loco ſupra relata, quod tregua non dicatur rupta ex noua cauſa, ſicut nec pax, eſt longè verior & magis communis, vt patet ex ſupradictis, eamque credit de iure veriorem & vidiſſe vbique ſeruari Iul. Clar. *d.* §. *fin. quæſt.*47. *verſiculo, ego credo:* vbi refert Corneum dicentem, ſe putare, quod contraria opinio nullibi ſeruatur in practica: & Claudium dicentem, quod vbique contrarium ſeruatur, præterquam in Hiſpania, eandem cum Claro, *vbi ſuprà*, ſequi videtur Hippolytus de Bonacoſa *in ſuis communibus opinion. criminal. verb. pax non dicitur rupta*, ibi & idem ſi eſt fracta tregua: ſequitur plures referens cum communi contra alios Petrus Zaball. *vbi ſuprà, num.*374. *cum ſequentibus.* 14

Nec obſtant fundamenta contraria adducta pro opinione Vincentij, quoniam illis ſatisfit in modum ſequentem.

Ad primum de ratione differentiæ inter treguam & pacem reſpondetur, ipſum minimè iure procedere, aut ſubſiſtere poſſe, quoniam & ſi tregua fiat ad tempus, non ideo ſequitur offenſum durante tempore treguæ, expectare debere ad finem temporis; cum primum enim alter primo fregit treguam, contraueni promiſſis; atque ideo facultatem aduerſario à ſe offenſo feciſſe, atque conceſſiſſe videtur à tregua recedendi, quandoquidem ipſe prius eam fregit, patet, quia primus non habet plus iuris ad contraueniendum, quàm ſecundus, cum æqualiter ad treguam ſeruandam vterque teneretur, ſed ille, abſque noua cauſa ab ea de facto receſſit, ergo huic meritò idem licebit pro defenſione ſui honoris: non enim debet eſſe melioris conditionis prouocans, quàm prouocatus. 15

Denique in conuentione pacis, vel treguæ, ſicut in alia qualibet promiſſione ſemper intelligitur ineſſe clauſula & conditio, rebus ſic ſtantibus. & aliquo de nouo non ſuperueniente: *c.cum inter de renunt. cap.quemadmodum de iureiurando, & in cap. clericus eodem titulo l. fin. ff. qui ſatiſd. cogantur l.fin.C.de non num. pecun. l.fin. ad municip.* etiam ſi iuramentum promiſſioni acceſſerit vt latiſſimè per Tiraq.*in l.præfatione, l.ſi vnquam num.*166. *cum ſequentibus, C. de reuoc.donat.* nos *in tractatu de iurament. confirmat.* 1.*part. cap.*19. *num.*6.*& cap.*71.*num.etiam* 7.¶ vbi quod renuntiatio iurata nunquam extenditur ad ius non competens tempore renuntiationis, ſed ad tunc temporis competens reſtringitur & ideo non obſtante tali renuntiatione poterit petere ius nouum ſibi ſuperueniens, etiam ſi renuntiauerit iuri, quod habet & habere ſperat in tali re; quia id intelligitur ex cauſa de præterito iuxta ſupradictam communem reſolutionem, & in terminis probat Bart. *in l.vxor*, §.*Diuus ff.de adulter. & in l.qui Roma*, §. *duo fratres, num.*19 *ff.de verb.obligat. & in l.poſt emancipationem*, §.1 *n.*3. *ff.de liber. legat. & in l.qui cum tutoribus, num.*1. *ff.de tranſact.* Hippolyt. *in l.*1. §.*fin. in* 7.8.*&* 9. *columna, ff.de quæſtion.* Maſcard. *de probat.*3.*tom. concluſ.*1157. *num.*8. vbi *num.*9. in terminis pacis formatæ, quod intelligatur dicta clauſula, rebus ſic ſtantibus allegat Hercul. *in tractatu de cautione de non offendend. cap.*13. *num.*3. *in verſiculo*, hæc proculdubio eſt communis & magis communis opinio, & Pariſ. *conſil.*165. *num.*28. *volumine* 4. ergo & in terminis treguæ factæ, ac promiſſæ eadem ratione intelligenda eſt etiam prædict. clauſula: neque obſtat altera pars ra- 16 17

tionis



tionis differentiæ præd. inter treguam & pacem, nempe quòd pax perpetua ſit: facilè enim hoc etiam diluitur, ſi obſeruemus eandem vim militare in tregua promiſſa, durante tempore ipſius treguæ reſpectiuè, quandoquidem validum eſt argumentum de toto quoad partem, &c. *vt in l.quæ de tota cum ſimil ff.de rei vendit.* tum etiam, quia illa ratio differentiæ non eſt ſufficiens ad tantum diſcrimen conſtituendum inter treguam & pacem, vt ex ſupra dictis patet: offenſus enim fracta tregua, cum agat de defendendo honorem proprium & ſibi ſit iam via aperta, atque fides præſtita ſoluta, non tenetur virtute eius expectare ad finem temporis ratione inæqualitatis & ad euitandum abſurdum illud, quod prouocans ſit melioris conditionis, quam prouocatus, & quia de hoc conqueri non poſſit prior offenſor, cùm ipſe prius fregerit treguam, cauſamque proximam dederit & immediatam ſuæ offenſionis: accedit prætereà alia ratio, ne ſcilicet ſi contrarium diceremus, detur occaſio paſſim treguam frangendi & vt pacta non ſeruentur & pax non cuſtodiatur contra textum *in cap.*1.*&* 2. *de pactis.*

Ad ſecundum fundamentum contrarium, reſpondetur eodem modo: nempe quod ex contrauentione primi, ſoluatur fides præſtita ab offenſo, & frangenti fidem fides poteſt frangi vt prædiximus neque obſtat textus *in cap. noli* 23. *quæſt.*1. quia tantum probat, quòd etiam hoſti eſt ſeruanda fides, contra quem bellum geritur, id, quod more declarat *l.*2. *verſiculo pero, tit.*16. *part.*7. ſi tamen hoſtis, cui præſtita eſt fides, & cum quo eſt facta tregua, eam prius fregerit, non probant præcitata iura quod adhuc ſit eis ſeruanda fides & tregua, quinimo recta ratione probare videtur contrarium, ac ſi tregua facta non fuiſſet.

18 Ad tertium & quod fortius videbatur nempe ex l.28. quæ eſt penultima *tit.*11. *part.*3. in verbis expreſſis iam ſupra relatis, reſpondemus loqui, quando rupta fuit tregua, dando damna in rebus, ſecus verò in perſonis, quia ſi ipſæ offenderentur durante tregua, ſecus eſſet: item etiam loquitur, quando in tregua interuenit iuramentum: vnde fortè, ſi hoc ceſſaret, ſicut non dicitur quis ruptor pacis, ſi noua cauſa ſuperueniat, vt *in d. l.*4. *tit.*12. *part.*7. & ſupra diximus in principio huius quæſtionis, ſic nec dicetur ruptor treguæ noua cauſa intercedente, vt puniatur tanquam talis ruptor; vnde pœna aliàs remanebit in diſpoſitione iuris, ac ſi tregua non fuiſſet facta: ita obſeruabit Gregorius Lopez *in d. l.*3. *gloſſa magna, in fine tit.*22. *part.*7. idem Gregor. *in proprio loco*, nempe *in d. l. penultim. tit.*11. *part.*3. *in gloſſ. omes ò mugeres*, dicens ex iſto verbo videtur, quod ſi tregua frangatur, vulnerando vnus alterius, quod alter non tenebitur ſeruare treguam & ſi ipſe alium vulnerauerit, non teneatur vt violator treguæ, ſed pœna legali ſecundum Bald. poſt Guidon de Suza *in l.cum proponas, la primera, C. de pactis, quod ſatis probari in d.l.penult.in fine*, aſſerit Gregor. Lopez *ibidem.*

19 Hæc tamen reſponſio triplex habet caput: primum eſt, quod *d. l. penultim.* loquatur, quando rupta fuit tregua dando damna in rebus, ſecus verò in perſonis, quia ſi ipſæ offenderentur durante tregua ſecus eſſet: hoc caput expreſsè probatur *in d.l.regia*, vt patet ibi, *faziendo daño à otro en ſu auer, mueble, ò rays, que no ſea en cuerpos de omes ò mugeres, guardar ſela deue por eſſo per otro*, ſicque hæc lex manifeſtè approbat opinionem communem Vincentij, in bonis, hoc eſt in rebus, vt cum iudicio obſeruat Gregor. Lopez, & hinc forſan nonnulli ex præcitatis auctoribus anſam & occaſionem ſumpſerunt dicendi, quòd opinio Vincentij ſeruabatur in Hiſpania, quod verum eſſe poteſt, aut ſaltem debet obſeruari ex præd. l. regia, in perſonis verò in eandemmet l. regia approbatur noſtra verior & magis communis ſententia: hocque modo præd. duæ communes contrariæ ſententiæ reducuntur ad concordiam in his Regnis Caſtellæ & Legionis: extra ea verò indiſtinctè probo ſecundam ex fundamentis de quibus *ſuprà*, quam etiam nouiſſimè præd. ſecundas communes ſententias referens ſequitur & probat D. Azeued. *in l.*3. *num.*9. *cum ſequentibus, tit* 8. *hoc lib.*8. vbi limitat cum Claro & Maſcard. quando cauſa illa eſſet procurata per offendentem, quia tunc nihil prodeſſet.

Secundum caput reſponſionis Gregorij Lopez eſt quod *d.l.penult.* loquatur, quando in tregua interuenit iuramentum: hic intellectus literalis quidem eſt & verius, vt patet ex illis verbis legis, *guardarſe la deue por eſſo el otro por no quebrantar ſu jura:* quaſi ſecus ſit dicendum, ſi in tregua iuramentum non interueniret, quia tunc indiſtinctè ſeruanda erit opinio verior & magis communis, quam defendimus. 20

Habet tamen non leuem difficultatem hæc reſponſio, quia omninò videtur iuri contraria, vt patet ex his, quæ in comprobatione noſtræ ſententiæ prædiximus, & præcipuè ex eo, quod in quacumque promiſſione etiam iurata intelligitur clauſula rebus ſic ſtantibus & in eodem ſtatu permanentibus, & præterea quod frangenti fidem poteſt fides frangi: denique quia iuramentum ſortitur naturam contractus ſuper quo interponitur *l.fin. Cod.de non num.pecun. cum ſimil.* ac proinde iuramentum partium de tregua ſeruanda intelligi neceſſario debet, dum ab altera parte non frangitur, aliàs ſecus ex defectu conſenſus præſumpti ac omninò ſub intellectu ex natura actus, nempe vt ambæ partes in toto ſint durante tempore treguæ cum igitur altera earum contrauenit treguæ, iam ceſſat animus alterius partis promittentis ſeruare treguam cum iuramento, ac per conſequens deficit conſenſus ipſis, ergo iuramentum præd. non frangitur, ſi offenſus contraueniat poſteà treguæ: quis enim ſanæ mentis promiſiſſet atque iuraſſet ſe ſeruaturum treguam, etiam ſi altera pars ei contrauenerit? nemo profectò: quinimo cùm vtraque pars promittat & iuret ſeruare treguam, eo magis comprobatur hæc noſtra obſeruatio, atque conſideratio, quare non eſſe neceſſarium videtur exprimere in ipſa tregua, quod ſi vnus eorum eam frangeret, alter non teneatur eam obſeruare, hoc enim tacitè à iure ineſt, atque ſubintelligitur, tam etſi *in d.l.penult.* aliud probetur, quando perſonæ non offenduntur, ſed tantum damnum in bonis datur.

Hæc ſunt, quæ hanc reſponſionem, & deciſionem d. l. regiæ difficilem reddunt præcipuè cum in fine eadem l. dicat: *non es derecho que ſi alguno fiziere otra trayçion, ò aleue, ſe vengue del en aquella miſma manera.*

Nihilominus tamen, cùm expreſſa deciſio legis ſit, non audemus contra eam aliquid obloqui; poteſt tamen dici, quod iuramentum ibi eſt ſeruandum; non tamen probat nec inquit lex, quòd frangens treguam iuratam ex noua cauſa 21

ſuperueniente, puta, quia altera pars prius eam fregit, dicatur fracta tregua, nec incidat in pœnas in ea appoſitas: vnde ſi ſe vlciſcatur, ſiue dando damnum in bonis, ſiue in perſonis, non dicetur fractor treguæ, nec vt talis punietur pœnis in ea appoſitis, ſed erit fractor iuramenti, & ſic tanquam periurus puniri poterit, & denique pœna iuris propter periurium, mitiori tamen quam conuenta & appoſita in tregua, ac ſi tregua non fuiſſet facta, vt rectè cenſuit Greg. Lopez vtrobique, & hoc modo verba legis ſunt clara: ibi, *guardarſe la deue por eſto el otro, por no quebrantar ſu jura*: ergo ideò tenetur offenſus & ſic prouocatus ſeruare treguam, vt ſuum iuramentum non frangatur, quaſi dicat, cùm poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ iuramentum, ipſum ſeruandum eſt, vt aliàs videmus *in cap. quamuis pactum de pact. in 6. in cap. cùm contingat de iur. iur.* ac ſi diceret ſeruanda eſt tregua in præd. ſpecie ab altera parte, ne ſuum iuramentum frangat: non igitur eo tenetur ſeruare treguam, quod aliàs ſuperueniente cauſa de nouo ad id ratione promiſſionis ſimpliciter, nec ex natura treguæ teneretur, ſed tantum ratione iuramenti, ergo ſi fregerit iuramentum, tenebitur de periurio, non verò de tregua rupta, nec eius pœna: eodem modo reſponderi poteſt ad rationem l. in fine ipſius poſitam ſupra relatam: ibi, *cap. no es derecho*, &c. quod ſi replices ratio hæc l. non accommodatur opportunè præcedentibus, reſpondemus negatiuè, quando quidem in præcedentibus non agitur de fractione treguæ, ſed periurij tantum.

Adhuc tamen reſtat ſcrupulus circa veram rationem & intelligentiam d. l. regiæ primò dictus: ſiquidem iuramentum in tregua appoſitum non videbatur ſeruandum etiam in bonis noua cauſa interueniente, ex defectu conſenſus, quod ſi eſt ſeruandum in bonis, etiam in perſonis ſeruandum erat, cùm poſſit vtroque caſu ſeruari, ſine interitu ſalutis æternæ: ergo, aut quæ dicta ſunt veritate carent, aut deciſio d. l. regiæ iure non procedit, hoc autem dici non poteſt, ergo, &c. Reſponderi poterit l. hanc approbare opinionem illorum, qui tenebant, quòd, licet tu facias proditionem contra me, non tamen debeo illam committere contra te, quia tibi fidem promiſi: de quo, per Gregor. Lopez *in d. l. penultim. gloſſa fin. in fin.* & ſupra alios eiuſdem opinionis auctores retulimus, quæ opinio approbatur in ea l. regia, quando tregua formata eſt iuramento, ne ipſum frangatur, & non aliàs; nec tunc quoad perſonas, ſed quoad bona tantum; & quamuis ſic propter auctoritatem legis tenendum ſit, nihilominus tamen iure communi attento verior eſt opinio contraria & magis communis, vt vidimus & patet ex ſupradictis.

22 Tertium dictum ſiue tertia reſponſio Gregor. Lopez ad præfatam l. regiam eſt, quod non dicetur fractor treguæ noua cauſa intercedente, quaſi prouocatus vlciſcitur, vt puniatur tanquam talis ruptor, ſed pœna aliàs remanebit in diſpoſitione iuris, ac ſi aliàs tregua non fuiſſet rupta. Hæc eſt aſſertio veriſſima meo iudicio, vt iure probata ex ſupradictis & ex traditis per Maſcard. *dict. concluſione* 1157. *num.* 28. *&* 19. vbi probat, quod, ſi pax rumpatur ob nouam cauſam tam in continenti, quam ex interuallo, non incurritur in pœnam conuentionalem & applicandam parti, vt per ipſum ibi *num.* 27. ſecus tamen eſt reſpectu pœnæ applicandæ fiſco, nam ex interuallo offendens etiam prior offenſus punitur, ſicut & puniretur in continenti, quoad fiſcum, qui nihil aliud reſpicit niſi delictum, & ideo niſi offenſus offendiſſet ad ſuam defenſionem, plecteretur quoad fiſcum, vt ibi latè probat ex Bald. & in aliis auctoribus.

Loquuti ſumus, & intelligi neceſſariò volumus ſuperiora in foro fori, ſecus in foro poli, in quo nullo modo licebit ex cauſa quantumcumque de nouo ſuperueniente frangere treguam, & ſic aduerſarium occidere, vulnerare, aut damnum aliquod in ſuis bonis inferre, ſed auctoritate prætoris ius ſuum in iudicio deducere, ac petere & proſequi abſque malo animo vindicandi iniuriam ſibi illatam, ſed bono zelo & pro bono publico, ne delicta remaneant impunita, & vt occaſione aliis delinquendi auferatur, ac deinde vt damna intereſſe & expenſæ ſibi reſarciantur, præterquam in continenti, tunc enim licitum eſt omni iure pro defenſione ſui neceſſaria cum moderamine inculpatæ tutelæ alterum offendere, vel etiam occidere, ſeruatis ſeruandis à iure & à noſtris interpretibus requiſitis & traditis. 23

SVMMARIVM.

1 *Tregua vel pax inter aliquos facta, an dicatur rupta ex adulterio commiſſo cum vxore alterius, & numeris ſequentibus, & quid ex aliis cauſis de quibus num. 5.*

2 *Vaſſallus, qui promiſit domino fidelitatem, perdit feudum propter adulterium cum vxore vel filia domini commiſſum.*

3 *Pax rupta non dicitur ex noua cauſa etiam leui ſuperueniente, limitatur aliquibus modis num. 7 & 8.*

9 *Promittens ſub pœna non offendere alterum an incidat in pœnam offendendo fratrem eius, & num. ſeqq.*

*De pace & tregua inter aliquos facta, an dicatur rupta ex adulterio commiſſo cum vxore alterius.*

## QVÆSTIO CXI.

QVÆRO etiam circa eaſdem leges regias, an tregua vel pax facta inter aliquos cenſeatur rupta ex adulterio commiſſo per vnum ex prædictis cum vxore alterius? & ruptam eſſe affirmauit Ioan. Faber *in l. denunciamus col. 2. verſiculo, ſed quid ſi non tangit, Cod. de his qui ad Eccleſ. confug.* ſequitur Aretin. *in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus col. fin. ff. de verb. obligat.* Angel. *in tract. maleſic. verbo, che me ha adulterato la mia dona, num. 6.* & ibi Auguſtin. de Arimin. in addit. Roman. *in l. licitatio. § quod illicitè col. 2. verſic. 4.* adde *num. 8. ff. de public. & vectig.* 1

Pro quo facit quia vaſſallus, qui promiſit domino fidelitatem, perdit feudum propter adulterium, cum vxore vel filia domini, vt in authent. *qua fuit 1. cauſ. beneficium amittend. §. præterea,* & §. *ſequenti colluſione* 10. *cap.* 1. §. 1. *quib. mod. feud. amittend.* ampliat Clarus, § *feudum quæſtione* 48. ergo cum facientes treguam, vel pacem promittant ſibi inuicem obſeruare fidem, ſi vnus alterius vxorem, vel filiam poſteà carnaliter cognouerit, dicetur fidem, ſeu pacem firmatam 2



3 violaſſe. Confirmatur quia ex noua cauſa ſuperueniente non dicitur quis ruptor pacis, vt ſuprà *in quæſtione proximè præcedenti*, quod procedit etiam ſi noua cauſa ſuperueniens non eſſet iuſta, pacem rumpendi, ſed leuis & friuola, vt cùm plurimis auctoribus reſoluit Maſcard. *de probat. 4. tom. concluſione* 1157. *num.* 13. quia ad incurrendam pœnam propter fractionem pacis requiritur dolus: vt ibi per eum *num.* 14. ſed bene, quælibet cauſa etiam leuis & leuiſſima, & ſiue iuſta, ſiue iniuſta excuſat à dolo *l. igitur ff. de liber.* cauſa communibus: vt pluribus relatis affirmat Maſcard. *vbi ſupra, n.* 16. ſed adulterium commiſſum cum vxore vel filia eſt cauſa noua grauiſſima, vt patet; ergo, &c.

4 Nihilominus tamen contraria in hoc ſententia eſt verior communis & tenenda: quia præſumitur potius id feciſſe cauſa libidinis, quam animo iniuriandi; ita tenet Bart. *in l. verum, n. 4. ff. de furt.* & ibi eius addit. quam latè probat & ſequitur Alexand. *conſ.* 113. *lib.* 2. Hippolyt. *conſil.* 83. qui cuncta moderatur *col.* 1. *lib.* 2. *& conſ.* 85. poſt redditum conſilium *col.* 1. *num.* 2. *&* 34. *eodem lib.* 2. quos refert & ſequitur Didacus Perez *in l. 1. tit. 8. lib. 4. ordinam. col.* 1486 & hoc dictum Bart. communiter à conſulentibus approbatur: vt inquit Ludouic. Catus inter conſil. crimin. diuerſ. Doctorum *conſil.* 99. *num.* 13. *lib.* 1. eſt communis ſecundum Auguſtin. ad Angel. *vbi ſuprà, num.* 6. quos in hoc refert & ſequitur Iul. Clarus *in practic. crimin. §. fin. quæſt. 47. ad fin. in verſiculo, ſed quid ſi vnus*: ſequitur alios allegans Maſ-
5 card. *d. concluſione* 1157. *num.* 132. vbi ait idem eſſe de illo, qui corrupit filiam aduerſarij, & in eo qui fecit furtum ei cum quo fecerat pacem, quod non incidat in pœnam fractæ pacis, quia non fecit animo vindicandi, ſed animo lucrandi, aſſe-
6 rit Bart. *vbi ſuprà, num.* 5. idem in ſtupro & furto cum communi ex aliis affirmat Hippol. de Bonacoſa, *in ſuis communibus opinionibus crimin. verb. pax non dicitur rupta*, & generaliter pacem non dici ruptam propter offenſam ex alia cauſa prouenniente, quam vt pax rumpatur probauit Bertazol. *conſ.* 185. *n.* 13. quem refert & ſequitur Maſcard. *vbi ſuprà, num.* 133.

7 Limitanda tamen erit primo præcedens communis concluſio, quando adulterium & cætera fierent cauſa vindicandi: quia fortè iſte paſſus eſt ſimilem iniuriam de qua facta eſt pax; quia tunc ſine dubio incideret in pœnam fractæ pacis ſecundum Bart. *in d. l. verum, num.* 4. vbi addit cum Angel. intelligit veram eſſe præd. communem ſententiam, quando conſtat quod ſolùm ad finem libidinis commiſſum fuit adulterium, aliàs ſecus, quia præſumptio degenerat, contra libidinem facientem, & quia vbi actus ad plura delicta poteſt ſe habere odio delinquentis, fit interpretatio contra eum in partem duriorem, quare dicebat Iulius Clarus *vbi ſuprà*, quod ſi mulier illa eſſet adeo deformis, ſeu vetula, quod veriſimile eſſet potius animo iniuriandi, quam ex cauſa libidinis id feciſſet, fortè poſſet dici, quod incidiſſet in pœnam: refert & ſequitur Hippolyt. de Bonacoſa *vbi ſuprà, verbo, pax non dicitur rupta ad fin.*

8 Secundò, limitatur præd. communis ſententia, quando ex tenore pacis, ſeu treguæ & præcedentibus conſtaret ad hoc quoque ipſam extendi ſiue id comprehendere: tunc enim proculdubio in pœnam fractæ pacis ſiue treguæ huiuſmodi delinquens incideret ex voluntate, vel mente eorum, qui concordiam, ſeu pacem vel treguam ineunt.



Nec tenendo ſupradictam communem ſententiam obſtat illud, de vaſſallo committente adulterium cum vxore, vel filia domini, quod ob id perdat feudum, quoniam procedit in vaſſallo, qui promiſit domino fidelitatem; hæc namque violatur committendo adulterium cum vxore domini vel ſtuprum cum eius filia, ſed facientes pacem non promittunt, niſi ſolummodo non offendere occaſione præcedentis rixæ: ergo, &c. quo fit vt ſi adulterium committeretur ad vindictam vel occaſionem præd. rixæ præcedentis, prout in dubio præſumitur, non verò ſolum ad finem libidinis illud perpetrans incideret in pœnam fractæ pacis, vt prædiximus.

Ex præcedentibus deducitur quod ſi duo promiſerint ſe inuicem non offendere ſub pœna, ſi vnus eorum offendat fratrem alterius, non dicitur incidiſſe in pœnam: ita Bart. *in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, num. 10. ff. de verb. obligat.* communis vt alios allegans teſtatur Iulius Clarus *lib. 5. recept. ſentent. § fin. quæſtione 47. verſiculo, quære*: quia ad hoc vt dicatur pax rupta requiritur, quod perſona offenſa ſit talis, quod propter eius offenſam competeret principali actio iniuriarum proprio nomine, ¶ quod tamen intelligendum eſt vt procedat niſi manifeſtè appareret, quod offendiſſet eius fratrem vt ipſum principalem offenderet, putà, quia nullam aliam cauſam inimicitiæ haberet cum ipſo fratre, eo namque caſu, grauius etiam eſſet puniendus: ita Iulius Clarus *vbi ſuprà*, ſequitur citans ad vtrumque alios cum communi Bonacoſa *vbi ſuprà*, ibi, *& ſi frater eius.* ¶ Secundò, eſt intelligendum præterquam ſi tenor pacis fratrem quoque comprehenderet: quia is eſt ſeruandus vt patet, per offenſionem tamen filij pax dicitur rupta communis, ſecundum eundem Bonacoſa ibi *verbo, pax rupta*, & per offenſionem vxoris Plaça *de delict. cap. 6. num.* 13. 9 10 11

SVMMARIVM.

1 *Vaſſalli dominorum an poſſint petere & impetrare à Rege ſaluam guardiam & ſecuritatem, contra dominos propter litem quam monent vel mouere intendunt contra ipſos? & numeris ſequentibus. Et quando dicatur, venire dominos contra dictam ſaluam guardiam, num. 5. & 6.*

7 *Infringens treguam poſitam à Principe eſt proditor & aleuoſus inciditque in pœnam læſæ Maieſtatis, & num. 8. & 9. quomodo hoc intelligatur.*

10 *Salua guardia conceſſa debet notificari illis contra quos datur & præconizari.*

11 *Salua guardia violator quibus pœnis puniatur? & num. 12 & 13. cum ſeqq.*

*De ſalua guardia concedenda vaſſallis aduerſus dominos propter litem.*

## QVÆSTIO CXII.

QVÆRO præterea circa l. 2. eiuſdem tit. 8. hoc lib. 8. nouæ collect. reg. præcipientem chartam generalem de ſecuritate non eſſe concedendam 1

cedendam inter dominum & vaſſallos eius ſpecialis vero detur, ſi regi viſum fuerit expedire dari.

An iure vaſſalli dominorum poſſint à Rege petere atque impetrare ſaluam guardam & ſecuritatem, hoc eſt, *ſeguro real contra damnos*; putà quia litem mouent contra ipſos habent, vel mouere intendunt, vel aliàs ob aliam iuſtam cauſam in tutamen perſonarum libertatis, atque rerum ſuarum iuſtè ſibi timentes, inferri damna, atque grauamina ab ipſis dominis, eorum iudicibus & officialibus?

Et videtur primò nomine id locum habere, quoniam leges omnibus præbent ſecuritatem, vnde neceſſaria non eſt conceſſio huius ſaluæ guardiæ. Secundò, quia ſi hæc impetrari poſſet, faciliter impediretur dominus in ſua iuriſdictione per ſubditos, quibus prouiſum eſt remedio appellationis & prouocationis ſi grauetur per dominum iure ſuperioritatis & auctoritatis.

2 Nihilominus tamen ex cauſa, præd. ſalua guardia & ſecuritas regia à vaſſallis dominorum impetrari poteſt, & concedi ſolet ac debet eis à rege de ipſos non offendendo in corpore, ſeu in perſona, nec in bonis, cùm talis offenſio reparari non poſſit remedio appellationis, & dominus vaſſallorum poſſit ſe defendere iudicialiter pacificè, prout tenetur à litibus contra ſe motis ab illis vaſſallis, nullum ob damnum in perſonis, aut rebus inferendo, aut inferri faciendo à ſuis iudicibus & officialibus, quod & Chriſtiana religio præcipit, & hanc ſecuritatem ſolus rex concedit ſecundum Angel. & cum eo Gregor. Lopez *in l.1. in verſiculo, la nouena in gloſſa aſſegura, tit.2. part.7.* vbi hanc partem in terminis probat, nempe quod ex cauſa, non verò ſine ea poſſit à rege hæc ſecuritas poſtulari, & quod ſaluum conductum perpetuum ſolus Princeps concedit; temporalem verò etiam iudex inferior poteſt con-
3 cedere iuſta cauſa ſubſiſtente. ¶ Eadem praxi & ſtylo concedendi præd. ſaluam guardiam vaſſallis dominorum vtitur curia Parlamenti Regni Franciæ, ſecundum Guillerm. Benedict. *in repet. cap. Raynutis V. & vxore, nomine Adelaſia, num.390. de teſtam.* & Auend. *1. part. cap.11. prater num.3. verſiculo, & ideo*: vbi affirmat ſe quotidie videre dominum Regem in his Regnis Caſtellæ iſtas ſaluas guardas petentibus concedere, & Azeued. *in hac l.1. num.2. cum ſequentibus*, quæ praxis ſatis probatur in hac l.2. quatenus prohibetur dari chartas. *Por las quales ſe ponga tregua, ò ſeguro general entre el ſeñor y ſus vaſſallos: y ſe diſpone, que ſi en eſpecial alguno viniere à ſe querellar de ſu ſeñor, y dixere que ha del tal rezelo, que no puede eſtar ſeguro, y entendiere el Rey que tal razon por que lo deua hazer, embiara à mandar*
4 *al ſeñor que lo aſſegure ſo cierta pena*: ¶ ego verò cenſeo ſufficientem rationem hoc ſtatim concedendi eſſe, lis mota à vaſſallis contra dominum; vt aſſerit Auend. ſe vidiſſe ſtatim petentibus concedi.

5 Tunc autem frangi, vel non obſeruari ſaluam guardiam à dominis ex eo patebit, quod de facto & non de iure procedunt contra vaſſallos: ſecus verò ſi ipſi, eorumve iudices iuridicè procedant, vt probat Auendaño *vbi ſuprà, num.4.*
6 ¶ vbi quod etiam dicuntur venire contra ſaluam guardiam, ſi ipſi eorumve iudices de cauſa ſua propria cognoſcant & ſic in ea vexant vaſſallum, niſi conſuetudine ſit introductum, vt præd. domini de cauſis ſuis cognoſcant contra ſubditos & primum dictum refert, ſequitur Azeued. *hic, num.10.*

Infringens autem treguam poſitam à Princi- 7
pe *es traydor*, ſeu proditor *l.1. tit.2. part.7. in verſiculo, la nouena*, & ibi Gregor. Lopez notat: & eſt aleuoſus inciditque in pœnam læſæ Maieſtatis, *l.1. ad l. Iul. mag.* vbi vel aduerſus ſecuritatem eius committitur, & ibi gloſſa *verbo, ſecuritatem*, & Bart. *num.6.* & *in l.1. col.2. num.8. verſiculo, nota hic argumentum, Cod. de naucul. ſeu naucleat. lib.11.* Didac. Perez *in l.10. tit.2. lib.4. ordinament. col.1387.* Auend. *vbi ſuprà, d. num.4. verſiculo, conceſſa*, & hic eſt communis & verus intellectus d.l.1. in verbis ſupra relatis, vt plures allegans affirmat Farinac. *in ſuis quæſtionibus crimin. quæſt.29. de carcerib. & carcerat. num.12.* vbi improbat alium contrarium intellectum Budei illorum verborum *in adnot. poſterioribus ad Pandectas ad d. l.1. ff. ad legem Iul. magn.* ſcilicet vt textus ille non intelligatur de ſecuritate per ſaluum conductum, ſeu promiſſionem de non offendendo, ſed de ſecuritate, hoc eſt de tranquillitate & quiete publica: ita quod ſenſus ſit, quod qui aduerſus ſecuritatem & quietem, & tranquillitatem populi Romani venerit læſæ Maieſtatis crimen incurrat: tametſi hæc Budei interpretatio admodum conſona & rationabilis videatur Burſat. *conſil.216. num.4. lib.2.* non tamen per hoc eſt recedendum à prædicto communi intellectu; ſecundum Farinac. *d. num.12. in fin.* ¶ Et quod 8
committat crimen læſæ Maieſtatis offendens habentem ſecuritatem ab Imperatore, Papa, vel Principe non recognoſcente ſuperiorem, eſt vera concluſio & non habet contra dicentem modo notitiam habens de ſecuritate id faciat ſecundum Tyber. Decian. *in 2. tom. tractatu crim. lib.7. cap.5. num.19. fol.84.* tandem concluſionem priorem ſequitur plures allegans idem Decian. *dicto 2. tom. lib.7. cap.16. num.1. & 2. fol.100.* ¶ Vbi hoc 9
intelligit verum, quando in odium & contemptum Principis priuatus offendit priuatum, cui Princeps ſecuritatem conceſſiſſet: ſecus ſi ob inimicitias ſpeciales cum offenſo & *num.5.* inquit quod miles turbator pacis capite punitur *l. vltim. de re milit.*

Conceſſa tamen ſalua guardia debet notifica- 10
ri illis, contra quos datur & præconizari vt *ex l. fin. tit.16. part.2.* ¶ Et ibi notat practicam Gre- 11
gorio Lopez. *in gloſſa, fazer ſaber, cum ſequentibus*, quod ſi tunc notificatione facta violetur occidendo eius impetratorem, punitur violator & ruptor eius pœna mortis ex illa l. partitæ & aliis etiam pœnis, vt per Azeued. *hic num.8. & 9.* hoc 12
tamen verum eſt & procedit morte ſequuta ex ipſa offenſione vt prædiximus, morte autem non ſequuta pœna erit extraordinaria iudicis arbitrio iuxta facti & perſonarum qualitatem imponenda, vt per Bart. & Alexand. *in l. illicitas, §. ne potentiores de officio præſid.* quos in propoſito referens & ſequuntur Boër. *deciſ.179. num.4.* & latè Gigas *de crimin. læſæ Maieſtatis lib.1. titulo, qualiter & quib. crimen læſæ Maieſt. committatur n.33. quaſi per totam*, Guid. Pap. *deciſ.418. num.1. cum ſequentibus*, vbi quod ita ſeruatur de ſtylo Curiæ Delphinalis, Guillerm. de Cuneo *in tract. de ſecurit. quæſtione 32. verſiculo, ſed quæro qualiter frangentes ſecuritatem puniantur*, & hanc eſſe magis communem Doctorum ſententiam, affirmat Menoch. *de arbitr. iud. caſu 36. num.1.* & Farinac. *vbi ſuprà, num.13. ad fin.* ¶ Vbi tamen aduertit plures ex ſupradictis Doctores non loqui in his terminis, ſcilicet, in offendente eos, qui



qui habent ſaluum conductum, ſeu ſecuritatem à Principe: ſed in offendente eos, quibus ipſimet offendentes præſtiterunt cautionem de non offendendo: licet alij Doctores in prioribus terminis loquantur, quare ipſe Farinac. *ibi, num.16. cum ſeqq.* ita diſtinguit in propoſito.

13 Scilicet quod aut offenſus habebat ſecuritatem à priuato, hoc eſt ab offendente, aut à Principe, primo caſu offendens non incurrit crimen læſæ Maieſtatis, nec per conſequens pœnam mortis, niſi in caſu ſequutæ mortis, morte autem non ſequuta iudicis arbitrio plectetur, ſecundum Bart. Alberic. Guillerm. de Cun. & Boher. ſupra relatos, & quod ſecundum iſtos terminos hæc limitatio eſt magis communiter recepta ſecundum Menoch. *vbi ſuprà.*

14 Secundo caſu quando offendens habet ſaluam guardiam ſecuritatem, ſeu ſaluum conductum, non à priuato, ſed à Principe, ab alio inferiore à Principe, & tunc ſi illam habet ab inferiore, vel ab alio quam à Principe ipſo vel eius conſilio, aut locum tenente: pœna illum ſic offendentis non erit mortis, niſi ſequuta morte ex offenſione: at morte non ſequuta, erit vel pecunia, vel aliàs arbitraria iuxta offenſæ qualitatem, vt per Guid. Pap. *d. deciſ.418.* & ibi additio & per Neuizanz. *conſ.83. num.11.*

15 At ſi offenſus habebat ſaluum conductum ab ipſo Principe vel eius conſilio, aut locum tenente, iterum diſtinguit, quòd ſi offenſio facta eſt, non ex odio Principis, vel inimicitia, tunc pœna erit arbitraria, *vt ſuprà*, quia iſto caſu offendens non dicitur incurrere crimen læſæ Maieſtatis, cum aſſecuratum offendat, non vt Principi iniuriam inferat & illius honorem lædat, ſed de ſuo inimico ex particulari odio vindictam ſumat, vt ibi probat.

16 Si verò ſequuta eſt offenſio in dedecus & Principis offenſionem eoque animo vt Principi iniuria inferatur & tunc nulla habita diſtinctione mortis ſequutæ, vel non ſequutæ credit mortis pœnam poſſe infligi, quæ iſto caſu incurritur, per committentem crimen læſæ Maieſtatis cuius pœna mortis eſt *l.5. C. ad legem Iul. mai.* & ſecundum iſtos terminos procedit *d. l. cum aliis, ff. eodem tit.* & bene declarat Neuizanz. *vbi ſuprà*, & melius Boſſ. *in titul. de crimine læſæ Maieſtatis, num.10.* & iuxta præd. diſtinctionem, quæ mihi placet: eſt intelligendum quod ſupra diximus, *in verſiculo, infringens autem treguam poſitam à Principe*, &c. *que eſte ſea traydor, ò proditor*, & aleuoſus, & quod incidit in pœnam læſæ Maieſtatis ex *d. l.1. & l.1. tit.2. part.7. verſ. la nouena*, quæ ita optimè declarantur & intelliguntur per præd. diſtinctionem.

## SVMMARIVM.

1 *Facultas concedendi ſaluum conductum bannitis & condemnatis cui competat? & an conceſſus ſit omninò ſeruandus & ad quid extendatur? & num. ſeqq.*

3 *Iudex non poteſt concedere ſaluum conductum bannitis & condemnatis, aut exulibus & confinatis. Limitatur aliquibus modis cum ſuis declarationibus num. ſeqq.*

11 *Saluus conductus conceſſus de facto à iudice, an debeat ſeruari necne? & num. ſeqq.*

12 *Saluus conductus à Principe an ſit ſeruandus affirmatur ampliatur. num. ſeqq.*

13 *Saluus conductus conceſſus hoſti an ſit ſeruandus, & num.14.*

16 *Saluus conductus conceſſus bannito ad quid extendatur, & num.18. & 19.*

17 *Priuilegia ſint latè & fauorabiliter interpretanda & quomodo hoc intelligatur.*

20 *Saluus conductus conceſſus à Principe quoad illum cui conceditur & ſocios eius ſeruari debet etiam ſi ſocij ſint Iudæi, & etiamſi illi ſocij vadant ſine illo principali, cui eſt conceſſus ſaluus conductus & ſecuritas, num.21. & extenditur etiam quoad eius famulos & familiares, num.22.*

23 *Priuilegium fori alicui conceſſum cenſetur conceſſum etiam pro eius familia.*

24 *Immunitas conceſſa domino cenſetur etiam conceſſa eius familiæ.*

25 *Saluus conductus conceſſus pro eundo vel veniendo ad aliquem locum cenſetur etiam conceſſus ad redeundum.*

26 *Saluus conductus conceſſus alicui tutè veniendi ad aliquem locum extenditur ad non offenſionem, dum ſe domi præparat ad iter faciendum.*

27 *Saluus conductus conceſſus delinquenti extenditur etiam ad alia delicta non expreſſa, minora tamen expreſſis.*

28 *Saluus conductus conceſſus pro omnibus delictis an extendatur ad futura delicta, & conceſſus pro debitis ciuilibus an extendatur ad debita futura?*

29 *Saluus conductus ex noua cauſa reuocatur.*

30 *Securitas conceſſa alicui, qui non impleuit promiſſa in aſſecuratione ei non prodeſt.*

31 *Saluus conductus conceſſus alicui pro ſe & ſociis non extenditur ad ſocios caſu ſe aſſociantes in itinere.*

32 *Saluus conductus alicui conceſſus, intelligitur tantum pro vna vice.*

33 *Limitatur in ſaluo conductu vſque ad certum tempus vel locum conceſſo pro negotio, num.33.*

34 *Saluus conductus conceſſus alicui ceſſat morte concedentis proximè ſi fuit conceſſus ad beneplacitum ipſius. Limitatur n.35.*

36 *Saluus conductus conceſſus ceſſat ceſſante cauſa finali eius ſecus ſi eſſet impulſiua.*

37 *Saluus conductus ſub conditione expreſſa conceſſus non prodeſt niſi verificata conditione.*

---

*De ſaluo conductu conceſſo delinquenti.*

## QVÆSTIO CXIII.

QVÆRO circa eandem l. ſecundam, cui 1
competat facultas concedendi ſaluum conductum & ſecuritatem bannitis & condemnatis, & an conceſſus ſit omninò ſeruandus & ad quid extendatur?

Quoad primum dicendum eſt, quia facultas 2
concedendi ſecuritates & ſaluos conductus bannitis & condemnatis ſoli Principi reſeruata eſt l. relegati in fin. ff. de pœnis, ibi: & nemo poteſt commeatum, remeatumve dare exuli niſi Imperator, & l. ad Beſtias, §. ex Prouincia, ff. eod. tit. ex Prouincia autem (inquit text.) in Prouinciam transduci damnatos ſine permiſſu Principis non licere: D. Seuerus & Antonius reſcripſerunt per quæ iura ita tenent Angel. in l. vtimur *n.4. ff. de pœn.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS
®

pan. Boër. deciſ.179. num.1. Caald. *in tractatu ſyndic. quæſt.*131. *num.*92. *verſic.* & nota quia ſecuritas Menoch. *de arbitr. iudic. lib.*2. *caſu* 336. *ſub num.*25. *verſiculo*, cum ſolus Princeps poſſit Cephal. *conſil.*404. *num.*103. *lib.*3. Decian. *conſil.*18. *num.*120. *lib.*1. *& conſil* 96. *num.*1. *volum.*3. vbi alios citat Franciſcus March deciſ. Delphin. 68. *num.*6. *part.*1. Quintilian. Mandoſ. deſignata gratiæ rubr. *de ſaluo conduct. verſiculo, ſaluum conductum perpetuum*, &c. Nicol. Moron. de treg. & pace *quæſt.*115. *num.*8. & 11. vbi alios citat Nellus de bannitis *in* 2. *part.*2. *tempor. q.*26. *verſiculo ad ſecundum reſpondeo Nouel. reg.*188. *incip. ſaluus conductus à ſolo Principe*, & alios allegans dicens communem Proſp. Farin. *in ſuis qq. crim. quæſt.*29. *de carcerib. & carcerat. num.*80. cui rei bonum argumentum etiam præſtat l. noſtra regia 2. ibi: *y nos entendieremos, que tal razon por que lo deuemos fazer, &c.*

3 Quo fit vt iudex bannitis, exulibus & confinatis minimè poſſit fidentias & ſecuritates concedere vt veniant, ſeu redeant exilio confinatione, vel banno non obſtante, quia ſi ſolus Princeps poteſt hos ſaluos conductus concedere, neceſſario ſequitur, quòd id non poſſit iudex, quia ſi iudex hoc poſſit, non vtique ſolus Princeps diceretur hoc poſſe prout hoc argumento vti videtur in propoſito Blancus *in pract. crim. §. ignorantia, num.*189. *& ſeqq. fol.*109. vbi in terminis, quia iudices inferiores à Principe hoc non poſſunt id quod optimè poſt longam diſputationem tenet Salic. *in l. cum indulgentia, C. de ſent. paſſ. n.*3. *verſ. ego diſtinguo*, contra Bart. *in l. ſi, qui reus, ff. de publ. iud.* ſequitur & probat alios allegans Iulius Clarus *in practic. crimin. §. fin. quæſt.*32. *verſiculo, ſed hic quæro*, & Farinac. *d. quæſt.*29. *& num.*102. vbi *num. ſeqq.* quid in populis & ciuitatibus recognoſcentibus ſuperiorem & in aliis Principibus huiuſmodi, & in Ducibus Marchionibus & Comitibus.

4 Limitatur tamen hæc aſſertio, vt non procedat quando iudex id faceret ex cauſa vt puta, quando quis vellet comparere ad ſe defendendum ſuper aliquo crimine de quo inquiritur & timens moleſtari ſuper aliis delictis de quibus forſan eſt bannitus & condemnatus petit ſecuritatem, ſeu ſaluum conductum ſuper illis, quia tunc ex iſta cauſa poteſt iudex comparare volenti ſecuritatem & ſaluum conductum petitum concedere, vt per Bart. in d. l. ſi, qui reus *num.*12. *in fin. verſ. ego autem dico, ff. de public. iud. & in l. ambitioſa, num.*8. *verſ. ad ciuitatem tamen, ff. de decret. ab ordin. fac.* Alber. poſt Oldrad. & alios *in* 4. *part. ſtatut. quæſt.*39. *& in l. præſente, num.*8. *C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* vbi iuribus & rationibus hanc comprobat concluſ. Nellus *in tractatu de bannit. in* 1 *part.*1. *tempore, quæſt.*3. *ad fin. verſic. aut eſt talis cauſ.* Hippolyt. de Marſil. *in practic. crimin. §. aggredior, num.*104. Afflict. *deciſ.*4. *num.*2. & ibi addit. *num.*5. vbi alios adducit Iaſon *in l. conuentionem, num* 4. *ff. de pact.* Iodoc. *in pract. crim. cap.*26. *in rubr. de publ. fide*, ſiue vt vocant de ſaluo conduct. *num.*3. & 4. Grammat. vito. 25. *num.*11. & hanc quæſtionem diſputat latè ad partes Blanc. *in pract. crimin.* §. datis defenſionibus *fol.*53. *num.*15. *cum ſeqq.* & relatis in hoc diuerſis opinionibus Doctorum tandem ſub *num.*24. ſic putat ex mente omnium poſſe diſtin-
5 gui: ¶ Quòd ante iudex vult dare ſaluum conductum ex iuſta & legitima cauſ. & cum cauſæ cognitione & poteſt: aut ſine cauſæ cognitione, & non poteſt: & quòd ex cauſa, tunc dicitur conceſſus ſaluus conductus, quoties reus vult comparere, ad ſe defendendum ſuper aliquo delicto, item & quando iudex vult confrontare ad faciem alicuius carcerati bannitum, ſeu condemnatum, vt ipſum carceratum de aliquo delicto conuincat: item ſi idem bannitus, vel condemnatus, vellet iam cœptam accuſationem proſequi, vt in d. l. ſi qui reus, item ſi vellet propalare transfugas, vel alios fures l. non omnis, ff. de re milit. item & multo magis ſi vellet propalare crimen læſæ Maieſtatis l. quiſquis, C. ad l. Iul. mag. his namque caſibus dicitur ſubeſſe iuſta cauſa concedendi iudicé ſaluos conductus, vt tenent etiam Paris de Puteo *de ſyndic. verb.* ſaluus conductus *cap.*1. *num.*3. & Blanc. *vbi ſuprà, num.*16. quem refert & ſequitur Menoch. *de arbitr. iud. lib.*1. *quæſt.*81. *cum ſeqq.* & *quæſt.*92. *num.*10. & *lib.*2. *caſu* 337. *num.*1. *& conſil,*100. *n.*157. & 198. *lib.*1. *Nouel. reg.*48. *in principio incip.* iudex ſaluum conductum, &c. & *in* 5. Ampliatione Sfortia Odd. *in tract. de reſtit. in integ.* 2. *p. quæſt.*92. *art. limit.*4. *ad fin. num.*19. & March. *deciſ.*68. *in principio, & num.*4. 1 *part.* Mandoſ. *vbi ſupra, verſic. ex cauſa autem.* ¶ Et licet aliqui Doctores contrarium in- 6
diſtincta voluerint, nempe iudicem nullo caſu præd. ſaluum conductum concedere poſſe bannitis & relegatis & Romæ, iudices non ſoleant eos concedere bannitis & condemnatis præſertim pro homicidio & capitaliter niſi Principe conſulto & de eius mandato vigore Bullarum Summorum Pontificum prohibentium huiuſmodi ſaluos conductus concedi poſſe per alios quam per eoſdemmet Summos Pontifices, vt in conſtitutione 6. Clementis VII. & in conſtitutione Pij IV. 104. & Pij V. 13. teſte Farinac. *d. q.*29. *num.*83. & 84. nihilominus, ſecundum eundem ibidem, vbi talis conſuetudo, vel aliqua particularis conſtitutio, ſeu ſtatutum in contrarium non viget non eſſet recedendum à propoſita ſub limitatione quæ communis eſt, vt teſtatur Blanc. *vbi ſuprà, num.*16. & 14. & de veriori & magis communi inter modernos Herculan. in tract. de cautione de non offend. *cap.*37. *tit. de ſaluo conduct. num.*18. & Menoch. *lib.*2. *de arbitr. caſu* 337. *& conſil.*100. *num.*198. *in fin.* & in eodem tract. *dict. quæſt.*81. *num.*11. vbi latè probat & hanc eſſe iuris indubitatam concluſionem affirmat Tiber. Decian. *conſ.*96. *num.*4. & *num.*11. *in fin. lib.*3. & Moron. *de fide treg. & pac. quæſt.*105. *num.*13. vbi teſtatur ſe ita pluries practicaſſe dum eſſet locum tenens criminalis in Prouincia Marchiæ, & quod cum ſemel ipſe in ciuitate Eſculana cuidam bannitum ſaluum conductum conceſſiſſet vt atrociora detegerit facinora, & non obſtante ſaluo conductu fuiſſet captus à Curia Capitanei, fuit tamen relaxatus de mandato tunc domini Remuli de valentibus præſidis illius ciuitatis, & bene quòd profectò vbi bannitus non eſſet condemnatus ad petitionem partis offenſæ libenter ſequerer ipſa tamen non ſatisfacta ſtante & inuita non auderem ſeruare præd. ſententiam.

Quinimò quando quis eſt bannitus pro vno 7
delicto & citatur pro alio vultque comparere, & propterea petit ſaluum conductum pro delicto pro quo eſt bannitus, iudex non ſolum poteſt, ſed etiam debet illum concedere aliter citatus non tenetur comparere vt probat cum aliis Farinac. *vbi ſuprà, n.*85. cum ſequenti hoc declarans *n.*87. vt procedat quando is reus citatur pro delicto, pro quo non poteſt comparere per procuratorem vt puta ſi ageretur de pœna ſupra relegationem, ſecus



ſecus ſi ageretur de pœna relegationis vel infra vtpote pecuniaria.

8 Sublimitatur tamen primò ſupradicta principalis limitatio, vt procedat quando is, qui petit à iudice ſaluum conductum, eſſet bannitus, vel condemnatus ab eodem iudice, à quo ſaluum conductum petit vel ab eius anteceſſore, ſecus ſi eſſet condemnatus ab alio iudice ſuperiore, vt cum veriori & magis communis opinionis plures allegans probat & reſoluit Farinac. *dicta quæſtione* 29. *num.*88. vbi *num.*89. ex hoc deducit iudicem, neque etiam ex cauſa poſſe concedere ſaluum conductum bannito pro rebellione, vel pro aliquo capite criminis læſæ Maieſtatis Afflict. *deciſ.*4. *num.*4. Iaſon *in l. conuentionum, n.*4. *ff. de pact.* Menoch. *d. q.*81. *num.*14.

9 Secundò ſublimitatio præfata principalis limitatio vt procedat in ſaluo conducto conceſſo ad tempus breue arbitrio iudicis ſecus in perpetuum vt latè poſt alios probat Farinac. *vbi ſuprà, num.*90. *cum ſeqq.*

10 Tertiò ſublimitatur ſecundum eundem *ibidem num.*94. poſt alios vt procedat quando is, bannitus ſecum inquiſitus ſtaret in loco ex quo iudex ipſum extrahere minimè poſſet, ſecus ſi faciliter poſſet eum extrahere & capere, quia tunc non debet eum aſſecurare vt veniat, ſed per vim capere & carcerare, & fatuus eſt iudex, qui concedit bannito, ſeu accuſato ſecuritatem vt ſponte veniat, ſi per vim illum capere poteſt ex doctrina Salic, & aliorum, quos ibi refert & ſequitur.

11 Sed quid ſi iudex cum iure non poſſet concedere ſaluum conductum bannito, ſeu condemnato illum de facto conceſſit, an debeat probari necne? Ingens profectò controuerſia eſt in hoc inter Doctores, in qua magis communis ſententia eſſe videtur, à quo non eſt recedendum in iudicando, & conſulendo, quod ſeruandus ſit præd. ſaluus conductus vt auctoribus vtriuſque partis relatis reſolutè tenet Farinac. *d. quæſt.*29. *num.*95. & 96. vbi *num.*97. *cum ſeqq.* eam aliquibus modis limitat.

12 Circa ſecundum de quo in tit. quæſtionis an ſaluus conductus conceſſus à Principe ſit omninò ſeruandus? regula ſit in partem affirmatiuam, nempe eſſe omninò ſeruandum & quod nemo ſub ſaluo conductu, ſeu ſecuritate à Principe conceſſa carcerari, aut quomodolibet moleſtari, aut offendi debeat iuxta opinionem Cyn. *in l. præſenti, Cod. de his, qui ad Eccleſ. confug.* eſtque magis communis & magis æqua, magiſque ſeruat, vt cum Menoch. & aliis pluribus reſoluit & tenet Farinac. *d. quæſt* 29. *num.*1. *cum pluribus ſeqq.* addens *num.*4. non eſſe in iudicando & conſulendo ab ea recedendum tametſi non deſint Doctores tenentes contrarium, quos ibi refert *num.*4.

13 Ampliatur primò, hæc magis communis & tenenda ſententia, vt procedat etiam in ſaluo conductu & ſecuritate conceſſa hoſti ſeruanda: namque adhuc ei eſt per Principem vt cum pluribus auctoribus probat Farinac. *vbi ſuprà, num.*6.
14 ¶ quod procedit etiam in fide data à priuata perſona hoſti, ei nunquam ſeruanda eſt à priuato præſtitita licet enim Bart. *in l. conuentionum, ff. de pact. & in l.*1. §. non fuit per illum text. *ff. eod.* aliud velit quem ſequuntur relati à Plaça *de delict. cap.*37. *num.*6. & *num.*11. & per Menoch. *d. conſ.*100. *num.*187. & 218. nihilominus tamen opinio contraria & ſic prior affirmatiua verior & communior eſt, prout teſtatur Cagnol. *in l. ea eſt natura, num.*19. *cum ſeq. ff. de reg. iur.* dicens quod quamuis licitum ſit contra hoſtem vti dolo, ſolertia & machinatione, id tamen procedit modo, ei non frangatur fides data nec diſſentit Menoch. *d. conſ.*100. *n.*221. *cum ſeq.* vbi eandem concl. probat auctoritatibus D. Thom. & Auguſt. & præd. etiam refert & ſequitur Farin. *d. q.*19. *num.*8. vbi *num.*9. remiſſiue an ſaluus conductus datus hoſtibus fidei, ſcilicet, infidelibus & hæreticis, ſit ſeruandus, necne.

Ampliatur ſecundò, vt captus ſub ſaluo con- 15
ductu, non ſolum relaxari debeat, ac in priſtinam libertatem reduci, ſed etiam taliter relaxari, ac liberari, vt capi iterum non poſſit, aliter enim non diceretur liberatus nec relaxatus, ſecundum Bart. *in l.*1. *§. omnia, ff. de acquir. rerum domin.* prout eum citat Marſil. *in tractatu bannit. verbo captis num.*7. *verſic. nec poterit capi*: idem Bart. *in l.*1. *per illum text. verſic. venio ad verſic. venientis, Cod. de nauicul. lib.*11. & alios referens Farinac. *vbi ſuprà, num.*11.

Quoad tertium ad quid extendatur ſaluus 16
conductus & ſecuritas conceſſa bannito & condemnato. Reſpondeo in primis eſſe latè & fauorabiliter interpretandum: quia dicitur potius beneficium Principis, quàm priuilegium, vt declarat Menoch. *de arbitr. iud. lib.*2. *caſu* 316. *num.*24. & 25. & beneficium Principis latiſſimè eſt interpretandum *l. beneficium*, & ibi Iaſon. *num.*31. *ff. de conſtit. Princip.* cum ſimil, & dato etiam quod ſaluus conductus æquipararet potius priuilegio, quam beneficio: adhuc tamen 17
& priuilegia ſunt latè & fauorabiliter interpretanda, quando ius tertij non lædunt nec de alicuius agunt periudicio, ſunt enim eo caſu, quoad ius concedentis contra concedentem latè interpretanda in fauorem eius, cui conceduntur Oldrad. *conſil.*268. quæſtio eſt *col.*2. *verſic.* prætereà Beccius alios allegans *conſil.*28. *num.*9. Decius *in l. omnibus cauſis, num.*13. *in fin. ff. de reg. iur.* Rota *in tit. de præbend. deciſ.*4. *alias* 97. *num.*1. *in nouis & in tit. de offic. de leg. deciſ.*3. *alias* 119. *num.*2. *& in nouis*: & in terminis ſalui conductus: idem Decius *conſil.*11. *num.*2. *in fin. verſic. & quod talis conceſſio, num.*3. *& verſic.* ex quibus datur intelligi poſt Bald. *conſil.*456. proponitur quòd quidam *lib.*3. Brunus *conſil.*12. *col. penult. ante ſua inter conſil. feudalia*, Angel. *conſil.*365. *magnificè domine Rip. reſponſ.*16. *in princip. l.*2. Boſſius in tit. de remediis ex ſola clement. Princip. *num.*69. Bertazol *conſil.*359. *num.*2. *cum ſeqq.* vbi præſertim loquitur, quando ſaluus conductus haberet aliqua verba generalia, vel vniuerſalia, vel etiam prægnantia, vt puta ſi ſit conceſſus liber & plenus ſaluus conductus: & licet non nulli dubitauerint de hac præd. obſeruatione ſalui conductus dicendo materiam hanc eſſe odioſam & prætereà ſtrictam recipere interpretationem & in dubio contra impetrantem nihilominus eam ſequitur Menoch. *d. caſu* 366. *n.*23. *& ſeqq.* eſtque verior & communior & ab ea non recedendum ſecundum Farinac. *d. quæſt.*29. *num.*42. *in fin.* quicquid etiam contra eam nouiſſimè deduxerit Burſat. *conſil.*346. *num.*17. *& ſequentibus, lib.*4.

Nihilominus tamen ſaluus conductus & ſe- 18
curitas præd. recipit aliquas iuris & approbatas interpretationes, ſiue ex illis ampliatur, ſiue etiam reſtringatur dicta ſecuritas, huiuſmodi namque conceſſiones in primis declarantur & interpretationem recipiunt, ab illarum petitione vt per Bart. *in l.*1. *num.*5. *verſiculo, quandoque*

*doque illa ſecuritas fuit, ff. ad l. maieſtat.* quem ad hoc refert Menoch. *conſil.*144. *num.*2. *cum ſeqq. lib.*2. & latius hanc probat concluſ. Burſat. *dict. conſil.*345. *num.*3. *&* 4. *lib.*4. vbi propterea infert, quod ſi petitio ſalui conductus ſit terminata, conceſſio verò in determinata, id quod ſimpliciter conceditur, reſtringitur ad petita & narrati, & ideò ſi ſimpliciter & indeterminatè ſine tempore conceditur ſaluus conductus ei, qui illum petiit per decem dies, talis conceſſio licet indeterminata non intelligitur niſi per decem dies ex Abb. & aliis quæſtionibus refert, & ſequitur Farinac. *vbi ſuprà, num.*41.

19 Recipiunt etiam interpretationem, ſecundum coniecturatam voluntatem concedentis, vt cum aliis probat Farinac. *vbi ſuprà*, *num.*4. vbi quod mens & voluntas concedentis ſaluum conductum ea fuiſſe ſemper præſumitur, quæ in animo boni, & prudentis viri fuiſſet, vt cum aliis tradit Menoch. *conſil.*144. *num.*10. *lib.*3. Burſat. *d. conſil.*345. *num.*10. *& poſt lib.*4. & quando aliunde non apparet de mente concedentis ſtatutæ declarationi eiuſdem concedentis, ita alios allegans Menoch. *dicto conſilio* 144. *num.*17. *lib.*3. Burſat. *vbi ſuprà*, *num.*12. & Farinac. *num.*43. *&* 45. & è contra ſtatutæ declarationi illius, cui conceſſus eſt ſaluus conductus etiam in illius præiudicium, cum vnuſquiſque per hanc declarationem poſſit iuri ſuo renuntiare *l. penult. Cod. de pact.* cum ſimil. & in terminis tenet Menoch. *d. conſil.*144. *num.*18. *cum ſequentibus*, *lib.*3. vbi reſpondet iis, quæ in contrarium conſiderauit *de arbitr. iudic. caſu* 336. *num.*28. *cum ſequentibus*, & in eodem caſu cum Menoch. conſuluit Hippolyt. Riminald. *conſil.*490. *num.*23. *volum.*5. quos refert & ſequitur Farinac. *vbi ſuprà, num.*44. hæc tamen intelligenda ſunt in dubio, quando ſcilicet non apparet ex verbis ipſius ſecuritatis & ſalui conductus de mente concedentis: tunc enim recurrendum eſt ad eius coniecturatam mentem omnibus modis præd. & aliis à iure, approbatur ſecus vbi verba eſſent clara, quia in claris non eſt opus coniecturis l. continuus. §. *cum ita ff. de verb. oblig. in terminis*, Dec. *d. conſil.*51. *n.*2. *&* 3. *verſic.* præd. tamen Menoch. *d. conſil.*244. *n.*20. *vol.*3. & hoc non habet difficultatem ſecundum Farinac. *dict. quæſt.*29. *num.*46.

20 Ex præcedente communi obſeruatione & doctrina, quæ habet quod ſaluus conductus Principis eſt latè & fauorabiliter interpretandus, infertur, quod ſaluus conductus conceſſus pro ſe & ſociis ſeruari etiam debet, quoad ſocios Iudæos ſecundum Angel. *in l. vtimur, num.*6. *verſic. item attende quod ſi quis, ff. de ſepulch. viol.* vbi teſtatur ita de facto Beruſij pronuntiatum non fuiſſe & hæc ſententia non habet contradictorem & proptereà communis eſt vt plures referens teſtatur Farinac. *d. quæſt.*19. *num.*47. vbi *num.*49. quod non præcedit quoad hæreticum, ſeu alium infidelem ad quem minimè extenditur præd. ſaluus conductus conceſſus pro ſe & ſociis ex Angel. *vbi ſuprà*, & alios, quos refert.

21 Saluus etiam conductus, & ſecuritas conceſſa pro ſe & ſociis locum habet & ſeruari debet etiam quod illi ſocij, ſeu homines vadant ſine illo principali, cui eſt conceſſa ſecuritas ita reſpondit Bald. *conſil.*409. *conceſſus fuit falſus conductus lib.*1. *repetitio conſil.*414. *lib.*5. vbi idem ſi vxor eius cui fuit conceſſus ſaluus conductus vadat cum eius ſociis & ipſe domi permaneat: Menoch. *d. caſu* 336. *num.*7. & alios allegans Farinac. *vbi ſuprà, num.*50.

Sic etiam ſaluus conductus vni principaliter 22
conceſſus, cenſetur etiam conceſſus illius famulis & familiaribus, & ita extenditur ad eius famil. etiam, quod expreſsè non ſit dictum, vt cum aliis tradit Menoch. *de arbitr. iudic. d. caſu* 336. *num.*8. *cum ſequentibus*, bene id iure probat ſequitur Farinac. *vbi ſuprà*, *num.*51. ¶ vbi idem in 23
priuilegio fori conceſſo vt cenſeatur etiam conceſſum & pro eius familia: Capra *deciſ.*12. ¶ & 24
in immunitate conceſſa domino, quod cenſeatur & etiam conceſſa pro eius familia Boër. *deciſ.*213. *num.*6. *&* 7. Farinac. *qui ſuprà, num.*52. & multò magis ſaluus conductus viro conceſſus extenditur ad eius vxorem: Nouel. poſt Bald *in regula* 48. *iudex ſaluum conductum in* 3. *ampliatione*: Bertazol. *conſ.*359. *num.*9. *lib.*1. refert & ſequitur Farin. *d. quæſt.*29. *num.*52.

Similiter ſaluus conductus alicui conceſſus 25
pro eundo, vel veniendo ad aliquem locum intelligitur datus etiam pro redeundo ex dicto loco etiam quod expreſſum non ſit hæc eſt communis Doctorum opinio vt plurimos conferens affirmat Farinac. *num.*53. *cum ſeq. vbi ſuprà.*

Imò ſaluus conductus alicui conceſſus tutè ve- 26
niendi ad aliquem locum, cenſetur conceſſus, vt offendi non poſſit, nedum quando eſt in itinere, ſed etiam, quando eſt domi ſuæ præparans ſe ad iter, tum quia ſaluus conductus vim ſuam obtinet à die conceſſionis, tum etiam, quia non dicitur, quis tutus in itinere, ſi tutus non eſt, dum ſe itineri accingit *l. legato*, *& l. qui mittuntur*, §. ſed etſi vbi gloſſ. *verb. agere*, & ibi etiam Doctores, *ff. ex quib. cauſ. mai.* ita Menoch. *d. caſu* 536. *num.*18. *cum pluribus ſeqq.* vbi optimè loquitur & reſpondet contrariis motiuis & limitat in ſaluo conductu dolo impetrato, vt ibi per eum, & ſequitur vtrumque Farinac. *vbi ſuprà*, *num.*55. *&* 56.

Denique ſaluus conductus delinquenti con- 27
ceſſus extenditur etiam & ſeruandus eſt, quoad delicta in ſaluo conductu non expreſſa, dummodo minora ſint expreſſis, vt ex Bald. *conſil.*400. *volum.*1. dixit Nouel. *in d. reg.*48. *iudex ſaluum conductum in* 6. *ampliatione*: Boſſ. *in tit. de remed. ex ſola clement.* Princip. *num.*704. nos refert & ſequitur Farinac. *d. quæſt.*19. *num.*57. vbi etiam quod quando generaliter ſaluus conductus conceſſus eſt pro omnibus delictis, ille ſeruandus eſt, & locum habet non ſolum pro delictis publicis, & pro quibus aſſecuratus condemnatus eſt, ſed etiam pro occultis, & pro quibus non eſt condemnatus ex Baldo *conſil.*490. *lib. Petrini de re milit. tit. de ſaluo conduct. num.*7. Signorol. *conſil.*203. *in q. vertente inter B. num.*6. ſequitur Menoch. *caſu* 33. *num.*8. ¶ Hactenus de extenſione ſalui conductus, nunc quæ ſequuntur de eius limitatione dicemus.

Hæc quamuis ita largè ſe habeant & fauora- 28
biliter, nihilominus tamen, ſaluus conductus generaliter pro omnibus delictis conceſſus non comprehendit delicta futura, nec pro debitis ciuilibus impetratus ad debita futura trahitur: vt plures ita tenentes allegat & ſequitur Farinac. *dicta quæſt.*29. *num.*58. id amplians *num.*59. & vocum communi ſententia plurimorum Doctorum aduerſus Decian. alios pro ſe referentes vt in tantum ſaluus conductus non extendatur ad delicta futura, vt ex nouo delicto infringatur conceſſus ſaluus conductus ita, vt ille ſeruari non debeat etiam, quoad antiqua delicta, vt ibi bene probat: quod declarat *num.*61. vt procedat quando bannitus, cui fuit conceſſus ſaluus conductus



conductus deliquerit ex propoſito & deliberatè, apparétque quod venit in ciuitatem, & ſic ſaluum conductum obtinuit cauſa committendi illud delictum, quod commiſit, tunc enim perdit priuilegium & ſaluum conductum; quia eo abutitur, voluitque Rempublicam fraudare, & ſic cauſa ſalui conductus fuit falſa, quia aliud erat in intentione & aliud in verbis: ſecus erit, quando talis bannitus ſic habens ſaluum conductum, non ex propoſito & deliberatè deliquerit, ſed laceſſitus & prouocatus ſe defenderit, licet etiam modum inculpatæ tutelæ exceſſerit propter quem exceſſum licet debeat puniri, non tamen debet perdere beneficia ſalui conductus quoad delicta antiqua, quia intentio ſua à principio non fuit delinquendi & proptereà aliqualiter excuſatur: vt per Blanc. *in practic. crimin.* §. *datis defenſionibus*, *num.*4. *verſic. pro concordia diſtinguerem*, ſequitur Menoch. *de arbitr. iudic. lib.*3. *caſ.*337. *num.*15. quos refert & ſequitur Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſ.*11. *num.*31. & Nellus *de bannit. in* 2. *part.* 2. *tempor. q.*16. *in fin.*

Obſeruandum eſt etiam quod ſaluus conductus ſeruandus non eſt & reuocari poteſt ſuperueniente noua cauſa ob quam licitum eſt recedere à pactis & conuentionibus & à ſaluo conductu, quinimò ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt ſaluus conductus reuocari ſecundum Magolotum *in ſuo tractatu de ſecurit.* 4. *part. col.*1. *verſic. ſed hoc intellige*, & Menoch. *conſil.*24. *num.*29. 30. 32. *&* 33. *lib.*3. & Burſat. *conſil.*345. *num.*34. *&* 44. *lib.*3. & Hippolyt. Riminal. *conſil.*490. *num.*24. *cum ſequentibus*, *volum.*5. quos refert & ſequitur Farinac. *d. quæſt.*29. *num.*62. *&* 63. qui *num.*64. hoc verum intelligit quando noua cauſa ſuperueniens proceſſit facto & culpa ipſius, cui conceſſus fuit ſaluus conductus, vt in caſu conſiderato per ſupradictos Doctores: quia tunc ſaluus conductus non ſolum reuocari poteſt, ſed etiam non eſt obſeruandus & conſequenter aſſecuratus ex noua illa cauſa ſuperueniente culpa & facto ſuo etiam pro antiquis delictis, pro quibus fuit aſſecuratus capi & carcerari poteſt: quia impunè offendi poteſt is, qui nouam cauſam offenſionis præbuit, Bart. *in l. aut facta*, §. *cauſa*, *ff. de pœn. dotibus latè alias*: at ſi cauſa noua non præceſſerit culpa facto ipſius aſſecuratius, ſed aliunde tunc & ſi bene poſſit reuocari ſaluus conductus bannitis conceſſus ex noua cauſa ratione publicæ vtilitatis, interim tamen quod non reuocatur in hac ſpecie & prætereà notificatur reuocatio, ſic aſſecuratus capi non poteſt ſub prætextu nouæ cauſæ ſuperuenientis ſine culpa & facto ſuo, vt bene probat & voluit Farin. *vbi ſuprà*, *d. num.*64. *ad fin.*

30 Similiter aſſecurato, qui non adimpleuit promiſſa aſſecuranti in conceſſione ſecuritatis, non eſt ſeruanda conceſſa ſecuritas, vt in caſu de facto contingenti concorditer conſuluerunt Burſat. *dict. conſil.*345. *num.*31. *&* 43. *lib.*4. & Hippol. Riminald. *dict. conſil.*490. *num.*8. 11. *&* 25. *lib.*5. quos refert & ſequitur Farinac. *vbi ſuprà*, *numero* 65. *&* 77.

31 Sic etiam ſaluus conductus alicui conceſſus pro ſe & ſociis non extenditur ad ſocios caſu ſe aſſociantes in itinere cum aſſecurato; ita Angel. *in l.*1. *num.*3. *ff. ad l. Iul. mag.* Menoch. *d. caſu* 336. *num.*5 *&* 6. & Farinac. *vbi ſuprà*, *n.*66. aduerſus alios.

32 Et ſaluus conductus datus eundi & redeundi non intelligitur datus niſi pro vna vice vlterius autem tanquam non datus ſeruari non debet. Bart. *in l.*1. *num.*5. *verſiculo quarto: quæro in fin. ff. ad l. Iul. mag. & in l. dotis la ſegunda parte*, *illum text. ff. de iur. dot.* Menoch. *caſu* 336. *num.*56. *& conſilio* 244. *num.*1. *&* 6. *lib* 3. eſt communis, vt teſtatur Burſat. *d. conſil.*345. *num.*13. *& num.*22. *lib.*4. & plures congerens Farinac. *d. quæſt.*29. *num.*67. vbi *numeris ſequentibus*, an idem ſit ſeruandum, quando in ſaluo conductu data fuerit facultas ſemper veniendi & redeundi, in quo verius credit & probat eſſe vt ad plures actus & vices cenſeatur conceſſus, provt
ſimiliter probat & idem tenet *num.*72. ſaluo con- 33
ductu & determinatè conceſſo ad certum locum vel ad certum tempus: nam durante illo tempore & negotio poteſt aſſecuratus etiam pluribus vicibus ire & redire ad locum, de quo in ſaluo conductu vt tenet Bart. cum aliis pluribus Doctoribus quos ibi ad hoc citat.

Sic etiam ſaluus conductus expirat morte con- 34
cedentis, vel eius iuriſdictione & officio finito, præmaximè ſi fuit conceſſus ad beneplacitum concedentis, ita plures allegans docet Farinac. *vbi ſuprà, num.*73. vbi *num.*74. hoc limitat quando ſaluus conductus fuit conceſſus, donec concedens reuocauerit, vel mutauerit: quia tunc requiritur expreſſa reuocatio, & ita non expirat
morte concedentis. ¶ Quia licet voluntas finiat 35
morte *l.*4. *ff. locat.* non tamen per mortem dicitur reuocata voluntas *cap. ſi delegatus de officio delegat. in* 6. Bart. *in l. more*, *num.*8. vbi etiam Iaſon. *num.*13. Dec. 18. *ff. de iuriſdict. non iud.* eſtque receptior opinio, ſecundum Menoch. *de arbitr. iudic. lib.*1. *quæſt.*69. *num.*1. *cum ſequentibus*, & in terminis ſalui conductus Burſat. *conſ.*117. *num.*32. *lib.*2.

Ceſſante etiam cauſa finali ſalui conductus 36
ceſſat & ipſe ſaluus conductus propter dictam cauſam conceſſus ſecus ceſſante cauſa impulſiua, vt cum communi plures allegans concludit Farinac. *dicta quæſtione* 29. *num.*75. *cum ſequenti*, vbi idem probat in ſaluo conductu conceſſo in ciuilibus ob paupertatem, vt ceſſet ex creſcentibus facultatibus & ſic paupertate ceſſante.

Similiter ſaluus conductus conditionalis non 37
verificata, nec adimpleta conditione in ipſo ſaluo conductu appoſita non prodeſt impetranti, nec is poteſt eo niti, nec ex eo agere *l. Titiæ ancillæ, ff. de fideicommiſſ. lib. l. legata ſub condit. ff. de condit. & demonſtr.* Cephal. *conſil.*207. *num.*51. *lib.*2. imò deficiente conditione in ſaluo conductu appoſita, perinde eſt ac ſi ſaluus conductus factus non eſſet, vt cum aliis probat vtrumque Farinac. *vbi ſuprà, num* 78.

## SVMMARIVM.

1 *Saluus conductus conceſſus debitori ex cauſa ciuili an ſit ſeruandus, & num. ſeqq.*

3 *Maior pars creditorum, quando & quomodo & forma poſſit dilationem concedere ſuis debitoribus, & num.*4.

5 *Saluus conductus datus à Principe vel à iudice pro debito non extenditur ad debita iurata, & num.*6.

7 *Securitas conceſſa debitoribus non extenditur ad debita deſcendentia ex cauſa criminali. Nec ad debita fiſcalia, num.*8. *nec ad debita priuilegiata, num.*9. *nec ad debita Eccleſiaſtica, num.*10. *& an extendatur ad*

*ad pupillare debitum, num. 11. & ad fideiuſſorem, num. 13. & 14.*

15 *Saluus conductus vel dilatio debitori conceſſus, vel conceſſa à Principe ad tempus intelligitur præſtita ſatiſdatione de ſoluendo finito tempore, niſi aliud caueatur in conceſſione debet tamen peti, dicta ſatiſdatio alias ſecus, num. 16. fallit etiam in debitore paupere cui ratione paupertatis conceditur præd. dilatio, num. 17. præſtare tamen debet iuratoriam cautionem cum obligatione bonorum.*

18 *Dilatione conceſſa debitori à maiori parte creditorum an debeat præſtari ſatiſdatio, cum fideiuſſoribus, & num. 19.*

20 *Saluus conductus conceſſus debitori ſubreptitius non valet putà mentione non facta alterius ſalui conductus.*

## *De ſaluo conductu conceſſo debitori ex cauſa ciuili, an ſit ſeruandus?*

## QVÆSTIO CXIV.

1 QVÆRO vltimò circa *d. l. 2.* an ſaluus conductus conceſſus debitori ex cauſa ciuili ſit ſeruandus? Et partem affirmatiuam probat textus in §. ſed neque *in authent. de mandat. princip.* qui text. licet loquatur in ſecuritate conceſſa à parte parti, vt obſeruauit Bart. *in l. 15. qui reus, num. 12. ff. de public. iud.* idem tamen iuris eſt in ſaluo conductu conceſſo parti per iudicem pro bono publico vt declarat Menoch. *de arbitr. in-*
2 *dic. lib. 2. quæſt. 17. num. 6.* ¶ Licet enim in cauſis ciuilibus fiducia non ſit danda, ex quo oritur ex ea damnum & iniuria creditoris vt probari videtur, argumento textus *in cap. cum delecta de confirmat. vtil. & in l. 2. §. merito, & §. ſi quid, ff. ne quid in loco pub.* per quæ iura loco dubitationis adduxit Paris de Puteo *de ſyndic.* verbo, *ſaluus conductus, c. 1, num. 1. verſ. dic. quod poteſt*: tamen quando iudex hanc ſecuritatem conceſſit ex aliqua cauſa ſibi bene viſa & ad breue tempus, videlicet non pluſquam ad 30. dies, prout loquitur text. *in d. §.* ſed neque ceſſat omnis iniuria, ac omne damnum creditoris & propterea iudex poteſt hanc ſecuritatem debitori concedere & conceſſa eſt ſeruanda, vt tradit Paris de Puteo *d. n. 1. & num. 2.* vbi quod non tenebitur ex hoc iudex in ſyndicatu & plures alios allegat Iacob. *Nouel. reg. 28.* ſaluus conductus à ſolo Principe in prima & ſecunda ampliationibus ſequitur Farinac. *in ſuis quæſtionib. crimin. q. 29. de carcerib. & carcerat. num. 20. & 21.*

3 At in dilatione data debitori à creditoribus ſuis ſtatui maiori parte creditorum inſpecto cumulo debiti vel numero perſonarum, an detur dilatio vel admittitur ceſſio, quod ſi vtriuſque eſt paritas ſententia benignior admittitur iuxta *deciſ. text. in l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* & ibi Doctores, *& l. 5. tit. ff. part. 5.* & ibi Gregor. Lopez & in remiſſio debiti idem probat *l. 6.* ſtatim ſe-
4 quens, ¶ hodie tamen in his ſeruanda eſt forma l. nouæ, regis Philip. 2. apud Sanct. Laurent. latæ 18. die menſis Iulij anno 1590. quæ poſita eſt *l. 7. tit. 19. lib. 5. nou. collect. reg.* vbi inter alia cauetur, *que qualquiera perſona natural, y eſtrangera deſtos Reynos, que tenga el trato de mercader, de qualquiera genera, y qualquiera hombre de negocio, que trate en dar y tomar cambios, y qualquiera cambio publico, ò ſus agentes y factores que tratare de hazer, ò hiziere yguala, ò compromiſſo para remiſſion ò eſpera de las deudas que deuiere, ò hiziere pleyto de acreedores, dexando ſus bienes para que ſean pagado de ellos aunque no ſe auſente ni meta en lugar ſagrado, ni ſe le prueue auer eſcondido bienes algunos, luego en tratando de qualquiera coſa de las ſuſodichas ſea preſo y eſtè con priſiones, y no ſe le quiten ni ſea ſuelto ni dado en fiado haſta tanto que los dichos pleytos de acreedores y compromiſſos y conciertos, y lo que ſobre ello ſe huuiere de juzgar, y determinar ſe acaben y fenezcan de todo punto, ò por todas inſtancias, y que no ſean oydos ſobre ello haſta que eſten preſos y con priſiones en la carcel publica, y otras coſas, ſegun mas largo ſe contiene en la dicha ley, y que no puedan gozar de las eſperas que por las ſentencias ſe les deuen, ſino fuere dando francas, legas, llanas, y abonadas de pagar ſus deudas à los tiempos y plaços que les fueren dados, con que no excedan de cinco años.*

Limitatur primò, præcedens prior reſolutio, 5
vt ſaluus conductus datus à Principe vel iudice debitori non extendatur ad debita iurata ſecundum Alexand. *conſil. 105. viſis his circa fin. num. 6. verſiculo dico inſuper lib. 2. & conſil. 38. viſa petitione, col. 2. verſic.* ſed illis non obſtantibus *lib. 3.* & plurimos citans Rebuff. *2. tom. ad regias conſtitutiones Galliæ artic. 1. gloſſa 1. num. 22.* & nos in repetitione l. nemo poteſt *num. 165. ff. de legat. 1.* & Farinac. *vbi ſuprà, num. 21.* ſecundum Roland. à Vall. *conſil. 31. num. 15 & ſeqq. lib. 2.*
¶ Princeps namque ſecularis non poteſt ſaluos 6
conductus concedere aduerſus contractus iuratos vt ibi pulcherrimè rationibus & auctoritatibus comprobat idemque ſcripſit Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. caſu 203. num. 14. & ſequenti, caſu 537. num. 20. cum ſequentibus*, Burſat. *conſil. 345. num. 30. lib. 4.* quos refert & ſequitur Farinac. *vbi ſuprà, numero vigeſimoſecundo*, vbi dicit communem præd. priorem reſolutionem & ab ea non eſſe recedendum licet Boët. *deciſ. 296.* relatus per Gabriel *de iur. iur. concluſ. 5. verſiculo, hoc tamen dicas illam de conſuetudine non ſeruari.*

Limitatur ſecundò præfata reſolutio prior vt 7
non procedat, quoad debita ex cauſa delicti, ad quæ ſecuritates debitoribus conceſſæ non extenduntur, ita tenent Guiller. & Cyn. *in l. ſed ſi ex parte, §. quamquam, ff. quod cum eo, & in l ſi rerum, ff. de rerum diuiſ. Roman. ſingul. 170. quid ſi totius aliàs 189.* Alexand. *in l. 1. num. 43. & 44.* vbi etiam Rup. *num. 97. ff. cert. pet.* & quamuis Decius *ibi num. 27. verſ. ex his, & in verſ.* ſed tamen præd. non obſtantibus & nonnulli alij teneant contrarium nihilominus opinio prior Guillel. & Cyn. atque ſequacium, communis eſt vt plures allegans teſtatur Farinac. *d. q. 29. num. 23. verſ. verum rationibus Decij.*

Tertiò limitatur vt eadem ſecuritas minimè 8
extendatur ad debita fiſcalus etiam, quod à delicto originem non habeant, Bald. *conſil. 400.* quidam Iacob. *colum. 2. verſic. tertia ratio lib. 1.* Afflict. *deciſ. 5.* vbi allegat Martin. Laudenſ. Menoch. *de arbitr. iud. caſu 703. num. 16. & caſu 337. num. 17.* Nicol. Moron *de treg. & pac. quæſt. 106. num. 5.* & inquit Paris de Puteo *de ſyndic. verbo ſaluus conductus, cap. 1. num. 1.* quod huiuſmodi ſecuritates non ſunt concedendæ debentibus ſoluere tributa Principis, hanc etiam ampliationem ſequitur plures allegans Rebuff. *vbi ſuprà, n. 31.* & Farinac. *d. q. 29. num. 34.*





9 Quartò limitatur vt non procedat generaliter in debitis priuilegiatis, ad quæ minimè extendi ſaluum conductum ſeu dilationem à Principe conceſſam pluribus comprobat & exemplificat Meno. *d. caſ. 203. n. 17. cum ſeq.* vbi in primis hanc limitationem exemplificat in debito ex cauſa locationis & conductionis, ex Reb. quem citat *in comment. ad reg. conſt. to. 2. ſub rubr. de liter. dilat. annal. & quinquennalis &c. art. 1. gloſ. 1. n. 21. & 37.* vbi hoc declarat habere locum quando conductor percipit ſeu percepit fructus & emolumenta rerum locatarum & nunc vult vti dilatione annali vt non poſſit, alioquin daretur materia
10 delinquendi. ¶ Item exemplificat, in debito Eccleſiaſtico, cum non poſſint Principes ſeculares hos ſaluos conductus aduerſus Eccleſiam concedere ex Rebuf. *vbi ſup. n. 32. & 35.* vbi etiam idem de
11 debito pupillari. ¶ Sed quoad pupillare debitum, quod imò ſaluus conductus, ſed dilatio à Principe conceſſa etiam extendatur aduerſus Rebuf. defendit idem Meno. *n. 23. & 24.* vbi pariter quod nec idem ſaluus conductus extenditur ad debita de recenti contracta paulò ante illius conceſſione, quoniam cenſetur factus in fraudem creditorum ab ipſo debitore ſciente, ſe non eſſe ſoluendo & de proximo decocturum & *ibi n. 25.* alia ſimilia congerit in materia & hanc quartam limitationem cum reliquis ſequitur Farin. *vbi ſup. n. 34. vſque ad n. 38. incluſiue* & in debitis Eccleſiæ & in debitis piis & pro animo ideo probat Rebuf. *vbi ſupra n. 32.*

12 Ego amplio præd. limit. vt à fortiori procedant in dilatione quinquennali data debitori à maiori parte creditorum iuxta terminos *d. l. fin. C. quib. ced. poſſ. & l. 5. tit. fin. p. 5. & l. noua 7. tit. 19. lib. 5.* ſupra relatæ ſi enim namque ſaluus conductus & ſecuritas conceſſa à Principe vel à iudice ex cauſa non extenditur ad debita iurata, nec ad debita ex cauſa delicti, vel fiſcalia, aut alias priuilegiata veluti ex cauſa locationis & conductionis nec ad debita Eccleſiaſtica, & pia ex defectu poteſtatis à fortiori dilatio quinquennalis conceſſa à maiori parte creditorum, cæteris non conſentientibus priuilegiatis huiuſmodi non præiudicabit, quid eſt ſummopere obſeruandum à iudicibus ne ſub regula generali comprehendant & præiudicent inique & contra ius illis, quibus ipſi creditores concedentes præiudicare minimè poſſunt, qui ſunt ſupradicti comprehenſi in præd. limitationibus.

13 Supra limitatur præfata regula affirmatiua de qua in principio huius quæſtionis, vt non procedat quoad fideiuſſorem: ſecuritas enim conceſſa per Principem, iudicem, ſiue etiam per creditorem debitori minimè extenditur ad eius fideiuſſorem, ſecundum Dyn *conſ. 11.* quod talis eſt, quem ſequitur Menoch *de arb. iud. lib. 3. caſu 537. in fi. n. 21. verſ. declaratur 8.* & Vrſill. *in addit. ad Afflict. deciſ. 5. n. 3.* & in terminis dilationis, ſeu remiſſionis partis debiti facta à maiori parte creditorum quoad ipſum debitorem principalem, quod non præiudicet quoad fideiuſſores, qui adhuc poterunt conueniri à creditoribus non conſentientibus *tex. eſt in l. ſi præcedente, §. lutius ff. mandat.* per quem text. hoc aperte etiam ſcripſerunt Alex. & Iaſ. *in l. & ſuum heredem, § hodie, ff. de pact.* & communiter omnes *in l. quoties, C. de precib. imper. offer.* Mareſyl. *ſingul.* 105. nota caſu cremenſ. *ſing. 21. vnus text.* Stracca de Mercato *in tract. de coctor. p. 6. n. 14. & ſeq.* Simoncel. *de decret. in præfatione n. 13. verſ. limita 2.* Menoch. *d. caſu 203. num. 26.* vbi propterea admonent, quod qui huiuſmodi ſaluos conductus impetrant, ſi eis ſuos fideiuſſores adiuuari volunt, debent eorum nomina exprimere & pro eorũ perſona etiam petere, alioquin non continebuntur, quãquam eorum obl. vt principalis ſui acceſſoria eius naturam ſequitur.

Et quamuis Marſil. *in rubr de fideiuſſ q. 27. num. 531. & pluribus ſeqq* quem refert & ſequitur Bertazol. *conſ. crim. 359. in fin. n. 14. volum. 2.* teneant contra præfatam hanc quintam limitationem, quia ſi aliter diceremus, eſſet per indirectum grauare principalem debitorem, qui poſſet conueniri & moleſtari à fideiuſſore conuento à creditore.
¶ Non tum per hoc (inquit Farin. *d. q. 29. n. 26.*) 14
recedendum eſt in propoſita limitatione quæ communis eſt, declarata tamen hoc modo vt ſupra procedat reſpecta tertij, non conſentientis ſecuritati, vel illam non concedentis: ſecus reſpectu illiuſmet, qui facultatem, puta per vnum annum conceſſerit, tunc enim etiam quod de fideiuſſore nihil dixerit non poterit idem creditor conſentiens fideiuſſorem ſui debitoris moleſtare infra hunc annum *per tex in d. l. ſi præcedente, §. lutius ff. mandat. & per illum text.* ita adnotauit extra cauſam, *d. n. 15. in fin.* non tamen per hanc ſecuritatem fit præiudicium ipſis creditoribus non conſentientibus, quoad fideiuſſores debitoris, licet fiat quoad ipſum principalem debitorem vt decidit *d. § lutius*: attamen, quando ſaluus conductus & ſecuritas conceſſa eſt à Principe, vel à iudice, non verò à creditoribus non prodeſt, fideiuſſoribus, niſi de illis facta ſit expreſſa mentio ſecundum Farinac. vbi ſupra, adde vt ſit ex conſuetudine & ſtylo communi Franciæ teſte Rebuffo *vbi ſup. num. 42.*

Sextò, limitatur eadem regula affirmatiua vt 15
licet debitor habens ſaluum conductum à Principe non poſſit à ſuis creditoribus moleſtari, tenetur tamen ſatis dare de ſoluendo debitum finita dilatione in ſaluo conductu expreſſa l. vniuerſa vbi Iaſ. & communiter Doctores, *C. de prec. Imperat. offic.* vniuerſa reſcripta (inquit is textus) quæ indebitorum cauſis ſuper præſtandis dilationibus promulgantur, non aliter valeant, niſi fideiuſſio idonea ſuper ſolutione debiti præbeatur & tenet plures citans Farinac. *d. quæſtione 29. num. 27. & 29.* vbi *d. n. 27.* & refert Bald. *in d. l. vniuerſa* admonentem debitorem vt in ſuo ſaluo conductu & dilatione faciat apponere quod ſatiſdatio peti non poſſit dilatione ſeu ſaluo conductu durante, quia tunc à tali onere immunis erit, aliàs ſecus, quia niſi in reſcripto moratorio ponatur clauſula non obſtante tali lege hoc eſt, l. vniuerſa, nunquam per dilationem conceſſam ſatiſdatio cenſetur re-
miſſa vt ibi latius per eum. ¶ Debet tamen peti 16
præd. ſatiſdatio à creditore, aliàs præſtari non debet iuxta *gloſſ. in d. l.* vniuerſa verbo *præbeatur* & latè comprobat ibi Iaſ. *num. 2. cum ſequentibus*, ſequitur Catald. de ſyndicat. *q. 156. n. 92. ad fin.* ibi ſi adeò fuerit ſatiſdatio petita & Farinac. *vbi ſup. n. 28.*

Sublimitatur etiam hæc ſexta limitatio, quan- 17
do ſaluus conductus conceditur debitori ob paupertatem, ob quam etiam idem debitor non reperiat fideiuſſores: tunc enim etiam ſine fideiuſſoribus ſtabitur eius iuratoriæ cautioni prout pulchrè docet Bald. nouel. in tractatu de dot. *pact. 8. priuil. 12. verſic.* & ſic facit argumentum, quem ſequitur Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ. 63. n. 9. p. 2.* vbi poſt Bald. Nouel. *vbi ſupra* dixit inſuper iſto caſu talem iuratoriam cautionem debere eſſe cum generali hypoteca bonorum &

etiam cum adiectione pœnæ, ſecundum quod habetur *in l. prætoria ff. de prætor. ſtipul.* & ibi per Bart. & per Angel. *in l. 1. §. ſi dubitetur, ff. de iudic.* & notatur *in l. filio, ff.* vt legat non caueatur refert & ſequitur Farinac. *d. quæſt.* 29. *numer.* 30. & hoc in ſaluo conductu conceſſo à Principe debitori.

18 Quid tamen erit in dilatione quinquennali conceſſa à maiori parte creditorum debitori, an tunc præſtanda ſit ab eo præd. ſatiſdatio cum fideiuſſoribus? certant id Alberic. namque *in d. l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* tenet d. l. vniuerſa non procedere in hac ſpecie & ſicque debitor huiuſmodi non teneatur ſatiſdare, quem refert & ſequitur Gregor. Lopez *in d. l. 5. tit. fin. p. 5. gloſſ. fin.* dicens eſſe de mente Alexand. *conſil.* 205. *volumine* 2. pro qua opinio facit *d. l. 5* dum non requirit vllam ſatiſdationem. Rurſus Paul. de Caſtro *in d. l. fin.* tenet contrarium, ſi poteſt huiuſmodi debitor ſatisdare: aliàs tenebitur adiuratoriam cautionem cum ſtipulatione pœnali: quod non placet Gregor. Lop. *vbi ſupra*, quia nec illa l. nec alia exigit præd. ſatiſdationem, quid tenendum?

19 Ego attento iure communi *& d. l. 5.* partitarum credo vtramque opinionem ſuſtineri poſſe: ſed nihilominus veriorem eſſe & tenendam opinionem & diſtinctionem Pauli Caſtrenſ. prædict. ex adductis in hac præfata limitatione 6. quæ & ſi loquitur in ſaluo conductu & reſcripto moratorio Principis ex identitate rationis quoad hoc in noſtra quoque ſpecie locum habere videtur, ergo idem Iaſ. in ea ſtatui debet vulgata l. illud cum ſimil. *ff. ad l. Aquil.*

Cæterum attento iure noſtro regio, nempè, *d. l. 7. tit. 19. lib. 5. nou. collect.* cenſeo neceſſariò dandam eſſe prædictam ſatiſdationem & ſic non ſufficere iuratoriam cautionem pro forma quidem requirit d. l. regia, *que no puedan gozar de las dichas eſperas, ſino fuere dando francas legas llanas y abenadas, de pagar ſus deudas à los tiempos y plaços que les fueren dados, &c.* vt ibidem cauetur per quam in terminis ita tenet D. Azeued. ibidem vbi ſe alio loci refert: & quamuis in homine paupere debitis oppreſſo hoc graue nimis atque durum videatur, quoniam ſicut ei impoſſibili reputatur ſtatim ſoluere, ita quoque & inuenire fideiuſſores vt patet & diximus in repetitione l. nemo poteſt *num.* 293. *ff. de legat.* 1. & lex debeat eſſe poſſibilis ad hoc vt obliget, nihilominus licet dura ſit ita ſcripta, & ſeruanda eſt *l. proſpexit ff.* qui & à quibus accedat quod beneficium à iure conceſſum debitoribus pauperibus, nempè vt ſuper dilatione eis concedenda vel remiſſione partis debiti per creditores ſtatui maiori parti eorum: vt *in d. l. fin. C. qui bon. ceder. poſſ. & d. l. 4. & 5. tit. fin. part.* 5. *cum ſimil.* benè poteſt idem ius, hoc eſt legiſlator viuus limitare, reſtringere & declarare, imò in totum tollere & abrogare ex vulgatis iuris regulis, non igitur ita dura lex eſt, quam modo retulimus, ſiquidem ad euitandas fraudes & cautelas debitorum ius commune in hoc loquens moderatur, ne fraus & præiudicium fiat, tertio hoc eſt creditoribus non conſentientibus dilationi maioris partis & ſic inuitis. Dummodo ij petant præd. fideiuſſores aliàs namque debitor non tenetur eos præſtare, vt in ſimilibus terminis, nempè reſcripti moratorij reſoluimus ſupra ex gloſſa in d. l. vniuerſa verbo *præbeatur* & ſequacibus & faciunt tradita à nobis in repetitione *l. nemo poteſt numer.* 432. *cum ſequentibus ff. de legat.* 1. *ſeptimo & vltimo limitatur præd.* regula affirmatiua vt non procedat in ſaluo con- 10
ductu ſubreptio conceſſo debitori, vt puta, quando in eodem debitor non expreſſit, quod aliàs non habuit alium ſaluum conductum, ſeu dilationem, tunc enim huiuſmodi ſaluus conductus ſubreptitius minimè ſeruandus eſt. ita tenet Rebuf. *vbi ſupra num.* 30. quem refert & ſequitur Menoch. *d. caſu* 203. *numer.* 28. *&* 29. vbi amplius dicit cum Bald *in l. fin. Cur. lit. pend. & Brim. conſil.* 46 *in fin.* & Roland à Valle *conſil.* 31. *num.* 17. *volumine* 2. quod quando lis eſt iam cum debitore per creditorem incoacta is qui ſaluum conductum hunc impetrat, narrare debet litis pendentiam, aliàs tanquam per ſubreptionem obtentus pariter ſeruandus & attendendus non eſt cæterum de reſcript. & l. ſi quando eodem titulo, & l. ſi vendicari, C. de pœnis refert & ſequitur Farinac. *d. quæſt.* 29. *n.* 31. vbi *n.* 33. *de ſtylo*, qui de hoc habetur Romæ teſtatur.

# IN TITVLVM DECIMVM,

## *De las injurias y denueſtos.*

### SVMMARIVM.

1 *Filius iniurians parentem, qua pœna puniatur, & num ſeqq. & quia è contra vnde n. 9. cum ſeqq. Iniuria facta patri grauius punitur, quam facta extraneo.*

### *De filio iniuriante parentem, & è contra.*

*In l. 1. tit. 10. lib. 8. nou. collect. reg.*

### QVÆSTIO CXV.

MATERIAM iniuriarum latiſſimè pertractat. Proſp. Farinac. *in 3. tom. ſua prax. crimin. quæſtion.* 105. *per totam.* 1
Sed ego primò quæro qua pœna puniatur filius iniurians,



iniurians, vel conuitium præferens in parentes & quidem noſtra hæc l. 1. inquit: *que qualquiera hijo, ò hija que deneſtare à ſu padre, ò madre en publico ò en eſcondido, en ſu preſencia, ò en auſencia ſiendole probado, de mas de las otras penas contenidas en las leyes de las ſiete partidas, eſte preſo en la carcel publica con priſiones por veynte dias, ò pague al padre, ò à la madre ſeyſcientos marauedis de los buenos, que ſon ſeys mil marauedis deſta moneda, la qual pena deſtas ſea qual el padre ò la madre mas quiſiere, y los duzientos marauedis deſtos ſeyſcientos ſean para el acuſador.*

2 Grauius enim punitur iniuria facta patri quam extraneo, vt *in leg. 8. titul. 31. part. 7.* non tamen iure ſeptem partitarum inuenimus pœnam certam deſignatam contra filios parentibus ſuis iniuriantes, lege namque 20. *titul. 9. part. 7.* quamuis atrocem appellet iniuriam à filio patri vel matri illatam: non tamen pro ea pœnam certam & determinatam imponit & lege 21. *eodem titul.* & partita arbi-
3 trio iudicis eam relinquit. ¶ Senſus igitur noſtræ leg. 1. hic erit, quòd filius, vel filia iniuriam inferens patrem aut matrem iure partitarum arbitrio iudicis puniendus ſit pro modo iniuriæ: & inſuper ei erit impoſita pœna præd. noſtræ l. 1. alternatiua, nempè *de veynte dias de priſion, ò de ſeys mil marauedis de la moneda de aora para el iniuriado, qual mas quiſiere el padre ò la madre, y deſtos ſeys mil marauedis, la tercera parte que ſon dos mil marauedis ſeran para el acuſador.*

4 Præterea iure partitarum punitur filius patrem, aut matrem iniurians in hoc, ob id exhæredari poteſt, nempè quando *el hijo à ſabiendas è ſañudamente mete manos ayradas en ſu padre para herirle, ò para prenderle, ò ſi deshonraſe de palabra grauemente, aunque no lo puſieſſe por la obra, ò ſi le acuſaſe ſobre tal coſa de que el padre deue morir, ò ſer deſterrado, ſi ſe lo prouaſen, ò enfamandole en tal manera que valieſſe menos, excepto ſi el hierro de que le acuſaua fueſſe tal, que tocaſe à la perſona del Rey, ò al pro comun de la tierra, que entonces prouandolo el hijo le puede el padre desheredar por ello*, ita cauetur *in l. 4. in principio titul. 7. part. 6.* vbi Gregor. Lopez materiam declarat auth. vt cum *de ap-*
5 *pell. cognit. §. cauſas collectione* 8. ¶ Et quod ob grauem iniuriam verbalem in patrem commiſſam per filium, filius poſſit exhæredari eſt communis etiam attento iure communi ſecundum Curt. Iun. relatum per Iulium Clar. §. *teſtamentum q. 41. n. 3.*

6 Iure etiam communi filius, qui patrem & matrem (quos venerari oportet) contumeliis affecerit vel impias manus ei intulerit, à præfecto vrbis pro modo culpæ puniendus eſt *l. 1.*
7 *§. 1. ff. de obſeq. à lib. præſt.* ¶ Et indignus militia iudicandus eſt, qui patrem & matrem, à quibus ſe educatum dixerit maleficos appellauerit vt ibi deinde filias & filios cæteroſque liberos contumaces, qui parentes vel acerbitate conuicij vel cuiuſcumque atrocis iniuriæ pulſaſſent leges, emancipatione reciſſa damno libertatis in meritæ mulctari voluerunt, *l. vnic. C. de ingrat. lib. l. fin. tit. 18. part. 4. facit l. 5. tit. 16. p. 4.* Azeued. *in l. 2. tit. 1. lib. 1. & in hac l. 1. numer. 1. ad fin. hoc tit. 10. lib.* 8.

8 Quinimò filius ſemper poteſt conueniri à patre pro iniuria ſibi illata, quamuis leuis ſit, tunc enim ratione perſonæ eam inferentis reputatur atrox iniuria, prout eſt text. *in §. atrox. inſtitut. de iniur.* & ibi præſertim Aretin. *numer.* 2. *verſiculo nota quod grauiſſima iniuria & Nicaſ. numer.* 2. quos refert & ſequitur Farinac *in 3. tom ſuæ praxis crimin. quæſt.* 105. *num.* 145.

Contra filius iniuriarum actione agere non 9
poteſt (ſi iniuria atrox non ſit) citra patrem eum verberantem cum non animo iniuriandi, ſed corrigendi, id omne factum præſumatur vt cum aliis reſoluit Farin. *vbi ſupra num.* 138. vbi etiam quod filius in poteſtate exiſtens debet ſuſtinere omnia verba, quantuncumque iniurioſa in ipſum à pa-
tre prolata, non enim in verbis ſola atrocitas 10
iniuriæ operatur, vt contra patrem filius agere poſſit, idemque probat Farin. *vbi ſupra num.* 139. cum aliis authoribus idem iniuria illata nepotibus & aliis deſcendentibus vſque ad ſeptimum gradum & *num.* 140. idem dicit in filio emancipato.

Procedit tamen hæc doctrina prout loqui- 11
tur in iniuria leui, ſecus ſi atrox ſit, quia tunc contra patrem poteſt criminaliter agi ad pœnam licèt non ciuiliter ad æſtimationem iniuriarum iuxta gloſſa *in d. §. atrox* verb. à liberis inſtit. de iniur. & alios plures, quos citat, addens: quod iſto caſu filius non agit actione iniuriarum, quia
hæc actio infamat, ſed actione in factum. ¶ Et 12
quamuis Iul. Clar. *in practic. crimin. §. fin. quæſt. 56. verſiculo* poteſt etiam poni exemplum, &c. refcrat quod in facti contingentia fuit abſolutus per Senatum quidam de Bonetis, qui corrigendo filium ſuum illum interfecerat. Nihilominus hoc, non exiſtente alia cauſa excuſatio non tranſiret ſine aliqua pœna extraordinaria. propter exceſſum & patris humanitatem vt inquit Farinac. 3. *tom. prax. crimin. quæſtione* 105. *num.* 144. *fol. mihi* 350. vbi quod benè crederet eum non poſſe puniendum pœna mortis, ſed tantum de exceſſu & ſic non de dolo, ſed de culpa, niſi ex genere inſtrumenti quo filium percuſſit: contrarium ſuaderetur, nempè, ſi ferro, aut alio armorum genere ad occidendum apto, quia tunc etiam pœna ordinaria poſſet imponi vt in terminis aduertit Baiardus in addit. ad Clar. *quæſtione 56. num. 7. & ſequentibus* & alij quos refert.

Quando autem iniuria dicatur leuis & quando atrox, ſeu grauis? generaliter quoad omnes perſonas? latè diſſerit Farin. *d. q.* 105. *num.* 175. *cum ſeqq.*

### SVMMARIVM.

1 *Pœna* de deſdezirſe *pro quibus verbis iniurioſis à iure regio imponatur? & numeris ſequentibus & eſt obligatoria etiam in conſcientia, quando quis falſò infamat fratrem num. 3. & 4.*

4 *Pœna alterum iniuriantis extra caſus l. 2. tit. 10. lib. 8. collect. reg. quæ ſit attento iure communi? n. 4. verſ. extra caſus.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

*De pœna verborum iniuriæ, pro quibus quis tenetur palinodiam canere.*

¶ Litera l. 2. tit. 10. lib. 8. nouæ collect. reg.

*In l. 2. tit.* 10. *lib.* 8.

## QVÆSTIO CXVI.

1 Q*VALQVIERA que à otro denoſtare, y le dixere gafo, ò ſometico, ò cornudo, ò traydor, ò hereje, ò à muger que tenga marido puta, ò otros denueſtos ſemejantes lo deſdiga ante el Alcalde y ante hombres buenos, al plaço que el Alcalde lo paſiere y peche trecientos ſueldos, y por ellos mil y ducientos marauedis, la mitad para la Camara de ſu Mageſtad, y la otra mitad para el querelloſo.*

2 Hotus l. punitio frequentiſſimè in iudiciis petitur atque deducitur idemque prius cauebatur *lib. 4. for. leg. l. 2. tit. 3.* & dicitur hæc multa, vel emenda honoraria, vt in terminis inquit Petr. Gregor *in ſua ſyntagm iur. lib.* 38. *c.* 7. *num.* 5 & honorabilem emendam eam vocat Boer. *conſi. io* 4. *num* 41. & Farinac. Nouiſſimè 3. *tom prax. crimin. quæſt.* 105. *num.* 71. ¶ Eſtque quoad Palinodiam

3 cantandam diſpoſitio obligatoria etiam in conſcientia, quando falſo quis infamauit fratrem ſiuè in iudicio, ſiuè extra, tenetur namque ſe ipſum retractare & affirmare ſe mentitum fuiſſe, & ſic famam reſtituere, quia famæ reſtitutio eſt de neceſſitate ſalutis vt latiſſimè probat Ludouic. Carb. de reſtitutione quæſtione 17. vbi de requiſitis ad id & Emanuel Rodriguez *num.* 2. in loco ſtatim citando & in terminis, tenet D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 2. in reſponſione ad ſecundum, eiuſque ad ſectæ Dominic à Soto *de iuſtitia, & iure lib.* 4. *quæſt.* 6. *art.* 3. Nauar. *in manual. c.* 18. *num.* 45. Summiſtæ *verbo detractio*, & *verbo reſtitutio* & Nauarra de reſtitutione *lib.* 2 *c.* 4. *num.* 375. plures allegans & in hoc conueniunt omnes Doctores eſtque doctrina communis omnium Doctorum ſecundum Carb. *vbi ſup. c.* 18. *verſ quod autem, & verſiculo prima concluſio pagin.* 110. & 111.

4 Quinimò infamator debet, quòd prædiximus, iure iurando affirmare, ſi intelligatur ſua ſimplici retractatione ei, cui nocuit non eſſe plenè conſultum, ſed illos qui audierunt non habituros fidem ſimplici verbo ipſius, quod frequenter accidit (cum homines ſint proniores ad credenda mala quàm bona de fratribus) tenetur namque tunc iure iurando, aut alia via vtili & accomodata, quia ipſi fides habeatur iudicio prudentis viri niti, vt credant illi ipſum fuiſſe mentitum, & fratrem non commiſiſſet crimen illud, quod ſi adhuc alij ſiniſtrè iudicent, infamator ad plus non tenetur, ita in terminis docent Salon. *de iuſtitia & iure, in* 2. 2. *Diui Thom. quæſtione* 62. *art.* 2. *de reſtitutione fam. controuerſ.* 13. *in prima & ſecunda concluſione pag. mihi* 667. *cum ſequentibus*, & Eman. Rodrig. *in ſua Summ.* 1. *tom. cap.* 233. *n.* 3. ſatis namque eſt iuramento dictum reuocare aut alia via commodata vti, qua ſibi credatur vt prædiximus, nec opus habet teſtes ad ſuum mendacium probandum adducere vt cum Nauar. vbi ſupra tenet Nauarra *vbi ſupra num.* 358. quicquid Soto *vbi ſupra*, & Salon. *d. concluſione* 2. *pag.* 668. *ad fin.* contrarium in hoc de teſtibus velint, verum eorum opinio in hoc mihi non placet, ſed potius quam prædiximus negatiuam.

An iure communi hæc pœna *de deſdezirſe* ſit cognita agit latè Farinac. *vbi ſupra qu.* 105. *n.* 71. *cum ſequ.* vbi citat noſtram hanc l. regiam Hiſpaniæ eiuſque pœnam & refert ſecundas opiniones Doctorum, vnam quamplurium affirmatiuam aliam quorundam negatiuam, nempè Bernardi Diaz, Plaçæ & Carauitæ & tandem *n.* 74. & 75. reſoluit negatiuam ſententiam indubitanter procedere in duobus caſibus. Primò, quando illata iniuria fuit vera. Secundò in clerico, quia aſtringi non poteſt ad hanc honorabilem emendam, cum aliis contra Bernard. Diaz *vbi ſupra*, de quibus 2. caſibus latè infra in ſuis locis agemus.

Extra caſus autem noſtræ l. 2. iure communi attento, pœna iniuriarum quando criminaliter agitur eſt arbitraria, ſecundum qualitatem perſonarum vt latè iure & authoritate quàmplurium Doctorum probat Farin. 3. *tom præct. crimin. q.* 105. *n.* 56. *cum ſequ.* vbi refert Hoſtienſ. Abb. Anton. Gom. Iul. Clar. & alios qui ſunt videndi quoties opus fuerit.

Secunda eſt pœna infamiæ, nam condemnatus actione iniuriarum efficitur infamis textum in l. Diuus Seuerus & ibi gloſſa in verbo *non poteſt, ff. de iniur. & in l. iudici, ff. eodem text.* & ibi poſt gloſſam notant communiter omnes Doctores *in ſummar. in c. cum te de ſententia & re iudic.* gloſſa etiam *in l. ſi quis iniuriam in verbo contemnere ff. de iniur.* Bernard. Diaz *in praxu crimin. Canonica c.* 66. *alias* 60 *ſub de maled num.* 6. & *ibi in addit. litt.* Ignat. Salced. Clar. *in practic.* §. *iniuria num.* 9 *verſic. item condemnatus*, vbi quod ita tenent omnes Doctores, & de communi teſtatur alios allegans Farin. *vbi ſup. n.* 61. vbi numeris ſequentibus pluribus modis ampliat & limitat, apud ipſum videndis.

Quod ſi teſtes coram quibus infamia fuit prolata aliis id nuntiauerint tenentur eos certiorare, quod infamator coram eis ſe retractauit ſecundum Mercad. Petraça, & Alcozer quos citat Manuel Rodriguez *vbi ſupra num.* 8. vbi id declarat: confeſſarius igitur niſi maxima certitudine morali intelligat eum qui falſo alterum infamauit ſtatim ſatisfacturum præd. modo iniuſtè à ſe infamato non debet eum abſoluere, niſi prius præſtita ſatisfactione præd. ita Salon. *vbi ſupra concluſione* 3. *pag.* 669. *in fin. & in principio paginæ ſequentis.*

Fallit, ſi informator eſſet conſtitutus in magna dignitate veluti Epiſcopus vel alius Prælatus aut illuſtris admodum, quidem ſubditum vel hominem infimum infamaſſet, ita vt inter opinionem & famam vtriuſque eſſet maxima diſtantia & inæqualitas, tunc namque Prælatus, nec vir illuſtris non tenetur Palinodiam recantare etiam ſi in verbis modum exceſſerit, ſed aliter ei ſatisfacere damnum debet, vt latè probant Salon & Emanuel Rodriguez *vbi ſupra* poſt Sot. Cordub. Nauar. & Marc. quos citat Emanuel *vbi ſupra*, & ſequitur Carbo *vbi ſupra* limitat hanc doctrinam & benè Soto *pag.* 212. de quo infra latius agemus alia quæſtione.





### SVMMARIVM.


1 *Iniuriandi animo appellans vxoratum vel vxoratam bonum virum, vel bonam mulierem, an teneatur Palinodiam canere? & numeris ſequentibus. Et quomodo hoc intelligatur n.* 10.

2 *Iniuria non tantum facto, ſed etiam verbis fit.*

3 *Iudex quando per legem vel conſuetudinem pro iniuria certa pœna ſtatuta eſt, debet procedere & rationem eius ſequi in impoſitione pœnæ, & quid quando certa pœna à lege impoſita non eſt? num.* 5.

4 *Iudex non debet recedere à pœna, quæ per legem regiam impoſita eſt contra iniuriantem alterum verbis iniurioſis ab ea lege expreſſis.*

7 *Verba ſunt intelligenda ſecundum communem hominum intellectum. Et vulgi opinionem, num.* 8. & 9.


*De appellante alium animo iniuriandi bonum virum, vel bonam mulierem, quando ſunt vxorati.*

## QVÆSTIO CXVII.

1 VÆRO modo primò circa noſtram l. regiam ſecundam dum dicit *ò cornudo, ò à muger que tiene marido puta*, an idem ſit dicendum, ſi per verba honeſta & in verborum cortice minimè iniuriam ſonantia hoc idem intendatur, nempè ſi aliquis virum coniugatum animo iniuriandi appellauerit bonum virum, intelligens eum cornutum, vel ſi mulieri coniugatæ dixerit, tu es bona mulier, intelligendo eam eſſe meretricem? Et videtur primò hunc minimè eſſe puniendum pœna ordinaria & ſpeciali noſtræ l. nempè, *que le deſdiga.*

Primò, quia cum l noſtra puniat hac pœna iniuriantem alterum præd. verbis formalibus, nempè *llamandole cornudo, ò à muger caſada puta*: non videtur habere locum, in eo qui alia verba præmaxime honeſta in alterum etiam conuitij cauſa effuderit, nam vbi non conueniunt verba legis, nec eius diſpoſitio locum habet, *l.* 4 §. *toties, ff. de damn. infect. ſed hic non conueniunt igitur, &c.*

Secundò quoniam cum ſimus in pœnalibus & odioſis, maximè in pœna adeo rigoroſa, *como es deſdezirſe vn hombre que toca tanto en ſu honra, y queda infame executandoſe en el eſta condenacion*, vt alia quæſtione dicemus non eſt extenſio facienda ad alium caſum, quàm verba noſtræ l. ſonant.

2 Tertiò, quia lex noſtra punit præd. pœna conuitiantem verbis præd. alterum vt patet & iuſtiſſimè quidem quia iniuria non tantum facto, ſed etiam verbis fit, *l.* 1. §. *iniuriam autem, ff. de iniur. l. ſi non conuitij, C. de iniur. c. cum T. A. B. de re iudic. l.* 1. *tit.* 9. *p.* 7. D. Couar. *lib.* 1. *var. reſ. c.* 11. *in principio* idque in vniuerſum omnes profitentur, vt de communi teſtatur Iul. Clar. § *iniuriam verbo vlterius* & cum eo Hippol. de Bonacoſa in ſuis communibus opinionibus crimin. *verbo iniuria* 1. & plures allegans Farinac. *vbi ſupra* 3. *tom. quæſt.* 105. *num.* 2. eſtque veriſſimum, ſed verba de quibus in noſtra quæſtione non ſunt huiuſmodi, *ſed honeſta ergo, &c.*

Quartò, quia non oberit, ſi dicatur animum quo præd. verba proferuntur, eſſe conſiderandum, non verò verba, quia animus & voluntas diſtingunt maleficia, vt in regula iuris vulgari: nam reſpondemus in primis, hoc noſtra l. non caueri, cùm potius ipſa puniat vtrumque, nempè animum & verba iniurioſa, vt patet ibi: *que qualquiera que à otro denoſtare, y le dixere, &c.* expendo copulam illatiuè, & quæ pro ſui verificatione (maximè in pœnalibus) requirit concurſum vtriuſque nempè conuitium in quo animus iniuriandi ineſt, & prætereà, verba præd. *cornudo, ò à muger caſada puta*; ergo vnum ſine altero non ſufficit, ad hoc vt pœna noſtræ l. adeò rigida imponenda ſit argumento *l. ſi heredi, ff. de condict. & demonſtrat. gloſſa in rubrica, C. de iuris & fact. ignor.* Tiraquel. *de nobilit. cap.* 8. Octauian. Vulpel. *de prepoſitione aduerb. & conſanct. ſignific. in dictione*, & deinde quia licet animus conuitiandi præd. verbis confici poſſit non tamen eo modo, quo verbis præd. expreſſis: cùm id non fuerit expreſſum, ac proinde poterit alia pœna arbitraria puniri, non verò ordinaria noſtræ l. cum in pœnis benignior interpretatio ſit facienda vt in regula iuris vulgari in pœnis.

Quintò, quia licet quando pro iniuria eſt certa pœna impoſita à lege, vel conſuetudine debeat iudex attenta lege, vel conſuetudine procedere, & rationem eius ſequi in impoſitione pœnæ, *vt in l. hodie, ff. de pœn.* Alber. *in* 3. *part. ſtatut. quæſt.* 65. *columnam ad fin.* Ioann. Andreas *in cap. inquiſitionis ad fin. de accuſ.* Gregor. Lop. *in l.* 21. *gloſſa penultima incipit. eſcarmentar tit.* 9. *part.* 7. 3

Hinc eſt, quod ſi quis dixerit aliquam iniuriam verbis expreſſis in noſtra l. pœna non erit arbitraria, ſed certa & præciſa, à qua non licebit iudici recedere probat Auendañ. *in tractatu de iniuria num.* 13. inde inferens, quod ſi iudex hac in ſpecie, pœna noſtræ l. ordinaria in eius ſpecie non condemnaſſet reum, ſed vt peteret veniam ab iniuriato huiuſmodi ſententia eſſet iniqua, & iudex eam proferens conueniri poterit ab iniuriato, vt puniatur, quia remiſit ſine cauſa pœnam à lege expreſſam, licet reus liberetur adimplendo, quod præcipit iudex in ſententia, ſi tranſiuit in rem iudicatam, vt ibi latè probat. 4

Tamen, ſi nec lege, nec conſuetudine pro iniuria ſit certa pœna deſignata, attenta qualitate iniuriæ & conſideratis conſiderandis, arbitratur iudex pœnam criminalem imponendam, ſic criminaliter fuerit iniurians accuſatus, vt in §. in ſumma inſtantia de iniuriis, & iure probat Didac. Perez *in rubrica tit.* 9. *pag.* 217. *col.* 2. ibi ſin autem *lib.* 8. *ordin.* latè plures referens Farinac. 3. *tom. ſua prax. crimin. quæſt.* 105. *numer.* 56. ſed in ſpecie noſtræ quæſtionis nec lex noſtra, nec conſuetudo certam pœnam aliquam ſtatuit, ſiue imponit ei, qui præd. verba dixerit viro, aut vxori coniugatis: ſed tantum pœnam, de qua in noſtra l. imponitur illis, *que al hombre caſado llamare cornudo, ò la muger caſada puta*: ergo pœna huiuſmodi eius non eſt extrahenda à ſuo caſu per ſupradicta. 5

Sextò & vltimò, quoniam ſæpiſſimè contingere poteſt, prout contingit, vt quis proferat 6



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

præd. verba de quibus eſt noſtra quæſtio abſque animo compellandi alterum cornutum, vel mulierem nuptam meretricem, ſed in ſenſum directè contrarium eius, quod ſonant, nempè *ruyn hombre, ò ruyn muger*. Pro hac autem iniuria, lex noſtra non imponit pœnam contradictionis, ergo alia eſt imponenda arbitrio iudicis pro qualitate perſonarum, loci & temporis.

Nihilominus non obſtantibus in propoſita quæſtione tenendum eſt contrarium, imò quod præd. verba proferens animo iniuriandi ſit puniendus pœna noſtræ l. & ſic teneri eum omninò palinodiam canere, ſibique ipſi contradicere, ſi per præd. verba intelligebat illum eſſe cornutum, vel hanc meretricem, prout vulgo circunferri ſolet apud nos Hiſpanos: quod iure commune in priore ſpecie probanit Socin. conſil. 6. volumine 1. prout illum refert & ſequitur Iulius Clarus *in practic. crimin. §. iniuria in principio* ibi, vel ſi dixerit alicui, tu es bonus homo dicens quod hæc verba communiter intelliguntur, quòd eſt cornutus: & in ſecunda ſpecie appellantis mulierem nuptam bonam mulierem animo eam iniuriandi idem probat Cardin. *in cap. ex litteris in 3. notabil. numer. 1. de conſuet.* & Petrus de Raben. *de conſuetud colum. 14. fol. 171.* & Ioann. de Neuizan. *in ſylua nupt. lib. 4. numer. 76.* prout eos refert vtrumque probans in terminis noſtræ l. ipſiuſque pœnæ contradictionis, Petrus Plaça *in ſuo epithom delict. lib. 1. cap. 1. num. 43.* & Didac. Perez *in l. 2. tit. 9. lib. 8. ordinam. pag. 227. col. 3. in gloſſa cornudo*, & non ſolum vbi atteſtatur, quod in noſtra Hiſpania ita intelligitur, cum dicitur coniugato, tu es bonus vir, ſcilicet, quòd diſſimulat vxoris adulterium & patitur, ideoque idem eſſe dicendum, cum hæc verba idem importent ſecund. Cardin. *vbi ſupra*, idem probat cum Sylua nupt. *vbi ſupra*, & Boer. *conſil. 4. num. 17.* Don Ioan. Vela *de pœn. delict. cap. 16. pag* 84. & Parlad. *rerum quotid. lib. 1. cap. 17. num. 9.* vbi dum. 4. & 5. idem probat in appellante alterum cucurbitam, vt cornutum, vocet idem in ſupradictis omnibus tenet & probat Azeued. *in hac l. 2. num. 77. cum ſequentibus, vſque ad numerum* 82. *incluſiuè* vbi idem dicit, ſi quis mulierem nuptam appellauerit *pelleja* ex Didac. Perez *in l. 44. titul. 19. lib. 8. pag. 393. in fine.*

7 Quæ ſententia vltra authoritatem ſupradictorum comprobatur primò ex eo, quòd verba iuxta communem intellectum hominum ſunt intelligenda, cap. ex litteris *el primero*, *de ſponſal.* latè Tiraquel. *de vtroque retract. lib. 1. §. 2. gloſſa 1. num. 5.* ſed ſecundum communem vſum loquendi, appellando alterum bonum virum, ſi eſt coniugatus animo conuiciandi eum, eſt dicere quod patitur mulieris adulterium, & ſic quod eſt leno, quia cum de adulterio non indignatur,
8 præſumitur tali vt probat Thom. Ferrat. *cautio. 14. num. 6. per l. marito* lenocinium *in principio, ff.*
9 *de adult.* Sylu. *nupt. vbi ſupra num. 31.* ¶ Et quod hoc habeatur vulgi opinio, formant Plaça & Didac. Perez *vbi ſupra*: ¶ *ergo eius ſenſus ſequendus eſt in interpretatione verborum text. in c. vltimò, & ibi gloſſa verbo eloquutio de iniur. lib. 6. gloſſa in c. præterea de verborum ſignificatione.* Secundò hæc opinio ſufficienter probatur in hac l. noſtra 2. ibi, *ò otros denueſtos ſemejantes, deſdigalo ante el Alcalde, &c.* plus namque ſimile conuitium eſt, imò idem, conuitiando dicere homini vxorato, tu es bonus vir, vel mulieri nuptæ bonæ mulier ſeppoſito dicto communi intellectu vulgi: ergo eadem pœna puniendus eſt huiuſmodi conuitiator, ac ſi directè conuiciando diceret *cornudo, ò puta*: nihil enim intereſt an, quis verbis expreſſis de quibus in noſtra l. regia vſus fuerit, vel id aliis tantundem efficientibus ſignificauerit, quia nihil intereſt, quid ex æquipollentibus fiat, C. in his de verborum ſignificatione.

Eſt tamen intelligenda neceſſario hæc opinio ad hoc, vt procedat, quod probetur præd. vſus 10
communis loquendi & intelligentia communis prædictorum verborum, eaque animo omninò conuitiandi fuiſſe prolata, aliâs enim hoc non probato (licet forſan idem tentari poſſet, cum præd. noſtri duo cohiſpani de vſu & intellectu præd. verborum vulgari deponant) verius tamen, certius, necnon & ſecurius erit iniuriantem prædictum, alia pœna arbitraria attentis circunſtantiis occurrentibus condemnare, quàm pœna contradictionis, quo caſu ſaluari poterit prior præcedens ſententia ſex fundamentis probata, in quibus eam muniuimus, quæ tamen ceſſant probato prædict. communi intellectu & opinione vulgi & quia licet, vt ſupra dicebamus alia quæſtione vbi actus ad plura delicta poteſt ſe habere, odio delinquentis ſit interpretatio contra eum in partem duriorem, hoc verum eſt in dubio, & vt pœna arbitraria augeatur, non verò, vt pœna ordinaria pro aliquo crimine propriè & verè commiſſo ſtatuta, pro præſumpto imponatur, niſi probetur identitas delicti & ſenſus verborum ſecundum vulgi opinionem, vt ſupra diximus.

## SVMMARIVM.


1 *Maritus & vxor ſimul iniuriati*, llamando al marido cornudo, y la muger puta, *an poſſit agere vterque actione iniuriarum, & an viro deſiſtente, mulier pro ſua iniuria agere poſſit? & numeris ſequentibus præcipuè num.* 8. *& ſequentibus, declaratur pluribus modis, num.* 26. *vſque in fin.*

2 *Iniuria facta vxori cenſetur facta ipſius viro: ampliatur n.* 3. *& 4. idem procedit in iniuria facta ſponſæ, vt in n. 5.*

6 *Iniuria facta viro, non cenſetur facta vxori, nec pro ea vxor agere poteſt, niſi iniuria eſſet communis, tangeretque honorem vxoris, vt in num.* 7.

10 *Iniuria facta filio an pater, & filius agere poſſint? & an remiſſio patris noceat filio? & num. ſeqq. & num. 24.*

18 *Adulterium quis poſſit accuſare, & an iudex ex officio poſſit de eo agere? & n. ſeq.*


---

*De iniuria facta ſimul marito & vxori.*

## QVÆSTIO CXVIII.

QVÆRO ſecundo circa eandem l. 2. regiam *de las iniurias*, an illata iniuria marito vel mulieri nuptæ *llamandole à el cornudo, ò à la muger puta*, vterque agere poſſit actione iniuriarum aduerſus iniuriantem vt palinodiam recantet, & an viro deſiſtente mulier pro ſua iniuria agere poſſit?

Suppo



1 Suppoſito quòd iniuria facta vxori cenſetur facta eius viro *l. 1. §. item aut. ff. de iniur. & in l.* iniuriarum actio & ibi communiter Doctores, ff. eodem titulo communis, vt cum aliis affirmat Farinac. 3. *tom ſuæ prax. crimin. q.* 105 *num.* 269. & tanto magis quando vtrique eſt facta iniuria, vt in quæſtione præmiſſa.

3 Quòd adeò verum eſt & procedit, vt maritus pro iniuria facta ſuæ vxori poſſit nomine proprio tanquam pro iniuria ſibi facta agere contra iniuriantem iuxta textu. *in §. patitur inſtantia de iniur*, & ibi communiter Doctores, vt teſtatur
4 alios referens Farinac. *vbi ſuprà, n.* 260. ¶ vbi cum aliis ampliat hoc modo, vt etiam ſi vxor remiſerit iniuriam ſibi factam eius remiſſio non præiudicet marito agenti.

5 Similiter ſponſus agere poteſt nomine proprio pro iniuria facta ſponſæ l. item apud Labeonem, *§. ſponſum, ff. de iniur.* & plures congerit Farinac. idem ſequutus *vbi ſuprà, n.* 271.

6 Iniuria tamen facta viro non cenſetur facta vxori, nec pro ea vxor agere poteſt text. clarus *in l. 2. ff. de iniur.* congerit plures Farinac. *vbi ſu-*
7 *prà, num.* 274. ¶ *vbi n. ſequenti hoc limitat*, quando iniuria eſſet communis tangeretque honorem vxoris, vt ſi fuerit dictum marito, quod erat maritus meretricis vt in ſpecie noſtræ l. ſecundæ; quia tunc agere poteſt vxor nomine proprio tanquam pro iniuria ſibi illata, ſecundum Ioan. Fabr. *in § pater n.* 4. & ibi Aretin. *n.* 1. nunc vero intrat noſtra quæſtio præfata.

8 Et in hoc Didac. Perez *in l. 2. in gloſſa cornudo in principio pag. 227. col. 2. & iterum pag. 228. col. 1. verſiculo*, ex quibus expreſſe probat, vtrumque poſſe pro ſuo iure & conſeruatione ſui honoris agere aduerſus huiuſmodi conuitiatorem, vt palinodiam recantet, dicendo ſe mentitum, vt in hac l. cauetur: nam hoc ex communi hominum intellectu deducitur, & quod ſic vxor agere poſſit, quamuis maritus deſiſteret ab agendo pro ſua iniuria, etiam marito repugnante: quia dicendo marito, quod eſt cornutus, per neceſſariam & non abſurdam conſequentiam infertur vxori iniuria, & ſic eſt etiam propria iniuria ipſius, cùm ſit infamata de graui crimine apud maritum, & apud alios, & ſic pro ſuo honore conſeruando, qui magis æſtimatur & eius bonum, quàm diuitiæ multæ & eius amiſſio, vitæ corporalis amiſſioni comparatur *l. iuſta, ff. manumiſſ. vindict.* melior text. *in l.* iſti quidem, *ff. quod met. cauſ. gloſſa 1. in cap. vno de legatorum verſiculo idem eſſet, ſi efficiatur infamis de offic. de leg. optima l. 4. tit. 13. part. 2.* igitur cum iniuria propria ſit, agere poterit etiam ſi reſiſtat maritus argumento l. Papinianus in principio, ff. de inoffic. teſtamento, ibi iniuria ipſius filij eſt, item quia iniuria iſta cum plures lædat, pluribus dari oportet actionem iniuriarum *l. 1. §. 1. idem ait, ff. de iniur.* vbi Iuriſconſultus ait ex vna iniuria interdum tribus oriri iniuriarum actionem, nec vnius actionem, per aliam conſumi, vt puta, vxori meæ filiæ famil. iniuria facta eſt mihi, & patri eius, & ipſi iniuriarum actio incipit competere: ergo hanc arguit Perez, cùm ex vna iniuria & icto verborum reſultent plures, marito vxori, quæ non remiſit, non conſtante diſſimulatione & remiſſione viri, eoque inuito competere debet actio iniuriarum, & tenetur iniurians ſe mentitum fuiſſe profiteri, cùm ipſa ſit caſta fidelis & non meretrix: denique alia plura argumenta adducit Perez ad probandum mulieri etiam iniuriam fieri ex præd. verbis per neceſſariam conſequentiam, atque ideò ipſam agere poſſe pro iniuria ſibi illata contendit.

Quid dicendum: Profectò ex omnibus funda- 9
mentis Perez, nullum ita vrget pro ſua opinione: ſicut d. l. 1. §. idem ait, ff. de iniuriis: nam cum text. ille dicat, quòd marito pro vxore datur actio iniuriarum, &c. nec vnius actionem per aliam conſumi, videtur manifeſtè probare, quod etſi vnus remittat iniuriam, nihilominus alter agere poſſit: quod in terminis probauit Bonifac. *de malef. in tit. de iniur. num.* 57. quod ſi hoc eſt verum, habemus in illo textu firmiſſimum fundamentum pro opinione præd. Didac. Perez cætera namque eiuſdem authoris argumenta, aut nihil, aut parum concludunt, quia d. l. Papinianus in principio, ff. de inofficioſo teſtamento, caſum continet ſpecialem, vt Doctores noſtri affirmant, quare ad alium diuerſum non eſt trahenda per regulam vulgarem.

Nihilominus tamen hæc opinio Didaci Perez, nec iure communi ſtante, nec etiam iure noſtro regio attento procedere poteſt, ac proinde non eſt tenenda, ſed potius contraria, imò quod in ſpecie noſtræ quæſtionis licet iniuria etiam fiat vxori, quòd veriſſimum profitemur deſiſtente, vel remittente marito, vxor contra eius voluntatem minimè agere poſſit actione iniuriarum etiam pro ſuo iure & honore, loquor regulariter exceptis quibuſdam caſibus infra declarandis.

Quòd primò probo ex deciſione optima, l.
ſed ſi vnius §. planè, ff. de iniuriis iuncta alia de- 10
ciſione textus *in d. l. §. ſi. ff. de iniuriis*, quæ iura ſunt eiuſdem authoris, nempè Iuriſconſulti Vlpiani, qui cùm *in d. §. fin.* retuliſſet neratium, ait ex vna iniuria interdum tribus oriri iniuriarum actionem, nec vnius actionem per aliam conſumi, &c. vt vidimus poſteà *in d. l. ſed ſi* vnius, §. planè, loquens in patre inquit. Planè ſi præſens agere nolit, vel quia differt, vel quia remittit, atque donat. iniuriam, magis eſt, vt filio actio non detur: cùm ergo *d. l. 1. §. fin* loquatur in iniuria facta vxori filiæ famil. ex qua ſimul actio iniuriarum competere incipit marito, patri famil. & ipſi vxori: *& d. §. planè* apertè decidat, quod patre remittente iniuriam donante, vel differente, filio actionem non dari, ergo nec vxori remittente vel differente marito, eadem prorſus ratione. ¶ Quia quotieſcumque duo caſus 11
ſunt æquiparati per l. veterem, lex noua loquens in vno habet locum & in alio ex æquiparatis iuxta communem theoricam & doctrinam de qua per gloſſam *in leg. ſi quis ſeruo verbo corrumpi, C. de furt. & ſeruo corrup.* ſimilibus *in l. ſi vero contra, ff. de legib. communis ſecundum* Anton. Gomez *in l. Taur. num.* 7. Iaſ. *in l.* quas actiones *n. 19. C. de Sacroſanctis Eccleſ.* & alios.

Quinimò licet Azo. in titulo de iniuriis §. da- 12
tur actio iniuriarum *in fine num.* 13. *verſiculo* hodie velit (quamuis ſub dubio) patrem hodie non poſſe iniuriam filij remittere in præiudicium ipſius filij per text. *in l. 1. C. de bon. mater & in l. vltim. C. de bon. qualib.* & Hoſtienſ. *in ſumma eodem titulo de iniuriis* & Iacob. de Aten. qui tenebat etiam ante d. l. remiſſionem patris non tollere actionem iniuriarum ſed ſuſpendere eius executionem filio & ita intelligebat, §. *filio l. ſed ſi vnius*, vt refert Alber. ibi & probat Fulgoſ. *numer.* 10. quorum opinio ſaltem Azon. & Hoſtienſ. veriorem contra communem putat Arius Pinel. *in d. l. 1. in 3. p. num.* 105. *C. de bon.* maternis & minus, ſecundum Dyn. iniuriam ex l.

Cornelia deſcendentem, nempe quando filius famil. eſt pulſatus, vel verberatus, vel domus eius introita argumento l. lex Cornelia in princip. & in §. illud, ff. de iniuriis, quam opinionem ſequuntur atque probant Neilus de ſanct. Gemini an. *in tractatu de bannit. 3. p n 45. volum. 10. tract. diuerſ. doct.* & Villalpand. *in l. 22. tit. 1. p. 7. §. 26. §. 6. & 7.*

13 nihilominus tamen in vtroque caſu communis, vera & tenenda ſententia eſt in contraria, ex d. §. planè, vbi expreſſe nota vt gloſſa Bart. Albert. & communiter Doctores, *gloſſ. in l. in perſonam 31. ff. de pact.* Bart. & aliis *in l.* Lutius, *ff. ſolut. matrim.* qui ita intelligunt d. §. planè etiam filio inuito & ita iudicauit Capell. Toloſan. *deciſ. 241.* eſtque communis, vt alios allegans profitetur Arias Penil. *vbi ſuprà*, quamuis eam improbet, ſed eam procul dubio probat appellans communem Boer. *deciſione* 120 *num.* 1. cum ſequentibus, & plures allegans Farinac. in ſuis quæſtionibus crimin. *quæſt.* 14. *num* 36. ad quem locum ſe remiſit poſtea idem author *in* 5. *tom. quæſt.* 105. *num.* 257. *in verſiculo & an & quando*, quia non eſt verſimile, patrem ſine cauſa velle remittere iniuriam, neque in cauſa calumniari *l. fin. ff. de public. iud. l. mater, C. de calumniat.* niſi id conſtaret ex actis & legitimus præſumptionibus, ſecundum Bart. & Doctores *in d. l. fi.* imò potius præſumendum, quòd pater prudentius & conſultius, multò ſit ad pacem acceſſurus quàm filius ſecundum Paul. Caſtr. *in d. l. in perſonam*, eandem ſequitur & profitetur communem Anton. Gom. 3. *tom. var. reſolut cap.* 6. *de iniuria num.* 6. *verſiculo item etiam ibi adde tamen* Plaça *de delict.* 1. *tom. cap.* 6. *num.* 21. quam etiam citra caſus l. Corneliæ de iniuriis ſequitur Villalpand. *vbi ſuprà*, §. 26. *in principio, & in primus numeris*: ſed iuxta communem ſententiam præd. etiam in caſibus legis Corneliæ iam ex facto

14 obtinuimus. ¶ Inquit tamen Clarus *in practic. crimin. quæſt.* 58. *verſic. quæro nunquid* & cum eo Farinac. *vbi ſuprà num.* 37. quod quidquid in iure dubitari poſſet in practica quando iniuria illata filio eſt perſonalis & non verbalis, non ſeruatur d. communis ſententia, ſed requiritur remiſſio vtriuſque, nempè patris & filij, in Senatu ſecundum Clar. *vbi ſuprà*, ſecus quando non interuenerunt cædes nec vulnera, quia tunc ſola pax patris ſufficit, vt ibi per eos, faciunt tradita per Octauian. Volp. *in ſuo tractatu de pace q.* 7. *&* 7. relatum per Farinac. *vbi ſuprà*, vbi benè in propoſito loquitur.

15 Cum hæc ergo ita ſe habeant in patre reſpectu filij famil. idem dicendum atque probandum venit in marito reſpectu vxoris, ¶ cum iniuria illata vxori viro vtique cenſeatur facta atque idem nomine proprio actio competat, vt iure probat Petr. Plaç. *d. cap.* 6. *numer* 25. omiſit tamen allegare *d. l.* 1. *§. fi. ff. de iniur.* quæ eſt expreſſa ad hoc, & quia vir eſt caput vxoris ipſaque eſt ei ſubdita: merito ergo vt ipſo remittente iniuriam vxori factam & à fortiori, quando ſibi vt capiti fit, vt in noſtra quæſtione vxor agere non poſſit regulariter actione iniuriarum per ſupra dicta in terminis, poſt hæc ſcripta hanc noſtram ſententiam breuiter hodie tenet D. Azeued. *in hac l.* 2. *num.* 48. *&* 49. *tit.* 10. *lib* 8. loquens quando maritus pro ſe, & vxore accuſabat, cum cautione de rato, & ſe refert idem tenentem *in l.* 8. *tit.* 1. *num.* 31. *&* 32. *lib.* 5. & præcipuè per Farinat. *vbi ſupra num.* 38. *cum ſequentibus* vbi ſeptem limitationes optimas congerit, & idem *d.* *quæſtione* 105. *num.* 258. *& ſequentibus* aliquas ponit.

Excipiunt iura & Doctores præcitati plures 16
caſus in patre, in quibus vel ipſo non accuſante vel remittente iniuriam filius poteſt accuſare veluti ſi pater ſit abſens, vel etiam præſens, ſi vilis perſona ſit, filius autem perſona honeſta, quòd probatur in l. ſed ſi vnius, §. filio & §. planè & §. interdum: fallit etiam in querela in offic. teſtam. vt in d. l. Papinianus de quibus limitationibus agunt latè Doctores præcitati, nec non de aliis apud ipſos videndis; quòd attinet verò ad maritum infra agemus, quid ſit dicendum & tenendum, & hæc de primo fundamento iuris communis noſtræ ſententiæ.

Secundò iure regio eadem noſtra ſententia in- 17
uiolabiliter probatur, quia mulier nupta non poteſt comparere in iudicio abſque licentia viri l. 55. Taur. quæ hodie eſt l. 2. tit. 3. lib. 5. nouæ collect. reg. ibi, *ni eſtar en juyzio faziendo, ni defendiendo ſin la dicha licencia de ſu marido*, vbi D. Caſtillo *n.* 33. & Azeued. 107. hoc ampliant, & rectè procedere etiam in criminalibus pro ſe defendenda ſine licentia mariti, vt vſus obtinuit licet adhuc aliud defendi poſſit *ex d. l.* 55. ſecundum Azeued. *vbi ſuprà*: ergo inuito marito non poterit accuſare ſuam etiam iniuriam nec oberit ſi dicatur, quòd cùm huius cedi mulier in hac ſpecie agat, de iuris ſui & honoris proprij defenſione poterit accuſare, petendo ad id licentiam à iudice, qui cauſa cognita poteſt maritum compellere ſibi licentiam præſtare ad faciendum omne illud, quod ſine eius licentia facere ipſa non poteſt alias ſolus iudex eam præſtare poteſt: quoniam cum cauſæ cognitionem ad id præcedere debeat, nempè legitimè, vel neceſſariè, nulla cauſa regulariter poteſt talis dici ad hoc vt iudex præd. licentia concedat vxori ad accuſandum huiuſmodi iniuriam, à marito remiſſam, vel dilatam, cum principaliter agatur de ſuo honore, & præſumendum ſit pro eo optimum conſilium elegiſſe, deſiſtendi vel remittendi præd. iniuriam.

Tertiò hæc eadem pars comprobatur, hac 18
conſideratione *l.* 2. *tit.* 17. *p.* 7. *iuncta l.* 3. *tit.* 7. *lib.* 4. fori dicitur, quòd de adulterio nullus poſſit accuſare, niſi maritus, pater, patruus, vel auunculus mulieris adulteræ & reddit lex rationem: *Porque no deuoſer denoſtado el caſamiento de tal muger por accuſacion de otro home eſtraño, pues que el marido è los otros parientes ſobredichos, de ella quieren callar y ſufrir ſu dehonra. E ſobre todos eſtos el marido à mayor poder, è deue ſer primero recibido à fazer primero la accuſacion de ſu muger, querendela el accuſador*, vt *in dicta l.* 2. ¶ ſed in fori præcitata ca- 19
uetur, quod etiam data negligentia mariti alius quàm ipſe maritus non poſſit adulteram mulierem accuſare, vt ibi perpendit Montalu. in gloſſ. *no ſea recibido*, reddit l. illa rationem, *ca pues el marido quiere perdonar a ſu muger eſte peccado, no es derecho que otro ſe lo accuſe, ni ſe lo de mando por mal querencia, ni de otro guiſa*, & ita practicatur teſte Gregor. Lopez *in dict. l.* 2. *in gloſſa* tam negligente & communiter, præterea practicari affirmat Anton. Gom. *in l.* 80. Taur. *num.* 49. idemque profitetur cum Gregorio Lopez, Meneſius *in l.* tranſigere *numer.* 92. *C. de tranſact.* & cum aliis D. Azeued. *in l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 5. *noua collect. reg. numer.* 22.
¶ Nec etiam iudex ex officio procedere poteſt 20
ſecundum Gregor. Lopez *vbi ſuprà*, ſequitur Maranta



Maranta *de ordin. iud.* 6. *p. in princip. num.* 17. vbi limitat: agitur enim de honore mariti & matrimonij, ac proinde nullus alius præter ipſum directè, vel indirectè poteſt de hoc agere, ne fiat iniuria ipſis inuitis, & ne cuilibet liceat temere fœdare matrimonium, vt inquit Anton. Gomez, *vbi ſuprà*,

21 Qua ratione mulier nupta, etiam ſi publice inhoneſte viuat pro debito ciuili incarcerari non poteſt vt pro limitatione l. 62. Taur. aduotant Doctores noſtri, quos refert & ſequitur Azeued. *in d. l.* 10. *ſub d. n.* 32.

22 Et procedunt prædicta, etiam ſi adulterium ſit ſimul cum inceſtu admiſſum, adhuc enim de eo accuſare nullus alius poteſt, quam maritus, nec iudex ex officio procedere, nec mulier ipſa incarcerari pro debito ciuili, ne iniuria fiat marito & matrimonio, vt aduerſus Gregor. Lopez *vbi ſuprà*, tenentem contrarium latiſſimè probat Azeued. *vbi ſuprà, n.* 34. *cum ſeqq.*

23 Limitanda tamen ſunt ſuperiora omnia dato conſenſu tacito, vel expreſſo ipſius mariti, vt puta, ſi adulterium eſſet publicum, & maritus eſſet de eo certioratus, vel ſi videret ingredi adulterum die ac nocte in domum ſuam, ab eoque dona reciperet, vel ſi de adulterio non indignaretur habita eius notitia, tunc enim leno præſumitur ac proinde poteſt contra eum inquiri, ac mulier ipſa pro debito ciuili incarcerari, & de concubinatu agi contra eum & adulterum, vt *in l.* 2. *in fine titul.* 19. *hoc lib.* 8. ita in terminis tenet & probat Azeued. *vbi ſuprà, n.* 33. obſeruans quod debet prius conſtare de ſcientia & patientia mariti provt tenet D. Couarr. *in quarto* 2. *p. c.* 8. §. 11. *num* 6. & Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 88. *num.* 14. *cum ſequentibus*. Cum ergo de honore, vel potius de iniuria mariti & matrimonij iure regio vllo modo agi non valeat, niſi ad inſtantiam mariti, etiam ipſo tacente, & negligente, conſequitur manifeſtiſſimè, vt in hac eadem ratione, quotieſcumque maritus ab alio offenditur, vocando eum cornutum, ipſo negligente, deſiſtente ab accuſatione, vel iniuriam remittente, minimè eius vxor, quantumcumque honeſta & offenſa, nec etiam pro defenſione ſui iuris & honoris marito inuito accuſare poſſit honor eius præcipuus & principalis eſt ipſius mariti ab eoque in vxorem deriuatur, cum ipſe ſit caput mulieris vnde ipſo ſilente, vel remittente non poterit mulier accuſare, quia præter ipſum nullus alius agere poteſt de eo, ex quo iniuria ipſi & matrimonio inferretur, quod minime eſt permiſſum iure præd. regio, eiuſque ratione obſiſtentibus: nec obſtat ſi dicatur, quod hic non agimus de adulterio, quo caſu loquuntur & procedunt omnia ſupra adducta pro hac parte: ſed tantum de actione iniuriarum contra conuitiantem & iniuriantem præd. verbis de quibus in hac noſtra l. regia 2. ipſos vxoratos quoniam adhuc ratio eadem limitat in noſtra ſpecie, vt idem in ea probemus, quia ſcilicet, agitur de fœdere matrimonij, ac ipſius honore & mariti, & ideo merito quod nullus alius quàm ipſe accuſare poſſit iniuriantem, & ita tenendum cenſeo, quicquid contrarium velit & fundare nitatur Didac. Perez, *vbi ſuprà*, ſiuè maritus pro ſe & vxore accuſauerit, vt cenſuit etiam Azeued. hic *n.* 49. ſiuè pro ſe tantum ex ſupradictis licet contrarium in hac vltima ſpecie ſentiat Azeued. *vbi ſuprà*.

24 Supereſt modo, vt ſatisfaciamus *d. l.* §. *fin. ff. de iniuriis*, quòd eſt fortius fundamentum partis contrariæ, dum decidit ille text. quo iniuria illa vxori, actio marito competat patrifamil. & ipſi mulieri, nec vnius actio per aliam conſumitur: ſed iudicio meo hæc verba ſunt intelligenda in eum ſenſum, nè obſint *d. l.* vnius, §. planè, nempè, vt in præmiſſa ſpecie interdum oriatur ex vna iniuria, & incipiat competere tribus perſonis iniuriarum actio, nec per vnam tollatur altera: diuerſo tamen modo eiſdem competit marito, namque in habitu & in actu hoc eſt exercitio, vxori verò, vel filio reſpectu mariti, vel patris in habitu tantum, niſi in caſibus à iure exceptis; itaque actio competens vxori, & filio famil. eſt ſuſpenſa regulariter, & reducitur ad actum in præd. caſibus exceptis, vt patet in *d. §. filio & dict. §. planè cum ſequentibus: eiuſdem l.* ſed ſi vnius, quæ licet loquatur in patre reſpectu filij, idem eſt, eadem ratione in marito reſpectu vxoris cum in eiſdem & ſic in vtroque caſu loquatur, *dict. l.* 1. *§. fin.* ergo licet mariti, vel patris actio non conſumat actionem vxoris, vel filij famil. vt inquit *text. in dict. l.* 1. *§. fin.* poteſt enim filius (ac proinde vxor) abſente patre, vel furioſo eo præſente agere attamen hoc regulariter non licet, niſi in caſibus ab eadem l. exceptis, tantum enim lex fidit de marito & patre, vt credat optimum conſilium pro ſe, & pro vxore, vel filio ſumpturum.

Ex quibus tandem fit, vt in ſpecie noſtræ quæſtionis marito differente, deſiſtente, vel remittente iniuriæ perſequutionem, regulariter contra ipſius voluntatem vxor agere non poſſit iniuriarum nec ceptam acuſationem à marito proſequi.

Quod nedum meo iudicio procedit, quan- 25
do marito infertur principaliter prædicta iniuria appellando eum cornutum, ſed etiam ſi conuitij cauſa vxori dicatur quod eſt meretrix, vel puta, adhuc enim militant rationes & fundamenta noſtræ concluſionis, nempè quod agitur de honore matrimonij, & mariti, qui eſt caput mulieris & hæc quando vxor agere vult inuito marito, vel ſaltem ſine eius licentia.

Sed quid erit, quæſo, ſi maritus conſentiat, 26
vt mulier agat, cum tamen ipſe prius incepit, & deſtiterit, vel remiſerit, aut ſaltem agere diſtulerit? & quidem ſi remiſerit iniuriam, indubium eſt, non poſſe vxori concedere licentiam, vt ipſa pro ſua iniuria agat: quoniam vt probauimus, remiſſione mariti conſumitur actio vxoris regulariter, & ideò ſicut maritus tunc petere non poteſt, nec etiam licentiam vxori præſtare ad petendum; ſi verò diſtulit agere & non remiſit, indubium per contrarium eſt, vxorem cum licentia viri agere poſſe; quod ſi cæpit vir agere & diſtulit proſequutionem, ſimiliter idem eſt dicendum quod ſi deſtitit ab accuſatione ſimpliciter, idem videtur dicendum, vt tunc vxor ſuo nomine cum licentia viri poſſit agere, ſi verò deſtitit, & ſimul remiſit, contrarium erit obſeruandum, nempè vt vxor etiam cum licentia viri agere nec proſequi poſſit, argumento ſumpto à remiſſione patris reſpectu filij offenſi per ſupradicta.

Nunc autem noſtra principalis ſententia, de 27
qua ſupra contra opin. Didac. Perez limitanda venit, primò ſi maritus ſit vilis, vxor autem honeſta perſona, eodem argumento ſumpto de patre vt in d. §. planè tunc enim cauſa cogn.

iudex

iudex licentiam præſtabit vxori agendi, ſi ipſe maritus eam præſtare recuſet.

28 Similiter & ſecundo limitanda forſan quibuſdam videbitur, ſi maritus ſit abſens, vel furioſus quaſi tunc veriſimile ſit ipſum ſi præſens fuiſſet aut ſanæ mentis acturum fuiſſe, vt in filio famil. cui iniuria illata fuit reſpectu patris abſentis, vel furioſi: probat textus *in dicto lib. ſed ſi vnius, §. ait prætor & §. filia famil.* & *in*
29 *verſiculo, nam & cum abeſt, ff. de iniur.* ❡ & quia in hac ſpecie videtur etiam hodie de adulterio poſſe accuſare coniunctam perſonam, nempè patrem, fratrem, patruum & auunculum ipſius mariti, vel adulteræ, cum non conſtet de contradictione mariti, cum ſit abſens, vel furioſus & ſic quod in hoc caſu ſit correcta per dictam l. fori, ſupra allegatam *l. quamuis la ſegunda, C. ad legem Iul. de adult. & dict. l. 2. titul. 17. p. 7.* quæ hoc ius accuſandi de adulterio deferebat primum marito, deinde præd. perſonis.
30 ❡ Nihilominus tamen. Anton. Gomez, *in l. 80. Taur. num. 49. in verſiculo, ſed hoc non obſtante,* in hoc vltimo probat contrarium, imò quod indiſtinctè hodie nullus poſſit accuſare de adulterio, niſi ſolus maritus, modo ipſe taceat, modo contradicat, modo ſit abſens, modo præſens, per rationem d. l. fori, & affirmat, quod ita communiter practicatur: ergo eadem ratione in ſpecie huius ſecundæ limitationis videtur idem dicendum, nempè quod vxor etiam abſente marito, vel furioſo, non poſſit etiam proprio nomine agere actione iniuriarum, ſi marito vel ſibi ſit illata iniuria, *llamandole a el cornudo, ò a ella puta*, nec iudex debet ei ſcilicet vxori ad hoc licentiam præſtare, vtpotè, quia agitur de iniuria mariti & matrimonij & ſic quod præd. ſecunda limitatio non ſit vera, quid dicendum?

31 Ego (ſub cenſura alterius rectius ſentientis) crederem quod ſi maritus abſens, ſic offenſus perſona honeſta ſit, minimè ſit vera limitatio præfata, idemſi eſſet furioſus & honeſta perſona, ſed tunc curatori eius decreto vel decernendo eſſet deferendum ius accuſandi, quicquid in patre furioſo, vt patrem pro filio facere non poſſit etiam mediante curatore teneat Bero. *quæſtione famil. 75. num. 5.* & Ioſeph. Ludouic. *in communem opinionem lib. 1. concluſione 41. in tertia limitatione*, provt eos refert Farinac. *d. q. 14. num. 47. ad fin.*

Si verò maritus vilis ſit & infimæ ſortis tunc cauſa cognita, ſi iudex ita expedire exiſtimauerit, poterit vxori abſentis ſic offenſæ hoc ius & licentiam concedere.

## SVMMARIVM.

1 *Iniurians ſponſam de præſenti alterius*, llamando la puta, *an incidat in pœnam* de deſdezirſe, *&c. & num. ſeqq.*

§ *Sponſa de præſenti an comprehendatur ſub nomine vxoris per totam quæſtionem: vbi plures doctrinæ adducuntur in propoſito.*

---

*De iniuriante ſponſam de præſenti ante copulam, vel traductionem ad domum.*

## QVÆSTIO CXIX.

QVÆRO tertio circa eandem legem 2. 1
*de las injurias y denueſtos*, an dum punit pœna contradictionis, &c. dicentem cauſa conuitij, *à muger que tenga marido, puta*, habeat locum in conuitiante præd. verbis ſponſam de præſenti alterius? & videtur minimè præd. pœna, ſed alia minori arbitraria puniendum fore. Primò quia lex noſtra loquitur,
*en muger que tenga marido.* ❡ Sed ſecundum com- 2
munem vſum loquendi vxor habens maritum non dicitur ea, quæ de præſenti deſponſata eſt, hæc namque ſolum appellatur ſponſa, ſed illa tantum, quæ eſt velata, hoc eſt, poſt nuptiales benedictiones ſeu poſt carnalem copulam, quam ſignificationem diuina etiam Scriptura obſeruat, & eam frequens vſus recipit ſecundum Abbatem *in cap. ex publico per text. ibi de conuerſ. coniugat.* D. Couar. *de ſponſal. 1. part. c. 1. num. 4. & cum ſimil.* in pœnalibus & odioſis extenſio fieri non debet vltra caſum expreſſum, vt *in regia, odia reſtringi cum ſimul.* & verba non ſunt impropriand a, vt quis maiori pœna puniatur, quàm aliàs puniretur.

Secundò, quia lex, vel ſtatutum loquens in 3
muliere nupta, vel marita non habet locum in ſponſa non traducta ad domum maritita, & in non carnaliter cognita, ſecund. Petrum Anchar. *in cap. 1. p. 1. de reſtit. in 47. chart. verſic. quæro de quæſtione quæ mihi occurrit*, quem refert & ſequitur Hypolyt. de Marſil. *conſil. 61. num. 4.* & in terminis noſtræ quæſtionis & legis regiæ hanc doctrinam applicat cum ea remanens *Ioan. Yañez Parlador. lib. 1. rerum quotid. c. 17. in fine, in prima impreſſione.*

Nihilominus tamen in quæſtione præmiſſa 4
contrarium probo, & in praxi obſeruandum eſſe cenſeo, imò quod iniurians ſponſam alterius de præſenti etiam non cognitam carnaliter, nec ad domum viri traductam, appellans eam meretricem, hoc eſt *puta*: ſit puniendus pœna huius l. regiæ, nempè recantationis palinodiæ iuxta formam noſtræ legis regiæ & trecentorum ſolidorum.

Primò quidem peremptoriæ, quia mens atque finalis ratio noſtræ l. eſt propter offenſam ſummamque iniuriam, quæ fit matrimonio, atque ipſi marito, eiuſque vxori, ſed hæc eadem ratio militat & inuenitur in ſponſa de præſenti.
❡ Quoniam ſtatim quod aliqui deſponſantur in 5
facie Eccleſiæ per verba de præſenti ſeruat forma Sancti Concilij Tridentini efficit verum matrimonium, vt patet ex *cap. 1.* in decreto de reformatione matrimonij *ſeſſione 24.* eiuſdem Concilij Trident. quod olim contingebat, præſtito mutuo conſenſu per verba de præſenti: nam ſtatim fiebat verum matrimonium, vt *in cap. ſufficit 27. quæſtione 1. cum ſimil.* ❡ & lex vel ſta- 6
tutum loquens in vno caſu extenditur ad alium ex identitate vel maioritate rationis, nec tunc dicitur extenſum, ſed virtualis comprehenſio, nec ſimilitudo, ſed eadem lex vt latè probauit idem Hipolyt. *vbi ſuprà n. 6.* cum ſequentibus, & & nos latiſſimè *lib. 3. pract. quæſt. 17. num. 79. cum pluribus ſequentibus.*

Sed



Sed vir & ſponſa de præſenti ita offenduntur ex prædicta iniuria, nec non & verum matrimonium fœdatur ac ſi eſſent velati, vt patet.
7 ❡ ſicut etiam offenditur ſponſus ex adulterio ſponſæ de præſenti, etiam nondum à ſe cognitæ, ac maritus ex adulterio vxoris à ſe cognitæ & ad domum traductæ, vt tenet Auendan. *reſponſ. 10. verſic. & ſicut* & probatur *ex l. 2. titul. 18. lib. 8. ordinament. veter. hodie l. 3 titul. 20. hoc libr. 8. nouæ collectionis regiæ*, vbi eadem pœna ſtatuitur contra ſponſam de præſenti adulterium committentem, quæ impoſita eſt vxori adulteranti D. Couar. *in 4. de ſponſal. 1. part. c. 1. in principio num. 8. vbi cum ſponſa tantum*, faciunt tradita per Couar. *in 4. de ſponſal. 1. p. c. 1. in principio n. 4. verſic. ſed ſponſas*, vbi loquitur in ſponſis de futuro.

8 Et probatur quia ſponſæ quandoque dicuntur coniuges, vel vxores, non re præſentium, ſed ſpe futurorum ex eo, quod propter fidem, quam in deſponſatione dederunt, poſtea efficiantur veræ vxores *cap. ſic quippe 27. quæſtione 1.* vbi Gratianus ex pluribus authoritatibus, hoc ipſum probat, cuius eſt locupletiſſimus teſtis Hieronym. aduerſus Eluidium de perpetua virginitate Beatæ Mariæ *2 tom.* tametſi apud Iuriſconſultos proprior ac frequentior ſit futurarum nuptiarum promiſſio, qua ſponſas propriè intelligimus, quas de futuro appellamus: ergo in ſponſa de præſenti proculdubio procedet noſtra præfata ſententia.

9 Secundò, quia regula generalis conſtituenda eſt in hac materia, quod quantum ad effectus ciuiles, ſufficit duxiſſe ſponſam de præſenti abſque eo, quod ſit ad domum traducta: vt notat gloſſa & ibi Socin. *in l. cum fuerit, ff. de condict. & demonſtr.*

10 Tertiò, quia ita offenditur matrimonium, & fides Sacramentalis per adulterium commiſſum cum vxore traducta ad domum, ſicut cum ſponſa de præſenti, vt probat Palac. Rubios *in repetit. rubricæ de donat. inter vir. & vxor. §. 55.* & Auendan. *dict. reſponſ. 10. verſiculo, igitur offenſa*: ergo & per iniuriam præd. illatam ſponſæ de præſenti.

11 Hinc concludit Auendan. *vbi ſuprà, per totum reſponſum*, quod leges huius regni punientes vxoratos habentes concubinas publicas, habent locum in ſponſos de præſenti eas habentes, & & tenuit idem Auendan. *2. part cap. 26. prat. n. 12.* & Auiles *c. 47. in gloſſa caſado n. 1. cum ſeqq.* dicens quod ita practicatur.

12 Quartò, quia in materia fauorabili, & adhuc in materia differenti, vbi nominantur in lege vel conſuetudine, vxor, vel vir, vel Hiſpano ſermone *caſado* venit ſponſus, vel ſponſa de præſenti iuxta doctrinam Abb. quam ibi ſequitur Felin. *ſub num. 4. in cap. 3. loco de probat.* Anchar. *conſil. 21. num. 14.* plurima congerit Caſſaneus in conſuetud. Burgund. *rubrica 4. §. 6. & conſil. 1.* quos citat & præcedentem doctrinam ſequitur Auend. *d. reſponſ. 10. n. 3.*

13 Neque obſtat, quod lex noſtra ſit pœnalis: quia reſpondemus, vtrumque caſum, ipſam virtualite, comprehendere, vt *ſupra* probauimus: ſecundò quod cum lex noſtra, prohibens huiuſmodi iniuriam fieri conſonet omni iuri, fauorabilis cenſenda eſt; quia agit de puniendis criminibus iniuriæ aliàs prohibitis & de medela animæ, quo caſu iura non debent reſtringi, ſed ampliari, vt generaliter ex Abbate, Bald. & Roch. de Curt. probat Auendan. *d. reſponſo 10. n. 2.*

Non obſtat ſimiliter doctrina Petri Anchar. *ſuprà* in contrarium adducta, quia ceſſat attenta mente noſtræ legis regiæ, & quia loquitur attento ſermone latino: ſecus eſt in ſermone Hiſpano, ſecundum Auend. *vbi ſuprà.*

Nec etiam communis vſus loquendi, quia 14
procedit prætterquam ſi ex mente & intentione legis, vel ſtatuentium conſtet contrarium, provt conſtat ex ratione finali noſtræ legis, vt ſupra expenſa: nec hic impropriantur verba: quia imò ſponſa de præſenti Hiſpano ſermone venit appellatione vxoris in lege vel conſuetudine, vt probat Auendan. *vbi ſuprà, num 3.* Quod eſt veriſſimum reſpectu Sacramenti matrimonij celebrati per verba de præſenti coram parocho & teſtibus, iuxta decretum Concil. Trident. de hoc agens.

Et in terminis noſtræ quæſtionis ita breuiter tamen tenet Didac. Perez *in l. 2. tit 10. lib. 8. ordinamenti in gloſſa, marido, puta, pag. 230. col. 1. verſiculo. quæri etiam poteſt*, vbi l. ſtyli 82. dicentem, *que en las penas que mandadar el fuero por calumnia de muger caſada, eſſas miſmas ſe entienden por la que es deſpoſada por palabras de preſente*, eandem ſententiam in terminis noſtræ legis tenet Azeued. hic *num. 44.* & ante eum Auiles *in capit. 1. prat. verbo, mugeres*, quem refert & ſequitur citans d. l. 82. ſtyli Parlador. *lib. 1. rerum quotid. ſub num. 49.* in ſecunda impreſſione Salmanticæ facta ann. 1595. ❡ Dicens ſecus eſſe pro- 15
culdubio in vidua.

## SVMMARIVM.

1 *Iniurioſa verba vel conuitia ſimilia expreſſis à lege regia, quæ dicantur, vt pro eis iniurians teneatur palinodiam canere, num. ſequentibus.*

2 *Proditorius & aleuoſus quis dicatur, & quæ differentia ſit inter hæc duo.*

3 *Iniurians aliquam vocando eam ſtrigiam vel lamiam, quod crimen committat? & numer. 4.*

5 *Iniurians tabellionem, vel teſtem falſarium eum vocando an incurrat in pœnam legis regiæ palinodiam canendi.*

6 *Lenam appellans aliquam animo iniuriandi an incidat in pœnam palinodiam canendi?*

7 *Appellans aliquem malum Chriſtianum in quam pœnam incidat?*

8 *Iniurians aliquem appellando eum, latronem, furem, gladiatorem, quam pœnam incurrat?*

9 *Iniurians aliquem vocando eum natum ex adulterio, vel ex monacho, vel ſpurium in quam pœnam incidat?*

10 *Iniurians alterum appellando, latronem, vel hæreticum, quam pœnam incurrat?*

*Iniurioſa verba, ſimilia expreſſis in lege regia* de las iniurias, *an dicantur hic contenta? & in num. 12.*

13 *Iniuriæ ſimiles expreſſis in lege regia an hodie eiſdem pœnis puniantur? & quæ dicantur ſimiles, num. 14. & 15.*

De

## *De conuitiis ſimilibus expreſſis in lege regia* de las injurias.

## QVÆSTIO CXX.

1 QVÆRO quarto de intellectu noſtræ legis ſecunda *de las iniurias*, in illis verbis, *ò otros denueſtros ſemejantes*: quænam dicantur alia conuitia ſimilia præcedentibus quinque, vel ſex expreſſis Bald. *namque in l. neque, ff. de legib.* inquit: illa ſimilia dici, quorum ſunt diuerſi termini, vna verò ratio, ſeu qualitas; alij alia dicunt: ſed in terminis noſtræ l. *Ioan. Yañez*, Parlador. *lib. 1. rerum quotidian. cap. 17. numer. 14. & 15. & cum ſequentibus*, ſecundum nouiorem impreſſionem deducit ex l. 3. ſequenti ſimilia maledicta accipi, quotquot illis quinque minora non fuerint, nam cum d. l. 1. dicat, *qualquiera que a otro dixere alguna palabra iniurioſa, o ſea menor de las contenidas en la ley precedente pague a la nueſtra Camara duzientos marauedis, y el iuez le pueda dar mayor pena, ſegun la quandidad de las perſonas, y de las iniurias*: deduci videtur, quotquot illis quinque, aut æqualia, aut maioratus fuerint, ſimilia dicenda eſſe & ad hanc cantandæ palinodiæ pœnam pertinere.

2 Cæterum, quia hoc generale eſt, & adhuc difficile exempla in particulari cognoſcere quædam ſubdit pro quibus ratione ſimilitudinis expreſſarum, eandem pœnam imponendam cenſet: nempè, ſi quis aleuoſus appelletur, nam tale crimen perduellioni æquiparatur *lib. 2. ad fin. titul. 2. part. 7. voluit allegare l. 1. in fin.* eodem *titul.* vbi cum lex illa dinumeraſſet quatuordecim modos proditionis, inquit in fine: *è ſobre todo dezimos, que quando alguno de los yerros ſobredichos es fecho contra el, ò contra ſu ſeñorio, ò contra procomunal de la tierra, es propriamente llamado traycion: è quando es fecho contra otros omes es llamado aleue, ſegun fuero de Eſpaña*: & quidem quoad hoc exemplum, plana res eſt: *Porque llamar à vno aleuoſo, es llamarle traydor contra otros hombres*, & ita vel eſt, idem conuitium ac ſi vocaret alterum, *traydor*, vel omnino par.

3 Idem dicit probandum Parlador. ſi quam *ſtrigiam*, ſeu *lamiam* appellauerit quis ferè enim hoc crimen ſine hæreſi, vel apoſtaſia non
4 admittitur. ¶ nam in principio ſuorum ſcelerum, ſolent plerumque lamiæ fidem Catholicam abnegare, deinde ipſos dæmones adorant & cum illis fœdus percutiunt, & pacta nefanda faciunt, vnde relinquitur quod hæreticæ ſunt & apoſtatæ, vel certe vehementer ſuſpectæ, & ideò huius criminis punitio ad Inquiſitores pertinet, & hoc iure ipſi vtuntur Malleus *maleſic. 1. parte quæſtione* 14. Sylueſter *in Summa, verbo hæreſis tertio, in fine*, Alphonſ. à Caſtro *lib. 1. de iuſta hæret. punit. cap.* 16. Alciat. *lib. 8. pærerg. iur. cap.* 22. & eos referens Simancas *de inſtit. Catholic. cap. 17. num.* 13. quo fit, vt circa hanc opinion. in ſpecie præd. idem cum Parlad. ſentiam.

5 Denique ipſe Parlador. *vbi ſuprà, numer.* 18. ſimile quoque dicendum eſſe exiſtimat, ſi tabellionem, vel teſtem *falſarium* appellaueris, inter grauiſſima namque crimina, hoc numeratur, eſtque proditioni multum affine: citat in hoc Gregor. Lopez *in Summa titul. 7. partita 7.* qui hoc non dicit, ſed quod falſitas, eſt adeo abominabile crimen, ſicut aliud, quod poſſit reperiri, vt patet ex traditis per Doctores *in l. tranſigere, Cod. de tranſaction.* dum quærunt de ratione quare in hoc crimine falſi non permittitur tranſactio: nihilominus tamen, cum hoc crimen conuitij cauſa obiicitur tabellioni publico bonæ famæ, proculdubio ſimile videtur verbis expreſſis in hac noſtra l. 2. & ideo his pœnis erit puniendus hoc conuitium ei obieciens, propter publicam perſonam ac fidem, quam agit tabellio publicus, quam ſtangens falſitate admiſſa rempublicam ipſam fallere videtur, atque omnino offendit, ſicque ſimilitudinem habet quandam affinem proditionis, ac proinde maior iniuria eidem fieri videtur, quam priuatæ perſonæ: quamobrem in teſte videtur dicendum contra præfatum Parladorum.

Idem ipſe Parlador. *num.* 19. cenſet, ſi lenam 6
mulierem nuptam, quis appellauerit; etenim lenocinium facere non minus eſt, quam corpore quæſtum exercere *l. Palam, §. non ſolum, ff. de ritu nuptiar.* ſed hoc non probo: quia & ſi hoc graue crimen ſit, nihil tamen ſimile habet cum corporis proprij quæſtu.

Diuerſum indicat ille *numer.* 21. ſi quis al- 7
terum malum Chriſtianum appellauerit: longe enim intereſt inter hæreticos & malos Chriſtianos, illi enim falſa cedunt, hi vera credentes non viuunt, vt credunt, ſecundum Auguſtin. ſuper Matth. *cap.* 5. idem in eo, qui alterum conuitij cauſa, morbo gallico, vel inquinali hoc eſt buboſo notauerit, reſpondet author præfat. *numer.* 23. in his namque duobus ſpeciebus non erit locus pœnæ recantandi palinodiam, nec ſimiliter ille, qui alterum duplicis faciei appellauerit: ſecus ſi filium meretricis, ſi viuit mater nupta ſecundum Parlador. *vbi ſuprà d. cap. 17. n.* 15. ſecundum priorem impreſſionem.

Similiter non erit idem obſeruandum in 8
eo, qui conuitij cauſa, alterum latronem, furem gladiatoremvè appellauerit: hæc namque verba non ſunt ſimilia expreſſis, ſed minora ac proinde non comprehenduntur ſub punitione & pœnis noſtræ legis ſecundæ, ſed potius leg. 3. *infra eodem*, vt conſtat ex traditis per Bartol. *in leg. 3. in principio numero ſecundo*, Paul. de Caſtro 4. *gloſſa 5. ff. de lib. poſthum.* ¶ Idemque cenſendum erit de conuitiis 9
his *tu es natus ex adulterio*, vel *ex monacho*, vel *es ſpurius*, & ſimil. ſecundum Bartol. *vbi ſupra, numer.* 3. Paul. 5. Iaſ. 7. qui hoc verum intelligunt, quando in genere diceretur conuitium: verum, attenta noſtra lege regia eiuſque diſpoſitione 8. ipſius ratione ſi per prædict. verba matrimonium conſtans eiuſque honor læderetur ſiue per expreſſa conuitia de quibus in eadem lege ſiuè per æquipollentia crederem profecto eius pœnam imponendam eſſe, quicquid Doctores prædict. exteri *vbi ſuprà*, & *in leg. turpia in principio, ff. de legat.* 1. aliud velint.

Ex quibus caute obſeruandum erit, quod 10
perluſorie & in tranſitu negligenter dixit Auendan. *in tractatu de iniuria numer.* 11. extendens noſtram legem ſecundam in illis verbis: *à otro*: vt licet proferens huiuſmodi iniurias non addat, *tu es latro*, vel *hæreticus*, ſed dicat, *latro*, vel *hæreticus*, vel etiam in plurali *latrones* & *hæretici*: ſufficit



ſufficit ſic proferre, dummodo conſtet de intentione propter quem iniuriandum verba dicuntur: argumento text. *in l. 1. ff. de heredit. inſtitut.* quem ſic inducit Bartol. *in leg. apud Labeonem, §. ait prætor, ff. de iniuriis, & de verbis*, in numero plurali, vt puta, ſi dicit: *eſtos ladrones, eſtos herejes*, vel *Iudios*, vel ſimilia: & ita debes intelligere, quod his caſibus locum habeat pœna huius legis. hactenus Auendañ. Dum enim author hic ſentit, ac expreſſe vult, quòd pœna huius leg. ſecunda habeat locum, quoties quis alterum vocat latronem conuitij cauſa, verum non eſt ex prædictis: attamen dum cenſet, non eſſe de ſubſtantia addere *tu es latro*, vel *hæreticus*, ſed ſufficere, ſi dicatur, *latro*, vel *hæreticus*, etiam in plurali numero benè dicit, dum tamen intelligamus diuerſam pœnam eſſe imponendam pro conuitio, *ladron*, *ò ladrones*, hoc eſt iuxta l. 3. huius tituli & pro altero illo *hereje*, *ò herejes*, nam pro hoc pœna noſtræ legis 2. imponenda eſt, vt pro conuitio in ea expreſſo ibi, *ò hereje*, licet in plurali numero proferatur.

11 Similia etiam conuitia expreſſis in noſtra lege ſecunda erunt, dicere rixando cum alio, *ego non ſum proditor*, vel *bonus homo*, vel *non ſum de genere talium*, vel *in genere meo non ſunt ſodomitæ*, nam ex communi omnium intelligentia cenſetur alium talem vocare, quia verba, ſecundum communem hominum intelligentiam ſunt accipienda *cap. ex literis 1. ſponſal.* ita Didac. Perez *in l. 2. titul. 9. lib. 8. ordin. pag. 128. col. 1.* & idem, & Azeued. *in præſenti, num.* 85.

12 Sic enim alios iniuriantes verbis ſubdoloſis & indirectis eadem pœna puniendi ſunt, qua qui verbis claris & directis eadem verba protuliſſent de quibus in noſtra lege vt tenet expreſſe Auendañ. *in dicto tractatu de iniur. numero fin.* tametſi Anton. Gomez *in 3. tom. variar. cap. 6. num.* 3. nulla pœna talem afficiendum eſſe exiſtimet, ſed eum reprobat cum Parlador. & Didac. Perez, Azeued. *hic num.* 86. & inquit idem Didac. Perez *in lege 2. titul. 9. lib. 4. ordinament. colum.* 1490. *in principio*, ſufficere in caſu noſtræ legis dicere verba æquipollentia, nempe, vt ſi quis dixerit alicui conuitiandi animo, *rogo vt taceas, nam in meo genere non ſunt latrones, ſodomitæ, Iudæi, ſeu hæretici*, vel *lenones*, vel *ego non ſum cucurbita*, vel huiuſmodi, nam eo ipſo cenſeris dicere eum, ſeu in ſuo genere eſſe latrones teneriſque actione iniuriarum, vel ſi dicas, *non ſum ego ille, qui furtum feci*: ſed hoc intelligendum eſt, ſicut quod retulimus ex Auendañ *ſupra*, nempè de verbis ſubdoloſis ſimilibus expreſſis in noſtra lege ſecunda ad hoc, vt pro eis eadem eius pœna imponatur, quæ pro expreſſis; cæterum ſi non ſunt de ipſis nec ſimilibus in qualitate & ſubſtantia, ſed alias iniurioſa in his probabit diſpoſitio l. 3. primum eodem eiuſque pœna, vt in vocante alterum animo eum conuitiandi *latronem* verbis claris, & expreſſis, vel ſubdoloſis & de his ſimilibus, pro quibus pœna *de deſdezirſe* per legem noſtram ſecundam impoſitam minime locum habet.

13 Vltimò in calce huius quæſtionis illud admonendum duxi: quòd licet D. Couarr. *lib. 1. variar. reſolut. cap. 11. numero 4. verſiculo, verum, vt ad propoſitam quæſtionem*, &c. doceat, verba noſtræ legis ſecundæ in libro ordinamenti veteris poſita, ſcilicet: *y ſi dixere otros denueſtos, deſdigaſe ante el Alcalde*, &c. variè accipi à iudicibus, nec omninò id ſeruari, ſed frequentius omitti, aliamque pœnam pro arbitrio iudicantis inferri conuitiatori: nam ea retractio tantum à lege & iudicibus iniungitur, vbi conuitium contingeret per obiectionem alicuius ex illis ſex vitiis, quorum lex illa meminit, nihilominus hodie eius hæc doctrina & praxis minime procedet, cum loquatur ipſe ante nouam collectionem legum huius regni, & prædict. verba lege ordinamenti veteris hodie in noua collectione legum huius regni, nempè in noſtra hac lege ſecunda aliter nouæ ſe habent clarius & ſtrictius prioribus, nempè quia poſt prædict. ſex conuitia immediate ſub vna eademque oratione ante verbum deciſiuum *deſdigalo* &c. additur *ò otros denueſtos ſemejantes*, quod olim in lege ordinamenti veteris erat poſitum, ſine verbo, *ſemejantes* alia oratione, poſt finitam priorem ſex verborum prædictorum & ſic hodie, vltra verbum antiquum, *otros*, quod eſt repetitiuum ſimilium iuxta vulgatam iuris regulam additur præterea, *ſemejantes* vt oſtendatur enixior intentio & voluntas legiſlatoris inducendi atque ſtatuendi eandem pœnam *de deſdezirſe* & pecuniariam pro aliis ſimilibus conuitiis expreſſis & ita in eum finem geminaſſe verba illa *otros ſemejantes*, vt ſimilitudo hæc ad imponendam eandem pœnam ſit omnimoda in qualitate & ſubſtantia, quamuis iniuria diuerſis verbis ſit prolata: non ergo ſufficiet ſimilitudo generalis in aliis verbalibus iniuriis in qualitate & ſubſtantia diſſimilibus: credendum igitur eſt cum myſterio nouiſſimè coniuncta fuiſſe prædict. verba, *ò otros denueſtos ſemejantes* cum ſex prædict. expreſſis ante verbum deciſiuum *deſdigalo* &c. vt hæc retractio & ſic deciſio noſtræ legis, tam conuitia expreſſa, quàm alia eis ſimilia ſimiliter comprehendat: vna namque determinatio reſpiciens plura determinabilia pari permittitur determinari iuxta regulam iuris de qua *in lege iam hoc iure cum ſimilib. ff. de vulgar. & pupil.* ac proinde cenſendum eſt legem noſtram hanc continere iuris noui, aut ſaltem clarioris determinationem ad euitandas & tollendas opiniones diuerſas iudicum, vt omnes, ſimiles alias iniurias ſex expreſſis eiſdem pœnis vindicarent ac plecterentur, quo attento iam ceſſare videtur praxis illa frequentior, de qua teſtatur inſignis Couarruuias *vbi ſupra*.

Cæterum ſi dubitetur, an conuitium prolatum 14
ſit ſimile prædict. ſex expreſſis, necne? Idem vulgi opinione atque communi intelligentia verborum probata iudicabitur: ſin minus arbitrio recti iudicis diſcernendum erit conſideratis circunſtantiis verborum loci & temporis, & qualitate perſonarum: in quo iudex multum aduertere debet, vtpote in re grauiſſima, cum agatur de honore vtriuſque partis, ne erret: ego in conuitiis ſpecialibus de quibus *ſupra* egimus, quod ibi reſolui iudicarem: de cæteris verò contingentibus, certa regula dari non poteſt: ideò ad vulgi opinionem & intelligentiam communem verborum probatam recurrendum eſſe cenſeo iuxta ſupradicta. Denique his deficientibus, vel non probatis arbitrio boni viri relinquerem.

Illud tandem obſeruatione dignum eſſe cenſeo, 15
diuerſum eſſe, conuitia probata eſſe eadem in ſubſtantia cum expreſſis in noſtra lege quamuis diuerſa in verbis, vel ſimilia: in priore



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

etenim ſpecie conſtito de identitate in ſenſu communi, quamuis ſint diuerſa verbis proculdubio pœna noſtræ l. imponenda erit, idque non per viam extenſionis, ſed comprehenſionis, & virtute expreſſæ, accidentitate, vel maioritate rationis, ac tandem, quia ita in l. noſtra hac cauetur, *vt ſupra in quæſtione adhinc ſecunda* reſoluimus: in ſecunda vero ſpecie præmiſſa praxis frequentior iudicum habebat, quod aſſeuerat Couar. poſt noſtram collectionem nouam legum huius Regni, quod prædiximus obſeruandum erit.

Supereſt autem, vt diſcutiamus, an conuitians alterum verbo, *Iudio*, *Confeſſo Marrano*, *Moro*, *aut Moriſco*, debeat palinodiam recantare, ſicut pro cœteris conuitiis in noſtra l. expreſſis, tanquam eis ſimilibus necne; de quo *ſequenti quæſt.* diſputabimus.

## SVMMARIVM.

1 *Iniurians alterum appellando eum*, Indio, Confeſſo, o Marrano, o Moriſco, *an incidat in pœnam* de deſdezirſe, y pagar los ſueldos, que pone la Real por las cinco, ò ſeys palabras iniurioſas? *& num. ſeqq. per totam quæſt.*

8 *Extenſio in pœnalibus locum non habet, etiam ex lata verborum ſignificatione, niſi eadem ratio ſubſiſtat.*

*De iniuriante alium dicendo illi, verba de quibus hic.*

## QVÆSTIO CXXI.

1 QVÆRO modo, & quinto, an iniurians alterum appellando eum, *Iudio*, *Confeſſo Marrano*, *o Moriſco*, incidat in pœnam noſtræ l. 2. Regiæ, ita vt debeat canere palinodiam coram iudice, & bonis viris & inſuper ſoluere trecentos ſolidos de quibus, in hac l. ſicut pro alio quolibet ex quinque, vel ſex conuitiis expreſſis in ea, necne?

2 In primis vt obiter dicam *l. fin. tit. 1. lib. 1. ordinament. veter. & l. 3. verſic. los Iudios tit. 9. lib. 4.* eiuſdem veteris ordinamenti, olim cauebatur. *Que los Iudios, y moros deſpues que fueren conuertidos a la Sancta fee Catholica, no deuen ſer iniuriados, ni mal tratados por los otros Chriſtianos, ni por ende manda, que qualquier los llamare, marranos, tornadizos, o otras palabras iniurioſas caya en pena de trecientos marauedis por cada vez: y ſino tuuiere de que pagar que eſte, en la carcel publica en cadenas por quinze dias.*

3 Rurſus, *l. 2. verſic. que ſi hombre, eiuſdem tit. 9. lib. 8. ordinamenti veter.* cauebatur, *que ſi hombre de otra ley ſe tornare Chriſtiano, y alguno le llamare tornadizo peche diez mil marauedis al Rey, y otros tantos al querelloſo: y ſi no tuuiere de que los pechar, que peche lo que tuuiere, y por lo que fincare yaga vn año en el cepo, y ſi ante de vn año pudiere pagar, ſalga de la priſion.*

Ecce duas leges ſibi contrariantes, & quod magis eſt vna alteram immediate conſequitur ſub *d. titul. 9. lib. 8. ordinament. vet.* nec correctione finalis ad præcedentem ſe habet, & ideò maxime laborauit ſuper huius antinomiæ diſſolutione Didacus Perez *in l. final. tit. 1. lib. 1. ordinam. col. 55. ad fin. verſic. quæro tamen, & columna ſequenti in principio*, ſed nihil concludens dicitur, & hæc de iure veteris ordinamenti.

Hodie autem iure nouiſſimo noſtræ nouæ collectionis Regiæ, hæc pugna ſedata eſt, quæ ſublata fuit, & non poſita in hoc libro *d. l. fin. tit. lib. 1. ordinament. vet.* & denique, ſecunda pars *d. l. 3. tit. 9. lib. 8. eiuſdem ordinam. incip. los Indios, y Moros*, & ſolum poſita eſt, ſecunda pars *d. l. 2. in d. verſic. que ſi hombre*, in hunc modum. 4

*Y ſi hombre de otra ley ſe tornare Chriſtiano, y alguno lo llamare tornadizo*, additur hic in noua collectione regia, *o marrano, o otras palabras ſemejantes, peche diez mil marauedis para nueſtra Camara, y otros tantos al querelloſo, y ſino tuuiere de que los pechar, peche lo que tuuiere, y por lo que fincare, yaga vn año en el cepo, y ſi antes de vn año pudiere pagar ſalga de la priſion.*

Itaque ſublatis prædictis prioribus legibus ordinamenti veteris, remanet, hæc clara ob probanda in praxi, vt quoties quis conuitij cauſa Conuerſum ex altera lege ad noſtram Chriſtianam, *Tornadizo*, *Marrano*, vel aliis verbis ſimilibus appellauerit, puniendus ſit pœnis modo relatis *de veynte mil marauedis, los diez mil para Camara de ſu Mageſtad, y los otros diez mil marauedis para la parte querelloſa.* 5

Mentitur enim dicens alicui, Iudeum poſt baptiſmi ſuſceptionem, & tenetur ei actione iniuriatum, niſi probet eius perfidiam, in Iudaiſmo adhuc eſſe, forte vt Mauri, ſecundum Didac. Perez *in l. 2. titul. 9. pag. 227. colum. 1.* quia, vt dicitur, ſecundum ipſum, hi Mauri ſolum nomen habent poſt baptiſmum in aliquibus locis, & in ſua infidelitate perſiſtunt, & minime verentur. Hæc iniuria punitur præd. pœna, non vero pœna recantationis palinodiæ, cum iſtis conuitiis factis nouiter conuerſis ſpecialiter lex noſtra pœnam præſcribat, *de veynte mil marauedis, deſpues de auer pueſto primero, pena de deſdezirſe, y de trecientos ſueldos a los que dizen a otro qualquiera de las palabras muy iniurioſas*, de quibus *ſupra*, itaque iſte caſus remanet clarus, & expediens, ſcilicet, *de aquel que à hombre de a otra ley ſe tornare Chriſtiano tornadizo, o marrano, o otras palabras ſemejantes por que eſte no ha de ſer condenado en pena de deſdezirſe, ſi no en veynte mil marauedis, mitad para la camara, y la otra mitad, para el querelloſo como es viſto.* 6

His ſic diſcuſſis in quæſtio. principali ſupra mota, videtur prima facie dicendum in præmiſſa ſpecie non eſſe imponendam pœnam noſtræ l. 2. ſcilicet, *de deſdezirſe a pagar los trecientos ſueldos*, Primo quoniam conuitia prædicta non ſunt expreſſa in hac noſtra l. 2. nec videntur ſimilia expreſſis in ea vt patet. Ergo vbi non conueniunt verba legis, nec eius diſpoſitio locum habet l. 4. §. *toties cum ſimilibus, ff. de damno infec.* 7

Secundo quia cum ſimus in pœnalibus, extēſio locum non habet etiam extante verborum ſignificatione, niſi eadem ratio ſubſiſtat, vt *in regula, odia de regul. iur. in 6.* notant Dominicus, & Francus *in cap. 1. de tempor. ordinament. lib. 6.* Bart. & cæteri *in l. ſi conſtante in noua quæſt. ff. ſolut. matrimon.* Didacus, alios allegans *lib. 1. variarum reſolution. ſub num. 5. verſiculo, ad hæc.* 8

Tertio, quoniam cum prouiſis conuitiis ſpecialiter textus noſter Regiæ in 2. eius parte diuerſam pœnam præſcribat, ſcilicet *de 20. mil mar* vt præ diximus, non habet locum pœna ſpecialis



lis canendi palinodiam poſita in prima parte, eiuſdem legis contra eos, qui alterum conuitij cauſâ, quolibet ex dictis quinque aut ſex verbis iniurioſis in ea expreſſis iniuriauerit.

Quarto, quia per verba præd de quibus eſt noſtra quæſt. ſecundum communem vſum loquendi, non ſectam, ſeu hereſim, ſed originem gentis ſignificare ſolemus: quare cum vſus cõmunis loquendi ſit attendendus, & animus & voluntas ſoleant diſtinguere maleficia, vt vulgare eſt in hac materia: conſequi videtur, vt pœna canendi palinodiam minime pro his iniuriis locum habeat, ac ſi diceretur alicui conuitij cauſa eſſe de genere Iudæorum, *o de Chriſtianos nueuos, o deſcendiente de ellos, o de Moros, o Moriſcos*, quo caſu certum eſt, minime locum habere præfata pœna canendi palinodiam, probata de origine, vel genere, qui verum dixit, & qui veram iniuriam dixit alicui non eſt cogendus palinodiam canere, vt *infra* latius agemus quæſtione, per totam: tametſi alia actione iniuriarum conueniri, & condemnari valeat, & debeat.

Et hanc opinionem negatiuam in terminis noſtræ quæſtionis principalis aduerſus praxim contrariam probat Ioan. Vañez. Parlad. *lib. 1. rerum quotid. cap. 17. num. 24.* ſecundum nouiorem impreſſionem, vbi praxim contrariam inhumanam ſanè, & iuri non ſat conſonam iudicat; cuius modi terminis nouiſſimam opinionem, pluribus comprobat fundamentis aduocatus Salazar *de vſu, conſuetud. & ſtylo curiæ, cap. 1. n. 85. cum ſeqq.* quibus libenter accedit D. Ioan Vela *de pœnis delict. cap. 16. pag. 89. Paulo poſt princ.*

9 Ego vero in eo, qui alterum, cum ſit Chriſtianus ab incunabulis (quod aiunt) cõuitij cauſa Iudęum, vel Confeſſum appellauerit, etiam ſi à Iudæis, vel nouiter Conuerſis originem trahat is contrarium omnino verius iure, & tenendum in praxi, tanquam etiam magis receptum cenſeo & teneo, nempe, vt huiuſmodi conuitians, niſi nobilis ſit, teneatur, & compellendus ſit à iudice, parte offenſa petente palinodiam canere; cum verè hoc meditatum ſit, & idem ſit ac ſi hæreticum, eum appellaſſet, quo caſu proculdubio in eam pœnam incurreret, vt in noſtra l. ergo idem eſt dicendum ſecundum eam, in conuitiis ſimilibus expreſſis.

Denique, & ſecundo quia ſi qualitatem magnæ, vel paruæ iniuriæ à communi vſu loquendi, & ſecundum æſtimationem grauium hominum ſumimus, prout ſumi debet nulla profectò apud bonos & graues viros maior eſt quod hominem à parentibus Chriſtianis natum, & à pueritia baptizatum, Iudæum conuitij cauſa appellare: ergo meritò, vt pœna noſtræ legis, locum habeat in huiuſmodi conuitiatorem.

Et ideò praxis recepit, atque obtinuit, vt qui alterum Iudęum conuitij cauſa appellauerit, compellatur palinodiam canere publicè coram iudice, & honeſtis viris, vt affirmat vir quidem religioſiſſimus, & in forenſibus verſatiſſimus, necnon & Hiſpanorum, atque exteriorum Iuriſconſultorum facile princeps D. Couar. *lib. 1. variarum reſolut. cap. 11. num. 2.* vbi *praxis etiam*, quem refert, & ſequitur Didacus Perez *in l. fin. tit. 1. lib 1. ordinament. col. 54. in princip. &* iterum *in l. 2. tit. 9. lib. 8. ordinament. fol. 227. colum. 1. in verſ. qui ſit*, necnon & Petrus Plaza *delict. 1. tom. cap. 1. numero 14.* & 16 exiſtimans hoc eſſe rationi conſentaneum, & veritati magis fauere, vtpote pro grauiori iniuria expreſſis, cum l. 2. ordinamenti dicat, *ſi dixere otros de nueſtos*, in verbo *otros*, quod eſt repetitiuum ſimilium ſecundum communem: hoc melius dixiſſet Plaza, ſi ei contingeret videre literam nouiter additam in propoſito, in noua collectione legum, huius Regni in noſtra l. 2. ibi, *ſemejantes*, quæ expreſſe approbat ſuam expoſitionem, eandem ſententiam pro contrita habet Auendañ. *in tractatu de iniur. num. 11.* ibi, *o Iudios*, iunctis verbis ſequentibus ibi, *qui his caſibus locum habeat pœna huius legis*, & ſic noſtræ l. 2. hoc idem fuit concluſum in Conſilio Cathaloniæ, die 28. Nouemb. ann. 1585. vt offenſor in loco per Vice-Regem nominando, & in publicum diceret, ſe male, & contra veritatem dixiſſe reum Iudeum eſſe, & quod duceretur per loca ſolita illius ciuitatis, & banniretur à Vicariis Barcinonæ, &c. ad annum, ſecundum Peguer. *deciſ. criminal. 13. num. 20.* & inquit Hamada *in l. 25. tit. 18. part. 2. gloſſa 1. num. 5. cum ſequentibus*, quem refert, & ſequitur Azeued. hic *num. 87. ad fin.* quod communis vſus, & praxis ſic receptam habet opinionem Couarruuias & Azeued. affirmat, ſemel ſe vidiſſe ſententia iudiciali admiſſam.

Tandem licet aduocatus Salazar *vbi ſupra*, ſequatur opinionem priorem, vt prædiximus *num.* tamen 100. fatetur practicari, vt reus hoc caſu, licet non compellatur dicere quòd fuit mentitus, habita tamen conſideratione qualitatis conuitij, vel numis & exilio caſtigatur tantum, vel fucati compellitur contradici, & fere cantare palinodiam, nempè quòd exiſtimat iniuriarum hominem bonæ opinionis eſſe & minime capacem vitij, quòd ſibi obiecit: & nos quoque vidimus ſemel in praxi idem iudicari, præceptum namque ſententia in condictorio iudicio lata fuit, vt iniurians huiuſmodi coram iudice & bonis viris diceret, *que las palabras que dixo contra A. de que a ſido acuſado no caben en el*, quòd profectò palinodiam canere eſt in effectu: nihilominus tamen, ſi qualitas iniuriati id expoſceret huiuſmodi offenſor ignobilis compellendus erit expreſſe canere palinodiam.

In appellante deſcendentem à Mauris Chriſtianum tamen conuitij cauſa *Moro*, vel *Moriſco*, idem videtur dicendum, niſi in his contrarium iudicemus, vt voluit Didac. Perez *in d. l. 2.* ſupracitatus, qui vt fertur ſecundum ipſum, ſolum nomen habent Chriſtianum poſt baptiſmum in aliquibus locis & in ſua infidelitate perſiſtere minime verentur, nam iſti, inquit ille, infideles ſunt, & multo peiores, qui cum agnouerint ſemel veritatem, eamque amplexati fuerint per ſacrum baptiſmum, retrocedunt: non eſt enim aptus Regno Dei mittens manum ad aratrum & reſpiciens retro, *C. magna de voto gloſſa & text. in C. quidam de apoſtat.* & hanc opinionem probauit Parlad. *vbi ſupra* in appellante alterum *Maurum*, ſiue *Moriſco*: ego verò in his diſtinguerem, vt ſi offenſus infimæ ſortis eſſet, vt in plurimum contingit, minimè pœna contradictionis imponenda ſit, ſed alia leuior arbitraria penſatis penſandis, ſi verò optimas ſit, *porque ay caualleros y perſonas nobles, y por tales auidos y tenidos, comunmente reputados que deſciendē de Moros y Moriſcos*, tunc infidelitate aduerſus eum ſic iniuriatum non probata, exiſtimo pœnam canendæ palinodiæ imponendam eſſe iure optimo, ſi conuitiator nobilis non ſit. 10

Si verò nouiter Conuerſum ad fidem, quis *Cornadizo*, *è Marrano*, *o otras palabras ſemejantes*, appella- 11

appellauerit, non habebit locum huiuſmodi pœna *de deſdezirſe*, de qua in prima parte noſtræ l. ſed ea de qua in ſecunda eiuſdem l. parte nempe *de veynte mil marauedis aplicador, y ſegun y como en ella ſe contiene*, cuius ſenſus literalis hic eſt & ſupradiximus.

Ad fundamenta contraria ſupra adducta pro prima opinione, in quæſtione principalis, reſpõdetur in hunc modum, ad primum quòd conuitium Iudei eſt ſimile illi expreſſo in hac l. 2. ibi *hereje*, vt prædiximus.

Ad ſecundum quod in apellante alterum Iudeum non fit extenſio tenendo ſecundã & veriorem atque receptam ſententiam in praxi, ſed imò comprehenditur in illis verbis noſtræ l. ibi *ò otros dona eſtos ſemejantes.*

Ad tertium quòd ſecunda pars noſtræ l. non loquitur in conuitio Iudei de quo agimus, ſed in appellante nouiter conuerſum ad noſtram legem Chriſtianam *tornadizo o marranos*, vel ſimil. ſed verbum, *Iudio* non eſt huiuſmodi, ſed grauius comprehenſum ſub nomine *hereje.*

Ad quartum reſpondetur, quod imò per præd. verba communiter cenſetur & æſtimatur inferri grauiſſimam iniuriam, ipſaque aſſimilatur omninò illi verbo *herege* concurrit: ergo communis exiſtimatio cum proprietate verborum: quo fit, vt licet communis vſus loquendi aliud habeat in mente: expreſſum tamen, & æſtimatio communis inter homines graues comprehenditur ſub verbis expreſſis in prima parte noſtræ l. ac proinde eius pœna puniri debet.

12 Idem videtur dicendum in appellante alterum conuitij cauſa, *Conuerſo, ò Chriſtiano nueuo*, cum vere is talis non ſit, ſed ab eis deſcendens: adhùc tamen non ſimile conuitium videtur expreſſis, nec illi, *Iudio*, hic enim hæretico aſſimilatur, ille verò minimè, quare puniendus videtur iuxta ſecundam partem noſtræ l. 2. ibi: *y ſi hombre de otra ley ſe tornare Chriſtiano, y alguno, lo llamare tornadizo, ò marrano, ò otras palabras ſemejantes, peche diez mil marauedis para nueſtra Camara, y otros tantos al querelloſo &c.* ſimile namque verbum conuitioſum eſt illi expreſſo in hac ſecunda parte noſtræ l. nempè *Tornadizo &c.* appellare eum *conuerſo, ò Criſtiano nueuo*, vel etiam *confeſſo* conuitij cauſa, vt patet, non verò erit puniendus huiuſmodi conuitiator pœna recantationis pali-
13 nodiæ, grauior tamen erit iniuria hæc ſi proferatur in hominem deſcendentem à genere limpidiſſimo veterum Chriſtianorum, in quo non eſt aliqua macula nouæ conuerſionis, vel alterius reprobatæ ſectæ.

14 Vltimò obſeruandum erit in omnibus præd. caſibus, maiorem, ſiue atrociorem iniuriam eſſe, ſeu reputari, ſi offenſus originem non trahat à Iudeis nec Mauris, ſed à vetuſtiſſimis & omninò candidis Chriſtianis, quapropter à fortiori procedent in hac ſpecie, quæ ſupra in priori aſſerta & reſoluta ſunt.

## SVMMARIVM.

1 *Iniurians verbis maioribus abſentem, an teneatur canere palinodiam & ſoluere trecentos ſolidos, de quibus in l. regia de his loquente, & numeris ſequentibus.*

4 *Iniuria etiam fieri poteſt defuncto, & ideo eius heredi competit actio iniuriarum, & n. 5.*

8 L. fin. tit. 6. p. 7. *littera & intellectus, & num. 9. cum ſequentibus vbi etiam agitur de concordia d. l. præſente cum l. 2. tit.* de las iniurias, *collect. regia.*

§ *Iniuriarum actione, vt agi poſſit per abſentem an requiratur quod fiat cum vociferatione, & coram multis, numer. 7. cum pluribus ſequentibus.*

---

### *De iniuriante abſentem.*

## QVÆSTIO CXXII.

QVÆRO præterea & 6. circa eandem l. 1 ſecundam an ſit locus eius pœnæ *de deſdezirſe, y pagar trecientos ſueldos*, vbi conuitia in ea expreſſa dicta fuerint contra abſentem, § & quod poſſit actione iniuriarum, 2 hac in ſpecie indubium eſt. Vt patet *ex cap. 1.* & ibi Abb. *de maledict. & in l. vnic. C. ſi quis imperat. maledix. l. 3. tit. 9. part. 7. text. in l. item apud Labeonem, §. conuitium, & § ſi quis libellos ff. de iniur. l. 1. §. expellatur, ff. eodem titulo*, refert plures Farinac. *3. tom. quæſt. 105. num. 83. l. 1. tit. 9. p. 7.* ibi: *è de tal deshonra como eſta puede demandar enmienda a quel a quien la fiziere tambien, ſino eſtauiere delante quando le fiziere la deshonra, como ſi eſtuuieſſe preſente, l. 1. hoc tit. 10. lib. 8. nou. collect. reg.* ibi *en publico, ò en eſcondido, en ſu preſencia, ò en abſencia.*

Quinimo grauius quis afficitur iniuria dum 3 abſens eſt, quàm præſens, cum hic poſſit ſuum honorem defendere: ferendus namque eſt, qui ſuum purgat honorem, *l. quæ omnia, §. ſed etſi aduerſarius, ff. de procurat.* præſens enim obiicientem conuitium demendatio conuincere poteſt, abſens verò non: ergo meritò vt hic iniuriatus, iniuriarum actione agere poſſit. Hinc eſt, vt 4 defuncto quoque iniuria inferatur, ac proinde hæredi eius actio iniuriarum competeret *l. 1. §. & ſi forte. ff. de iniuriis*, Bart. *in l. 4. §. Cato, num. 31. ff. de verborum obligat.* & ibi Doctores. Ioan. Lupus *in repet. rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. fin. num. 4. l. 13. circa fin. verſiculo, aun dezimos, tit. 9. p. 7.* Auendañ. *in tract. de iniur. num. 7. verſic. 3. infero* ibi, *nam ſi quis, cum numeris ſequentibus*, Plaça *de delict. lib. 1. cap. 1. num. 1.* probat latè iure alios Doctores allegans Farinac. *d. quæſt. 105. num. 85.* § Quòd procedit ſiue facto vel verbo cadaueri 5 fiat iniuria, vocando eum latronem, mendacem, ſeu detractorem, vt probat Didac. Perez *in l. fin. tit. 1. lib. 1. ordinam. col. 57. verſiculo quod intellige*, dicens peccatum mortale tale conuitium, ſiue iniuria, qua quis proximum afficit, vt ibi latè probat.

Et tandem concludit in terminis noſtræ quæ- 6 ſtionis pœnam huius l. 2. locum habere in obiiciente conuitium abſenti, dummodo in eius notitiam perueniat, ſe fuiſſe iniuriatum, quod in dubio præſumendum eſt: eandem ſententiam probauit prius in terminis noſtræ l. etiam mortuo illo contra quem verba fuerunt prolata Auendañ. *vbi ſupra num. 8.* dicens quod pœnitentia, hoc caſu locum non habet, nec minuit noſtræ l. pœnam: ſequitur etiam Parlad. *lib. 1. rerum quotid. cap. 17. num. 42. cum ſequenti*, § dummo- 7 do maledictum ſit cum vociferatione & in cætu, id eſt, coram pluribus dictum, nam aliàs non dicitur propriè conuitium, ſed infamandi cauſa dictum, *vt in d. l. item apud Labeonem, §. conuitium:* cuius verba hæc ſunt, ex his apparet, non omne maledictum conuitium eſſe, ſed illud



ſolum quod cum vociferatione dictum eſt, quòd autem non in cætu, neque cum vociferatione dicitur, conuitium non propriè dicitur, ſed infamandi cauſa dictum, idem probat *l. 1. tit. 9. p. 7.* ac proinde ſecund. ipſum, ſi maledictum non ſit in cætu, nec cum vociferatione ſiue in præſentia, ſiue in abſentia dicatur, non eſt locus palinodiæ pœnæ, ſed tunc habebit locum pœna alterum infamia ſugillantis, quæ ſtatuta eſt *à l. fin.*
8 *tit. 6. p. 7.* quæ habet: *Que disfamando torticeramente vn home a otro de tal bierro, que ſi le fueſſe prouado, deuria morir, ò ſer deſterrado pena ſiempre, deue recibir eſſa miſma pena aquel que lo infamo: mas ſi lo en famaſe de otro yerro, de que no mereſcieſſe auer tan gran pena, deue fazer enmienda de pecho aquel que lo enfamo ſegun el aluedrio del iuzgador, acatando todas las coſas que ſe dize en el titulo de las deshonras, en razon de la enmienda de ellas:* nam ex *d. §. conuitium*, inquit ille modernus, iſta lex partitarum eſt concilianda cum hac l. 2. nouæ collect. regiæ eſſeque veram, facillimamque cõciliationem, tametſi Gregor. Lopez minus rectè aliter eas accipiendas ſcripſerit: ac proinde inquit Parlad. quòd præd. ſua diſtinctio in noſtra hac quæſtione principali, verior & clarior ſibi videtur, quàm illa domini Couar. de qua prima agimus, tametſi non longe ab ea diſcedat: hactenus ille.

9 In primis hæc Parladori diſtinctio mihi non placet, multoque minus ſua aſſertio dum cenſet quòd ſi maledictum non ſit in cætu, nec cum vociferatione, in præſentia non ſit locus palinodiæ pœnæ: quamuis enim iure communi attento, præd. ſua diſtinctio locum habere poſſet, attamen attenta litera noſtra l. 2. quæ indiſtinctè ſtatuit, *que qualquiera que a otro deneſtare, y dixiere gafo, &c. deſdigalo ante el Alcalde, &c.* procedere minimè poteſt: non enim tale quid requirit noſtra lex: nempè quod dicantur præd. verba in cætu, neque cum vociferatione, ſed tantum conuitij cauſa, in quo pendet tota iniuriandi cauſa, hinc eſt,
10 vt licet quodlibet conuitium de illis contentis in noſtra l. dicatur coram paucis & ſine vociferatione, dum tamen id probari legitimè valeat & animo iniuriandi dicatur, qui animus in dubio præſumitur in hac ſpecie ex verbis prolatis habebit optimè locum pœna noſtræ l. palinodiæ recantationis & trecentum ſolidorum, ipſaque erit neceſſario infligenda à iudicibus, ſi in præſentia præd. conuitia proferantur. Deinde cenſeo *d. l. fin. partit.* non poſſe conciliari cum nõſtra hac l. 2. *de las iniurias*, ex *d. §. conuitium:* ſiquidem diſpoſitio *d. § conuitium* non ſe compatitur cum generalitate, & in diſtinctione noſtræ l. 2. ac proinde nec *d. l. fin. partita:* per verba enim iniurioſa in alterum prolata, de quibus in hac l. 2. & in l. 4. huius tituli ibi: *y lo miſmo mandudas ſe guarde en las cinco palabras de iniuria que per la ley ſegunda deſte titulo ſe pone pena*, &c. eadem pœna incurratur ſicque hæc leges aliud non requirunt, quàm quod dicta ver-
11 ba iniurioſa dicantur. § Nam infamare dicitur, qui pronuntiat aliquod verbum quòd infamiam alicuius continet iuxta doctrinam Bart. Bald. Angel. Pauli de Caſtr. & Alexand. *in l. turpia in princip. ff. de leg. 1.* ſed ex dictis quinque vel ſed verbis cauſa iniuriandi in alterum prolatis, indubium eſt proximum infamari & peccatum mortale committit, vt prædicebamus: ergo habemus intentum, nempè *in d. l. fin. partita*, eiuſque pœnam ſtante generalitate noſtra l. 2. minimè
12 hodie locum habere poſſe, § tametſi aliud principio vellet Gregor. Lop. *in d. l. fin. in gloſſ.* *meſma pena:* nempe ſibi reſpectu pœnæ *d. l.* multum placere dictum Ioan. de Imol. *in d. l. turpia in princip.* dicentis tunc dici, quem diffamare reſpectu huius pœnæ, quando quis eſt diffamatus apud bonos & graues, ſecus, quando non obſtante prolatione verborum per hoc non eſt apud bonos & graues diffamatus, nec haberent eum pro diffamato, ſed pro bono: cuius opinionem ſequi videtur Angel. *de malef. in parte, verba contumelioſa col. 2.* ac proinde, inquit Gregor. Lopez, videtur quod etiam hodie ſtante *l. fori* ſeu *l. 2. tit. 9. lib. 8. ordinam.* adhuc procedat diſpoſitio *d. l. partita:* noſtra enim l. 2. procedit, quando ſimpliciter, quis iniuriatur, non tamen ſequitur diffamatio; lex verò *partita*, quando ſequitur diffamatio, cum ea ponatur ſub titulo de infamibus: deinde, inquit Gregor. Lopez, poſſent etiam procedere, quæ dicunt Bart. & alij, quando conſtare quod infamandi cauſa fuit dictum, licet infamia non eſſet ſequuta apud bonos & graues & l. fori & *ordinamenti* procedant, quando non animo infamandi, ſed iniuriandi alterum fuit prolatum. § Sed cum infamiam iniuria ſub 13 ſe contineat, ſiue apud bonos & graues, ſiue apud alios quoſcumque, qui maiorem partem vulgi faciunt inferatur, nullo modo probari poteſt, nec verior eſt præd. diſtinctio Greg. Lopez; eſt enim verbalis & non realis: infamia enim cum iniuria confunditur, ac proinde nec attento iuris rigore, nec in praxi ſubſtineri poteſt, & ideò, merito illam improbauit Parlad. *vbi ſupra:* quinimo & idemmet Gregor. Lopez, *in fine ſuæ gloſſa*, inquit, quod forte in practica non poſſet obtineri, quod etiam, ſi cauſa diffamandi, quis dicat, puniatur aliter, quàm continetur *in d. l. fori* & ſic in hac noſtra l. 2. & tandem relinquit cogitandum: ſed nihil eſt, quod cogitemus ſuper hoc, ſed indiſtinctè ſeruemus deciſionem noſtræ l. cum ex verbis in ea expreſſis animo iniuriandi prolatis, infamia, contra offenſum oriatur apud pleroſque, præterquam quod conſtat de animo illa proferentis, voluiſſe proximum infamare, & reuera apud pleroſque infamatur: & hoc vnum punit noſtra, ſcilicet infamiam, atque contumeliam verbis in ea contineutis alteri illatam, vt ex ipſa conſtat: § iuſtiſſimum enim 14 eſt famæ & honoris reſtitutionem fieri his, qui conuitiis obiectis eius læſionem paſſi fuerunt, *C. quiſquis 8. quæſt. 1. cap. inter ſolicitudines de purgat. Canonica*, Hoſtienſ. *in ſumma de pænitentia, §. quibus, verſiculo quid de accuſatoribus.* Beatus Thomas 2. 2. *quæſt. 62. art. 2.* Archiepiſcopus Florent. *in 2. part. ſuæ Summa tit. 2. §. 3.* D. Couar. *lib. 1. variar. reſolut. cap. 11. num. 4. verſiculo, iuſtiſſimum tamen eſt*, Petrus Plaça *de delict. 1. tom. cap. 1. num. 27.* & Farinac. *3. tom. ſuæ prax. crimin. quæſt. 105. num. 71.* eſt communis doctrina omnium Doctorum ſecundum Ludo- 15 uic. Carbon. *de reſtitutione, quæſt. 18. verſic. 1. concluſio, pag. 3.* & probatur *in regula, peccatum, de regulis, iur. in 6.* ſi conſideremus non eſſe minorem, imò multo maiorem honoris & famæ, quàm rerum ſpoliationem authore Salomone, Prouerbiorum 22. dicentes, *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multa:* § nam & bonorum 16 externorum maximus eſt honor, vt ſcribit Ariſtotel. *4. ethic. cap. 3. canon. deteriores 6. quæſt. 1.* ſufficit ergo quod ſit infamandi cauſa dictum, quamuis non in cætu, nec cum vociferatione, & ſic ceſſat diſpoſitio *d. §. conuitium*, quod requirit cætum & vociferationem, cum noſtra lex regia ſecunda loquatur, & locum habeat in male-

dictis, de quibus in ea infamandi cauſa dictis in quibus idem, §. minimè requirit cœtum, nec vociferationem.

Nec ſupradictis obſtat, ſi dicatur noſtram l. in conuitiis loqui, vt patet ex ea ibi: *qualquiera que à otro denoſtare, y le dixere &c.* & ibi: *ò otros de nueſtos ſemejantes*: ergo debet intelligi & declarari iuxta diſpoſitionem *d.* §. *conuitium*, nempè vt dicatur in cœtu & cum vociferatione ad hoc, vt pœna noſtræ l. locum habeat iuxta opi-
17 nionem Parladorij: ¶ Reſpondemus namque legem noſtram minimè loqui per verbum *conuitiare*, aut *conuitium*, ſicut loquitur latine, *d.* §. *conuitium*, nec hoc nomen habemus in noſtra materna lingua, qua loquitur noſtra l. regia 2. ſed *denoſtare, ò denueſtos*, hoc autem latine eſt, dehoneſtare, vel inhoneſtare, dehoneſtatio & dehoneſtamentum, ſecundum Anton. Nebriſſenſ. in ſuo dictionario noſtræ linguæ Hiſpanæ compoſito verbo *denoſtare*, & hinc *dehoneſtamento*, pro contumelia vſus eſt Tacitus *lib. 2. vt re-*
18 fert Ambroſius Calepinus hoc verbo, ¶ & vernacula lingua ſecundum communem vſum loquendi, ſignificat *affrentar, deshonrar, iniuriar, ò difamar*, vbicumque igitur hoc intelligit verificatur diſpoſitio noſtræ l. abſque eo quod id fiat in
19 cœtu vel cum vociferatione, ¶ & hic eſt verus ſenſus & intellectus noſtræ l. quæ minimè poteſt intelligi iuxta *d.* §. *conuitium*, dum loquitur in conuitio propriè & ſtrictè ſumpto, quia illud eſt vocabulum latinum, & inter latine loquentes verſatum, quod latine ſignificat, *el denueſto con vozes è injurias*, ſecundum Anton. Nebriſſenſ. in
20 ſuo dictionario latino, verbo *conuitio*. ¶ Denique conuitium ſecundum alios, eſt maledictum cum contumelia, & à vitio deriuatur, vel à conuitio, vt placet Laurentio Vallæ referente Ambroſio Ca-
21 lepino verbo *conuitium*. ¶ noſtra verò l. reg. vtitur, verbo *denoſtare*, quod in noſtra lingua materna generalius eſt, & ſignificans dehoneſtationem cum vociferatione & iniuriis, *denueſto en romance, affrenta, ò iniuria generalmente aora ſea con voces, ò ſin ellas*, & ſic differunt tanquam genus & ſpecies: tandem quod noſtra lex ſecunda, dum dicit *denoſtare* intelligitur de verbis iniurioſis ſimpliciter, nempe contentis in eadem l. declarat *l. 3. infra eodem. tit.* ibi, *alguna palabra iniurioſa, o ſea menores de las contenidas en la ley precedente*, & *l. 4. infra eodem*, ibi, *y lo miſmo mandamos ſe guarde en las cinco palabras de iniuria, que por la ley ſegunda deſte titulo, ſe pone pena*, &c. non enim l. noſtra ſecunda, nec ſequentibus, aliud amplius requirunt, quàm quod præd. verba iniurioſa contra alterum animo iniuriandi cum proferantur, ſupereſt ergo ex ſupradictis diſtinctiones Gregor. Lop. & Parladorij, non eſſe hodie tenẽdas attẽta hac noſtra lege Regia ſecunda.

Sed iam video lectorem deſiderantem ſcire, quid nos teneamus, circa quæſtionem principalem ſuperpoſitam in titulo quæſtionis, quando verba iniurioſa de quibus in hac noſtra l. 2. proferuntur contra abſentem, an habeat locum eius pœna formalis *de deſdezirſe, y de trecientos ſueldos*, vidimus enim opinionem affirmatiuam ſuper relatam Auendañi, & Didaci Perez, necnon & diſtinctionem Parladorij, modo videamus noſtrum iudicium, & ſententiam.

22 Mihi ſemper viſum fuit iam diu, & nunc videtur tenenda contraria ſententia, ſcilicet, negatiua cum quadam limitatione, de qua ſtatim agemus: nempe quod pro lata iniuria de qua in hac l. in abſentem non habeat locum recantatio palinodiæ, ex eo quod tunc contumelia dicitur propriè, cum verba iniurioſa in præſentia alterius fuerint dicta, non aliàs: ad rationem enim contumeliæ, neceſſarium eſt, vt verba præſenti dicantur: contumelia, namque ideo dicitur, quia contemptum ſignificat, & honori præſentis aduerſatur, idcirco vere contumelia præſenti fit, in quo differt à detractione, quæ in abſentia fit.

Vult enim detractor, verba, quæ profert in 23
abſentia aduerſus alterum exlare, quemadmodum Sanctus Thomas explicat 22. *quæſt. 72. art. .. & q. 73. art. 1. verſ. reſpondeo*, Soto *lib. 5. de iuſt. & iur. q. 9. art.* quos refert, & ſequitur D. Couar. *lib. 1. lib. 1. var. reſol. c. 11. n. 3.* ibi, *in quo differt.*

Secundo, quia l. noſtra Regia ſecunda requirere neceſſario videtur præſentiam partis offenſæ adhoc, vt eius pœna imponatur, vt patet, ibi *qualquiera que à otro denoſtare*: ſicuti DD. notant ſumentes rationem ex text. ibi *in l. 1. ff. de verb. obligat.* præſertim Alexand. *n.* 17. & Romani.

Si quidem ille, qui præſens non eſt, non dici- 24
tur loqui, nec etiam factum eſſe præſente aliquo, niſi & is intelligere potuerit iuxta gloſſam, *in c. teſtes 3 q. 9.* quam ſequitur plures citans Plaza *de delict. 1. c. 1. n. 2.*

Præterea, illa verba, *y le dixere*, apertius ſi- 25
gnificant requiri præſentiam offenſi adhoc vt pœna huius l. incurratur, & imponenda ſit. ¶ Et quamuis ſtatutum puniens iniuriantem alterum habeat etiam locum iniuriante abſentem, hoc declarant Doctores procedere, niſi ſtatutum loqueretur in caſu datiuo, vt puta, ſi quis dixerit alicui verba iniurioſa, quia tunc requiritur præſẽtia iniuriati, vt ſtatutum locum habeat, ita cum aliis declarat, & ſequitur Farinac. *d. q. 105. n. 84.*

Et quamuis etiam in abſentia iniuria illa pu- 26
niẽda ſit, vt prædiximus in principio huius quæſtionis: attamen punienda erit pœna arbitraria attentis attendendis non verò pœna contradictionis, de qua in hac l. 2. quæ ex ipſius mente, & verbis minime imponenda eſt, cum iniuria de qua in ea, præſenti fieri præſupponitur: & cum pœna hæc *de deſdezirſe* ſit grauiſſima, vtpotè honoris, extendenda non eſt ad alium caſum, quam in quo loquitur, præcipuè cum diuerſa ratio ſit iniuriæ abſenti factæ: & eius quæ præſenti infertur; illa ſiquidem potius detractio dici valet, hæc verò contumelia, vt probauimus, quibus hanc ſecundam opinionem negatiuam rectiſſime probauit D. Couar. *d. l. 1. variar. reſolut. cap. 11. num. 4. in verſ. erit verò aduertendum*, & Petr. Plaz *d. cap. 1. num. 2.*

Hæc ſententia limitanda iure optimo erit ſe- 27
cundum eundem præſulem Couar. *vbi ſupr.* quando verba eo animo proferuntur in abſentem, vt in eius notitiam proueniant, tametſi eam improbare videatur Parlador. *vbi ſup.* exemplum huius fallentiæ erit certum, quando iniurians diceret, *que lo dixeſſen al abſentem, o que no ſe le daua nada, que lo dixeſſen*, vel ſimilia verba proferret, ex quibus de præd. ſuo animo conſtaret.

Ex eo enim ſolum, quod cum vociferatione in 28
cœtu verba præd. in abſentem proferantur, non rectè videtur conſtare de præfato animo, nec etiam ſi coram amicis, conſanguineis, vel affinibus abſentis offenſi, verba prædicta dicerentur, ſi quidem, id repente, & calore iracundiæ inaduertenter cenſeri dictũ poteſt, potius quam vt in abſentis notitiã deueniret, niſi aliud conſtaret.

Et quod adhoc vt iniuriarum agi poſſit pro iniuria abſenti facta, neceſſarium ſit, vt eo ani-





mo conuitia dicta ſint, vt in eius notitiam peruenirent, & quod hoc facile ſit deprehendere ex loco, & perſonis cum Couarr. *vbi ſuprà*, probat etiam D. Ioan. Vela *de pœnis delict. c. 16. pag. 90. verſ. 3. obſeru.*

## SVMMARIVM.

1 *Iniuriam, ſeu verum conuitium alteri obiiciens de maioribus contentis* in l. 2. tit. de las iniurias lib. 8. *noua collect. Regia, vt ſit puniendus eius pœnis*, & n. ſeq. *vbi diſtinguitur, & declaratur*, & n. 27.

3 *Conuitij veritas non eximit ab actione iniuriarum, n. 12. & 13. cum ſeqq.*

11 *Cauſa etiam iniuſta excuſat in crimine iniuriarum declaratur, n. ſeqq.*

16 *In materia concernente peccatum, magis ſtandum eſt iuri Canonico, quam ciuili etiam in foro Ciuili.*

17 *Iniurians alterum malo animo indebite perperam, & ſine iuſta cauſa, ſed vt propriæ iræ ſatisfaciat conueniri poteſt, & condemnari actione iniuriarum extra ordinem, licet verum crimen obijciens in iudicio, vel extra, expediat Reipublicæ eius manifeſtatio: declaratur tamen numeris ſeqq.*

24 *Princeps iuſtum bellum indicens ex odio, vel rancore peccat, licet nõ teneatur ad reſtitutionem.*

25 *Iudex odio vel rancore iuſtam ſententiam proferens peccat, ſed non tenetur ad reſtitutionem, & n. 26.*

28 *Famoſum libellum diffamatorium inijciens, quamuis de iniuria vera, punitur pœna capitali.*

29 *Infamans in iudicio aduerſarium etiam verò crimine quando actione iniuriarum teneatur?*

30 *Obijciens in iudicio aduerſus accuſatorem vel teſtes verum crimen, an & quando ſit puniendus? & quid in obijciente defectus aduerſus electum, vt impediatur electio, vel expellatur à iudicio?*

---

*De obijciente verum conuitium, & iniuriam alteri.*

## QVÆSTIO CXXIII.

1 QVÆRO etiam & ſeptimò, circa eandem legem ſecundam titulo, *de las iniurias y denueſtos*, lib. 8. nou. collect. reg. An, qui verum conuitium & iniuriam alteri obiecit, ſit puniendus pœna huius legis, ſi conuitium ſit de contentis in ea, nempè *de deſdezirſe, y pagar trecientos ſueldos*, vel nulla, aut qua?

In qua quæſtione prima facie videtur dicendum, hunc offenſorem probata veritate conuitij immunem à pœna eſſe iure communi attento ex *l. eum, qui nocentem in princ.* & ibi gloſ. & Doctores, *ff. de iniuriis*, cuius verba ſunt hæc *eum, qui nocentem infamauit, non eſſe bonum & æquum ob eam rem condemnari, peccata enim nocentum nota eſſe oportet & expedit*: gloſſa etiam & Doctores *in §. 1. inſtitut. de iniur.* & probat latè plures Doctores hoc tenentes allegans Farinac. nouiſſimè *in 3. tom ſuæ prax. crim. quæſt. 105. n. 219. cum ſequentibus*; qui in principio illius quæſtionem examinaſſe, imò & iure regio idem cauetur *l. 1. circa fin. tit. 9. pag. 7.* ibi: *Pero ſi aquel que deshonraſſe à otro por tales palabras, ò por otras ſemejantes de eſtas le otorgaſe, y quiſieſe demoſtrar que es verdad aquel mal que dixo del, no cae en pena ninguna ſi lo prouaſe, lege fin. tit. 6. p. 7.* ibi: *Pero ſi aquel que ouieſſe enfamado à otro quiſieſe prouar que era verdad lo que auia dicho, prouandolo aſſi, no aura pena*: cuius rei duas rationes aſſignat d. l. 1. ad fin. *La primera es, porque dixo verdad. La ſecunda, porque los fazedores del mal, ſerezelen de lo fazer, por el afrenta, è por el eſcarnio que recibirian del.*

Ex quibus deducitur aperte non habere locũ 2
palinodiæ recantationem, quoties ille, qui protulit aliquod ex verbis noſtri textus, dixit verum, hocque legitime probauit, tunc namque non contradicet ſibi, quia cum verum dicat, non eſt cogendus per ſententiam mentiri, necq; dicere aduerſus veritatem ita in terminis per prædicta videtur tenere Plaça *de delict. 1. tom. num. 6.* qui *à num. 3.* incipit examinare hanc quæſtionem: ſequitur alios referens Parlad. *lib. 1. rerum quotid. cap. 17. num. 33.* & Olanus *in antinom. iur. littera I. num. 4. cum ſequentibus*, vbi tenent quod nulla pœna puniatur ſiue expediat reipublicæ, ſiuè non, ſciri talem defectum, & excuſari à pœna *de deſdezirſe*, qui verum dixit: affirmat Auiles *in proœm. c. prat. num. 20.* ex doctrina Sancti Thomæ, quem refert.

Ruſus contrarium, imoque veritas conuitij 3
non eximat conuitiantem ab actione iniuriarum, videtur probari *in l. 3. C. ſi rector prouinc.* ibi, etiam ſi verè ſint voces &c. per quem tex. hæc videtur eſſe regula, vt veritas conuitij non eximat ab actione iniuriarum, ſecundum Felin. *in cap. cum te in ſia num. 18. col. final ad fin. de re iudic.* ex quo hanc teſtatur eſſe communem opinionem (licet hoc non dicat ibi Felin.) Curt. Iun. *in l fin. num. 3. ff quod qui iniur.* quem ad hoc benè citat Iulius Clar. *in d. §. iniuria verſiculo, item quæro*: ſequitur Bernard. Diaz de Lugo *in regula* 784. qui poſt Felin. *vbi ſupra*, eam limitat aliquibus modis, ſed non ſunt verè limitationes, vt ex ipſis patet: & quod puniendus ſit pœna ordinaria iniurians alterum, etiam ſi verum dicat, animo tamen iniuriandi, tenet Peguera *in quæſtionibus ſuis criminal. cap. 13. in fine*: & hanc ſecundam opinionem eſſe communem alios referens cum Minſing *conſil. 7. num. 29* affirmat Farinac. *vbi ſupra qui num. 117.* alios plurimos eam tenentes & communem profitentes congerit, quando animo iniuriandi conuitium prolatum fuit contra alterum.

Communiter tamen Doctores in hoc artic. 4
in hunc modum diſtingunt, vt ſiquidem interſit Reipublicæ, quod illud delictum ſciatur & detegatur, puta quod ille ſit homicida, latro, hæreticus, falſarius, &c. non debeat puniri huiuſmodi conuitium, licet per accuſationem in iudicium deduci nequeat vitium obiectum: quod ſi Reipublicæ non intereſt, vitium illud manifeſtari tunc eſſe puniendum, licet verum ſit, vt ſi quis alteri obiecerit, cornutum eſſe, filium meretricis, furis, aut lenonis, ita Bart. *in d. l. eum, qui nocentem in princip.* Petrus Cynus & Albet. *in lib. ſi non conuitiũ 8. quæſtione, C. de iniur.* eſt communis, ſecundum Alex. *in l. 3. in princip. num 6. ff de lib. & poſthum.* quem refert Villalob. *in ſuo ærar. commun. opinion littera A. n. 29.* eſt communis, & vera, vt probat Boër. *conſil 4 n. 36. cum ſeqq.* ſequitur Montalu. *in lib. 2. titul. 3. lib. 4 fori gloſ. 1.* Anton. Gom *cap. 6. de iniuria num. 2.* Greg Lopez



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*in l.1.in clauſula que es verdad tit.9. p.7.* ſic intelligens & limitans illam l. Coua. *lib.1.var.reſolut. cap.11.num.6.* communis, ſecundum Iul. Clarum *vbi ſuprà*, & alios allegantem Ignat. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz *in practica criminal*, c.66. *litt.P.* ſecundum nouam impreſſionem, *& ad regul.782.in princ.* eſt communis, & receptiori calculo Doctorum recepta ſecund. Petr. Plaz. *de delict.1.tom.cap.* 1. refert plures Didac. Perez *in rub. tit.8.ordinam pag* 216. *col.*1. eſt magis communis ſecundum P. Pichard. *lib.9. commun. opin verſic. iniuriam alicui,pag.523 in 1 tom.commun. opinion.* refert plures Azeu. *in hac l.2. num.* 211. & licet hæc diſtinctio generalitati d. l. eum qui, & actarum legum regiarum ſeptimæ partitæ derogare videatur, nihilominus communis eſt, imo vt inquit, Villalobos *vbi ſup.num.*28. quem refert, & ſequitur Azen. *vbi ſup.* ſi bene cōſideretur *d.lib.1. tit.9. par.7.* videtur hoc idem ſignificare in illis verbis, *porque los facedores de mal, ſe recelen de lo facer*, dum loquitur iniuria prouenïente ex maleficio, & refert plures huius opinionis authores Farinat. *vbi ſup. num.*226. ibi, communem quoque, ex aliis profitetur.

5 Requiritur tamen neceſſario pro 1. medio 5. dictæ communis diſtinctionis, vt tale crimen quod intereſt reipublicæ ſcire, & manifeſtari probetur adhoc, vt id obiiciēs iniuriarum actione, non teneatur, nam ſi non probetur, vtique tenebitur, vt prædiximus, & eſt communis opinio, vt atteſtatur Boërius *d.conſil.4. num.36.in fin. & n.46.&* 48. vt referunt Iulius Clarus, & P. Fichard. *vbi ſup.*

6 Hæc quamuis, ita ſe habeant, & frequentiori calculo Doctorum ſint recepta, nihilominus in praxi, non ſunt admittenda, vt pote iuri naturali, diuino, atque Canonico, & ciuili etiam contraria: naturali, quod habet indiſtinctè, vt alterum non offendamus, & quod tibi non vis, alteri ne facias *lib.1. ff. quod quiſque iur. cap. cum omnes de conſtit. cap.1.1. diſtinct.* Matthæi 7. Marci. cap.5. *qui autem dixerit fratri ſuo Racha reus erit iudicio, qui autem dixerit fatue reus erit gehennæ ignis*: denique qui vera crimina iniuſte prodit detractor eſt, & delinquit iuxta illud 1. Ioann. 3. *& in cap. ſumma iniquitas 6.quæſt.1.* vbique. *qui detrahit fratri ſuo homicida eſt*, & ibi Archid. Sanct. Thomas 2.2.*quæſt.73 ad primum*, dicit detractorem etiam eum, qui vera crimina prodit, quinimo huiuſmodi indebite infamans proximum, licet de crimine vero tenetur eidem formam reſtituere eo modo quo S. Thom. determinat 2.2.*q.62 art.1. ad ſecundum*, de quo infra diſſeremus.

Iure Canonico attento, etiam præd. diſtinctio vera non eſt, eo namque iure alteri iniuriam dicens licet vera ſit, non excuſatur, cum prius debeat præcedere charitatiua monitio, vel correctio, hæc eſt communis opinio Doctor. vt atteſtatur Alex. de Neuo *conſil.82. num.5.in fin.* teſte Iulio Claro *in d.§ iniuria in verſicul. item quæro,in fin.* & P. Pichard. *lib. commun. opin.1.tom.pag.*523. *col.1.verſ.iniuriam alicui*, ibi, *de iure tamen canonico*, & Ignat. Salzed. ad Bernard. Diaz, *in d.c.66.lit. B. in verſic. illud equidem*, vbi affirmat hanc doctrinam eſſe celebrem in tribunalibus Eccleſiaſticis non vulgariter notandam, eandem profitetur communem plures afferens forma *vbi ſup. n.*246. iura etiam Ciuili, idem probatur *in d.l.3. C.ſi rector prouinc.* ibi etiam ſi vere ſint voces cum communi opinione, *ſup.* recitata ex Curtio, & cæteris.

7 Quare proculdubio tam in iure, quam in praxi eſt tenendum, quod ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium conuitium dicatur etiam verum cuiuſque notitia, & manifeſtatio reipublicæ interſit, praua tamen intentione, atque iniuriandi animo peccatum eſſe non omnino ab iniuriarum actione liberum: licet enim bonum ſit, & reipublicæ vtile nocentum crimina nota eſſe, & ea manifeſtari, prauus tamen animus reuelantis, rem efficit iniquam *cap. cum miniſtr. cap. relegentes* 23. *quæſt.* 5. ſecluſo tamen iniuriandi animo veri criminis exprobatio, cuiuſque interſit reipublicæ manifeſtationem fieri, à peccato, & iniuriarum actione immunis erit, ſiue, id contingat in iudicio, vel extra iuxta quod præd. primum membrum diſtinctionis Bart. & communis eſt interpretandum.

Conducet igitur ad præmiſſa perpendere æquo animo, accerrimoque iudicio obiectionem (ſic enim præſumptiones, & coniecturæ deducuntur) veri criminis reipublicæ pernicioſi, tunc de ex iniurioſo animo procedere, quando abſque vlla cauſa, vtilitateve ipſius negotij, quod tractatur in iudicio, vel extra iudicium contigerit. 8

Quod ſi eadem obiectio, exprobatiovè ex iuſta cauſa facta fuerit, æquiſſimum erit præſumere non animo iniuriandi, ſed ex cauſa contigiſſe, qui iniuria ſine dolo, & animo iniuriandi non committitur, *l.illud velatum, ff.de iniur. & lege, quod reipublicæ, ff. eod. tit. l.1. § 1. l.3. §. penult. & finali, cum l.ſe* 41.*ff. eod. tit. l ſi non conuitij, C. eod. tit. de iniur. cap illud.15. quæſt.1.* latè Didac. Perez *in l.1. tit.4. lib.4. concl.*939. Poſp. Farin. *in ſuis quæſt crimin. tit. de accuſat. quæſt.16.num.67.* & iterum *in 3. tom. quæſt.105. n.*111. *cum ſequent.* vbi benè hoc declarat. 9

Et in eo, qui habet aliquam iuſtam cauſam, ceſſat omnis dolus & prauus animus vt in ſpecie id crimen iniuriarum, probat text. *in l. item apud Labeonem, §. ſi quis aſtrologos, ff. de iniurijs.* Ruynus *conſil* 143. *abſque multiloquio, num.*14.*& ſequent. lib.*5. Ioan. Andr. *ad ſpecul. tit. de iniur. in princip. in verb. concipitur verſic. aut illud conuitium.* D. Couat. *lib.1 var reſolut. cap.11. num.*6. 10

Imo nedum iuſta cauſa, ſed etiam iniuſta excuſat in crimine iniuriarum, iuxta gloſſ. *paruulum in d. §. quis aſtrologos verſicul. ſi quis.* Oldrad. *conſil.* 53. *num.* 3. *verſic. imo quandoque.* Paulus Caſtr. *conſil.* 275. *concluſ. fin.* Iaſ. *conſil.* 153. *volum.2.* Alder. *in d. l. ſi non conuitij, col* 4. *in princip. C. de iniur.* Minſinger. *conſil.* 19. *num.*1. quos refert, & ſequitur Farin. *in primo loco vbi ſup.*69. *&* 69. *& in d.3. tom. quæſt.*103. *num.*257. *cum ſequentibus.* 11

Et ſupradicta reſolutio in terminis, de quibus agimus colligitur ex traditis per Oldrad. *d. conſil.*53. Ioan. Andr. *vbi ſupr. in addition. incip. hac rubric.* Abb. *in c.fin de iniurijs, & in cap.cum T. ab, de re iudic.* Roman. *conſil.*96 Rip. *in l. vltim.q.7. C. de reuoc. donat.* Nauar. *in cap. inter verba* 11. *quæſt.3. corollar.*63. Luca de Peñāz *in l.errat, C.de caſtrenſ. pecul. militet. verſic.9 quæritur &* 15. Alber. *in d.l. ſi non conuitij*, Greg Lopez *in d. l.1. gloſſa magna in verſic. contrarium,videtur,9.part.7.* Couat. optimè *d.cap.11. num.6. verſiculo,ego quidem* & Montal. *in l 2 tit.3. lib 4 for gloſſa 1.ad fin.* Bernard. Diaz *in practic. crimin. Canonica cap.66. in nouis num.6.* Petrus Plaça *de delict. lib.1.cap.1. num.3.cum ſeqq.* Didac. Perez *in rubric.tit.9.lib.8, ordin. pag.*216. *col.2. verſic. aut dictum & in l.2. eiuſdem tituli,in gloſſa,demonſtrare,pag.226.col.1.&* 2. Ignat. ad Bernard. Diaz *in reg.784. col.1. &* 2. & nouiſſimè Azeued. *in hac l.2.n.214.& ſeqq.* 12



13 Vbi cum Humada *in l.25. tit.18.p.2. gloſſa 1. num.* 10. inquit ita in praxi & conſuetudine eſſe receptam, vt etiam ſi quis verum dicat & conueniat Reipublicæ manifeſtari crimen obiectum, ſi tamen animo iniuriandi id dicat vel fecerit, licet pœna ordinaria non ſit puniendus, extraordinaria tamen erit plectendus: & hæc ſententia in controuerſiis forenſibus meritò recepta eſt, vt enſa obiiciendi crimina iniquo animo omnino tollatur, licet præd. l. regia 1. part. plurimum retrahetur, ſecundum Ignat. Salzed. ad Bernardi *d.cap.66.littera B. verſic. verum*: & ita eſt tenendum, prout etiam tenet D. Ioan. Vela *de pæn. delict cap.16. pag* 89. *verſiculo,ego verè tametſi.* Gregor. Lopez *in d.l.1. gloſſa magna, verſiculo, ſed vt dixi*, contrarium teneat in foro contentioſo ex *d. l.* 1. & quamuis Farinac. *d. quæſt.* 105. *num.* 247. *cum ſequentibus*, relatis hinc inde 13. opiniones diuerſas reſoluat, quod veritas conuitij obiecti in iudicio excuſet, quod quidem verum non eſt, quando animo iniuriandi conſtet fuiſſe obiectum ſecùs aliàs.

14 Non obſtat *d. l.eum, qui nocentem in princip. ff. de iniurijs*, nec etiam d. leges regiæ ſupra in contrarium allegatæ, nec Doctrina Bart. eiuſque diſtinctio communiter approbata, de qua *ſuprà* dum probant verum conuitium exprobantem alteri, cuius manifeſtationem fieri, intereſt Reipublicæ eo probato, immunem eſſe ab actione iniuriarum: quia in primis reſpondemus, ea omnia intelligenda eſſe, quando præd. manifeſtatio & exprobatio ex cauſa ſit abſque animo iniuriandi, ſecundum Couarr. & Didac. Perez *vbi ſuprà*, cuius rei exempla ſunt ſumenda ex Felin. *in d. cap. cum in fine*, & Bernard. Diaz *d. regula* 784. in tribus prioribus limitationibus nempe quando dicitur verum ex cauſa correctionis, velut proximis auferatur nocumentum corporale, *puta tu es leproſus*, vel nocumentum ſpirituale, ne forte ordinetur, vel ne incapax ad ſucceſſionem bonorum, quæ habere non poteſt, admittatur, quæ latiùs proſequitur Didac. Perez *vbi ſupra*, qui expreſsè reprehendit Gregor. Lopez *vbi ſuprà* contrarium tenentem attenta *d. l.1. tit.9. part.7.*

15 Sed quia licet hæc reſponſio veriſſima in ſe ſit, attamen quatenus ad dictas leges ſpectat quæ generaliter loquuntur, videtur diuinatoria, violentiamque eiſdem quodammodo inferre: ideo ſecundo reſpondeo ipſas magis attendere ad obuianda & exterminanda delicta à republica, & ſic ad bonum commune ipſius, quàm ad bonum particulare offenſi, vt patet ex ſecunda ratione *d. l. 1. in fine*, cuius ſupra meminimus, ibi: *Porque los fazedores del mal, ſe rezelen de lo fazer, por el affrenta, e por el eſcarnio que recibiria del* (ſcilicet, *pudiendoſelo dar en roſtro otros, ſin pena prouandoſelo,*) hoc autem Chriſtianæ religioni non conuenit: nam licet lex illa in hoc reſpiciat bonum publicum, ſcilicet ne delicta committantur: poſtquam tamen fuerint commiſſa, non licet ea animo iniuriandi delinquenti obiicere, quia eſſet permittere malum: non enim ſunt permittenda mala, vt inde bona ſperentur, nec cum peccato aliquid permittendum, nempe delictum pro euitandis delictis.

16 Tertiò tandem reſpondemus, quod in materia concernenti peccatum ſtandum eſt omnino iuri Canonico, etiam in foro ciuili dicente Apoſtolo, *omne, quod non eſt ex fide peccatum eſt*, vt *in cap. fin. cum ſimil. de præſcript.* Denique ſufficit communis interpretatio noſtrorum Doctorum ad dictas leges regias ſupra aſſignatas. Primo loco, vt euitemus abſurdum, repugnantiam & contradictionem cum omni iure: præſertim cum interpretatio ipſa ex iure & ratione ſumatur.

Fit igitur ex ſupradictis, quod iniurians alterum malo animo indebitè, perperam & ſine iuſta cauſa, ſed vt propriæ iræ ſatisfaciat, conueniri poteſt & condemnari actione iniuriarum extra ordinem, licèt verum crimen obiecerit in iudicio vel extra iudicium, & expediat, vel non Reipublicæ eius manifeſtatio: non enim veritas conuitij, ipſum conuitiantem eximit à crimine iniuriarum, nec ab eius punitione, vt *ſuprà* probauimus & probatur *in l. Iuſtiſſimos, C. de officio rect. prouinciæ, l.2. C. quando & quib.4. pars debeatur lib.*10. & tenent præcitati authores, & Ignat. Salzed. ad Bernardum Diaz *in d.regula* 782.*col.*2. & Plaça *de delict.1. tom. cap.1.num.4.* & Azeued. *in præſenti num.*215. *cum ſeqq.* & ita obtinuit praxis, vt prædiximus. 17

Verùm, vt hæc reſolutio melius, exactiuſque explicetur, & noſtra quæſtio principalis aptius decidatur: obſeruanda ſunt, quæ ſequuntur tam ex præcedentibus collecta, quàm aliàs.

Primò peccatum quidem eſſe non omnino ab actione iniuriarum liberum, conuitium aſſertum in iudicio vel extra etiam verum, cuiuſque notitia Reipublicæ interſit, animo iniuriandi praua intentione dictum. Nam & ſi bonum ſit, ac Reipublicæ vtile nocentum crimina nota eſſe, eaque manifeſtari, prauus tamen animus reuelantis rem efficit iniquam, vt *in d. cum miniſter relegentes 23.quæſt.5.* Didac. Couar. *d.cap.11. n.6. verſic. ego quidem primum*, Ignat. Salzed. ad Bernard. Diaz *in regul.784. col.1.* vnde hic ab iniuriarum actione minimè immunis erit ſecundum Ægid. Boſſium *in titulo de iniurijs, n.3.* & Couar. *vbi ſuprà, verſic. primum*, poſt Oldrad. Ioan. Andr. Abb. Roman. & alios ſupra relatos, & cum eis Didacus Perez *in rubrica, tit.9 lib.8. ordin pag.*217. *colum.1. verſic. ſecus.* 18

Secundò, hoc probandum eſt, veri criminis exprobatione, cuius reipublicæ intereſt manifeſtationem fieri, ſecluſo animo iniuriandi, à peccato, & iniuriam actione immunem eſſe, ſiue in iudicio, ſiue extra, id acciderit, ita Bart. & ſequacium opinionum interpretandum eſſe cenſet Didac. Epiſcopus *vbi ſuprà, d.n.6. verſ.1. opinor*, Ignat. etiam. *vbi ſuprà.* 19

Tertio, tunc demum obiectionem veri criminis, & reipublicæ pernicioſi, ex iniurioſo animo procedere, quando abſque vlla cauſa, vtilitateve ipſius negotij, quod vertitur in iudicio, vel extra contigerit: quod ſi ex iuſta cauſa, exprobatio facta fuerit, præſumendum erit, non animo iniuriandi id contigiſſe, vt conſtat ex additione, Bart. *in d. l. eum, qui nocentem in princip. lit. H. ff. de iniurijs*, & ex pluribus authoribus deducit, & probat Couarr. *vbi ſupra, verſic* 3. ad præmiſſa, & ſequitur Ignat. *vbi ſuprà.* quod verum eſt, præterquam ſi vel ex rixa, aut verboſa litigantium contentione, aut ex aliis coniecturis iudex perpenderit animo iniuriandi, id proceſſiſſe ſecundum Couar. *vbi ſuprà, num.6.verſic. quartum*, & Ignat. etiam *vbi ſuprà. verſic. primo illum.* 20

Facilius tamen præſumitur animus iniuriandi extra iudicium, quàm in iudicio ex veri criminis, aut vitij obiectione, cuius reuelatio vtilis eſt, vel reipublicæ, vel proximo ſecundum Couar. *vbi ſuprà. verſic. quintum.* 21

Tametſi reuelatio extra iudicium etiam fieri 22

ri poſſit abſque iniuriarum crimine, eiuſque punitione, vel ob ipſius criminoſi correctionem, vel reipublicæ, aut proximi neceſſitatem, aut vtilitatem, cautè tamen id agendum eſt, vt tutè, & ſine peccato id fieri poſſit: non enim ſequitur, actioni iniuriarum locus non eſt, igitur nec detectio criminis peccatum habet, ſiquidem crimen occultum, etiamſi probari poſſit, non eſt detegendum ſaltem extra iudicium apud eos, pœnes quos delinquens infamatus non eſt, ſi damnum reipublicæ, vel proximi, aliter quam ea reuelatione euitari queat, cum ob ſolam vtilitatem reipublicæ, vel proximi permiſſum non ſit alterius famam veri criminis reuelatione lædi: hæc namque inconſulta detractio peccatum eſt, ex quo tenetur, quis famam alterius reſtituere, ſecundum D. Thom. & Caiet. 22. *quæſt.* 62. *art.* 2. *ad ſecundum*, dum tamen, ne ita famam reſtituat, vt ſe mendacem eſſe profiteatur, ex eiſdem, & ſecundum Maior *in* 4 *diſtinct.* 15. *quæſt.* 16. *col.* 4. & vtrumque ſequitur circumſpectiſſimus, D. Couar. *d. num.* 6. *verſic.* 6. reſoluens, hoc caſu iniuriarum actionem non dari, niſi praua intentione, exprobatio veri criminis fiat, tunc enim peccatum erit, licet ad reſtitutionem famæ non teneatur cum mendacio, & primum dictum probauit Did. Perez *in rubr. tit.* 9. *lib.* 8. *ordin. pag* 216. *colum.* 1.

23 Quarto obſeruandum eſt, eum, qui verum alterius crimen illi ex iuſta cauſa exprobauerit praua tamen intentione, minimè ab actione iniuriarum liberum eſſe, imo grauiter peccare, licet ad famæ reſtitutionem non teneatur, cum ea non oriatur ex vitioſa intentione, ita Adrianus Quodlibet. 11. *lit. R.* quem ſequitur Nauar. *in cap. inter verba* 11. *quæſt.* 3. *corollar.* 70. D. Couar. *vbi ſuprà, num.* 6. *verſ.* 7.

24 Ex quo deducit Adrian. quod ſi princeps iuſtam haberet cauſam bellum inducendi alicui oppido, vel prouinciæ, ſi tamen id inferat ex odio, vel rancore, peccat quidem, quia iniquè agit, non tamen contra iuſtitiam commutatiuam,
25 & ideo damna belli nō tenebitur reſtituere. ¶ Deducit ſecundo Ignat. eadem ratione iudicem, qui iuſte deberet Titium in centum condemnare, ſi tamen id faciat ex odio, inique facere, peccareque, ſed quia non iniuſtè, ad reſtitutionem non teneri.

26 Idem erit in quacumque alia ſententia iuſtè proferenda, vel alio quolibet actu iuſte gerendo, votove ferendo contra alterum, licet enim id iuſte fieri poſſit, ſi tamen ex odio, vel rancore fiat, peccabit hoc faciens contra charitatem ratione mali animi, non tamen contra legem iuſtitiæ, ac proinde ad reſtitutionem non tenebitur.

27 Quintò, vt ad noſtram quæſtionem principalem reſpondeamus, illud ad praxin & intellectum noſtræ l. regiæ. 2. *tit.* 10. *lib.* 8. *noua collect. reg.* ſummopere probandum erit: pœnam nempe palinodiam canendi, ſeſeque mentitum fuiſſe aſſerendi coram iudice, & honeſtis perſonis ſtatutam. 1. noſtra l. contra eum, qui alteri extra iudicium prauo animo in rixa, manifeſtam iniuriam inferendi intentione aliquod de contentis in noſtra l. conuitium dixerit, tunc demum locum habere, quando quis conuitium falſum obiecit.

Secus verò eſt dicendum, ſi præd. conuitium verum ſit, ſiue eius manifeſtatio vtilis ſit reipublicæ, ſiue non ſtante enim veritate conuitij non habebit locum præd. pœnam modo relata, *de deſdezirſe*, vt ex præcedentibus patet: licet extra ordinem is à iudice puniendus ſit iniuriarum actione, vt deducitur à mente D. Thomæ 2. 2. *q.* 62. *art.* 2. *ad ſecundum*, communiter receptis ſecundum Nauar. *in man. cap.* 10. *num.* 45. qui & ſi, qui falſo, & iniuſte famam alterius abſtulit, teneatur reſtituere famam confitendo ſe falſum dixiſſe, tamen, ſi id fecit verum dicendo, ſed iniuſtè, putà cum aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitum, tunc tenetur ad famæ reſtitutionem, quantum poteſt ſine mendacio, tamen eſſet enim mendacium apertum, cum verum eſt crimen obiectum, dicere obiicientem, falſum dixiſſe, atque ſe mentitum fuiſſe: non enim licet, mentiri etiam pro ſalute totius mundi, vt affirmant. Sanct. Thom. & reliqui, & in terminis hanc reſolutionem modo præcedentem tenet inſignis Couar. *vbi ſup. d. lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 11. *num.* 6. *verſi. primum. & num.* 7. *verſic. octano*, & Dominic. à Soto *lib.* 1. *de iuſtit. & iur. quæſt.* 6. *art.* 3. *pag. mihi* 331. *colum.* 1. Nauar. *in man. cap.* 18. *num.* 48. *idem* Sotos *de ration. tegend. & deteg. ſecret. in* 2. *quæſt.* 1. *conluſ.* 5. *fol.* 9. *col.* 1. & late Petrus Plaza, *d. cap.* 1. *num.* 6. & 7. Ioann. Vañez Parlad. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 17. *num.* 53. Auiles *in proæm. circa prat. num.* 20. *ad fin.* Ignatius Salzedo, in addit. ad Bernard. Diaz *in regul.* 784. *illatione* 5. Alcozer in *ſuo confeſſionario*, *cap.* 22. *fol.* 80. *col.* 1. Eman. Rodrig. *in ſua ſumma.* 1. *tom. cap.* 233. *in tertia concluſ.* 3. *in princip.* & plures referens Petrus Nauar. *lib.* 2. *de reſtitut. cap.* 4. *num.* 379. dicens, quod ita fatentur omnes, quos in ſe legerit id, quod in praxi approbatur, ſecundum Humad. & Azeued. *vbi ſupra, num.* 216. *& ſeq.* vbique extra ordinem eſt puniendus: eſt quam profectò veriſſima, & communis atque in praxi quotidie recepta hæc doctrina, atque ita proculdubio tenenda, iuxta quam ſemper ſoleo conſulere: tametſi Greg. Lopez *in d. l.* 1. *gloſſ. verſic. quid tamen tit.* 9. *part* 7. de hoc dubitet: & quamuis Anton. Gomez 3. *tom. var. reſolut. cap.* 6. *de iniuria, num.* 2. licet præd. communem ſententiam ſequatur, quoties expedit reipublicæ manifeſtari crimen verum obiectio, contrarium probet, ſi illud crimen non expediat reipublicæ ſciri, licet verum ſit, nempe vt tunc teneatur canere palinodiam ſeſeque mentitum eſſe profiteri: quod quidem falſum prorſus eſt, vt conſtat ex ſupradictis, vtroque enim caſu probata veritate criminis obiecti indiſtinctè locum non habet pœna canendi polinodiam, de qua in noſtra l. licet aliàs extra ordinem puniendus ſit huiuſmodi offenſor, quod præterea probatur *in l.* 46. *tit.* 2. *pag.* 361. *E diziendo contra otro, que es ſu ſieruo, o lo infamando diziendo del otro mal ante les homes: ca en tales coſas como eſtas, ò en otras ſemejantes dellas, aquel contra quien ſon dichas, puede yr al iuez del logar, è pedir que conſtriña a quel que las dixo, que le faga demanda ſobre ellas en juyzio, e que las prueue: e que ſe deſdiga de ello, ò que le faga otra enmienda qual el juzgador entendiere que ſera guiſada:* Ergo probatis verbis iniuriæ, *no ſe ha de deſdezir*, quod etiam proculdubio indiſtinctè, & generaliter probatur *in d. l.* 1. *tit.* 9. *part* 7. *& l. fin. tit.* 6. *part.* 7. in verbis *ſuprà*, relatis.

Sextò, vt materia hæc radicitus enucleetur, obſeruandum erit, quod ſi quis famoſo, quod aiunt libello, potius quàm iuſta delatione, alterius opinionem læſerit, vera illius crimina manifeſtans capitali pœna erit puniendus: oportet namque, idque magis publicæ vtilitati conuenit, viros ſceleratos, potius accuſationibus ad iudi- 28



cem deferri, quam famoſis libellis extra iudicium in maximam omnium perniciem infamari, & hac ratione optimè procedit deciſio text. hoc diſponentis *in l.* 1. *C. de famoſ. libell.* vt declarat latè, & expreſsè decidit l. Regia 3. per totam, *titul.* 9. *partit.* 7. vbi *in fine*, reddit rationem, quare probatio hac in ſpecie contentorum in libellis infamatoriis admitti non debeat, ſcilicet. *Porque el mal que los homes dizen vnos de otros por eſcripto, ò por rimas es peor, que aquel que dizen de otra guiſa por palabra, porque dura la remembranza dello pora ſiempre, ſi la eſcriptura no ſe pierde, mas lo que es dicho de otra guiſa por palabra olnidaſe mas ayna.* Didacus *vbi ſuprà, d. lib.* 1. *variarum reſolut. cap.* 11. *num.* 6. *verſiculo ſecundo*, latiùs Plaça *dicto cap.* 1. *num.* 5. *& cap.* 3. *per totum.* Anton. Gomez 3. *tom. variar. reſolut. cap.* 6. *de iniur. num.* 1. Iul. Clar. *in practica crimin.* §. *final. quæſt.* 68. *verſiculo, libelli famoſi*, Farinac. *in quæſtionibus criminalib. quæſtione* 42. *num.* 11. *cum ſeqq.* & plurimos alios citat idem Farinac. *dicto* 3. *tom. quæſtione* 105. *num* 241. vbi de communi ex aliorum teſtimonio teſtatur, ſed *num.* 241. refert alios Doctores tenentes contrariam opinionem, quando libellus famoſus contineat conuitium, quod expedit Reipublicæ illud ſciri & notum eſſe, vt tunc ſcilicet veritas conuitij probari excuſet, *&* *num.* 243. *cum ſequenti*, agit, an hæc vltima ſententia procedat de iure Canonico necne, & referens alias, duas opiniones contrarias in hoc *num.* 244. reſoluit (dicant Doctores quidquid velint) ſemper ſibi fuiſſe durum crede, quod iura ciuilia ſeu Canonica permittant poſſe per libellum famoſum famæ & honori alterius detrahi, & poſt detractionem ad effugiendum pœnas poſſit idem detrahens dicere, ſe velle probare contenta in libello eſſe vera: & quod propterea non immeritò iſta controuerſia fuit ſublata per ſanctiſſimum Pontificem Pium V. ſua ſuper eius conſtitutione lata, qua, cauetur pœnam libelli famoſi locum habere, etiam quod in eo fuerint vera expreſſa, idem probat *num.* 248. dicens quod ita ſeruatur in practica, tam de iure ciuili, quàm Canonico.

29 Septimò, ex ſupradictis apparet puniendum etiam eſſe eum, qui in iudicio aduerſarium infamauerit exprobans illi verum etiam crimen, quod tamen nihil ad propriæ iniuriæ comprobationem, vel defenſionem attinet: ex hoc ſiquidem animus prauus deprehenditur, & ideò iniuriarum actione, is tenetur *l. quiſquis, C. de poſtuland.* nec quicquam refert, expediat Reipublicæ, an non ad crimen manifeſtari ita D. Couar *vbi ſuprà, verſiculo tertium*, & Plaça *dicto cap.* 2. *num.* 4. *in* 3. *concl.* & Ignat. Salzed. ad Bernard. Diaz *in regula* 784. *verſiculo ſecundo*, ex his & Farinac. *vbi ſuprà d. quæſtione* 105. *num.* 239. vbi plures alios citat.

Idem erit etiam, ſi veri criminis exprobatio in iudicio facta pertineat ad ipſius cauſæ deciſionem, ſi vel ex rixa, aut verboſa litigantium contentione aut ex aliis coniecturis iudex collegerit exprobationem huiuſmodi animo iniuriandi proceſſiſſe, ſecundum Didac. Couar. *vbi ſuprà, in verſiculo* 4. faciliùs tamen animus iniuriandi extra iudicium, quàm in iudicio præſumitur ex veri criminis, aut vitij obiectione, cuius reuelatio vtilis eſt vel Reipublicæ, vel proximo, ſecundum eundem Didac. *vbi ſuprà verſiculo, quintum*, & diximus *ſuprà*, *num.* 21.

30 Octauò, tandem ex ſuperioribus deducitur minimè eſſe puniendum illum, qui in iudicio ad repellendum accuſatorem, vel teſtes, defectus, vel crimina obiecerit, dummodo legitimè probet, aliàs ſecus: is enim non nocendi animo, ſed vt propriæ cauſæ conſulat feciſſe intelligitur, vt tenet Oldrad. *conſil.* 53. conſueuit dubitari Ioan. Andr. in addit. Speculat. *titulo de iniur.* eſt communis, vt plures allegans affirmat Didac. Perez *in l.* 1. *in gloſſa verbo, tacha ò teſtigos, col.* 959. *verſiculo, poſtremo, tit.* 4. *lib.* 3. *ordinament.* & Ignat. Salzed. *vbi ſuprà. verſiculo tertio ex hoc deducitur*, & licet de generali conſuetudine Regni Franciæ & ſi nihil probauerit obiiciens crimina contra teſtes, minimè teneatur ſecundum Boer. *conſilio* 4. *num.* 49. neque vnquam vidiſſe procedi contra illum qui contra teſtes crimina, vel alios defectus obiicit in Mediolanenſi Ducatu, teſtetur Iul. Clar. *lib.* 5. *recept. ſentent.* §. *fin. quæſt.* 53. & communem plurimos referens Farinac. *vbi ſuprà, num.* 255.

In Hiſpaniarum tamen Regnis praxis forenſis communem prædictum ſententiam recipit, ſecundum Ignat. Salzed. *vbi ſupra* eritque vtile proteſtari in hac ſpecie de animo non iniuriandi, vt per doctores vbi ſupra præcipuè Guilier. & alios *in l. fin. ff. quod quiſque iur.* & Socin. *conſil.* 118. *num.* 5. *lib.* 1. vbi præfatam ſententiam dicit communem & veram & Petr. Gregor. *in ſyntagm. iur. vniuerſ. par.* 3. *lib.* 38. *cap.* 5. *num.* 6. aduerſus alios tenentes ſufficere præd. proteſtationem, licet non probetur obiectus proteſtatio, ergo ſine probatione non releuauit, vt conſtat ex pleriſque & Socin. *d. conſil.* 118. *col.* 3. & 4. & eſt verior & communis plures referens probat & teſtatur Farinat. *vbi ſupra d. q.* 105. *num.* 256. *cum ſeqq.*

Hinc etiam eſt, quod aduocatus ſeu pars obiiciens defectus aduerſus electum, vt impediatur electio, vel vt repellatur à iudicio, quia eſt excommunicatus; ſi probet coniecta, non tenebitur actione iniuriarum, quia id facit iure permittente pro ſua vel ſui clientuli defenſione, vt in ſpecie probat Didac. Perez *in rubrica tit.* 9. *lib.* 8. *ordinamenti pag.* 216. *col.* 1. *circa fin. verſic. ex quo infertur*, idem aſſerens reſpectu repulſarum coniecturarum contra teſtes, de quo *ſuprà*. 31

## SVMMARIVM.

1 *Famæ reſtitutio, quomodo ſit facienda ei, cui animo iniuriandi verum crimen obiectum fuit, & numeris ſequentibus.*

## QVÆSTIO CXXIII.

### *De reſtitutione famæ infamato facienda de vero crimine.*

QVÆRO modo, in quæſtione præcedenti reſoluimus eum, qui verum crimen alteri obiecerit animo iniuriandi, ſiue in iudicio, vel extra probata veritate criminis, non teneri palinodiam canere confitendum ſe falſum dixiſſe, aut mentitum fuiſſe, ſed teneri ad famæ reſtitutionem, ¶ nunc opportunè hæc quæſtio expoſcit, quomodo in hac ſpecie famam reſtitui oporteat, vt conſcientiæ conſulatur & ſatisfiat pro eius introductione, atque intellectu obſeruandum eſt, nos hic agere, quando proditur crimen alterius occultum, quod eſt verum; nam 1

ſi

ſi eſt publicum & notum his, coram quibus dictum fuit, quamuis prauo animo iniuriandi, iam non dicitur occultum prodi, nec detegi, ac proinde licet peccatum admittatur, propter malum animum, vt *in quæſt. præd.* reſoluimus, nulla tamen famæ reſtitutio eſt facienda, cum ea non ſit ſublata per conuitium verum prolatum notum illis, coram quibus dictum fuit: & ita ſunt intelligenda quæ ſequuntur: hoc ſic præhabito in quæſtione præmiſſa.

2 Diuus Thomas 2. 2. *quæſt. 62. art. 2. ad ſecundum*, à nobis ſæpè *in quæſtione præcedenti*, allegatus in hac materia in tertio membro ſuæ diſtinctionis inquit: quod quando quis alteri famam abſtulit verum dicendo, ſed iniuſtè: puta cum aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitum tenetur ad reſtitutionem famæ, quantum poteſt, ſine mendacio tamen, vtpote quod dicat ſe malum dixiſſe, vel quod iniuſtè eum diffamauerit: vel ſi non poſſit famam reſtituere, debet eum aliter compenſare, ſicut & in aliis dictum eſt, idem D. Thom. *in quarta ſentent. diſtinctione 15. quæſt. 2. art. 5. ad ſecundum*, & Scotus *eadem diſt. quæſt. 4.* & D. Thom. eſt communiter receptus in hoc ſecundum Nauar. *in man. cap 18, num. 15.* & omnes ferè antiqui idem iudicarunt, ſecundum magiſt. Michael Salon *de iuſt. & iur. in 2. 2. D. Thom. quæſt. 62. art. 2. de reſtitutione famæ controuerſ. 15. col. 677. verſic.* Diuus Thomas vbi quod ſecundum eos debet huiuſmodi infamans adire eos, apud quos occultum fratris ſui delictum propalauit, & affirmare, quod modo retulimus ex D. Thom. cuius in hoc doctrinam citat & ſequitur etiam D. Couar. *lib. 2. var. reſol. cap. 11. num. 6. ſub verſ. ſextum*, & Greg. Lop. *in l. 1. gl. magna verſ. in cogita, tit. 9. part. 7.* & Auiles *in proœm. circa Prætorem gl. 1. num. 20. ad fin.* Ignat. Salzed. in addit ad Bern. Diaz *in reg. 784.* ille ſcilicet eſt communis vt plures allegans teſtatur Petr. Nauar. *reſtit. lib. 2. cap. 4. n. 378. cum ſeq.*

3 Hoſtienſ. verò *in ſumma de pœnit. & remiſſ. in verſiculo, quid de accuſatore*: inquit hoc non ſufficere. Quinimò Caietan. ſuper D. Thom. *dicto articulo 2. ad ſecundum*, & poſt eum cæteri cenſent: quod ſi illi, coram quibus præd. famæ reſtitutio facienda eſt, ſunt perſonæ, aliquid ingenij, & notitiæ de modo reſtituendi famam, habentes, talis reſtitutio non eſt facienda, quia magis eſſet confirmatio primi dicti, quàm reſtitutio famæ, ſicque citius & ſæpius nocebit, quod omnes poſteriores ſequuntur.

4 Quare Ioan. Maior *in d. diſtinct. 15. quæſt. 26. colum. 4.* aſſerit, oportere & ſatis eſſe, ita dicere: quando tale delictum de tali dixi illud verum exiſtimabam, ſed adhibita poſtea diligentia inueni me praue loquutum.

5 Hic tamen modus, licet apud ruſticos & ſimplices vtilis ſit, & ſufficiens, quia ſine mendacio: eo namque audito credent, niſi ſint ſagaces & perſpicui (vt plerique hodie præcipuè in ſimilibus noxiis & malitiis ſunt) credent fratrem illum, nihil tale commiſiſſe: attamen apud ſapientes, prudentes & doctos viros, potius eſt confirmatio præcedentis dicti, & commemoratio iniuriæ illatæ, quam retractatio ſeu honoris reſtitutio, vt dicebamus cum Caietano de priori modo reſtituendi famam: homines enim, vel mediocriter inſtituti, cum intelligant eum, qui falſum crimen fratri impoſuit, teneri ad ſe ipſum aperte retractandum, & affirmandum ſe eſſe mentitum, videntes illum infamatorem hoc non facere, ſed illud tantum vidiſſe, ſe iniquè & iniuſtè fuiſſe loquutum, vt per Diuum Thomam vel id, quod Maior aſſerebat, firmius credent, verum eſſe delictum illud, quod antea de fratre illo retulerat, vel illi obiecerat in opprobrium: quare prædictos duos modos reſtituendi famam proximo in noſtra ſpecie, non probant recentiores vt conſtat ex ipſis.

Similiter, nec tertium dicentium, debere infamatorem tunc vti amphibologicis verbis, vt ſic ipſe non mentiatur, & tamen alij arbitrari poſſunt fuiſſe mentitum, quoniam eodem morbo laborat hic modus, quo priores, & reuera, præterquam, quod hoc genus mendacij eſſet, nihil vtilitatis afferret. 6

Quare obtinuit apud modernos alius quartus modus huiuſmodi, vt infamator coram eis, apud quos proximum ſic diffamauit, debet tacendo de priori dicto (hoc eſt) conuitio, laudare (cum veritate tamen) perſonam illam à ſe ſic offenſam, pluriès declarando, vel aſſerendo, quod credat ipſum virum bonum, & curare, vt ſic habeatur ab illis: cautè tamen, ne videatur hoc facere pro reſtitutione, quia alias eſſet infamiæ confirmatio, ſeu reiteratio: & quamuis inde alij, eo quod non ſe retractat, colligant verum non tamen amplius ipſe facere valet; huiuſmodi author fuit Caietan. vbi ſupra verſiculo in eadem reſponſione ad ſecundum: ſequitur Dominicus à Soto *de Iuſtitia & iure, lib. 4. quæſtione 6. artic. 3. in quarto argumento in verſiculo, ſed reuera*, ibi: ob idque idem Soto *de ratione tegend. & detegend. ſecret. quæſtione ſecunda primi membri fol. 9. colum. 1. in quinta concluſione*, & Nauar. *in manual. dicto cap. 18. ſub num. 45. verſiculo, qui modus, ibi*, apud quos præſtaret Cordoua & Mercado relati à Petro Nauarra *lib. 2. de reſtitutione cap. 4. num. 379.* eſtque hic modus magis receptus à Doctoribus recentioribus ſecundum Magiſtrum Salon *vbi ſupra, columm. 678. verſiculo* Caietanus hic *iuncta. columm. 685. in verſiculo, ex his modis*: & hic modus reſtituendi famam in hac ſpecie videtur magis idoneus, ſecundum Ludouic. Carbo *de reſtitut. quæſt. 18. verſic. 4. concluſio, pag. 112.* 7

Verum, quod ego colligo, primus modus Diui Thomæ ſupra relatus communis omnium prope antiquorum eſt, & magis receptus, is quam veriſſimus & ſufficiens, niſi malitia hominum creuiſſet quapropter & ſi eum non reiiciam, imò credo eum, qui eo vſus fuerit tutum remanere in conſcientia. 8

Modus Caietani & ſequacium prænarratus receptus videtur à recentioribus & magis conueniens, nec non & ſatisfactorius, ac proinde probabilior; tametſi eum improbet Salon *vbi ſuprà dicta col. 678. ad fin.* ſed quod ſit magis idoneus, affirmat Carbo *de reſtit. quæſt. 18. col. 4.*

Sed poſt antiquos & recentiores Theologos, 9
inſurrexerunt nouiſſimi alij, qui nimis acuentes
ingenium, cenſent hunc infamatorem, de quo
agimus, debere his, quibus occultum fratris de- 10
lictum iniquè reuelauit, affirmare ſe falſum &
mendacium dixiſſe, quod probare ex ſequentibus nituntur.

Primò, quia diuerſa ſunt, affirmare fratrem, nihil tale feciſſe: & affirmare, ſe falſum, & mendacium protuliſſe. Primum namque nullo modo licet affirmare, cum verè id fecerit frater, ſecundùm verò benè licet, quia non eſt mentiri, ſed verum aſſerere, licet vtatur verbis æquiuocis & ambiguis: cum enim aliquis iure poteſt, vel debet occultare aliquam veritatem, 11





eodem iure licet illi vti prædictis verbis ambiguis & æquiuocis quibus in medium prolatis, propter varios illorum ſenſus, veritas illa occultatur abſque mendatio, acceptis quidem in alio ſenſu ab audientibus, quam à dicente proferuntur, qui eſt etiam verus quoad ipſum proferentem, exemplo rei contra ordinem iuris interrogati, nec non & teſtis, qui contra iuris ordinem compellitur teſtimonium dicere: in vero delicto fratris poſſunt enim huiuſmodi vti verbis ambiguis, quibus ab ipſis in vno ſenſu, ſed vero prolatis decipiant iudicem alio ſenſu illa accipientem, vt latè reſoluimus *ſuprà alia quæſtione.* Similiter in confeſſario, qui à tyranno cogetur reuelare confeſſionem aliquam, idem probandum, nec non in clerico, qui à iudice cogeretur dicere teſtimonium in cauſa ſanguinis: & in huiuſcemodi deceptionibus non mentitur, qui ita loquitur, cum verba ipſa in aliquo ſenſu ſint vera, nec ipſe dicipit audientem cum non teneatur illi aperire veritatem, ſed occultare potius, & audiens ſe ipſum decipit accipiens illa in aliam ſenſum, cui non tenetur illa verba proferens ſe conformare: ergo cum infamator teneatur fratri ſuo famam reſtituere commodiori via, qua poterit abſque mendacio vt per D. Thom. *vbi ſuprà*, communiter receptum, & nulla alia melior ſit hac, vt patet ex prædictis: ergo hæc eſt adimplenda & iniungenda.

12 Secundum & clarius huius opinionis fundamentum eſt, huiuſmodi: quemadmodum duplex eſt verum, aliud ſpeculatiuum, & aliud practicum: ſpeculatiuum, quod conſiſtit in adæquatione rei ad intellectum: ab eo enim quod res eſt, vel non eſt, conceptio intellectus noſtri ſicut & oratio dicitur vera, vel falſa: practicum autem verum eſt, quod conſiſtit in adæquatione iudicij, vel operis ad voluntatem recta ratione gubernatam, circa quod verum verſatur prudentia, vt docet Ariſtot. *6. ethic. c. 2.*

13 Ita quoque duplex eſt falſum, vel mendacium. aliud ſpeculatiuum, quod conſiſtit in diſſonantia rei ad intellectum, vnde prodiit illud proloquium, intellectus intelligens, vel iudicans aliter, quàm res eſt, fallitur; practicum verò falſum vel mendacium dicitur, quod conſiſtit in diſſonantia rei, vel actus ad voluntatem recta ratione gubernatam, conſonatque cum appetitu prauo, in quo falſum inclinat ex eodem Ariſtotele: vnde opus, vel dictum iniquum, & contra rectam voluntatem & rationem dicitur verè falſum practicum: ergo iuxta hanc diſtinctionem falſi ſpeculatiui & practici, poteſt excuſari à mendacio huiuſmodi infamator, dicendo ſe falſum dixiſſe, nempè reuelando prius crimen occultum fratris iniuſtè, quamuis verum commiſit falſum practicum, licet ſpeculatiuè dixerit verum: & quando an reſtituendam famam, affirmauit ſe falſum & mendacium protuliſſe non mentitur, ſed aſſerit verum, cum eius dictum præcedens, quo eum infamauerat fuerit iniquum, & omnis iniquitas ſit falſum practicum: ſunt enim innumera loca ſacræ Scripturæ, in quibus veritas pro bono opere, ac falſitas & mendacium pro peccato ſumitur, quæ congerit Salon *vbi ſuprà, colum. 681.*

His fundamentis fertur hanc nouiſſimam opinionem, probaſſe Melchior Cano in lectura dicti articuli D. Thomæ & patre Manſo, dum eundem Compluti explicaret, & aliis doctiſſimis viris teſte Salon *vbi ſupra, columm. 679.* vbi *& in ſequentibus* eam latius comprobat, eandem nouiſſimè ſequitur alios allegans Emanuel Rodriguez *in ſua Summa 1. tom. cap. 153. concluſ. 2. num. 3.* dicens, *que puede eſte tal infamador dezir que mintio, entendiendo que ſalio fuera de los terminos de la ley diuina y natural, como aca ſolemos dezir, à fulano ſe le mintio el braço, que quiere dezir que ſe le deſconcertò, y ſalio de ſu natural encaje, y que aſſi lo explicò y defendio publicamente en vn acto mayor el padre fray Luys de Leon, preſidiendo en el en la Vniuerſidad de Salamanca, y que arguyendo contra el todos los Maeſtros que eſtauan preſentes, eſpecialmente fray Bartolome de Medina ſe conuencio y confeſſo publicamente, que el dicho preſidente tenia razon, y lo puſo deſpues en ſu* Summa lib. 1. cap. 14. §. 34. & §. 31. verſiculo *cabeça 7.* regula 4. *y que le ſigue Nauarra, confirmandola con algunas razones muy doctas, lib. 2. de reſtitutione cap. 4. numer. 579. cum ſequentibus, y el padre. Enriquez en ſu Summa lib. 2. de pœnitentia cap. 12. n. 6.* qui idem probant.

Mihi autem nouiſſimo, & minimo Scriptorum, hæc vltima opinio ſalua eius authorum pace, non placet, quin potius videtur ſpeculatiua & in ſcholis, actiſque publicis ſubſtentabilis, non verò tenenda in actu practico, aut conſulenda à confeſſariis, ne ſuos pœnitentes faciant infamari de mendacio ex ſequentibus. 14

Primò quoniam negari non poteſt eſſe hanc poſtremam opinionem contra doctrinam communem & receptiſſimam D. Thomæ *in 2. 2. quæſtione 62. art. 2. ad ſecundum*, vt *in quæſt. proximè præcedens*, aſſeruimus, atque latè probauimus, aſſerentis iſtum modum reſtituendi famam, affirmando, ſe dixiſſe falſum, illi tantum infamatori tribui, qui alteri crimen aliquod falſo impoſuit, non verò illi, qui verum, quamuis iniquè reuelauit, at ſi iſte modus in hac vltima ſpecie eſſet accommodatus, docuiſſet illum Sanctus Thom. cùm optime ſciret diſtinctionem falſi ſpeculatiui, & practici, cum ergo illum non docuerit, ſed potius indiſtinctè contrarium, nempè reſtituendam eſſe aliter famam, modo, quo prædiximus in principio huius quæſtionis, ſine mendacio tamen, vt idem Diuus Thomas exprimit communiter quoque receptus: ergo opinio hæc nouiſſima ſuſtineri non poteſt.

Nec quicquam præſtat ſolutio & reſponſio ad hoc primum fundamentum à nouiſſimis præſtita, nempè aſſerendo infamator, ſe protuliſſe falſum eo modo, quo ipſi exponunt, vt ſupra in ſecundo fundamento ſuæ opinionis: nullum, vt conſtat, dici mendacium, imò vere loquitur: nec quia docet Sanctus Thomas, quod prædiximus de modo reſtituendi famam, falſum infamatorem, ſequitur, non licere infamatori, qui verum iniquè detexerit, dicere, ſe falſum dixiſſe, quia Diuus Thomas in hoc propoſuit doctrinam ſuo tantum tempore receptam.

Non obſtat inquam hoc: quia in primis, quatenus attinet ad primam partem huius reſponſionis diluitur faciliter, conſiderando, quod ſecundum puritatem: ſinceritatem atque integritatem & communem ſenſum verborum prolatorum in rei veritate non benè ſe compatiuntur, aliquem eſſe verè criminoſum, & qui hoc protulit cum veritate dicere poſtea ſine corruptione ipſius, falſum in hoc ſe prius dixiſſe, vt patet ad oculum: at verò illud de falſo ſpeculatiuo, & falſo practico, magis menti, quam verbis conuenit, eſtque præuaricare, atque adulterari proprium ſonitum verborum, & viis & modis

exquiſitis illudere, atque ſubterfugere eorum propriam ſignificationem: quod ſi adhuc concedamus prædict. diſtinctionem, potius ſubtilis ſpeculatiua & metaphyſica eſt, quàm practica & exiſtens.

Denique, quantum ad ſecundam partem reſponſionis, benè conſtat ex ea inſufficientem eſſe, quando quidem ſolum concludit D. Thomas tantum propoſuiſſe doctrinam ſuo tempore receptam: nam cum ipſa in ſe vera ſit, dicere prius verum, & poſtea illud retractare, quid quæſo eſt quam repugnantia expreſſa, duo enim contradictoria in ſenſu perfecto non poſſunt eſſe ſimul vera: & tandem cum ſuo tempore & poſteà vſque modo ſit recepta, non licet ab ea, per nouas & periculoſas, vel ſaltem contra communem ſenſum & ſonitum verborum adinuentiones, recedere.

Secundo contra præd. nouiſſimorum opin. moueor, quoniam, ſi ea vera foret, ſequeretur inde nullum eſſe diſcrimen inter reſtitutionem famæ falſo & verè ablatæ, ſed iniquè læſæ, hoc tamen eſt abſurdum, ergo, &c. Nec obſtat ſi reſpondeatur huic fundamento, aliquod nempè eſſe diſcrimen: nam qui falſo infamauit, debet dicere apertè ſe eſſe mentitum & infamatum nihil tale commiſiſſe: in ſecundo vero caſu infamator tantum debet dicere, ſe falſum protuliſſe: ſiquidem, idem eſt vtrumque, & prætetea in priori caſu, non eſt amplius dicendum, quam quod falſo dixit, vt per Sanctum Thomam & omnes, quia in hoc reliquum ſubincluditur, ſicut in ſecundo caſu: nec perſiſtat aliquis dicendo, nihil intereſſe quod vtroque caſu eadem reſtitutio famæ iniungatur, hoc enim, quantum diſtet ab ipſa veritate, quilibet ſanæ mentis iudicare facile poterit: ſiquidem tantum diſtat inter hos caſus, quantum verum à falſo

Tertiò ex eo prædicta nouiſſima ſententia confunditur, quod ſecundum eam confundatur etiam reſtitutio famæ vtroque caſu, ſi promiſcuè in vtroque eodem modo reſtitui debet. Quinimo apud Theologos peritos, qui hanc doctrinam nouam callent, & omnes eorum auditores & rectores, quin etiam & penes cæteros homines, qui à peritis edocentur, & in dies magis & plures per eius promulgationem edocebuntur, non erit ſufficiens prædicta ſatisfactio retractationis, cum poſſint intellegere, & intelligant, ſemper eſſe adinuentam & confictam ad ſatisfaciendum verbis, non verò re ipſa, & ſic ſubterfugium eſſet potius, quam realis ſatisfactio, ac proinde infamatum verè crimen illud commiſiſſe, non obſtante prædicta ſatisfactione, ſicque penes eos remanebit etiam infamatus, tandem non diſtinguetur vera ſatisfactio à conficta & confuſio vtriuſque fiet, quod eſt perniciosiſſimum in Reſpublica Chriſtiana.

Nec quicquam valet ſolutio prætenſa ad hoc fundamentum, ſiquidem ex eo iam vides, plurimos etiam indoctos eandem euaſionem ſcituros: denique non obſtat, quod vir Theologus quamuis hoc calleat, teneatur in conſcientia ſuſpendere actum & iudicium, an infamatus commiſerit talè crimen, vel non: quod ſi aliud faciat contra infamatum, hoc malitiæ ipſius imputetur, infamatus namque iam fecit, quod in ſe eſt: quoniam negari non poteſt, quin hoc ſit, laqueum iniicere Theologis, nouis atque nociuis excogitationibus: hoc autem non licet.

Quarto, aduerſus præfatam nouiſſimorum opinionem conſidero, & quidem vrgentiſſimè quod communiter infamati remanebunt prædicti infamatores, dicendo ſe falſum dixiſſe cum tamen aliàs iuxta ſolidam & veram Theologiam minimè teneantur affirmare ſe falſum dixiſſe, nec mentitos fuiſſe, quando crimen obiectum, ſiuè conuitium eſt verum, ac proinde excluderentur à dignitatibus & officiis publicis, & à teſtimonio ferendo in cauſis iudicialibus, hoc autem, quantum abhorreat à recta & naturali ratione nemo ignorat: præſertim inter Hiſpanos, apud quos eſt notabiliſſima infamia quem ſe retractare, ac dicere falſum ſe prius dixiſſe, & haberi pro mendace, eliget ſiquidem vir honeſtus & grauis, quoduis aliud crimen de ipſo potius dici, quam quod ſi retractauerit hoc eſt, *que ſe deſdixo*, quod autem ſit reputata communiter pro maxima infamia hæc ſcilicet, *deſdezirſe vn hombre honrado, diziendo que mintio, ò dixo falſo en tal afrenta que dixo, ò hizo à otro*: apertum eſt, & illa dicitur infamia facti, quæ pro tali communiter reputatur, vt quam plurimus probari poteſt: ergo habemus intentum.

Nec ſatisfacit reſponſio à contrariæ partis authoribus, huic fundamento accommodata, quæ habet quod quando ipſe reſtituens famam, periclitatur de maiori infamia ſtandum eſt arbitrio prudentum & compenſata æqualitate famæ vtriuſque eſſe iudicandum.

Hæc namque euaſio ſecum trahit infirmitatem reſponſionis, innuitque clarè vim argumenti contra ſe, ſi quidem diuerſa cauſa eſt veri criminis exprobatio, de quo hic agimus, à falſo de quo hic non agimus.

Denique & quinto, non parum conducit, perpendere nullo iure caueri, nec ſaltem aliquo ſolido fundamento probari poſſe, quod exprobans verum crimen alteri, teneatur coram eiſdem affirmare ſe falſum dixiſſe: quare igitur ex capite ferè cum tam graui damno inducenda eſt obligatio adeo pœnalis reſtituendi famam, recedendo à communi doctrina S. Thomæ communis omnium magiſtri, & reliquorum?

Sexto in ſumma, moueor: quia vtcumque ſit, cum verum dixerit infamator, quamuis iniquè: dicere poſteà, falſum dixi, directa profecto contradictio verbalis atque literalis eſt, ſecundum communem verborum ſenſum & intellectum, vt patet, qui in iudicando attendendus eſt *cap. ex litteris el primero, de ſponſalibus*, ibi, *ad communem verbi intelligentiam recurratur*: congerit plurimos in propoſito Mexia *in lib. regia Toleti, de los terminos, in primo fundamento ſecunda partis num. 6. cum ſequentibus*, ac proinde nullo modo conſulenda, niſi malueris plures receptiſſimas & veras ſanctorum Doctorum tranſgredi, vt offenſo plus debito conſulas & anxium pœnitentem graues, & anxiorem dimittas, & ipſe nolit huiuſmodi pœnitentiam & ſatisfactionem acceptare, ſed potius ſe cum doctrina Sancti Thomæ, vel Caietani & ſequacium magis recepta confirmare: quis condemnauit, hunc confitentem? nullus profecto: ergo nouiſſima præfata opinio contraria, illuſoria eſt non ſolum, ſed imò etiam maximè nociua obedientibus. Finem denique facio huic diſputationi aſſerendo, fugiendum eſſe in praxi ab hac nouiſſimorum opinione, tanquam rigida, periculoſa & non firma: & doctrinis variis & peregrinis nolite abduci, vt aliàs inquit Apoſt. Paul. ad Hæbr. c.13.

Non obſtat primum fundamentum partis contrariæ, quoniam negamus eſſe verba ambigua, dicere & affirmare infamatorem ſe falſum dixiſſe, quia imò ſunt verba clara contradictoria conuitij veri præcedentis maximè ſecundum communem ſenſum & intellectum verborum, qui eſt attendendus, vt probauimus: neque obſtat, quod reus præter iuris ordinem & iniquè à iudice interrogatus, an crimen commiſerit, poſſit verbis ambiguis reſpondere: quod ſi iterum vrgeatur à iudice clare reſpondere ipoſſe directè negare crimen occultum à ſe commiſſum, abſque mendacio, intelligendo eo modo, quo iudex interrogat iniuſtè, vt reſoluimus ſupradicta quæſtione: id enim ideò procedit, quia reus eo caſu non habet aliam viam qua à iudice iniquè interrogatus euadat: at in noſtra ſpecie, ſunt alij modi reſtituendi famam conuenientiores abſque mendacio, de quibus ſupra.

15 Secundum fundamentum partis contrariæ ex ſuperioribus iam diluitur.

Tenebitur prætetea huiuſmodi infamator veri criminis occulti de damno dato, ei cuius famam vulnerauit, nempè, ſi cauſa illius iniuriæ aliquam iacturam ſuorum bonorum fecit, non tamen integram ac ſi per mendacium eum infamaſſet, ſed ad arbitrium ſapientium prudêtiumque virorum, ſecundum Dominic. à Soto *vbi ſuprà, dict. lib. 4. de iuſtitia & iure, quæſt. 6. art. 3. ad quartum argumentum* ibi: *at vero*, cuius ratio eſſe poteſt, quia cauſa præcipua damni non eſt reuelatione criminis illius, ſed crimen illud reuelatum à reo commiſſum, reuelatio namque tantum fuit cauſa, ſine qua non, cum ergo cauſa præcipua non ſit reuelatio illius criminis, ſed ipſummet crimen non debet ille infamator integrum reſtituere: quia vero niſi ille reuelaſſet non fuiſſet damnum ſequutum, tenebitur reſtituere partem aliquam damnorum inde ſequutorum, & Sotum in hoc multi ſequuntur, eſtque probabilis opinio ſecundum Salon infra citandum.

Contrariam tamen ſententiam in hoc, imò quod huiuſmodi infamator veri criminis teneatur ad reſtitutionem integri damni ſicut falſo infamans probauit Nauar. *in man. c. 18. n. 45. ad fin.* dicens non videri tutum, quod affirmauit Soto in contrarium, quia licet hic plus peccet, non tamen plus nocet quàm ille: at reſtitutio cum ſit actus iuſtitiæ potius reſpicit nocumentum quàm modum nocendi: & hæc opinio Nauarri probabilior videtur Saloni *de iuſtitia & iure, in 2. 2. D. Thom. quæſt. 61. art. 2. controuerſ. 10. col. 700.* dicens, quod aliquando placuit ſibi illa opinio Soti & quod vtraque eſt probabilis: attamen hæc probabilior: eandem Nauarri ſententiam ſequitur & probat Ludouic. Carbo *de reſtitutione, quæſt. 18, in quinta concluſione verſiculo, quòd verò*, & Petrus Nauar. *lib. 2. de reſtitut. cap. 4. num. 384.* & Emanuel Rodrig. *in ſua Summa 1. tom. c. 233. concluſ. 6. n. 7.* & ita videtur mihi tenendum.

## SVMMARIVM.

1 *Iniurians mulierem nuptam vocando eam adulteram, quæ verè talis erat vel maritum cucurbitam vel riualem an admittatur pro ſua defenſione ad id probandum & numeris ſequentibus, vbi qua pœna ſit puniendus & num. 7. quid quando mulierem nuptam, quæ ante matrimonium fuit meretrix, vocauit meretricem? & num. 8.*

9 *Vocans filium legitimum meretricis filium, eo quod mater vidua ſit meretrix, tenetur actione iniuriarum.*

10 *Infamans aliquem de crimine iam remiſſo per principem, tenetur ei actione iniuriarum.*

---

*De vocante mulierem nuptam, adulteram, vel eius maritum cucurbitam, vel riualem volente id probare, an ſit admittendus?*

## QVÆSTIO CXXV.

QVÆRO etiam in conſequentia eorum, quæ *in quæſtione proximè præcedenti* reſoluimus, an idem ſit dicendum, ſi quis eam, quæ verè erat adultera, vocauit adulteram, vel eius virum cucurbitam, vel riualem, & velit hoc probare, an ſit audiendus, atque admittendus, quodque ſi probet, excuſetur ab iniuria & à pœna recantandi palinodiam de qua in hac noſtra l. regia 2. *titulo de las injurias y denueſtos, l. 8. nou. collect. regiæ*? 1

In hac quæſtione primum noſtratum inuenio Gregor Lopez, *in l. 1. in gloſſ. magna, ſuper verb. que es verdad, verſ. quid tamen*, eam tangentem, ſed maximè dubitantem.

Primò, an huiuſmodi iniurians ſit admittendus ad probationem dicti conuitij.

Secundò, an huiuſmodi conuitians ſit condemnandus pœna contradictionis, de qua in hac l. namque aliàs puniatur, aſſerit videri in dubium, quinimo eſt doctrina certa, vt extra ordinem puniatur, etiam ſi verum dixerit, vt reſoluimus *ſupra in quæſtione proximè præcedente*, & ad Greg. Lopez, *in præd. loco* remitit lectores Parlador, *rerum quot. lib. 1. c. 17. num. 34.*

Circa primum exiſtimat Greg. Lopez *vbi ſuprà*, non videri debere admitti reum ad probationem d. conuitij, ex quo probatum non releuaret, præcipuè ſtantibus legibus huius regni, quibus cauetur, quod marito nolente vxorem accuſare extraneus ad id non admittatur, de quo *ſuprà* latè egimus *alia q.* ergo nec maritus poteſt accuſare de eo quod retinet adulteram, prout contingeret ſaltem per indirectum, ſi hic conuitiator admitteretur ad probandum dictum conuitium: accedat, quod quando agitur de honore, vel infamia matrimonij, nullus ſine conſenſu mariti admitti debet ad probandum id, quod ipſum matrimonium infædaret, vt ibidem diximus: denique Reipublicæ nihil intereſt huius criminis manifeſtatio, ergo eius probatio admitti non debet, quia non releuat probantem iuxta diſtinctionem Bart. communiter approbatam *in l. eum, qui nocentem in princip. ff. de in iur.* de qua *ſup. quæſt. 124. n. 4.* eandem opinionem tenet D. Azeued. *in d. l. 2. n. 45. & 46. tit. de las iniurias, hoc lib. 8.*

Nihilominus tamen in puncto (quod aiunt) iuris verior videtur contraria ſententia, imo quod in ſpecie præmiſſa reus admittendus ſit ad probandam veritatem conuitij: primò, quia hæc probatio eſt neceſſaria pro defenſione honoris iniuriantis, patet; quia probata veritate conuitij non debet ipſe reus condemnari, vt canat palinodiam, nec dicere ſe mentitum fuiſſe, cum verum dixerit, vt reſoluimus cum communi, & veriſſima 2

ſententia *in q.proximè præced.*ergo reo non eſt auferenda defenſio neceſſaria, eſt de iure naturali.

Secundò, quia licet actor etiam agit de proprio honore conſeruando, vt reus; nihilominus in pari cauſa, potius videtur fauendum reo accuſato, qui inuitus in iudicio premitur, & in vinculis detinetur, quam accuſatori, qui ſpontaneè agit, quod ſi ſibi expedit accuſare, vt ſuo honori conſulat, ſibi imputet, ac reum prouocet ad iudicium, & reus coactus agat de ſuo honore etiam conſeruando ſecundum veritatem, quam habet opus probare facto accuſatoris: & præterea, ne reus cogatur dicere mendacium, ſi probatio non admitteretur, prout diceret in præfata ſpecie, ſi coactus palinodiam caneret: at mendacium pro ſalute totius mundi neutiquam dicendum eſt, vt prædiximus ergo, &c.

Tertiò, quia leges regiæ *ſuprà* in contrarium allegatæ non obſtant, quia loquuntur reſpectu accuſationis adulterij: nemo enim præter maritum poteſt de adulterio hodie iure nouiſſimo accuſare, nec iudex ex officio ſuper cauſa adulterij inquirere aut procedere: at hic non agimus de accuſatione, nec de inquiſitione adulterij ad illum effectum, de quo leges Regiæ loquuntur, ſed tantum ad defenſionem rei accuſati ab ipſomet marito, ne compellatur palinodiam canere, ſeſeque mentitum fuiſſe affirmare contra veritatem; hoc autem fieri non poteſt, abſque eo quod ad probandum admittatur reus, ergo caſus hic tamquam omiſſus remanet ſub diſpoſitione Iuriſconſult. quod habet, vt reus poſſit in iudicio probare conuitium à ſe in alterum obiectum animo iniuriandi, vt à pœna liberetur, vt *in l.eum, qui nocentem in princip. ff. de in iure. & in l. fin. circa fin. titul.6. & in l.1. ad fin. & l.5. tit.9. partita 7. ergo* admittendus eſt offenſor hic, de quo agimus, ad probationem veritatis conuitij, quando quidem ea probat liberatione à pœna propriæ contradictionis, licèt aliàs extra ordinem puniri poſſit pro malo animo, & indebita exprobatione contra ordinem debitum, & ſine cauſa.

3 Caueant tamen iudices ſummopere, ne paſſim, & indiſtinctè hoc admittant, ſed cum nimia cautela, & vbi aliàs ob id non timeatur periculum vitæ mulieris, & adulteri, ſi adulterium probetur, cum agatur de honore mariti, ac matrimonij, & deinde maximum malum futurum ſperetur, & ſic periculo res eſt plena: Penſabit igitur rectus, ac prudens iudex, attenta perſonarum qualitate, aliiſque penſandis, vtrum, id eo cedere debeat, necne, deteriora inde contingant, & vtrum ſtante præd. periculo, expediat potius ſeorſum in camera occultè ſine tabellione recipere probationes in actis publicis non ponendas, vt iuxta eas poſſit iudicare afferendo in ſententia *iuſtis de cauſis animum meum mouentibus*, & ſi appelletur à ſua ſententia mittat eas ſecreto ad iudices ſuperiores, de cauſa cognituros, vt eam confirment, vel id omninò omittere iuxta conſilium Bernard. Diaz de Luço *in ſua practic. crimin. canonica, cap.85. adulterij, num* 6. dum agit de clerico adultero, an iudex Eccleſiaſticus poſſit eum punire, & quomodo tunc contra eum procedere debeat, vt euitetur periculum vindictæ mariti, de quo *infrà* agemus alia *quæſt*.

4 Quoad ſecundum dubium, an huiuſmodi conuitiator probata veritate conuitij à ſe obiecta in præmiſſa ſpecie debeat condemnari in pœna ordinaria noſtræ l.Regiæ nempe, *que ſe deſdiga* extra inquit Gregor. Lopez, quod ſemper fuit dubius, ex eo quod lex noſtra tendit ad reſtitutionem famæ, & loquitur, quando, quis per mendacium prædicta conuitia ſeu alterum eorum in alium obiecerit, vt ex ea patet in litera, & in eius exemplis, & quia non præſumitur, quod lex velit docere mentiri, ſeu condemnare ad mentiendum, & dicendum id, quod veritati eſt contrarium.

Facit Doctrina Andreæ de Yſernia *in §. iniuria de pace iuramento firmando in verſicul. ſecundo*, quem ſuperius citauerat Gregor. Lopez ad hoc, quod vocans aliquem cucurbitam, vel riualem, id probans, non tenetur actione iniuriarum, quamuis indubium ſit, debere ſaltem extra ordinem puniri, vt in *quæſt. præcedenti* reſoluimus. 5

Ego autem indubium eſſe exiſtimo cum communi, vt in hac ſpecie: minimè teneatur offenſor, ſi probet adulterium, palinodiam canere, ac proinde minimè ad id erit condemnandus, neque vt ſe mentitum fuiſſe dicat, vt *in quæſtione præcedenti* reſoluimus: ſed tenebitur ſeruare, quod ibidem diximus, & ita eſt tenendum, quicquid aliud cenſeat Didacus Perez *in d. l.2. titul 9. lib.8. ordinament. pagin.229. columna 2. gloſſa, marido puta*, intelligens, hanc noſtram l. procedere, etiam ſi iniiciens vxori verbum iniurioſum adulterij, vellet id probare, & adhuc probet, nam ſecundum eum non excuſaretur ab iniuria, & tenebitur per hanc l.quæ generaliter conuitiantem mulierem nuptam punit: niſi probaſſet in ſimul, quod maritus erat ſciens, & patronus turpitudinis: hallucitanus, ſi quidem author hic in hoc, nec ea dictus conſiderauit, vt debuit, ſiquidem abſurdiſſimum eſt, & contra veram rationem, cum qui verum conuitium alteri obiecit, vtcumque ſit, condemnari, vt palinodiam cantet, ſeſeque mentitum fuiſſe aſſerere, cum veritatem dixerit: tametſi aliàs extra ordinem actione iniuriarum teneatur, & condemnandus ſit propter malum animum, quẽ habuit iniuriandi, & iniuriam, quam intulit matrimonio iniuſtè, non tamen, in pœna contradictionis, de qua in noſtra lege, quod ipſa ſcilicet pœna repugnat, & ſe non compatitur, cum veritate conuitij probata. 6

Sed quid, ſi mulierem nuptam, quæ antequam contraheret matrimonium, fuit meretrix, vocet, quis Meretricem, an teneatur actione iniuriarum, & puniatur pœna noſtræ legis ſecundæ, vt debeat ſe retractare, & mentitum fuiſſe affirmare? Lucas de *Peña in l. errat, verſiculo ſeptimo queritur, C. de Caſtrenſ. peculio, lib.* 12. tenet, illum actione iniuriarum minimè teneri, quia licet intermiſſa ſit turpitudo, non tamen eſt abolita *l. palam §. 1. ff. de ritu nupt.* ſed hoc durum ſibi videri inquit Gregor. Lopez, *in l.1. gloſſ. mag. ad fin. tit. 9. part.7.* & quod ſaltem punietur extra ordinem. 7

Ego verò in hac re ita cenſeo diſtinguendum, vt ſi quidem, conuitium hoc expreſſe referretur ad tempus præteritum ante matrimonium huius mulieris, quo verè meretrix fuit, & ſic, quando erat ſoluta, verbi gratia: ſi diceretur conuitium, quod ante matrimonium fuit Meretrix, hoc eſt, *Puta*, & hoc verum eſſe probetur tunc quidem nullo modo, eſſet condemnandus conuitiator hic in pœnam canendi palinodiam de qua in hac noſtra l. Regia, tametſi aliàs propter malum animum extra ordinem puniri debeat arbitrio iudicis. 8





Si verò mulieri nuptæ bonæ famæ ſimpliciter conuitio exprobaretur, hoc verbum, *Puta*: aliud eſt dicendum, quoniam tunc loquitur expreſſe lex noſtra, ibi, *o à muger que tenga marido puta* Vnde cum lex in hac ſpecie, non diſtinguat, nec etiam conuitiator diſtinxit, incurret profectò præd. pœnam palinodiam canendi directè, eaque erit omnino condemnandus: nec reuelat, quod huiuſmodi mulier, antequam nuberet, fuiſſet Meretrix, quia iam nupta non eſt Meretrix, denique & quia ratio præcipua noſtræ legis fuit, ne matrimonium fædaretur, & ſic ob honorem matrimonij, cuius tempore mulier hæc Meretrix non fuit, nec eſt, igitur, &c. & in terminis huius ſecundi membri, hoc probat Didac. Perez *in l. 2. pag.229. verſicul. itidem tit.9. lib 8. ordinam.*

9 Qui autem vocauit eum, qui natus fuit ex legitimo matrimonio, filium Meretricis, eo quod mater vidua ſit Meretrix, tenebitur actione iniuriarum ſecund. Luc. de *Peña vbi ſuprà, quæſt.* 8. quem refert, & ſequitur Gregorius Lopez *vbi ſuprà*, in fine gloſſæ magnæ, non tamen tenebitur pœna *de deſdezirſe*, de qua in noſtra lege quoniam, & ſi non diſtinxit, attamen tempore prolati conuitij mater non erat nupta, ſed vidua, & ſic ceſſat qualitas illa, *à muger que tenga marido puta*, nihilominus tamen erit alias puniendus extra ordinem ob iniuriam illatam illi, qui reuera non erat filius meretricis, cum eſſet antea natus, ſed ex legitimo matrimonio.

10 Quod ſi quamuis infamauerit aliquem de crimine iam remiſſo per principem tenebitur iniuriarum, habetur enim tunc, ac ſi non commiſiſſet, & macula omnino eſſet abolita lege Imperiali *circa princip. & §. ſecundo, Cod. de nupt. lib quod in ſenatu, ff. de adelit edict.* Andreas de Yſernia, *in cap. 1. § præterea, columna quinta, que ſit prima cauſ. benefic. amitten.* quem refert, & ſequitur Gregorius Lopez, *in dict. gloſſa magna, verſiculo, limita etiam*, vbi ipſi limitant, præterquam, ſi conuitiator non vocauit eum, cui facta fuit remiſſio proditoris, ſed diceret *Tu fuiſti proditor*, tunc enim cum dicat verum, non tenetur actione iniuriarum: quod verum intelligo de pœna ordinaria, ſecus de extraordinaria, qui licet dixerit verum, nihilominus propter malum animum, & quia non expediebat reipublicæ illud manifeſtari, cum iam non ſit proditor, & delictum in hoc commiſſum remiſſum fuerit à principe, puniendus erit pœna extraordinaria; multoque magis, ſi princeps induliſſet, & voluiſſet quòd neque debeat dici, quod fuit proditor, vt probat Gregorius Lopez *vbi ſuprà*, contra Yſerniam dicentem, tunc eum non teneri actione iniuriarum, ſed ſi eſt contemptor mandati regij, tenebitur, vel ad pœnam in tali reſcripto contentam, vel extra ordinem iuris ſacrilegij, quia mandatum principis lex eſt, vt *in l.2. C. vt dign. ordin. ſeruetur, lib.* 11. ergo vtraque ratione, eum condemnarem, ſi contemptor mandati regij fuit, qui ſcienter contrauenit, & hac ratione, & iniuriarum, propter malum animum, pœna tamen extraordinaria.

## SVMMARIVM.

1 *Iniurians alterum verbis ſubdoloſis, an ſit puniendus, ac ſi eum verbis directis iniuriaſſet? & n. ſeqq. & præcipuè, n.7.*

3 *Iniurians alterum dicendo, in meo genere, non ſunt Latrones, &c. tenetur eidem actione iniuriarum.*

4 *Veſte lugubri vtens in improperium amici ſui iniuriam paſſi, aut aliam deteſtabilem iniuriam, tenetur ei actione iniuriarum.*

5 *Conuitians alterum tenetur actione iniuriarum, etiam ſi expreſſe eum non nominauerit, ſi tamen coniecturis appareat de tali perſona ſenſiſſe. Et idem reſpectu ſocij iniuriati, vt in caſu de quo hic, num.6.*

---

*De iniuria verbis ſubdoloſis facta.*

## QVÆSTIO CXXVI.

QVÆRO nunc, an ex verbis ſubdoloſis fiat iniuria, ſicut fit directis, ita vt debeat ſic iniurians condemnari pœna noſtræ l. ac ſi diceret verba iniurioſa directa, de quibus in hac l. & quod fiat iniuria, indubium videtur, & probat Lucas de *Peña in l. errat, C. de caſtrenſ. pecul lib.* 12. & Iacob. de Bellouiſ. *in ſua practica criminal in principio*, quos refert & ſequitur Auendan. *in tractatu de iniuria num.* 28. quod autem debeat condemnari in pœnam noſtræ l. regiæ: dubium facit, quòd ſit maximè pœnalis, vnde extendenda non videtur vltra caſum, in quo loquitur, hoc eſt in verbis expreſſis, *alterum conuitiante*, hoc eſt directis, de quibus in ea, ex regula iuris vulgaris odia reſtringi &c. & ad verba indirecta, quamuis ſimilia, extendenda non eſt, præcipuè cum in dubio non ſit preſumendum delictum *l. merito cum ſimil. ff. pro ſocio*: & mitior pœna eſt eligenda, & verba potius ſunt in mitiorem pœnam, vt excuſemus delictum, iuxta iura vulgaria. 1

Nihilominus tamen contrarium eſt tenendum in terminis noſtræ quæſtionis ex eleganti doctrina, quam refert Cardinal. *in clement. fin. verſic. quod ſi n 3. de pœnis*, vbi tenet, damnum ex tacita, vel expreſſa detractione verborum proueniens, per verba contraria reſtituendum eſſe ex pluribus iuribus, quæ ibi allegat & præcipuè ex cap. ſit rector 43. diſtinctione ſequitur Auendan. *vbi ſuprà*, dicens alibi non legiſſe. 2

Hinc eſt, vt ſi quis dixerit alicui animo eum conuitiandi *Rogo, vt taceas: nam in meo genere non ſunt Latrones, Sodomitæ, Iudæi, vel heretici, ſeu lenones, vel taceam, ego non ſum cucurbita*, vel *ego non fui condemnatus de falſo*, vel *de crimine furti*, vel huiuſmodi, tenebitur ei actione iniuriarum: ita Lucas de *Peña in d. l. errat, col. 2. verſicul. poſtquam autem.* Boet, *conſil 4. num.*17. vel ſi dixerit, *Non ſum ego ille, qui furtum fecit*; Petrus de Puteo, *in tractatu de ſyndicat. verbo, notorium colum.*1. & vtrumque ſequitur Didac. Perez, *in l.2. gloſſa 1. colum.*1490. *tit.9. lib.4. ordinamenti*: vbi pro hoc allegat text. & quæ notat Bart. *in l. item apud Labeonem, §. cui non ſine, ff. de iniuriis*, vbi habetur, quod & ſi quando conuitium non ſit certæ perſonæ, non puniatur: tamen ſi apparet, quod diceret de aliquo licet eum non exprimeret, vel ſi diceret de aliquo, & intelligeret de alio, & hoc apparet, puniendus erit, non enim curandum eſt cum quo, quis loquatur, ſed in quem verborum intentio dirigatur, vt *in l. cum pater § donationis, ff. de legatis* 2. Boet. *vbi ſuprà, num.*18. & Auendan. *in tractatu de iniuria, num* 10. *verſic. item eſt aliud.* 3

Sic etiam vtens veſte lugubri in improprium 4

amici ſui infamiam paſſi, aut aliam deteſtabilem iniuriam, tenetur actione iniuriarum: ita Angelus *in l. item apud Labeonem, §. generaliter, ff. de iniuriis*, & *in l. veſtem eodem tit.* vbi, quod in iniuriam alterius non licet ſordidam veſtem deferre, aut capillum ſummittere, & dicit notandum contra illos, qui dicunt aduerſus notoriè damnatos *Me tedet de tali condemnatoria contra te lata* & hoc modo reproperant, vt vidit aliquos facere, quem refert & ſequitur Iaſ. *in l. turpia legata num. 11. ff. de legat.* 1. & Didac. Perez *vbi ſuprà, col* 1491.

5 Similiter etiam dicendum eſt, quod licet lex noſtra dicat, *dixere à otro*: non ſemper requiritur expreſſio nominis illius, aduerſus quem iniuria profertur. Sed ſufficit, quod per coniecturas appareat propter certum quendam hominem dictum fuerit conuitium, ita Auendan. *vbi ſuprà*,

6 ¶ addens, quod ſi quis alteri dixerit aliquam iniuriam, quæ in eo non eſt vera, ſed in ſocio, quæ ſecum erat, ille ſocius poteſt agere actione iniuriarum ſecund. Albert. *in 2. p. ſtatut.* quem refert & ſequitur Iaſ. *in d. l. turpia num. 10. ff. de legat.* 1. & ſtandum eſt conſuetudini ad intelligendum qualitatem iniuriarum, ſecundum Alex. hoc latè probantem *in l. filio preterito in parte cauſa legitima ff. de inuiſto rupt.* quam teſtatur Auendan. *in tractatu de iniuria n. 27.*

7 Obſeruandum tamen erit circa ſupradicta, ita demum ex verbis ſubdoloſis & tacitis, ſeu indirectis conuitij cauſa in alterum obiectis incurri *in pœnam noſtræ l.* iuxta ſupra reſoluta: quando verba illa iniurioſa fuerint de quinque vel ſex verbis contentis & comprehenſis in hac eadem noſtra l. aut aliis omninò ſimilibus, pro quibus, ſi directè proferentur, incurretur eadem pœna, pro aliis enim verbis iniurioſis minoribus etiam directè prolatis habebit locum pœna l. 3. hoc titulo, *de dozientos marauedis, y lo que mas al juez le pareciere, atenta la qualidad de las perſonas, y de las injurias.*

## SVMMARIVM.

¶ *Iniurias plures vno impetu proferens, contra alterum, an toties ſit pœna legis regiæ plectendus? & numeris ſequentibus. Et quid in pluribus blaſphemiis vno impetu prolatis num. 5. Et quid quando plura delicta facto ſimul committuntur remiſſiuè? n. 7.*

---

*De pluribus iniuriis vno impetu prolatis.*

## QVÆSTIO CXXVII.

1 QVÆRO modo, an ſi quis in alterum eodem impetu plura verba iniurioſa protulerit, ſint plures iniuriæ ita, vt toties ſit pœna huius l. plectendus, nec ne?

Et prima quidem facie pars affirmatiua vera videtur, quia vbicumque delictum formatur, ibi, & pœna eſt inferenda iuxta formam legis hoc prohibentis; ſed in vnoquoque verbo iniurioſo prolato delictum committitur, vt patet ex noſtra l. toties ergo pœnam ſubibit delinquens, quoties verba iniurioſa repetiit ſecundum l. diſpoſitionem.

Conueſtitur & augetur hoc fundamentum; nam ſi aliud diceremus, ſequeretur inde eadem pœna puniri plus, & minus delinquentem, hoc autem abſurdum videtur & contra iuris deciſionem, quæ habet pœnam eſſe imponendam pro modo culpæ, vt *in l. reſpiciendum cum ſimil. ff. de pœn.* ergo, &c.

Secundò hæc eadem pars probatur, quoniam qui iterauit conuitium, non videtur ex iracundia, ſed ex deliberatione dixiſſe iuxta gloſſam *in cap. ſi quis iratus verbo iterare 2. quæſt. 3.* cuius meminit Henric *in cap. ſtatuimus de maledic.* in cuius gloſſæ comprobationem plura congerit Hippolyt. de Marſil *in l. in criminalibus, §. quæſtioni colum. 2. ff. de quæſtionibus & in l. frater tuus num. 37. Cod. l. Cornel. de Sicar.* Palac. Rub. *in rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 17. numer. 9.* vbi *num. 12. d.* gloſſam ſingularem appellat Boſius *in ſua pract. crimin. in tit. de homicid. num. 64.* Plaça *de delict. lib. 1. cap 20. verſiculo decimo*, & Didac. Perez *in l. fi. tit. 1. lib. 1. ordinam, columna 56. verſiculo, præterea etiam quæro:* ibi *præterea*. 2

Tertiò, quia lex noſtra prohibet & punit ſingulariter vocantem alium *gafo, ſometico*, &c. ergo meritò, vt qui in hoc inciderit pœna noſtræ legis ſit plectendus pro qualibet vice.

Hæcque opinio procedit, quoties plures iniuriæ diuerſæ ſpeciei eodem impetu & continuatione iterantur, tunc enim pluribus pœnis eſſet afficiendus iniurians (quia in pluribus offendit legem, & proximum) gloſſa & Bart. *in l. numquam plura, n. 11 ff. de priuat. de delict.* hæc eſt communis opinio, vt affirmat Hippolytus de Bonacoſa *in ſuis communibus opinionibus crimin. verb. iniuria plures*, pro qua communi allego gloſſam *in l. numquam plura, verbo, ob aliud* ibi, item intellige regulam, vt exempla dicunt, quando diuerſæ ſunt ſpecies delinquendi, aliàs ſecus, *ff. de priuat. delict.* & ibi Bart. notat, & illam gloſſam ordinariam appellat Plaça *d. lib 1. c. 1. n. 17.* ibi, *longe qui de malitia*: ergo ita in noſtra ſpecie eſt dicendum, vt appellans alium conuitij cauſa *gafo, cornudo, hereje*, &c. toties ſit puniendus pœnis noſtræ legis, quoties verba iniurioſa in ea contenta, vel ſimilia in illum effudit. 3

Nihilominus tamen in vtraque ſpecie contrarium cenſeo tenendum; atque in praxi iudicandum, vt ſi quis eodem impetu, & oratione plura verba iniurioſa in alterum protulerit, ſinè eiuſdem, vel diuerſæ ſpeciei, vna tamen pœna noſtræ legis tantum ſit puniendus: non verò pluribus: 4

¶ & quidem quando verba ſunt, eiuſdem ſpeciei eſt proculdubio hoc veriſſimum ex *l. apud Labeonem, §. ait prætor, ff. de iniuriis* vbi Bart. expreſſe notat, quod ſi eodem oratio iniurioſa ſæpè repetatur, vna tantum ſit iniuria, non plures: ſequitur Alber. *in 2. p. ſtatut. q. 59.* & Angel. *in tract. de maleſ. in parte verba iniurioſa n. 6.* & ſi enim vna oratio idem ſignificans pluries repetatur, non tamen cēſetur vt ſi vnica iniuria iuxta gloſſam *hoc verbo* & Bart. *in l. ſi quando, C. de bon. vacant l. 10.* & ibi quoque Platea, & Lucas de *Peña Corſatus in ſuis ſingul. verbo, ſtatutum, verſicul. ſtatuto cauetur*, Boer. *conſil. 4. num. 8.* & hanc ſententiam veriti magis fauere aſſeuerat Auguſt. & Arimin. ad Angel. *vbi ſuprà, num. 6.* eſtque expreſſa pro ea l. 81. ſtyli ſic dicens: *Si en vna pelea, o en contienda, muchas palabras de denueſtos ſe dizen, no ſe juzga ſino la pena del mayor denueſto*: & eam probat in terminis noſtræ lib. 2. dicens eſſe notatū dignum ad hanc regiam conſtitutionem Petrus Plaça 5



Plaça *d. cap. 1. num. 17.* & prius D. Couar. *lib. 2. var. reſolut. cap. 10. num. 8. verſic. 2. ſi quis in alterum*, Didac. Perez *in l. fin. tit. 1. lib. ordinam. col. 56. ad fin.* & Proſp. Farinacius *in ſuis quæſtionibus crimin. de delict. pœnis, quæſt. 22. numer. 28.* vbi *numer.* 29. idem cum aliis probat in pluribus blaſphemiis prolatis ab aliquo contra Deum vno & eodem impetu, eademque continuatione verborum, quia vnica tantum cenſetur blaſphemia & vnius tantum blaſphemiæ pœna punitur ex Cepol. *conſil. crimin.* 77. Alciat. *in cap. cum non ab homine, numer. 3. de iudic.* Couarun. *vbi ſupra verſicul. 3.* eodem pacto & Plaça *vbi ſupra numer. 18. verſic. 4.* eodem pacto diffiniri poteſt, quibus adde Auiles *in cap. 25. præt. gloſſa 1. num. 23.* & ſupradicta omnia etiam probauit nouiſſimè Azeued. *in dicta leg. 2. numer. 51. cum ſequentibus.*

6 Quando verò verba iniurioſa ſunt diuerſæ ſpeciei incontinenti eodem impetu prolata, adhuc idem probo ex vnitate animi, & ideò, vnum tantum crimen cenſendum eſt, vt optimè probauit D. Couar. *vbi ſupra*, & ſequitur Farinac. *vbi ſupra ſub d. num. 28* & hæc ſententia, vtpote æquitati adhærens in praxi ſeruanda foret, ſecundum Petrum Plaçam *vbi ſupra d. num. 17. verſic. cuius quidem ſententia*, tametſi ſecundum ipſum ibi, quoad publicam vindictam & punitionem, propter reiterationem grauiori eſſet afficiendus ſupplicio huiuſmodi iniurians ex *leg. illud, §. vltimo, ff. ad l. Aquil.* & gloſſa præcitata *in d. l. numquam plura ad fin.* Angel. & aliis, quos ibi refert & ſequitur Azeu. *vbi ſupra*, apud quos duos vltimos, quid quando ex interuallo fiant iniuriæ.

Modo non obſtant fundamenta prioris partis, & quidem non primum: quia quoties eodem impetu & eadem oratione plura verba iniurioſa proferuntur, ex omnibus ſimul fit & formatur vnum delictum, non vero ex vnoquoque: ergo vnica tantum pœna huius legis erit puniendus ſic iniurians alterum: nec obſtat, magis delinquere ſi dicatur, qui plura verba iniurioſa protulit ſimul vnico impetu, ac proinde magis puniendum, quàm qui vnum, id namque ad vindictam publicam tantum eſt conſiderandum non tum reſpectu priuatio ſenſi, vt præmiſimus.

Ad ſecundum reſpondemus, fatendo iterantem conuitium non videri ex iracundia, ſed ex animi deliberatione dixiſſe, ac proinde pœna ordinaria noſtræ l. eſſe puniendum, non tamen inde ſequitur pluries eſſe puniendum, qui pluries iniurias vnico impetu protulit, cum ex omnibus vnum tantum delictum efficiatur, & commiſſum videat, licet grauius.

Ad vltimum de communi opinione quæ habet, quod quando plures iniuriæ diuerſæ ſpeciei vnico impetu proferuntur, pluribus pœnis eſt afficiendus ſic iniurians. Reſpondemus adhuc contrarium æquius eſſe, ac benignius & proinde in pœnis ſequendum, præcipuè cum ſit fultum authoritate grauiſſimi ac maximi practici D. Couar. & aliorum, rationeque non leui: nempè, quod adhuc ex vnitate animi vno contextu proferentis diuerſas iniurias, vnicum delictum videatur, non plura, quaſi ſemel voluerit pluribus iniuriis alterum offendere: & hæc quando

7 iniuria fit verbis, ¶ ſi autem facto fiat. quid obſeruandum ſit, vbi idem delictum, vel ſtatim reperitur pluries, vel vnico actu plura crimina complectitur: latiſſimè agunt D. Couar. *vbi ſupra num. 8.* & Plaça *d. num. 17. cum ſequentibus*, & Farinac. *d. q. 22. num. 6. cum ſequentibus*, qui ſunt videndi, quoties opus fuerit, hic enim non oportet id examinari, quandoquidem tantum noſtra l. agit, de punitione iniuriæ, quæ verbis fit, non autem facto, aliaque in materia propria nos expectant declaranda.

## SVMMARIVM.

1 *Prouocatus iniurians prouocantem verbis maioribus de quibus in l. 1. titulo* de las Injurias, *nouæ collect. regiæ an ſit condemnandus pœna canendi palinodiam? & numeris ſequentibus præcipuè numer. 19. & 20. cum ſeqq.*

5 *Maritus occidens mulierem adulteram deprehenſam in adulterio propria authoritate non lucratur dotem.*

6 *Offenſor ſecundus prouocatus à primo ab eo conueniri non poteſt.*

7 *Defenſio propria iniuria originem ducit à iure naturali, quantum vero ad moderamen inculpatæ tutelæ eſt de iure gentium.*

8 *Ignoſcendum eſt ei, qui prouocatus ſe voluit defendere. Ampliatur n. 9.*

10 *Prouocatus animo, ſe defendendi poteſt obiicere prouocanti verbum iniurioſum, puta iniurianti, mentiris, &c.*

11 *Qualibet cauſa delinquendi extenuat pœnam ordinariam.*

12 *Homicidium commiſſum fortuitò ad propulſandam iniuriam verbalem pœna mortis non punitur, ſed mitiori & n. 14.*

13 *Accuſatus poſt longum tempus alicuius facinoris mitius punitur.*

15 *Calor iracundiæ eſt cauſa, vt pœna ordinaria non inferatur.*

16 *Occidens alterum ob neceſſariam defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ omnino non punitur? & procedit etiam in foro conſcientiæ numer. 17. & exceſſus in hoc non eſt puniendus pœna ordinaria ſed arbitraria num. 18.*

23 *Paria delicta quando mutua compenſatione tollantur?*

24 *Duobus ſimul ſe iniuriantibus verbis, non conſtito quis prouocauerit alterum, neuter tenetur.*

22 *Iniuriatus ab altero, an poſſit ei reſpondere mentiris ſaluo honore tuo? remiſſiuè.*

---

*De prouocato alterum iniuriante.*

## QVÆSTIO CXXVIII.

QVÆRO vlterius an prouocatus iniurians aliquem quolibet conuitio ex quinque in hac. l. expreſſis teneatur canere palinodiam & ſic pœna huius legis veniat puniendus? quod quidem in dubium videtur ex generali diſpoſitione noſtræ l. denique, quia generaliter & vt plurimum iniuria fit præcedente aliqua prouocatione iniuriati, quis enim ſanæ mentis vnquam alterum conuitio afficit, præcipuè verbis adeo grauibus, de quibus in hac l. qui ab eo non ſit laceſſitus? cum ergo leges ad ea, quæ frequentius accidunt, aptentur, conſequens eſt, vt 1

noſtra l. regia ſecunda *de las iniurias y denueſtos*, hunc caſum comprehendat: aliàs enim raro, aut numquam eius pœna imponenda eſſet: ſolent enim accuſati frequenter & communiter excuſationes huiuſmodi confingere, ac ſæpiſſimè probare.

2 Sed vt quæſtio hæc melius explicetur, ſpecies huiuſmodi ita proponenda eſt: nempè, cum prius aliquis alteri conuitij cauſa aliquod ex quinque verbis iniurioſis in hac l. 2. expreſſis, vel ſimilia obiecit, & hic offenſus ſtatim offenſori idem verbum vel aliud, ſimiliter iniurioſum ex eiſdem exprobauit; quæritur, an primus, nec non & ſecundus poſſint ad pœnam huius l. eis imponendam accuſari alter ab altero, & an ea, vel qua veniant plectendi?

3 Et quoad primum videtur, quod à ſecundo iniuriatore accuſari non poſſit, quia cum ſecundus ſatisfactionem verbalem ſimili iniuria in aduerſarium retaliata acceperit, iniuriam ſuam remiſiſſe videtur, vt *in l. ſed ſi vnius, ff. de iniuriis* ibi, qui enim accepit ſatisfactionem, iniuriam ſuam remiſit: eſt etiam bonus textus *in l. interdum la ſegunda, § qui furem, ff. de furti*, vbi ille, qui propria autoritate cepit furem, & ducit eum ad iudicem, licet recuperet rem, amiſit tamen pœnam dupli, vel quadrupli à iure inductam pro furto quem text. peregrinum & vnicum appellat, plures Doctores allegans Anton.
4 Gomez *in l. 80. Taur. num.* 63. ad hoc quod quando quis propria authoritate ius ſibi dicit, non conſequitur præmium legale. Similiter per illam text. Bald *in l. ſi ab hoſtibus* §. 1. *n.* 1. *ff. ſol. matrim.*
5 inquit, quod maritus propria authoritate occidens vxorem in adulterio deprehenſam, non lucratur dotem: quæ ſententia eſt magis communis *& l. 81. Taur.* probata ſecundum Anton. Gomez *vbi ſupra*, aduerſus Bart. contrarium tenentem, ſed communiter reprobatum *in d. l. ſi ab hoſtibus* §. 1. *n.* 5. nihilominus tamen in noſtra quæſtione principali vterque agere poteſt pro ſua iniuria, licet minus puniendus ſit, vt *infra* dicemus in ſequenti caſu.

6 Quoad verò ſecundum offenſorem prouocatum à primo, quod ab eo accuſari non valeat, vel ſaltem eidem non debeat condemnari: facit primò *l.* 1. §. *cum arietes, ff. ſi quadrup. pauper feciſſ. dicatur*, vbi inquit text. cum arietes, vel boues commiſiſſent & alter alterum occidiſſet, Quintus Mutius diſtinxit, vt ſiquidem is periſſet, qui aggreſſus erat, ceſſaret actio: ſi is qui non
7 prouocauerat competere actionem, ex quo text. inquit Bart. *in l. vt vim num.* 5 *ff. de iuſtitia & iur.* quod propulſatio illatæ iniuriæ, & ſic defenſio, non tantum in brutis, ſed etiam in hominibus, quantum ad originem, eſt de iure naturali, licet, quantum ad moderamen, ſit de iure gentium: quæ diſtinctio eſt magis communis ſecundum Ioan. Oroſc *ibi n.* 2. & probatur *in lege* 2. *tit.* 8. *p.* 7. ibi: *ea natural caſa es, &c.*

8 Secundò, fulcitur hæc pars *ex l. cum natu maior*, ibi, agnoſcendum eſt ei, ſi voluit ſe vlciſci prouocatus, *ff. de bonis libert.* vix enim, quis poteſt proprium dolorem temperare Anton. Gomez 3. *tom. cap.* 3. *num.* 10. ibi & ratio Azeued. alios allegans in hac *l.* 2. *num.* 92. poſt Parlador. *lib.* 1. *rerum quotidianarum cap.* 17. *n.* 36. & Don Ioan. Vela *de pæn. delict. cap.* 10. *pagina* 85. *ad fin.*

9 Quod adeo procedit, vt etiam ſi duo ſibi inuicem promiſerint non offendere ſub pœna, & alter ipſorum prouocatus & offenſus prius ab altero illum offendat, primus offenſor tenetur, ſecundus verò non ſecundum Bart. *in l. cum pater, § libertis, num.* 7 *ff de legat.* 2. vbi limitat, quando ſimul ambo ſe offendiſſent, quia tunc nullus tenetur, & ibi eius additio allegat bonas remiſſiones, ſequitur Paulus de Caſtro *in l. ſemel mora, ff. ſolut. matrim.*

Hinc eſt, vt prouocatus animo ſe defendendi poteſt obiicere prouocanti verbum iniurioſum puta iniurianti, mentiris, Bart & Angel *in l. quæ omnia, ff. de procurat.* & alios allegans Felin. *in cap. dilecti filij num.* 10. *ff. de except.* vbi hoc verum intelligit, dummodo dicens mentiris, dicat verum, etiam ſi non proteſtetur, ſe animo non iniuriandi id ſe aſſerere, & quod non poteſt mihi replicari, quod mentior adde Azeued *in d. l. num.* 96. *&* 97. alios allegantem & Vela *vbi ſupra pag.* 86. 10

Quinimò generaliter traditum eſt, quamlibet delinquendi cauſam pœnam ordinariam extenuare Bart. *in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam* Bald. *in l. & ſi ſeuerior eodem tit.* Sylua *nupt. lib.* 1 §. 2. *n.* 94. refert plures D. Redim *de maieſt. princip.* §. *ſed etiam num.* 80. quos citat & ſequitur Parlador. *rerum quotid. d. cap.* 17. *num.* 57. ſed & alij plures idem probant quos citat Farin. *in ſuis quæſtionibus criminal. quæſt.* 15. *de accuſat. num.* 67. *cum ſequentibus*, vbi *num.* 69. id ampliat, vt nedum iuſta cauſa, ſed etiam iniuſta excuſet in crimine iniuriarum ex gloſſa & aliis, quos citat & communem profitetur Iul. Clar *in practic. crimin.* §. *fin q.* 60. *verſiculo, & generaliter.* 11

Hinc eſt etiam, vt vbi homicidium non præmeditato conſilio, ſed fortuito oborta quæſtione ad propulſandam iniuriam verbalem ad efficiendum honoris periculum repente contigerit, pœna mortis non punitur, ſed alia mitiori (ſolet enim frequentiſſimè accidere crimen illud eo pacto, vt licet puniendus ſit, nec culpa careat homicida, tamen inſpecto gentium more, quo de honore ac fama, & cuiuſlibet nomine tractatur, non ea ſit dignum pœna, quæ iure ordinario in homicidas fuerit ſtatuta) hoc ſanè caſu iudices ipſi, & præſertim, qui ſupremo regis aſſiſtunt tribunali, plerumque pœnam mortis in aliam mitiorem commutant, ita D. Couar. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 9. *num.* 2. *verſiculo primum*, vbi *quod ait ſæpiſſimè cenſet*, vbi ſtatim poſt homicidium ipſe delinquens non punitur, ſed demum ex interuallo quaſi iam obliuio ſceleris pœnam ipſam ordinariam minuat argumento *l. ſi diutino, ff. de pœnis*, vbi Modeſtinus ait, ſi diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius ſubleuanda erit: ex quibus verbis ſecundum Co- 12
uar. deducitur communiter ab Accurſio & aliis, 13
mitiori pœna puniendum eſſe eum, qui poſt longum tempus alicuius facinoris accuſatur, quod ſequuntur Alciat. & Roch. de Curt. à Didac. relati, qui affirmat non eſſe omninò improbandum, tametſi contendat perperam id à Iuriſconſulti reſponſo deduci attingens eius verum intellectum.

Et quoad primum caput præcedentis doctrinæ attinet, id ipſum, nempè, vt ſi quis prius laceſſitus iniuria etiam verbali iniuriantem enecauerit, non ſit pœna capitis plectendus, ſed mitius iure probant Auguſt. de Arimin. in addit. ad Angel. *de malef. in verbo, contumelioſa & iniurioſa, & in verb. & dictus Titius ſe defendendo, verſic. quæritur, an ex ſolis minis* & Curt. Senior *conſil.* 20. *incip. ſæpè numer.* 1. *col.* 15. *verſic.* ex 14



*ex quibus hoc*: Alex. *conſil.* 111. *videtur in caſu propoſito col. final. lib.* 2. Hippolyt. *conſil.* 25. *num.* 16. & latè examinans idem Alex. *conſilio* 119. *num.* 4. *lib.* 7. & alios referens Ant. Gomez 3. *tom. cap.* 3. *num.* 24. & Petrus Plaça *de delict.* 1 *tom. cap.* 1. *num.* 21. *in verſiculo, ab hac tamen,* contra alios, quos primo retulerat Felin *in cap. dilecti filij num.* 12. *de except.* Boer. *deciſ.* 169. vbi *num.* 2. *ad fin.* quod ita in praxi obtentum fuit à Reſtolato in Gallia, in villa de Tornela: eſtque receptum ſecundum Parlador. *vbi ſupra, num.* 38. & Iul. Clar. *in pract. crimin.* §. *final. quæſtione* 60. *verſiculo, nunc quæro ad fin.* & Azeued. *in hac l.* 2. *n.* 93.

15 Denique frequens eſt Doctorum opinio ſcribentium, quod licet in delictis calor iracundiæ omninò non excuſet, eſt tamen cauſa, vt pœna ordinaria non inferatur, vt conſtat ex Petro Dueñas plures allegante in regula 292. & ita affirmat Parlador. *vbi ſupra num.* 33. & dicemus 1. *quæſtione ſequenti*, hocque procedit in præfata ſpecie.

16 Cæterum ſi aliàs ob defenſionem ſui neceſſariam, cum moderamine inculpatæ tutelæ, quis alterum occidat, proculdubio immunis ab aliqua pœna omninò erit, vt *in l. vt vim, ff. de iuſtitia & iure cum ſimil.* quod eſt vulgatiſſimum & commune, vt inquit Cataldin. *conſil.* 53 in primis verbis inter conſil. crimin. diuerſorum Doctorum *lib.* 1. eſtque hæc ſententia frequentiori Doctorum calculo recepta, ſecundum Petrum Plaçam *de delict cap.* 28. *num.* 3. *in fine*: & ita omnium gentium more & conſuetudine receptum eſt ſecundum Cepolam *conſilio crimin.* 42. *verſiculo, & profectò*, idque licitum eſt, iure diuino naturali, & poſitiuo, vt latè probat Anton. Gomez 3. *tom. cap.* 3. *de homic. num.* 20. *& d. l.* 2. *titul.*
17 8. *part.* 7. & ibi Gregor. Lopez, & procedit etiam in foro conſcientiæ, eſt communis, vt inquit Nicelus *de concordia gloſſarum num.* 56. & apud Theologos receptiſſima ſententia, ſecundum Didacum *in clementina, ſi furioſus, de homicid.* vt refert & ſequitur Iulius Clarus *lib.* 5. *recept. ſentent.* §. *homicidium, verſiculo excuſatur autem homicidium*, vbi *in ſequentibus* poſt Anton. Gomez, *vbi ſupra*, plura in eius ampliationem & declarationem vtilia, in praxi adducit & con-
18 gerit, & omnes reſoluunt exceſſum in hoc, non eſſe puniendum pœna ordinaria, ſed extraordinaria & mitiori arbitrio iudicis: & hæc quoad primum caput doctrinæ & praxis ex Couar. ſupra adductæ.

Quoad ſecundum verò caput eiuſdem praxis, nempè quod ex diuturnitate temporis delicti commiſſi, pœna eius diminuatur *ex d. l. ſi quis diuturno*, hoc quomodo procedat & intelligendum ſic, agit Anton. Gomez 3. *tom. cap.* 1. *de delict. num.* 8. & alij: quod hic non examinamus, vt ad quæſtionem noſtram, à qua aliquantulum (ſed vtiliter in praxi) digreſſi ſumus reuertamur.

19 Et ideò in terminis, quod prouocatus ad iram aliquo dicto, vel facto alterius iniurioſo, ſi incontinenti aliquid etiam iniurioſum eidem retulerit, non teneatur iniuriarum ex prædictis probat Stephan. Aufrec. *in addit. ad deciſ.* 409. Capellæ Toloſ. *verſiculo intellige*, & fuit Speculat. *in tit. de accuſat. num.* 11. ibi, *dicunt tamen quidam*, ſequitur alios allegans Hippolyt. de Marſil. *in l.* 1. *in princip. numer.* 60. *ff. ad l. Corn. de Sicar.* vbi in prædicta ſpecie tenet non eſſe condemnandum huiuſmodi iniuriantem prouocatum, ſed mitius puniendum, & eſt communis, vt plurimos citans profitetur Farinac. 3. *tom. ſuæ prax crimin. quæſt.* 105. *num* 306. vbi *num.* 307. refert contrariam opinionem, nempe quod imò puniatur prouocatus, ſed mitius & ſic quod non liceat iniuriato aliam in iniuriantem iniuriam inferre, tenere alios authores & eſſe quoque communem & *num.* 245 *&* 309. reſoluit pro concordia, quod prima opinio procedit, quando iniurians dicit falſum & iniuriatus refert iniuriam veram: quia tunc prouocatus nullatenus tenetur: ſecunda autem opinio procedat, quando iniuriatus refert iniuriam falſam, vt ita diſtinguendo tradit Bolognet. *in l. vt vim num.* 94. *ſub verſiculo, ſecundo caſu, ff. de iuſtitia & iur.* & inquit Farinac. *d. num.* 309. quod hæc eſt veriſſima diſtinctio.

Et in terminis noſtræ l. præd. opin. & doctrinam plures authores eam ſequentes referens tenet & probat Petr. Plaç *vbi ſupra d.* 1. *tom. de delict. cap.* 1. *num.* 11. & Parlador *d. cap.* 17. *num.* 55. *vbi num.* 56. quod mitius debet puniri & ante eos Montalu *in l.* 1. *tit.* 3 *lib.* 4. *for. in gloſſa, verbo ò hereje, verſiculo, item nota* & D. Azeued. *in hac l.* 2. *numer.* 91. 95. *&* 98. vbi quod hic prouocatus iniurians prouocantem non poterit condemnari in pœnam ordinariam contradictionis ſui ipſius, ſed ad ſolidorum pœnam & exilium, attenta qualitate perſonarum, eandem reſolutionem tenet & probat Iulius Clarus *in ſua practica, criminal.* § *fin. quæſt.* 60. *verſiculo, nunc quæro*, vbi refert eſſe communem opinionem, vt inquit Boer. *conſil.* 4. *numer.* 28. quod iniuriatus iniuria afficiens iniuriantem non accuſatur & quod ita obſeruatur in practica: ſed nihilominus Clarus, inquit, quod mitius punitur, quia in dubio, ille qui eſt prouocatus, præſumitur facere id quod facit cauſa ſe defendendi, & non cauſa vltionis, idem Clarus, §. *iniuriam verſic. quæro etiam*, quem refert & ſequitur Bonacoſa *lib.* 9. *communem opinionem verbo, iniuriarum, volumine* 1. *pag.* 523. *col.* 2. *in principio, & pag.* 524. *col.* 1. *verſiculo, iniuriarum actione & pag.* 525. *col.* 1. *verſic. iniuriarum tenetur*, vbi de communi teſtatur.

Quo ſit non eſſe indiſtinctè verum, in prædicta ſpecie agi non poſſe iniuriarum: quia imò vnuſquiſque prædictorum poteſt agere de ſua iniuria, licet par ea ſit, vtpote ſi vocaui te latronem, vel quid ſimile iniurioſum, & tu me, vt in terminis agens ad partes, reſoluit ad partes Speculator *vbi ſupra* ibi, *dic contra*: quia iniuria vna per aliam non tollitur, ſed augetur *l.* 1. §. *publico, ff. ad l. Iul. de adult.* quam Specul. doctrinam tenet cum aliis Ferrat. *cautel.* 39. Nauarr. *in manual. cap.* 18. *num.* 46. *ad fin.* & Tyber. Decian. 1. *tom tractatu criminal. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* 6. *fol.* 112. & cum communi latè reſoluitur *lib.* 9. *communium opinionum verſic. iniurioſa verba pag.* 528. *ad fin in* 1. *volumine.* 20

Mitius tamen puniri debet prouocatus iniurians verbo, vt in terminis hanc materiam ſic declarans & referens Speculatorem *vbi ſupra* tenet Abb. *in cap.* 1. *num.* 1. *& ſecundo de iniuriis & damn. dat.* & reſoluunt præfati authores tam iure communi, quàm in terminis noſtræ legis regiæ, ita vt etiam ſi hic ſecundus iniurians proferat in prouocantem vnum ex verbis iniurioſis, de quibus in hac l. 2. minimè ſit condemnandus in pœnam canendi palinodiam, ratione prouocationis, ſeu alia mitiori arbitrio iudicis omnibus rectè penſatis. 21

Habemus

Habemus igitur ex ſupradict. optimam reſolutionem, quod quando agitur ad pœnam legalem infligendam, delictum vnius non tollitur per peccatum alterius, imo cuiuſque delictum pœna condigna puniri debet, vt in *d. l. 2. § ſi ex publico:* mitiori tamen, quam aliis, ſi par delictum non committeretur, ſed ſimpliciter delictum vnum eſſet commiſſum, vt vidimus.

23 Si verò agatur, ciuiliter ad ſeparationem thori, & lucrandam dotem, & ſic ad particularem vtilitatem, & vtrumque delictum non ſit, circa idem factum, vt mutuum adulterium mariti, & vxoris circa matrimonium benè tolluntur hæc delicta mutua compenſatione text. *in cap. intelleximus, cum materia de adulter.* latè Tyber. Decian. *vbi ſupra num.* 1. vbi aſſignat rationem: aliàs ſecus, quando delictum verſatur, circa diuerſa facta, quia tunc non tolluntur mutua compenſatione, ſed vterque agere poteſt pro ſua iniuria, vt in noſtra ſpecie, & quæſtione de duobus ſe inuicem iniuriantibus eodem tempore, ita declarat Abb. *in d. c.* 1. *n.* 1. *de iniuriis*, & ibi eius additio, *l.* 1. *D.* dicens, quod iſta eſt veritas, & idem Abb. *in d. c. intelleximus, n.* 5. & ibi quoque Ananias *n.* 5. *&* 9. & Abb. *in d. c.* 1. nos remittit Auendañ. *in tract. de iniuriis, n.* 6. *in verſic. item & ſexto in fine*, ſequitur Tyber. Dec, *vbi ſup. in* 1. *limit. paulo ante n.* 6.

24 Quod ſi duobus ſe ſimul verbis iniuriantibus, non appareat, qui fuerit author, & ſic prouocator, neuter tenetur, vt cum Felin. *in cap. dilectis de exception. col.* 7. ibi tertia declaratio, & cum Ludouic. Roman. *in l. cum mulier* 31. *col. ff. ſolut. matrim.* tenet P. Andr. *communium opinionum, vbi ſupra, lib.* 9. *vol.* 1. *pag.* 525. *col.* 2. *ad finem*, per text. *in l. ſcientiam §. cum ſtramenta, ff. ad l. Aquil.*

25 De eo autem, qui prouocatus ab altero ei reſpondit, *Mentiris*, etiam cum proteſtatione, *ſaluo honore tuo*, latè agit Farinac. *d.* 3. *Thom. quæſt.* 105. *n.* 310. *cum pluribus ſequentibus.*

## SVMMARIVM.

1 *Iniurians aliquem calore iracundiæ verbis maioribus de quibus in l.* 2. *tit.* de las injurias *lib.* 8. *nouæ collect. Reg. an incidat in eius pœnas? n. ſeqq. præcipuè, n.* 9. *&* 14.

3 *Leuiora ſunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quæ meditata, præparataque inferuntur.*

5 *Regula quicquid calore iracundiæ, ff. de regul. iur. intellectus, & num.* 10. 13. 15. 16. *&* 17.

6 *Iniurioſa verba proferens aduerſus alium ea ſtatim reuocans an liberetur ab actione iniuriarum propter calorem iracundiæ, & numer.* 12.

7 *Pœnitentia poſt delictum commiſſum regulariter non excuſat ab accuſatione.*

8 *Ira ſimplex licet maxima, non excuſat à parricidio.*

11 *Dicens alicui*, Mentiris ſaluo honore tuo, *non liberatur ab actione iniuriarum.*

18 *L.* 25. *tit.* 22. *par.* 5. *intellectus.*

---

*De iniuriante alterum calore iracundiæ.*

## QVÆSTIO CXXIX.

QVÆRO etiam, circa eandem l. 2. tit. 10. *de las iniurias, lib.* 8. *nou. collect. reg.* an obiiciens alicui, conuitij cauſa calore iracundiæ, verbum quodlibet iniurioſum, de quibus in *hac l.* 2. incidat in eius pœnam, nempè canendi palinodiam, & ſoluendi trecentos ſolidos? 1

Et non incidere, ſed alia mitiori extraordinaria eſſe puniendum, facit in primis reg. quidquid calore iracundiæ ſit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quam ſi perſeuerantia apparuerit in iudicium animi fuiſſe, *ff. de regul. iur. l.* 2. *ibi ſeu calorem, &c. C. de abolit. & in l. aut facta §. cauſa ff. de pœn. & in cap. ſi quis iratus*, & ibi gloſſ. 12. *quæſt.* 3. *& in c. ira* 11. *quæſt.* 3. eſt communis & vera, vt plures allegans reſoluit nouiſſimè Farinac. *in* 3. *tom. ſuæ prax. crim. quæſt.* 91. *in princip. num.* 1. vbi etiam loquitur in homicidio calore iracundiæ commiſſo, vt tunc non ſit imponenda pro eo pœna ordinaria homicidij alia mitior arbitrio iudicantis, & num. 35. idem reſoluit; ita concordans opiniones contrarias, quas retulerat. 2

Secundo quoniam leuiora ſunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quæ meditata, præparataque inferuntur, ex Marc. Tullio Cicerone *officiorum* primo, quod in l. 2. de inuentione latius exequitur, ſiquidem ea, quæ inconſulto dolore, & furore iræ fiunt, excuſationem habent, cum repente, & ſine deliberatione fiunt, quia non ex toto voluntaria ſunt, nec prorſus malitiæ imputantur, ſed magis humanæ fragilitati, quapropter leuius punienda ſunt ex Platone *lib.* 9. *de legib. pag.* 7. & breuiter D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 24. & Abulenſ. ſuper Matth. *cap.* 5. *quæſt.* 122. agunt Syluest. & Caietan *in ſuis ſummis, verbo, rixa*, Boer. alios allegans *deciſione* 168. 3

Tertio, & prope in terminis, quod ſi quis dixerit verbum iniurioſum alteri iracundia probata immunis ſit à criminis pœna, Angel. *in l. ſi non conuitij, num.* 6. *C. de iniur.* Hippolyt. *ſingul.* 626. & inquit Iaſ. *in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit, el primero poſt num.* 1. *ff. de iur. iurando*, quod ſolet communiter dici, vt factum calore iracundiæ non ſit punibile, vel quod ſaltem (ſecundum omnes) mitius puniri debeat, Tyber. Dec. *in* 2. *tom. tractatu crimin. cap.* 11. *num.* 9. & optimè Decius *in d. l. quidquid calore iracundiæ, num* 6. *&* 7. 4

Vbi inquit, quod licet regula illa non habeat locum in delictis, in quibus quis calore iracundiæ non excuſatur, vt *in d. l. ſi non conuitij, C. de iniur.* aliàs raro propter homicidium eſſet quis puniendus; quia plerumque, cum iracundia committitur, & quod hoc procedit etiam ſi maxima ſit iracundia, propter quam delinquens alienatus ſit à mente: attamen quamuis ex toto non excuſetur ille, qui ſic deliquit, pœna tamen mitigari debet in delicto commiſſo iracundia, ſequitur plures referens Petr. Duen. *in reg.* 291. *limit.* 1. eſtque frequens Doctorum ſententia, ſecundum Ioann. Yañez, Parlad. *lib.* 1. *rerum quot. cap.* 27. *num.* 39. & ita declarat, & concordat opiniones contrarias, quas in hoc refert Farin. 5



Farin. *vbi ſupra n.* 2. *&* 3. vbi *numeris ſequentibus*, latè hanc regulam declarat, ampliat, & limitat, diximus *ſup. in quæſt. præced.* & tenet Iul. Clarus *§ iniuria verſic. quæro quid*, & probatur in l. 16. *tit. fin. p.* 7. cuius verba ſunt hæc: *Otro ſi dixeron, que lo que el home face, o dize con en cendimiento de ſaña, non deue ſer iuzgado per firme, antes que ſe vea, ſi durara en ello, non ſe arrepintiendo luego el que ſe mouio. Pero eſto ſe deue entender, que lo que el home face, o dize con ſaña o daño, o ha de nueſto de otro, que lo no excuſa de la pena, como quer que ſe in mengue de la culpa del yerro, quando el mouimiento de la ſaña fue con razon.*

6 Ex qua l. Regia approbari videtur opinio Angeli *vbi ſup.* & communis exiſtimantis in præmiſſa ſpecie pœnitentiam liberare actione iniuriarum propter calorem iracundiæ, quando iniuria poſſit reuocari, prout contingit, ſi ſtatim in continenti iniurians, antequam recedat ab illo loco, vbi dixit verba iniurioſa verſus iniuriatum dicit falſum eſſe quod contra eum dixit, & ſe pœnitere, dixerit, quia reuocatio verborum dictorum, ſiue ex iracundia, ſiue ex propoſito facit ceſſare actionem iniuriarum, ſecus aliàs ſi iniuria reuocari non poteſt, quod intelligi vno modo poteſt, ſcilicet quando reuocatio ſit ex interuallo, quia tunc iniuriæ pœnitentia non prodeſt, vt conſtat ex *d. l. quicquid calore*, ibi prius ratum non eſt, quam ſi perſeuerantia appareat, &c. & clarius ex *d. l.* 16. ibi, *Antes que ſe vea ſi dura en ello, no ſe arrepintiendo luego, &c.* ſecund. Angel. & cæteros *ſup.* allegatos & præcipuè Thom. Ferrat. *cant.* 59. *in fi.* & Petr. Dueñas *vbi ſup. in d. l.* 1. *limit. verſi. & circa hanc*; Petrus Greg *in ſuo ſyntagm. iur. vniuerſ.* 1. *part. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 6. & alios refert loquens in terminis noſtræ l. 2. Petrus Plaza 1. *tom. de delict. cap.* 2. *num.* 19. *verſic. ipſe tamen ſic intelligens l. quicquid calore*, & plures referens nouiſſimè Farinac. *in ſuis quæſt. criminal.* 1. *part. tit. de delict. & pœn. quæſt.* 20. *numer.* 59. & idem Farinac. 3. *tom. quæſt.* 91. *num.* 36. vbi alios allegat, vbi quod quando delinquentem non pœnituit deliquiſſe, & propterea in delicto perſeuerat illudque ratificat, tunc etiam quia per iracundiam deliquerit non punitur mitius, & vt prædiximus: hæc communis ſententia approbatur *in d. l. p.* 16. nihilominus tamen mitior pœna tunc imponenda eſt, vt pleríque ex ſupradictis exiſtimant, & probat expreſſe *d. l.* 16 *in fine*, ibi: *pero eſto ſe deue entender, &c.* & hæc in iniuria verbali commiſſa vera ſunt, & rectè procedunt iuxta ſuprad. diſtinctionem.

7 Cæterum regulariter pœnitentia poſt delictum commiſſum, puta homicidum, non excuſat ab accuſatione, vt cum communi reſoluit Iulius Clar. *in pract. crim. §. fin. quæſt.* 16. *verſic. item quæro, & quæſt.* 70. *verſic. ſed quandoque*, & iterum §. *iniuria verſic. quæro quid, in fin.* vbi quod ita in facti contingentia deciſum fuit per Curiam Toloſ. teſte Aufrerio *deciſ.* 409. item Titius quem refert Mantua, qui idem conſuluit *conſil.* 77. *lib.* 2. eandem diſtinctionem plures allegans, & exemplificans ſequitur Farin. *d. quæſt.* 91. *num.* 31. ad quem locum ſe remittit, idem author inferius *quæſt.* 105. *num.* 153. vbi *& in numeris ſequentibus*, agit infra quantum tempus iniurians debeat pœnitere, vt excuſetur à pœna, & *num.* 154. reſoluit, quod retractatio, ſeu reuocatio iniuriæ debeat fieri omnino per iniuriantem ſtatim antequam recedat à loco, in quo iniuriam protulit, & quod hæc videtur eſſe communior opinio, cuius authores citat; & inquit adhuc, iſto caſu reuocantem eſſe leuiter puniendum, ſecundum Addit. Iul. Clar. quem refert, & *num.* 136 quod iſta reuocatio, ſeu retractatio iniuriæ quando ſit, debet fieri publicè, & palam non autem ſecretè, & etiam debet fieri in eodem loco in quo iniuria illata eſt, & coram eiſdem perſonis, & quomodo, & per quæ verba fieri debeat.

Sic etiam ita ſimplex licet maxima, non excuſat à parricidio, vt latè probat Decian. *in ſuis tract. crimin.* 2. *tom cap.* 15. *num* 17. *fol. mihi*, 211. & Petr. Gregor. 2. *parte vbi ſupra cap.* 12. *num.* 15. *paginæ* 154. & in furto idem probat, *l. qui à morte* 67 *ff. de furt.* nemo enim (vt inquit lex illa) tali peccato pœnitentia ſua, nocens eſſe deſiit, vt excuſetur à pœna. 8

Superiora tamen in crimine iniuriarum dicta, & ſi in puncto iuris procedere valeant, nempè quod calor iracundiæ operetur pœnæ ordinariæ mitigationem difficillime tamen ad praxim reduci poſſe videntur; quoniam adhoc, vt ratione iracundiæ præd. mitigatio pœnæ ordinariæ noſtræ l. Regiæ, locum habeat, probari debet quæ talis fuerit iracundia, quæ ipſum delinquentem à mente alienauerit, alias enim nullam habet excuſationem, ſed ordinaria pœna eſt puniendus, vt *in d. l. ſi non conuitij*, & notat Abb. *in cap.* 1. *in ſecundo notab. de his, qui filios occid.* & difficile eſt probare talem iracundiam, ſecundum Abb. *in cap. dudum, num.* 8. *in fin. de conuerſ. coniug.* ita Philipp. Decius, *in d. l. quicquid calore, num.* 8. & alios allegans Farin. *d. quæſt.* 91. *num* 40. *&* 41. vbi quod licet hoc probare ſit difficile, non per hoc eſt impoſſibile: Auend. optime *in dictionario, verbo ira*, & in terminis noſtræ l. idem Auend. *in tractatu de iniuriis, n.* 6. putans ideo aduertendum ad noſtram l. Regiam, quæ non diſtinguit, an calor fuerit talis qui à mente alienauerit, vel non: & ita in praxi cenſeo obſeruandum, ſecundum opinionem præfatam Philipp Decij. & Auend. qui veritatem attigiſſe mihi videntur poſt Abb. quem citant, nempe vt tunc demum in terminis noſtræ l. Regiæ habeat locum mitigatio pœnæ de qua in ea ob calorem iracundiæ, quoties probatur ſufficienter talis vis tempore iniuriæ, quæ ipſum delinquentem à mente alienauerit, cuius probatio rara, & difficilis eſt, licet non impoſſibilis ſecundum Farinac. *ſup.* relatum alias ſecus, quia puniri debet pœna ordinaria noſtræ l. verba iniuriæ, de quibus in ea in alterum conuitij cauſa obiiciens, & ita ſunt intelligenda, & declaranda fundamenta contraria, & Doctores ſupra in contrarium adducti. 9

Præſertim, quia ſi aliter interpretemur exemplum doctr. communis, quam ſup. adduximus, conſtituentis differentiam inter iniurias, quæ poſſunt reuocari vel non: cum Felin *in c. cum te, num* 8. *verſ. dum dicit, de re iudic.* poſt Imol. quos refert, & ſequitur Petr. Andreas *lib.* 9. *commun. opin.* ſcilicet, vbi actu retractari poteſt ſine præiudicio aduerſarij, vt in caſu l. *Diuortium* 3. *ff. de diuor. poſita, in cap. diuortium de pœnit. diſtinct.* 1. quæ ita ſe habet: *Diuortium non eſt verum, niſi quod animo perpetuam conſtituendi diuiſionem fit, itaque quidquid calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quam perſeuerantia apparuerit iudicium animi fuiſſe, ideoque per calorem miſſo repudio, ſi breui reuerſa eſt, vxor, nec diuertiſſe videtur:* ſecus, ſi non poteſt, ſine præiudicio aduerſarij reuocari, vt in actione iniuriarum, quæ 10

competit etiam pro iniuria illata ex repentino calore iracundiæ, quæ præſumitur animo iniuriandi, & ideò ſi poſſet reuocari non eſſet reuocatum præiudicium iniuriati *l. ſi non conuitij*, *C. de iniur.* & fuit doctrina.

11 Scilicet ibi, quam dicit notandam *ad d. l. quicquid calore iracundiæ ff. de reg. iur.* Petr. Andr. *vbi ſupra* Auendan. *in tract. de iniur. numer. 7. verſic. item ſecundo, & numer. 8. verſic. 4. infra*: hinc eſt, vt qui dixerit alicui, *Mentiris, ſaluo honore tuo*, non liberetur actione iniuriarum Bartol. & alij *in l. ſi quis extraneus in princ. ff. de hered. inſtit.* Montalu. *in l. 1. tit. 5. lib. 4. fori litt. A.* Couar. *lib. 1. variar. reſolut. cap. 11. numer. 1.* Perez *in l. 1. tit. 4. lib. 5. ordinam. in gloſſa, tacharitestigos*; Plaz. *de delict. lib. 1. cap. 1. num. 11.* Salzed. *in regal. 784. in fin. & volum. 1. commun. opin. lib. 9. pag. 528. col. 2. num. 30* & Azeued. *in hac l. 2. num. 122.* vbi *numer. 123.* hoc verum intelligit cum communi, quoties adeſſet animus iniuriandi aliàs ſecus, ſed hoc debet intelligi, quando in continenti non fit reuocatio iuxta *d. l. 16. tit. 9. par. 7.* & ſupradicta.

12 Non igitur habet locum in propoſito d. doct. communis conſtituentis præd. differentiam inter iniurias, quæ poſſunt reuocari, vel non, niſi quoad mitigationem pœnæ, prolata iniuria verbali calore iracundiæ rationabili iuxta *d. l. 16. in*
13 *ſi* ¶ imò regulariter obſeruandum eſt, quod quando ira prouenit ex iuſta cauſa licet in totum non excuſet, operatur tamen vt delinquens mitius puniatur, vt in viro occidente vxorem repertam in adulterio, ſi verò non prouenit ex iuſta cauſa & tunc nihil excuſat: hæc eſt communis opinio, vt ex Menchac. refert & ſequitur Iul. Clar. *in practic. crimin. §. fin. quæſt. 60. verſic. & etiam*, ibi, *tu vero dic.*

14 Si tamen iniuria calore iracundiæ prolata non reuocetur, ſic iniurians non excuſabitur à pœna ordinaria noſtræ l. regiæ 2. etiamſi iracundia maxima fuerit, niſi talis fuiſſe probetur, quæ eum à mente alienauerit aliàs ſecus, vt *ſupra* reſoluimus.

15 Ex ſupradicta mirabili reſolutione infertur vera intelligentia *ad l. lex Iulia 7. in ordine, ff. ad l. Iuliam repetund. in fine*: vbi inquit text. ibi, *Quid enim ſi ob hominem necandum pecuniam acceperint? vel licet non acceperint, calore tamen inducti interfecerint, vel innocentem vel quem punire non debuerant? Capite plecti debent vel ſaltem in inſulam deportari*, vt plerique puniti ſunt, ad hoc enim, vt calor, vel iracundia iudicem excuſet à pœna ordinaria qui calore iracundiæ interfecerit innocentem, vel quem puniri non debuerat, talis iracundia eſſe debet, quæ præd. iudicem à mente alienauerit: aliàs enim pœna ordinaria puniri debet iuxta præd. iuris reſolutionem veriſſimam Abbatis & cæterorum.

16 Nec enim eum excuſare debet, quod ſit Magiſtratus & Officialis publicus cum hi, ſi perperam ſcienter innocentem ad mortem condemnauerint, vel quem punire non debuerant, pœna legis Corneliæ *de Sicar.* teneantur *l. 1. in princip. verſiculo, quivè cum Magiſtratus eſſet*, & in lege Cornelia *in princip. eſt ad l. Cornel. de Sicar. l. 25. tit. 22. p. 3.* ibi, *e por ende dezimos, que ſi algun juzgador juzgare à ſabiendas torzaderamente à otro en pleyto de juſticia, que tal pena merece el recibir en ſu cuerpo, qual el mando hazer al otro, quien ſea de muerte, ò de leſion, ò de otra manera de deſterramiento, è ſi el Rey le quiſiere hazer merced, perdonandole la vida, puedelo echar de la tierra para ſiempre por enfamado, è tomarle todo lo ſuyo.*

17 Et in terminis *d. l. lex Iulia, §. fin.* ita quoque videtur ſentire & intelligere Bald *in l. vnica num. 10. verſiculo & aduerte*, quia ſi iudex, *C. ex delict. defunct.* vbi dicit eſſe textum mirabilem in *c. l. lex Iulia, § fi.* de eo, quod fecit iudex ex crudelitate, vel nimio calore furoris. Ponderanda ſunt verba illa, vel nimio calore furoris, quia alienationem perfectam mentis, & ſic maximum furorem ſignificant & expreſſius Andr. de Iſern. *in titulo, quæ ſint regalia, verſiculo & bona committentium crimen Maieſtatis col. 4.* intelligit illum textum, vt puniatur iudex pœna mortis, etiam ſi calore interfecit, vel iuſſit interfici.

18 Hæc quamuis vera ſint in puncto iuris, in ſpecie tamen *d. §. fin.* æquior videtur opinio (& ideò in praxi obtinebit) quod mitius puniatur iudex qui calore iracundiæ id fecerit, vt profitetur Gregor. Lopez *in d. l. 25. in gloſſa, è ſi el Rey*, ibi: æquior tamen ex his, quæ latè tradit Felin. *in c. ſicut ex litteris, columna penultima, & fin. de iur. iurando*, quæ opinio corroborari poteſt ex *d. l. 25. in verſiculo, è ſi tal juyzio como eſte*, vbi in priori caſu d. l. lex Iulia, *§. fin.* nempè, quando iudices ab hominem necandum pecuniam acceperint, decidit, *que ſi el juez fuere Adelantado mayor ò otro rico home quien otorgaſe el Rey poderio de juzgar, ſi tal juyzio como el ſuſodicho ouieſe dado por precio, deue ſer deſterrado para ſiempre, è todos ſus bienes tomados &c.* Nam cum hic caſus & alter ille, de quo agimus, nempè de iudice qui calore iracundiæ inductus innocentem interfecerit, vel quem punire non debuerat, æquiparati ſint per modum regulæ, quoad eandem punitionem per *d. l. ex Iulia, §. fin.* lex noua pariter loquens in vno, locum quoque videtur habere in alio (præcipuè cum agatur de mitigatione pœnæ) iuxta gloſſam *in l. ſi quis ſeruo, verbo, corrumpi, C. de furt. & ſeru. corrupt. & in l. ſi vero contra, ff. de legat.* eſt communis doctrina, ſecundum Anton. Gomez *in l. 4. Taur. num. 7.* & Iaſ. vbi bene loquitur *in auth. quas actiones num. 19. C. de ſacroſanctis Eccleſ.* & latè Tell. Fernandez *in l. 4. Taur. num. 25.* & Octau. Cacher. *in deciſione Pedemont. 6. num. 9. & 10.* de qua doctrina latiſſimè
19 etiam agunt Aymon Crauet. *de antiq. tempor. 4. p. in principio num. 98. cum ſequentibus, fol. mihi 140.* in paruis & Burg. de Paz *in l. 3. Taur. 2. concl num. 64. cum ſeqq.*

## SVMMARIVM.

1 *Iniurians alterum lapſu linguæ aliquo conuitio contentis in l. regia 2. titulo* de las injurias, *lib. 8. nouæ collect. reg. vt ſimil. an teneatur palinodiam canere, & ſoluere 300. ſolidos? & numeris ſeqq.*

7 *Qui per lubricum linguæ animo indeliberato in blaſphemiam vel hæreſim proruperit, an & quomodo puniatur?*





### *De obiiciente conuitium alteri lapſu linguæ.*

## QVÆSTIO CXXX.

1 QVÆRO ſimiliter vtrum ſi quis per lapſum linguæ aliquod conuitium ex contentis in hac noſtra l. regia ſecunda, vel ſimil. alteri obiecerit, teneaturne palinodiam canere & 300. ſolidos ſoluere? Et ipſum, hac noſtræ l. pœ-
2 na teneri videtur, ¶ nomina namque & verba adinuenta ſunt, & proferuntur vt dicentis voluntatem demonſtrent, *l. in hac, ff. ſupellect. leget. cap. ſi autem 22. q. 2.* Bald. *in l. 1. §. vbi autem col. fin. & in §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend. & in cap. bona el 1. col. 1. de poſtul. prælat. & in l. ſed & probari, ff. de excuſat. tut.*

3 Verba enim legis ſcripta, manifeſtum eſt, nihil poſſe calumniæ admittere ſecundum Quintilian. Senior. *in inſtitut. orat.* nec oportet de eius voluntate nos argumentari, qui ne id facere poſſimus, iudicium nobis reliquerit ſuæ voluntatis, vt ait Tull. *lib. 2. de inuentione*, & vt idem Cicero ait ibi *de legibus, Oratio eſt mentis interpres*, & ante eum Lucretius *lib. 6.* vocat linguam *animi interpretem*, ſic Caſſiod. cuius meminit Alexand. *con-*
4 *ſil. 52.* circa hanc dubitationem *col. 2. vol. 4.* non ſemel adnotauit, nullum eſſe maius mentis noſtræ teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, & eſt text. *in l. generaliter, C. de non numerat. pecun.* Bald. *in l. tres denuntiationes, col. 1. C. quomod. & quando iudex, & in rubr. de teſtibus*, vbi refert illud, loquere, & cognoſcam te, & multa alia his ſimilia in propoſito prima fronte adducit pro hac parte Petrus Plaça *de delict. 1. tom. num. 20.*

5 Sed pro contraria parte facit, quia non facilè lubricum linguæ ad pœnam trahendum eſt, *l. 1. C. ſi quis imperat. maledix. l. famoſi, ff. ad Iul. mai. c. quod autem 2. 1. q. 2.* Zanch. *de hæret. c. 7. num. 9.* & cum aliis Farin. *3. tom. ſuæ praxis crim. q. 105. num. 149.*

6 Pro reſolutione obſeruandum eſt in hac ſpecie, pœna ordinaria noſtræ l. minimè puniendum eſſe huiuſmodi criminoſum, vel reum, ſed alia mitiori arbitrio iudicis, qui per lapſum linguæ conuitium præd. obiecerit, vt tandem cum deliberatione veriſſimum cenſuit in noſtris terminis Plaça *vbi ſuprà, d. num. 20. in fine*, quin etiam leuiter iudicantis arbitrio dicit eſſe plectendum: quod ego ſequerer quoties conſtaret de vero linguæ lapſu, ne aliàs ſcienter, & ex propoſito ob euadendam pœnam ordinariam l. fingatur lapſus linguæ: oportet igitur iudicem cuncta rimari, vt hæc diſcernat, cuius hoc recto arbitrio relinquitur, difficile tamen erit interponere in hac ſpecie rectum arbitrium contra claram prolationem verborum animo iniuriandi, & diſpoſitionem manifeſtam noſtræ legis.

7 Sic etiam, qui per lubricum linguæ animo indeliberato in blaſphemiam, vel hæreſim proruperit extraordinariè erit puniendus, ſecundum lapſum, Cardin. *in clement. vnic. de vſur.* Campeg. ad Zanchin. *de hæret. cap. 7.* Albert. & alij quos refert, Ignat. Salzed. & Bernard. Diaz de Lug. *in pract. crim. cap. 110. litt. A. verſic. ſed verius*; dicens plectendum eſſe pœna pecuniaria in vſus pios eroganda, vel alia arbitraria, conſideratis his qualitatibus, & circunſtantiis, de quibus ibi per eum, & quod erit magni momenti ad d. pœnam minuendam, vel nullam infligendam, quando qui ea verba dixit, ſtatim palinodiam recantauit, & pœnituit, licet ſit grauiter reprehendendus, & ſummè monendus, vt deinceps caueat.



## SVMMARIVM.

1 *Aſſirmans falſo, ſe mulierem quandam honeſtam deſponſaſſe, ratione iniuriarum an poſſit conueniri ab ea eiuſve parentibus, &c. & qua pœna puniatur? & num. 2.*

### *De falſo aſſirmante ſe aliquam honeſtam fœminam deſponſaſſe.*

## QVÆSTIO CXXXI.

QVÆRO vlterius, an qui falſo aſſirmauerit ſe mulierem quandam honeſtam deſponſaſſe, poſſit conueniri ab ea, eiuſve parentibus, vel curatoribus, aut marito, actione iniuriarum & qua pœna ſit plectendus? 1

Et prima quidem facie, videtur hunc minimè conueniri poſſe actione iniuriarum præſertim inter æquales, vel ſi maior, aut dignior eſſet, qui prædicta verba protulit cum ex eis nulla prorſus videatur iniuria alteri irrogata, cum iactantia illa, ei non videatur præiudicialis, ſed tantum mendacio prolata, nec videatur contra bonos mores dicere, *Ego te deſponſaui*, quia iſtud eſt licitum & permiſſum, ſcilicet, deſponſare, vt in titulo de ſponſalibus per totum: nec per hoc diffamatur matrimonium poſtea contractum.

Nihilominus tamen in præmiſſa ſpecie contrarium eſt tenendum, imò quod huiuſmodi reus conueniri actione iniuriarum poſſit, & pœna extraordinaria plectendus veniat, attenta qualitate perſonarum & circunſtantiis concurrentibus: non verò pœna ordinaria noſtræ l. quia nullum conuitium ex quinque, vel ſex in ea expreſſis, vel eis ſimile fuit obiectum: omne namque factum, vel dictum contra veritatem in diffamationem alterius, præſertim ſi fama mulieris laceſſitur, & inde inter virum & vxorem diſcordia ſeminetur, competenter arbitrio iudicis meretur vindictam *leg. item apud Labeonem, §. quod autem non in cœtu, & in §. meminiſſe, ff. de iniuriis.* 2

Similiter & omnis qui impoſturam fecerit, id eſt, bonis viris, vel mulieribus mendacia impoſuerit, *l. 3. §. ſi quis impoſturam*, & ibi, *notatur, ff. de crimin. ſtell.* Sed omne mendacium in alterius detrimentum eſt contra bonos mores, præſertim, quando mulieris honeſtatem ſugillat, & falſis contumeliis matrimonium diffamat. *l. quamuis adulterij, Cod. de adult.* hic enim virorum ſponſalia & pariter mulierum infamantur eadem infamia *l. 1. in fin. & l. quid ergo, §. quod ait, ff. de infami*; & facit etiam, quantum in ſe eſt, venire in odium patris, vt his & aliis fundamentis probat in terminis Bald. *conſ. 230. omne factum, per totum in 3. part. conſiliorum.*

Concludens pœna extraordinaria eſſe puniendum, quem refert & ſequitur Iul. Clar. *in practic. crimin. §. iniuria in principio*, ibi *puta*, quia dixerit mulieri, *Ego te deſponſaui*, & tenet Didacus Perez (licet Baldum non referat) *in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordinamenti, pagina 42. in fin.* & hunc caſum iam

habui in praxi, & in exilium condemnaui hominem, qui dixit & publicauit ſe deſponſaſſe virginem quandam honeſtam, quam ſectabatur aſſiduè, die noctuque ſolicitabat, & occultè alloquebatur illi ſigna faciens, & non potuit probare ſponſalia: motus etiam fui *l.5. tit.9. p.7.* quæ loquitur contra inſectantes virgines vel nuptas honeſtas, quod teneantur actione iniuriarum. Non obſtant contraria, quia ex ſupradictis iam ſunt diluta: & quamuis ſponſalia ſint licita, non tamen licet falſo affirmare deſponſationem in iniuriam mulieris & parentum vel mariti.

## SVMMARIVM.

1 *Mandans, vel conſulens vnum ex conuitiis maioribus, de quibus in l.2. tit.* de las injurias, *lib.8. noua collect. reg. in alterum inijci, an incurrat in eius pœnas vel alterius ſtatuti, & num. ſeqq. præcipuè, num.9. cum ſeqq. & num.23. cum cæteris.*

2 *Mandator ex ſua perſona conueniri poteſt præter ipſum reum principalem.*

3 *Mandans committi delictum, an eadem pœna ſit puniendus, qua mandatarius? & n.4. & 5.*

6 *Conſulens delictum committi, qua pœna puniatur & n.7. idem in exhortante.*

18 *Regula,* Qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, *intellectus.*

19 *Regula,* Omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem impartimur, *intellectus.*

20 C. mulieres de ſententia excommunic. *intellectus & num.21.*

30 *Mandans, conſulens, & exhortans committi delictum, an ſi poſtea id reuocet, & nihilominus committatur, teneatur ex delicto ſequuto? & num. ſeqq.*

### *De mandante, conſulente, & exhortante inijci in alium conuitium ex maioribus contentis in l. regia.*

## QVÆSTIO CXXXII.

1 QVÆRO modo de queſtione ardua & difficili in praxi circa materiam noſtræ, l.2. tit. *de las injurias, y denueſtos,* an mandans, vel conſulens, vnum ex quinque verbis contumelioſis & conuitiis, de quibus in noſtra l. vel ſimil. alteri exprobari incidat in eius pœnam ordinariam, necne?

2 In primis namque habemus iuris regulam generalem, quæ habet mandatorem quo ex ſua perſona conueniri poſſe præter principalem reum: *l. non ideo minus, Cod. de accuſat. l. certè, §.1. ff. de precar: l. vltim. ff. ſi menſor falſ. mod. dix. cap. mulieres, §. vltim. de ſententia excommunicationis,* ibi, cum is committat verè, cuius mandato delictum committitur Bart. *in l. non ſolum, §. ſi mandato, num.8. ff. de iniuriis,* & *in l. ſed ſi vnius, §. ſi ſeruus, eodem titulo.* Angel. *in tract. de malef. verbo, Sempronium mandatorem,* Tiraquel. plura congerens *in leg. connubial. gloſſ.5. num.1. 193.* Hippolyt. *ſingul.181.* Palat. Rub. *in rub. de donat. inter vir. & vxor. §.87. n.20.* Carrer. latè *in pract. crim. §. homicidium, num.58.* Plaça *de delict. lib.1. cap.1. num.8.*

Et quamuis magna fuerit aliquando contro- 3
uerſia inter ſcribentes, an mandans committi delictum puniri debeat eadem pœna, qua mandatarius, quibuſdam dicentibus, quod aut mandatarius erat aliàs commiſſurus delictum, & eo caſu mandatarius non tenetur; aut verò non erat aliàs facturus & tenetur, quam dicit communem Alberic. *in l. ob hæc verba, ff. de his, qui not. infam.* Dec. *in l. conſilij, num.4. cum ſequentibus, ff. de reg. iur.* prout eos ad hoc refert & alios eam tenentes Tyber. Decian. *2. tom. tract. crimin. lib.9. cap.36. num.14.*

Hæc tamen diſtinctio communiter reproba- 4
tur, vt inquit Iaſ. *in l.1. poſt num.23. Cod. de ſeruis fugitiu.* nam, quando mandatum cadit in delictum, non eſt adhibenda præfata diſtinctio, vt inquit gloſſ. approbata *in l.1. §. perſuaderi gloſſ. magn. ff. de ſeruo corrupt.* eſt communis regula teſte Gomerio *in §. pœnales poſt num.10. inſtit. de action.* & cum eo Iulius Clarus *in practic. crimin. §. fin. quæſt.89. in principio.* tametſi eos reprehendat circa fidelem recitationem auctorum Decian. *vbi ſuprà,* ſed indiſtinctè mandans punitur eadem pœna, qua puniendus eſt mandatarius ipſe, qui delictum commiſit iuxta doctrinam Bartol. *in l. non ſolum, §. ſi mandato, num.19. ff. de iniuriis,* communiter approbatam, vt plurimis citatis, inter quos & Couar. affirmat Clarus *vbi ſuprà,* dicens eſſe tenendam tanquam veriorem & magis communem, & quod eam vidit ſeruari in quodam Auguſtino Marentio, qui mandauerit filio, vt vxorem ſuam interficeret & fuit patri amputatum caput 3. April. ann. 1558. eandem communem ſententiam probauimus & ſequuti fuimus reprobata præcedenti diſtinctione *lib.3.*
*pract. q.2. num.6. & 7.* Et intelligenda eſt ſequuto 5
& conſummato delicto, ſecundum Anton. Gom. *3. tom. var. reſol. c.3. de homicid. num.39.* necnon & Auend. *de iniuriis, n.9.* vbi quod ex ſolo mandato, delicto non ſequuto imponi debet mandanti pœna extraordinaria, niſi in grauiſſimis delictis, vt eſt aſſaſſinium & ſimil. in quibus mandans punitur pœna ordinaria; licet delictum non ſequatur, & hæc eſt magis communis opinio teſte. Farin. qui plures allegat *1. tom. quæſtionum crimin. de inquiſitione, q.3. n.7. & 8.* ſed in hoc conſtituendi ſunt quatuor caſus quos conſtituimus & reſoluimus quid tenendum ſit *3. p. practic. q.7. n.34. cum ſeqq.* idem nunc probamus.

In conſulente autem, vel perſuadente deli- 6
ctum committi, eo commiſſo, locum habet præfata diſtinctio, an is, cui conſulitur, aut perſuadetur, erat aliàs facturus, vel non, vt primo ſcilicet caſu conſulens vel perſuadens, non puniatur eadem pœna, ſed leui: in ſecundo vero caſu eadem pœna plectatur, vt reſoluunt communiter Doctores, *in c.1. de officio deleg.* Et præcipuè alios allegans Imol. *ibi num.9.* Felin. 8. Dec. 9. qui & *in num. ſequentibus,* plura congerunt in materia idem Decius *in l. conſilij, num.4. ff. de regul. iur.* Auend. *in tract. de iniur. num.9. verſ. ex iſta illatione:* & communi omnium ferè conſenſu hæc ſententia recepta eſt, & verè iure magis probari poteſt, vt affirmat eam latè probans D. Couar. *in in clement. ſi furioſus de homicid. 2. p. §.2. num.1. per totum,* & hæc communis eſt doctrina & opinio iuris vtriuſque profeſſorum ſecundum Petrum Plaç. *de delict. 1. tom. c.17. n.1. & 7. verſic. verum vbi,* innumeros auctores eam ſequentes citat eam benè iure probans, & tandem refert Carrer. *in practic. crimin. §. homicidium, n.163.* dicentem communiori, æquiorique conſenſu Doctorum



eſſe receptam ſententiam, necnon & Iulius Clarus *in practic. crimin. §. fin. quæſt.88. in principio,* vbi dicit communem eſſe legiſlatorum & Canoniſtarum ex Bero. *in d. cap.1. num.85.* alioſque plures citat.

Et quamuis contrarium probent gloſſ. & Bart. *in d. §. ſi mandato, n.16.* & Gregor. Lopez *in l.23. gloſſ. malicioſamente,* ibi imò in conſilio adhibito circa delicta *tit.12. p.5.* nihilominus communis præfata ſententia tenenda eſt, iuxta quam indubiè ſunt intelligendæ leges regiæ punientes ſimpliciter conſilium præſtantem ad delictum, vt voluit, licet non affirmet (& ſic ſub dubio) Auend. *vbi ſuprà.* Ego verò cum præd. l. regiæ non corrigant expreſsè ius commune in hoc, cenſeo iuxta illud eſſe intelligendas & diſtinguendas, ex latè traditis & congeſtis in propoſito per Burg. de Paz *in l.1. Taur. num.571. cum ſeqq.*

7 Quod autem delictum eſt in conſulente, obſeruandum etiam erit in exhortante aliquem ad delictum, tenebitur ſiquidem & ipſe pœna ordinaria, ſi ille aliàs non fuiſſet commiſſurus, ſecus, ſi aliàs erat facturus: ita tenent communiter Doctores, vt inquit Alber. *in l. ob hæc verba, in fine, ff. de his qui not. infam.* vt refert Clarus *vbi ſuprà, d. quæſt.88. verſic. hoc autem;* dicens Senatum tamen, ſolere huiuſmodi exhortatores, ſeu perſuaſores delictorum prius torquere ſuper mandato, & vbi negant mandatum dediſſe, illos punire extra ordinem, vt fuit ſeruatum in quadam Ambroſiana Monina, quæ perſuaſerat adultero, vt virum ſuum interficeret, nam prius fuit torta ſuper mandato, & cum nihil faſſa fuiſſet, iuſſa fuit fuſtigari 30. Iunij 1538.

8 Hæc omnia eo tendunt, vt conuincamus, mandantem alicui, vt alterum probo afficiat, quolibet ex conuitiis in noſtra hac lege regia ſecunda *de las injurias* contentis, vel ſimili, iniuria ſequuta, teneri eadem pœna, qua ipſe mandatarius hoc eſt, *de deſdezirſe, y pagar trecientos ſueldos,* iuxta formam & tenorem noſtræ l. regiæ: conſilium autem, perſuaſionem, vel exhortationem præbens ita demum, ſi ille, cui præſtatur non erat aliàs facturus, ſecus verò, ſi aliàs erat facturus; quamuis tunc adhuc puniatur, leuius tamen iuxta ſupradicta.

9 Rurſus deinde contrarium indiſtinctè in terminis noſtræ quæſtionis videtur omninò probandum; imò quod huiuſmodi mandans, conſilium præbens, exhortans, vel perſuadens, nunquam veniat puniendus pœna ordinaria noſtræ l. ſed alia mitiori: quia ſumus in pœnalibus, & ipſa loquitur in ipſomet iniuriante; ſicque exigere videtur ipſiuſmet factum, vt patet ex eius littera ibi: *qualquiera que denoſtare a otro y le dixere,* &c. quibus verbis ſuppoſitis, intrat communis do-
10 ctrina in quæſtione illa. ¶ An ſtatutum puniens facientem delictum, habeat locum in mandante fieri delictum, & reſoluunt communiter Doctores, quod aut ſtatutum loquitur in perſonam, puta, ſi quis occiderit, ſi quis vulnerauerit, &c. & non comprehendit mandantem, aut vero loquitur in rem, ſcilicet, in ipſum maleficium, puta pro homicidio ſit pœna mortis, & hoc caſu vtique comprehendit mandantem: hæc eſt doctrina Bart. *in l. ſed vnius, §. ſeruus, num.2. cum ſequenti, ff. de iniur.* & *in l. aut, qui aliter, §. fin. num.3. per text.* ibi, *ff. quod vi, aut clam.* & in lege *hac verba, ff. de adult.* & ibi Doctores, & *in l. ſi quis id, quod, ff. de iuriſdictione omn. iudic.* idem Bart. *conſil.101.* & alibi Bald. *conſil.52. volumine 3.* quam ſequitur & communem eſſe affirmat Petrus Plaça plures referens & latè eam probans *primo tomo de delict. cap.1. num.8. & cap.15. num.12.* vbi loquitur in ſtatuto, ſiue lege municipali: & Villalpand. *in l.22. tit.1. partit.7. cap.66. num.6.* & plures referens Iulius Clarus *in practic. criminal. §. fin. quæſtione 89. in verſiculo, ſed quæro,* vbi circumſcripta conſuetudine hanc opinionem & doctrinam ſequitur dicens eſſe magis communem, & ideò non eſſe ab ea in iudicando & conſulendo recedendum, præterquam, ſi ſtatuta recepiſſent contrariam interpretationem à conſuetudine, quia tunc minimè ſunt mutanda quæ certam interpretationem habuerunt, *l. minimè, ff. de legibus,* quo caſu, ſaluari poteſt, quod ex antiquis multi in contrarium tenuerunt: nempe, quod etiam ſi ſtatutum loquatur in perſonam, puta quicumque fecerit homicidium, &c. comprehendat nihilominus ipſum mandantem quam dixit eſſe magis communem opinionem Gandin. *de malefic. titulo de tranſactione in fine,* & in Rubrica *de pœnis columna 4.* qui in priori loco ſubdit, quod ita communiter obſeruatur, quem refert Albel. *de ſtatut. 5. parte quæſtione 44. num.15.* necnon & Plaça & Clarus *vbi ſuprà,* referens hic etiam Carrer. dicentem, quod ita etiam ſeruant iudices & aſſeſſores, ſed nihilominus magis communis ſententia eſt in contrarium ſemota conſuetudine, vt prædiximus.

Verius tamen videtur in hoc articulo dicen- 11
dum, quod ſi ſtatuti verba clarè comprehendant tantum facientem, non autem mandantem; tunc mandans in ea diſpoſitione non comprehendatur, vt ſi diceret, *ſi quis tale quid fecerit propriis manibus, vel perſonaliter, vel per ſeipſum & ſimilib.* iuxta gloſſam *verbo publicè, in Clementina prima de vita honeſtate Clericor.* ibi, ſi ergo occultè, vel per alium hoc exerceatur, cedat pœna, licet non culpa, & eſt communis & vera, vt cum aliis contra Iaſ. & alios iure probat eam defendens Tyber. Decian. *in 2. tom. tract. crim. lib.9. cap.32. num.7. fol.232.*

Si vero ſtatutum loquatur in rem, vel per verba communia vtrique, videlicet, *homicidium puniatur,* &c. & tunc comprehenditur etiam mandans abſque dubio & ſine vlla interpretatione iuxta doctrinam Bart. communiter approbatam *vbi ſuprà,* quam etiam ſequitur & communem ex Iaſ. profitetur Decian. *vbi ſuprà, num.10.*

Sin autem verba ſtatuti dirigantur in perſo- 12
nam ſimpliciter, non comprehendatur mandans regulariter, vt *ſuprà* cum communi reſoluimus: niſi in edicto prætoris, *ne quis eum, qui in ius vocatus vi eximat,* qui loquitur in perſonam, & tamen mandans etiam comprehenditur, *l.1. iuncta lege, ſi per alium, ff. ne quis eum,* & vbi inquit Paul. de Caſtr. quod fortè non reperitur alibi ita benè: ſed eſt etiam optimus text. *in l.1. §. feciſſe, ff. de eo per quem fact. erit,* feciſſe autem (inquit Vlpianus) dolo malo non tantum is putatur, quis ſuis manibus, vel per ſuos retinuit, verum qui alios rogauit, vt eum detinerent, vel abducerent, ne iudicio ſiſtat, ſiue ſcientes, ſiue ignorantes, quid eſſet quod comminiſceretur, Item & ſecundò in Interdicto *de vi & vi armat.* quod loquitur in perſonam expreſsè, vt *in l.1. ff. de vi & vi arm.* dicebat enim Prætor, *vnde tu illum vi ieciſti,* &c. Et tamen mandans continetur, vt *in d. l.1. §. deieciſſe, ff. de vi & vi armat.* vbi inquit textus, *Deieciſſe autem etiam is videtur qui mandauit vel iuſſit, vt aliquis deiiceretur; parui*

*enim referre viſum eſt ſuis manibus quis deiicit, an*
13 *vero per alium.* ¶ Hinc eſt, vt ſtatutum pœnam
imponens facienti maleficium comprehendat
etiam fieri facientem, vt eadem pœna puniatur,
ita Bartol. *in l. quemadmodum, num.4.* ibi, *pœna
ſtatuti, C. de agricol. & cenſit. lib.11.* ſequitur plu-
rimos referens Tyber. Decian. *vbi ſupra, cap.39.*
14 *num.1.* ¶ Licet enim lex pœnalis & odioſa ex-
tra ſignificatum proprium extendi non debeat,
vt in regula, *odia de regulis iuris in 6. cum ſimil.*
tamen vbi extenſio tendit ad fauorem Reipubli-
cæ ita debemus eam extendere ſicuti legem fa-
uorabilem, quia pertinet ad fauorem Reipubli-
cæ punire maleficia, vt Reſpublica in quiete
remaneat *l. congruit, cum ſimil. ff. de officio præ-
ſid.* ita Bartol. *vbi ſupra, in principio, d. num.4.*
quem in hoc ſequitur plures referens Didac. Pe-
rez *in rubr. tit.1. lib.3. ordinam. col.747. poſt med.*
& Euerard. *loco 55. a ratione larga,* &c. Beccius
*conſil.71. num.4.*

15 Tertiò limitatur in cæteris caſibus à iure con-
16 ſuetudine vel ſtatuto expreſſis. ¶ Similiter & 4.
quando ex coniecturis peteret ſtatutum com-
prehendere quoque voluiſſe mandantem, vt in
terminis tenet & probat Tyber. Decian. *vbi ſu-
prà, d. cap.32. num.4. & 10.* ibi, *ſed cum ſtatutum,*
&c. qui per totum illud caput refert & ponit
nonnullas coniecturas & concluſiones in mate-
ria, quæ cum opus fuerit, differendę ſunt, hic enim
locus hoc non expoſcit.

17 Ex quibus videtur, quod cum l. noſtra regia
ſecunda *de las injurias y denueſtos*, loquitur ſim-
pliciter in perſonam hoc modo, ſcilicet, *qual-
quiera*, &c. mandans alicui, vt alterum verbis con-
tumelioſis, de quibus in ea offendat, non incidat
in eius pœnam, ſed aliter extra ordinem ſit pu-
niendus, tum ex dicta communi regula, de qua
*ſuprà verſiculo rurſus deinde*, &c.

Tum etiam quia Reſpublica non læditur, nec
offenditur verbis iniurioſis, ſecundum Felin.
*in cap. dilecti filij colum. fin. verſic. 5. declaratio de
except.*

18 Neque obſtat alia iuris regula, quæ habet, quod
qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur
& alia id genus, de quibus modo ſupra & quæ
congerit Tiraquel. *in legib. connubial. gloſſa 5.
verbo contra rer.* id namque verum eſt & procedit
ficte & impropriè, atque interpretatiuè, Dyn. *in
regula qui per alium de regul. iur. in 6.* Bart. in locis
præallegatis cum aliis, de quibus per Petrum
Plaçam *de delict. 1. tom. num.10.* eſtque communis
opinio ferè omnium ſcribentium, vt affirmat Vin-
centius Paleotus *inter conſil.* Alexand. *conſil.65.
num.11. lib.4.* & cum eo Iulius Clarus *d. quæſt.89.
verſic. ſed quæro,* ibi, *mandans enim.*

19 Eodem modo poſſumus dicere procedere al-
teram iuris regulam, quæ habet omnia noſtra fa-
cimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur:
mandans igitur, non dicitur, verè & propriè
facere, ſed tantum interpretatiuè, vt latiſſimè
iure probat & communem teſtatur plures ci-
tans Tyber. Decian. *in d. 2. tom. tract. crimin. lib.9.
cap.32. num.2.*

20 Neque obſtat text. *in cap. mulieres de ſententia
excommunic.* vbi dicitur, quod qui mandat com-
mitti delictum, verè illud committit: quia text.
ille reſpicit peccatum, & eius pœnam, quod con-
ſiſtit in ſola voluntate, quia verè peccat man-
dans, ita Abbas *num.11.* & cæteri communiter
ſcribentes, & alios allegans Decian. *vbi ſuprà,
verſic. non obeſt.*

21 At hæc procedere minimè poſſunt, quando
lex conſiderat actum ipſius perſonæ exercentis,
ac conuitium irrogantis alicui, vt conſtat ex l. no-
ſtra regia 2. ¶ tametſi adhuc, qui alteri iniuriam
fieri mandauit, minimè ſit immunis à culpa, at-
que delicti pœna, vt præcitati Doctores expli-
cant: non tamen puniendus videtur, vt palino-
diam canat ſibique contradicat coram prætore
& honeſtis viris: & in terminis noſtræ l. per præ-
dicta ita probat atque in praxi tenet Petrus Plaça
*d. cap.1. num.8. cum ſeqq.*

Iuxta quod idem erit à fortiori dicendum in 22
conſulente, perſuadente & inexhortante vnum ex
conuitiis in l. noſtra expreſſis & ſimilis in alte-
rum exprobari, etiam crimine ſequuto.

Verùm enim verò, omnibus rectè penſatis, 23
atque ad amuſſim (vt aiunt) conſideratis, & præ-
uiis, cenſeo verius eſſe, quod in ſpecie noſtræ
l. 2. mandans dicere certam iniuriam in alterum
ex contentis in eadem l. incidat, in pœnam ipſius
l. cum ipſo facto mandando eam dici animo eum
iniuriandi, ipſe mandans eam proferat contra il-
lius perſonam volens ad eius notitiam peruenire
licet abſentis, quinimo, eidem exprobari & no-
tificari (vt ita dicam) veluti ſi dicat, nuntio, vade
& dic Titio, quod eſt hæreticus, traditor, aut cor-
nutus, &c. cum ex his verbis abſenti certa infera-
tur iniuria, ita vt in eius præſentia referatur, at-
que repetatur: etiam ſi ille abſens poſtea à man-
datario non iniurietur, & fortius expleto man-
dato, tamen cum ipſe mandans perficiat per ſe
delictum, pœna huius legis puniri debeat: veri-
ficantur ſiquidem in ſua perſona verba illa no-
ſtræ l. *deноſtare à otro*, quandoquidem ipſemet
mandans primum, verba ipſa & conuitia, de qui-
bus in noſtra leg. ore pronunciat & profert in
alterum, qui licet abſens ſit, ac proinde iniurians
non videtur comprehendi ſub pœna noſtræ le-
gis ſecundæ, quæ videtur requirere præſentiam
offenſi, quando proferuntur conuitia, vt hac &
aliis rationibus reſoluimus *ſupra in 6. quæſtione
ſuper hac lege ſecunda poſita*: nihilominus tamen
ibi hoc limitauimus cum doctiſſimo Couarru.
quando verba eo animo proferuntur in abſen-
tem, vt in eius notitiam perueniant: quod præ-
cipuè & cum maiori ratione procedit in ſpecie de
qua hîc agimus, nempe cum quis animo iniurian-
di abſentem mandat alteri, quod ei dicat, eum
eſſe hæreticum, cornutum, &c. hinc (vt obiter di-
cam) diluuntur vno verbo fundamenta contraria
Petri Plaça, quibus ipſe valdè confiſus contra-
riam ſententiam probauit, non tamen aduertit
ad prolationem verborum, ſeu potius conuitio-
rum à mandante factam, neque ad eius animum
& voluntatem.

Similiter non obſtat, quod priori loco dice- 24
bamus, ſcilicet, mandantem fieri delictum tunc
demum puniri eadem pœna, qua mandatarius id
exequens, ſcilicet, cum perficitur & conſummatur
delictum, ſecus verò, eo non ſequuto, ¶ hoc nam-
que non procedit in iis criminibus, in quibus ſo-
lum mandatum habetur pro delicto, perfecto &
conſummato, ſiquidem eo ipſo, quod mandauit ea
forma, qua prædiximus, perfecit, quãtum in ſe eſt
ipſum crimen, vt contingit in noſtra ſpecie: &
probatur argumento text. *ſingul. in c.1. de homicid.
lib.6.* vbi mandans interfici aliquem Chriſtianum
per aſſaſſinos, punitur eadem pœna, qua occidens:
vbi gloſſa intelligit ex ſolo mandato, mandan-
tem in caſu illius textus eſſe ligatum, ac proinde
etiam ſi reuocauerit mandatum re integra, eam
pœnam incurrere: & ibi Ioannes Andreas in-
quit, ex eo patere eſſe ligatum ex ſolo mandato,
quia



quia hoc ipſum mandare eſt delictum conſum-
matum, quem citat idem probans Auend. *in tract.
de iur. n.9. verſic. ſi tamen:* vbi etiam in eodem re-
fert Auguſtin. de Arim. *in apoſtil.* ad Angel. *de
malef. in præſente & Sempronium,* &c. eſt *in num.* &
ante eos Bald. *in l. non ideo minus n.13. C. de accu-
ſat.* quem ita intelligit Auguſtin. in Arim. *in loco
præcitato num.21.* vbi multa ad hoc adducit, quod
verum putat Tyber. Decian. *d. c.32. in 10. concluſ.
num.11.* & eſſe communi calculo receptam hanc
concluſionem conſtat ex eodem Deciano *ibidem
num.1. poſt princip.*

25 Sed cum proferens mandatum expreſſum de
certa iniuria contra aliquem dicenda de conten-
tis in noſtra l. per ipſam prolationem verborum
eandem declaretur & inferatur iniuria, quæ man-
datur alteri tunc abſenti, dici & fieri eadem
præſenti, debet locum contra eum pœna noſtræ
l. vt in terminis probat Auend. *vbi ſuprà, d. n.9.
per totum.*

26 Vbi idem probat eadem ratione in conſulen-
te, reperta diſtinctione communi, an ille, cui con-
ſulit, eſſet aliàs facturus, vel non: ea namque
communis diſtinctio in ſpecie noſtræ legis non
eſt neceſſaria ſecundum ipſum: ſiquidem conſu-
lens alicui, vt verba iniurioſa in alterum pro-
ferre, eo ipſo iam ipſe ea profert: quod eſt at-
tendendum non autem quod conſulere voluerit,
27 ¶ nam quando integrum delictum eſt in conſu-
lente etiam delicto non ſequuto, conſulens pu-
nitur iuxta Baldi doctrinam *in l. data opera, n.52.
Cod. de his qui accuſ. non poſſ.* vbi quod in conſu-
lente diſtinguitur, an principalis erat aliàs fa-
cturus, vel non: vbi conſilium punitur princi-
28 paliter propter aliud; ſecus, ſi principaliter pro-
pter ſe, & quia eſt per ſe titulus criminis, vt in
iuribus ibi per eum allegatis, quem refert & ſe-
quitur Decius *in l. conſilij num.10. ff. de regul. iur.*
& Auendaño *vbi ſuprà*, dicens quod hæc eſt mul-
tum bona illatio: de exhortante idem probandum
venit ex ſupradictis.

29 Quinimò in ſpecie noſtræ quæſtionis man-
dans, conſulens, & exhortans ſequuto poſtea de-
licto illius, cui mandauit, vel conſuluit, aut quem
exhortatus, & vltra pœnam ordinariam, quam
proprio nomine incurrit, qua venit puniendus vt
*ſupra* probauimus, ac reus; debet puniri ex nouo
delicto, tanquam præſtans cauſam alteri delicto,
vt probat etiam Auend. *vbi ſuprà, d. n.9. in verſic.
vnum tamen.*

30 Fit etiam ex ſupradictis, quod licet aliàs regu-
lariter conſulens non teneatur, ſi antequam ſe-
quatur delictum, conſilium reuocauerit, iuxta
doctrinam Innocent. *in cap. ad audientiam, n.2.
de homicid.* quem ibi ſequuntur Doctores; in
materia tamen noſtræ l. regiæ conſulens certam
iniuriam dici, licet mandatum reuocet, tenebi-
tur pœna huius l. quia eo ipſo quod præd. verba
protulit, conſummauit delictum, in quo non ha-
bet locum pœnitentia, vt prædiximus & in ter-
minis ita probat Auend. *vbi ſupra, in verſiculo, ex
ſupradictis:* & *in verſiculis ſequentibus*, alia in pro-
poſito addit.

31 Sed circa præfatam doctrinam Innocentij ob-
ſeruandum eſt; quòd reuocatio mandati de ho-
micidio committendo non ſufficit, ſed eſt neceſ-
ſe, quod denuntietur ei, de cuius morte tracta-
tum eſt, vt ſibi caueat; niſi conſulens firmiter &
probabiliter credat, quod poſt reuocationem
conſilij, reuocetur à propoſito occidendi illũ, cui
conſultum fuit homicidium, licet in mandante
fieri homicidium, videatur ſufficere, ſi tantum
contrarium mandaret, vel ſi pacem iniret cum oc-
cidendo, vel parentelam, aut aliam amicitiam cum
eo contrahere ſciente mandatario, ſecundum In-
nocent. *vbi ſupra*, aſſignantem rationem differen-
tiæ inter prædictos, quem ſequitur alios plures
referens Petr. Plaça *de delict. 1. tom. cap.17. num.9.*
& Tyber. Decian. *2. tom. tract. crimin. lib.9. cap.36.
num.32. & 33. fol.211.*

Limitanda tamen erit ſententia principalis, 32
ſupradicta circa noſtram l. regiam defenſata cum
Auend. ex eodem auctore *ibidem num.10.* in man-
dante, conſulente, vel exhortante aliquid dici
alteri, iniuria certa expreſſa: nempe, *Vade & dic.
N. quis eſt*, vel ſimilia hoc enim caſu, & ſi ille,
cui huiuſmodi verba dicta ſunt, ierit, certaſque
iniurias illi protulerit, prior non tenebitur actio-
ne iniuriarum, interpretando prædicta verba in
mitiorem partem, quia in dubio non videtur
mandatum, quod fiat delictum: quod ego verum
intelligo, niſi ex modo dicendi, & communi
vſu loquendi & intelligendi aliud intelligere-
tur, quia tunc eſſent verba ſubdoloſa, atque in
fraudem iniuriæ palliata, ac proinde ſic dicens,
ac loquens, vel mandans, conſulens, & exhortans
actione iniuriarum profecto teneretur.

## SVMMARIVM.

1 *Nobilis vulgo*, el hidalgo *conuitians alium verbis maioribus, an debeat canere palinodiam, &c. & num. ſeqq.*

4 *Nobiles delinquentes maioribus ſunt puniendi pœnis pecuniariis, quàm cæteri, ſecus in pœnis relatiuis vt in num.5.*

8 *Nobiles non ſunt puniendi pœna ignominioſa, hoc eſt,* en deſdezirſe.

9 *Nobilitas in prima inſtantia non allegata, poteſt allegari & probari in executione ſententiæ ad excuſandum ſe à pœna,* de deſdezirſe.

10 *Exceptiones, quæ non infirmant ſententiam, ſed eius effectum reſtringunt & modificant executionem ipſam, poſſunt opponi poſt rem iudicatam.*

11 *Nobilis contra Nobilem à ſe offenſum, an debeat canere palinodiam, num. ſeqq.*

12 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio ſuo contra pariter priuilegiatum, niſi in caſu de quo hic, num.13. & 14.*

16 *Minor non reſtituitur contra alterum minorem, quando vterque agit de damno euitando.*

19 *Regulam habens pro ſe habet intentionem ſuam fundatam, niſi in caſibus ab ea exceptis.*

20 *Nobilitas ad excuſandum nobilem à pœna contradictionis, quomodo ſit probanda.*

21 *Mulier Nobilis nupta ignobili non tenetur palinodiam canere.*

¶ *Quod procedit etiam in vidua Nobili, durante viduitate caſtitatem ſeruante, num.22. Limitatur, num.23.*

24 *Vxor viri Nobilis ex priuilegio gaudet eodem priuilegio, ad hoc vt non teneatur canere palinodiam.*

25 *Doctores, & Licentiati, non tenentur canere palinodiam neque eorum vxores, & num. ſequenti.*

### *De Nobili, quod non teneatur canere palinodiam.*

## QVÆSTIO CXXXIII.

1 QVÆRO præterea: an Nobilis, vulgo, *el hidalgo*, obiiciens alteri verbum iniurioſum, de quo in hac l.2. *de las iniurias y denueſtos*, debeat canere palinodiam, ſicut plebeius? Olim quæſtio & grauiſſima & ſatis controuerſia fuit: hodie verò eſt deciſa pro parte negatiua per noſtram l. ibi: *y ſi fuere hijodalgo al que dixere los dichos denueſtos, no ſea condenado a que ſe deſdiga por ello, y pague quinientos ſueldos, y por ellos dos mil marauedis, la mitad para nueſtra Camara, y la mitad para el querelloſo: y demas deſto, el juez le ponga la mas pena que le pareciere, ſegun la qualidad de las perſonas, y de las palabras.*

Nihilominus tamen breuiter reſumam tradita per Doctores, ante noſtræ l. promulgationem, ne ius commune omittamus, & quia vſui ſeruent ad alia in praxi.

2 Contrariam enim, & ſic affirmatiuam opinionem in noſtra quæſtione tenebat in terminis Auendaño *lib. 1. cap. 20. prat. num. 6. & 7.* tum ex generalitate, l.2. titulo *de las injurias, lib. 8. ordinament. veter.*
3 tum etiam, ¶ quia quando agitur de ſatisfactione facienda parti læſæ non ſit diſtinctio perſonarum, iuxta auream doctrinam Bald. *in l. nemo Clericus, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, cuius meminit Bologn. *conſil. 37.* & refert alios plures hoc tenentes. Plaça *de delict. 1. tom.*
4 *cap. 1. num. 13.* ¶ Longè quidem aliter eſt in pœnis pecuniariis, in quibus Nobiles grauioribus ſunt afficiendi pœnis, *l. properandum, §. ſin autem vtrinque*, & ibi Bart. & plerique alij *Cod. de iudic. gloſſa verbo centum in §. ſi quis vero auſu de pac. iurament. firmand.* vbi Bald. & Cardinal. Alexand. idem exiſtimant, refert alias gloſſas
5 & plures Doctores, idem ſequentes Plaça *vbi ſuprà, in verſiculo, longè quidem aliter*, vbi id, quod dici ſolet, mitius agendum eſſe cum Nobili, procedere intelligit in pœnis relatius, vt in ſpecie *l. ad commentarienſem*, & ibi gloſſa *de cuſtod. reorum*, & alij Doctores quos ibidem congerit, denique id quoque verum eſſe intelligit, niſi iudex iuſta exiſtente cauſa Nobilem grauiori pœna afficeret: argumento text. *in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam. & in l. & ſi ſeuerior. C. ex quibus cauſis infam. irroget.* & notat Innocent. *in c. 1. de conſtit.* & ibi Doctores, & alibi ſæpiſſimè.

Tertiò pro hac parte erat lex regia, quæ videbatur expreſſa, nempe *2. tit. 5. part. 7.* in illis verbis. *La ſegunda es, quando el fidalgo ſe deſdize en juyzio, ò por carta de la coſa que dixo*, hanc eandem ſententiam iure probat Baptiſta Villalobos *in ſua antinom. iur. in principio, num. 14. folio 2.*

6 Sed pro contraria parte communiter in praxi ante noſtram l. in hoc nouam ſolebat allegari l. 131. ſtyli, ibi: *è ſi fuere hidalgo denoſtado demandele que peche quinientos ſueldos, è deuegelos pechar*, vt teſtatur Auiles *in proœmio, circa prætor. num. 20.* vbi allegat meliorem l.2. tit. 9. *de los rietos*, lib. 4. ordinamenti ibi, *è ſino quiſiere deſdezirſe, que ſalga del Reyno faſta traynta dias*, & l. 85. ſtyli, quæ ita ſe habet: *Otro ſi es à ſaber, que el hijodalgo no ſerà aſſi juzgado como otro que no es hijodalgo, è la pena de la deshonra del hijodalgo es, de quinientos ſueldos*: idem probant Didacus Perez *in l. fin. tit. 1. lib. 1. ordinam. col. fin. in fin.* & Padilla *in l. 1. num. 8. C. de iur. & fact. ignorant.*

Sed ad præfat. l. 131. ſtyli reſpondebat Auendaño *vbi ſuprà, & in tractatu de iniur. num. 21. verſic. nec obſtat*: hoc non probare, quoniam loquitur in Hidalgo offenſo & conuitiato, non verò in Hidalgo iniuriante, vt patet ex verbis dict. l. ibi: *è ſi fuere hidalgo denoſtado*, vnde non tollitur ibi pœna contradictionis in Hidalgo iniuriante & inquit præterea, quod ita rectè intelligenti probat d. l. 85. ſtyli: & quod iſta eſt vera interpretatio, licet aliqui dormitent, contrarium ſomniantes: quod & voluit Auiles *vbi ſupra*, exiſtimans quod d. l. 131. hanc 2. partem non probat, niſi fingatur abeſſe verbum illud, *denoſtado*, vel ſi adſit, debeat dicere *denoſtador*, licet hæc inductio non admodum veritati faueat, ſecundum Petrum Plaça *vbi ſuprà, cap. 1. num. 23. verſiculo tertio, in fin.* eundem intellectum Auendaño ad prædict. l. ſtyli ſequitur Otalora *de nobilit. 2. p. cap. 4. n. 2. & 5. p. c. vltim. num. 11.*

7 Nihilominus tamen communis praxis huius regni ante noſtram l.2. nouæ collectionis regiæ obtinuit, vt Nobilis iniurians alterum aliquo conuitio, de quo in ea minimè condemnetur pœna infami contradictionis, ſed tantum quingentis ſolidis, vt in dictis legibus ſtyli: illa ſiquidem 131. expreſsè eam praxim probat, ſiquidem loquens in pœna contradictionis (de qua agimus) & declarans d. l. 2. ordinamenti veteris dicit: *è ſi fuere hijodalgo, &c.* vnde neceſſariò deducitur loqui in Hidalgo iniuriante.

Secundò id patet, quia ſtatim addit lex, *demandele que peche quinientos ſueldos, y deuegelos pechar*: obſerua verba illa, *demandele*, & illa, *è deuegelos pechar*, referunt namque *al hijodalgo*: ergo loquitur *en el hijodalgo denoſtado*, ille namque eſt, qui ſoluere debet hanc pœnam: *y el denoſtado perdirla: porque ſi el hijodalgo fuere el denoſtado, no le auian de demandar à el la pena de los quinientos ſueldos, ſino antes el al denoſtador*: itaque ex præcedentibus & ſequentibus manifeſtè conſtat l. illam loqui in Hidalgo conuitiante, non verò in conuitiato, vnde apparet vitio impreſſorum deficere, ibi litteram R. ibi *denoſtado*, debet enim dicere *denoſtador*: & ex hac veriori lectura communis praxis prædicta originem duxit.

8 At dicta l. 85. ſtyli clara eſt pro hac parte loquitur ſiquidem in pœna, *fidalgo*, iniurianti imponenda: denique l.2. tit. 9. *de los rietos*, expreſsè probat hanc partem, ſit igitur ex ſupradictis, vt hæc 2. pars negatiua nobilitati deferens in hoc verior ſit in iure, & in praxi recepta, vt noſtri aſſeuerant: vtrumque latiſſimè comprobat Plaça tum Otalora *vbi ſuprà*, & nouiſſimè Parlador. *rerum quotidianarum, lib. 1. cap. 17. num. 26. cum ſequentibus*, & praxim fatetur Villalobos *vbi ſuprà* (tametſi vt diximus contrarium iure probet) necnon & hanc noſtram ſententiam tenent & probant præcipuè hodie Ignat. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz de Lug. *in pract. crimin. c. 66. ſub littera C. in verſic. quamuis, iuncto verſic. tametſi, pag. 209. col. 2.* & Humad. *in l. 23. tit. 18. p. 2. gloſſa 2. n. 4* Padilla *in d. l. 1. n. 9.* & Azeued. *in hac l. 2. num. 100. cum ſeqq.*

Nobiles enim puniendi non ſunt pœna ignominioſa (prout eſt *la deſdezirſe*) ſecundum Fulgoſ. *conſil. 167.* quem referunt & ſequuntur D. Couar. *lib. 2. var. reſol. cap. 9. num. 4.* Thomas Grammatic. *deciſ. 32. num. 1.* Plaç. & Salzed. *vbi ſuprà*, & latiſſimè de hoc agit Tiraquell. *de nobil. cap. 20. & de pœnis temperand. caſu 31.* Azeued. *hic num. 101.* & Atalor. *de nobilitat. 5. parte, cap. vltim. num. 4. per totum, fol. mihi 345.* & Ioan. Garſia *de nobilitat. gloſſa 1. num. 10. cum ſeqq.*

Hodie vero ceſſat omnis diſputatio cum nouiſſimè per hanc noſtram l.2. nouæ collect. regiæ, hoc ſit definitum, ibi: *y ſi fuere hijodalgo, no ſea condenado à que ſe deſdiga por ello, y pague quinientos ſueldos, y por ellos dos mil marauedis, la mitad para nueſtra Camara, y la otra mitad para el querelloſo: y de mas deſto el juez le ponga la mas pena que le pareciere, ſegun la qualidad de las perſonas y de las palabras*, & ita etiam referunt & pro conſtituto docent Ignat. *vbi ſuprà*, Padill. *in l. 1. num. 9. Cod. de iur. & fact. ignor.* Humad. *in l. 25. tit. 18. part. 2. gloſſ. 2. num. 4.* & cæteri nouiores.

9 Quinimo etſi lata fuerit ſententia contra Nobilem, & in prima inſtantia nobilitatem minimè allegauerit: nihilominus in ſententiæ executione poterit ſe opponere atque nobilitatem allegare ad ſoluendos quingentos ſolidos argum. text. *in l. item veniunt, §. idem rectè, ff. de petitione hered. & in l. miles, §. decem, ff. de re iud.* ita Plaça, *vbi ſuprà, in fin. num. 23.* cuius in hoc opinio probari poteſt ex regula communi Bart.
10 *in l. 1. num. 3. & 4. Cod. de iuris & fact. ignor.* quæ habet, quod exceptiones, quæ non infirmant ſententiam, ſed eius effectum reſtringunt, atque modificant, executionem ipſam dumtaxat infringentes, poſſunt opponi etiam poſt rem iudicatam, text. *in l. Niſſenim, §. fin. ff. de re iudic. l. ſi fidei iuſſores, §. idem reſpondit, ff. de fidei iuſſ. l. ex diuerſo, fin. ff. ſolut. matrimon.* Padilla *in l. 1. num. 36. Cod. de iur. & fact. ignor.* & hæc eſt prima declaratio, ſiue ampliatio ad noſtram l. regiam in hac parte, quam etiam ſequitur Azeued. *in hac l. 250.*

11 Secundò ampliatur noſtræ l. diſpoſitio, vt procedat etiam in Nobili aduerſus Nobilem huiuſmodi conuitia dicente, cum lex noſtra generaliter & indiſtinctè loquatur *in Hidalgo* conuitiante, nec diſtinguit contra quem conuitium exprobauerit: & præterea expendo pro hac parte verba eiuſdem noſtræ l. 2. ibi: *y de mas deſto el juez le ponga la mas pena que le pareciere, ſegund la qualidad de las perſonas, &c.* ergo loquitur contra
12 perſonam etiam qualificatam. ¶ Nam licet priuilegiatus non vtatur priuilegio contra pariter priuilegiatum *l. ſed & milites, ff. de excuſationibus tutorum l. verum, § item quæritur, ff. de minoribus & in authentic. de ſanctiſſ. Epiſcopis, §. ſed & hoc* præſenti collectione 9. tradit alios allegans & bene declarans Didac. *in practic. quibus cap. 7. num. 4.*

13 Hoc tamen non procedit, quando æquè priuilegium habens certat de damno euitando *l. verum, § fin. ff. de minor.* Bart. *in authent quas actiones, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, Angel. *in §. rur-*
14 *ſus num. 2 inſtituta de action.* ¶ Item non procedit d. regula quando vnus eſt priuilegiatus in ſpecie, alter verò in genere, vt hic, ſecundum Bart. *in l. fin. ff. ex quibus cauſ. maior. & in authent. quas actiones, num. 3. Cod. de Sacroſanctis Eccleſ.* & ibi Iaſon. *num. 10.* & eſt communis, vt conſtat ex Azeued. *in hac l. 2. num. 242.* & dicemus *infrà.* Ergo cum hic Nobilis reus certet de damno euitando, etiam aduerſus alium Nobilem hoc priuilegio fungetur, hocque iure vtimur, vt in terminis probat & aſſerit Parlad. *vbi ſuprà, n. 27. & 28.* & ſequitur latè probans Azeued. *hic n. 240. cum ſeqq.*

15 Sed contra hanc ampliationem obeſt, quod vterque Nobilis in propoſito agit de damno euitando, Nobilis offenſor, ne contra proprium honorem palinodiam canat, Nobilis offenſus quoque, quia agit de fama & honore amiſſis recuperandis, atque ideò ceſſare videtur ratio communis, quæ in dicta *l. §. verum, §. penultimo*, admittit priuilegium contra priuilegium, ex eo nempe quod actor agit de damno euitando, reus verò de lucro captando, quaſi ex hoc in noſtra ſpecie in contrarium argumentemur, cum reus ipſe in noſtra ſpecie itidem agat de damno euitando, vt optimè perpendit (quamuis aliud agens) Didacus *vbi ſuprà, in verſiculo ſecundo:* & fuit prius hæc doctrina Bart. *in d. authent. quas actiones, num. 3.* Anchatan. *in cap. auditis in fin. de reſtit. in integr.* ſequitur plures referens Sfortia Oddo *de reſtitutione in integr. 1. part. quæſt. 18. art. 4. num. 33.*

16 Hinc eſt, vt minor non reſtituatur, aduerſus alium minorem, quando vterque agit de damno euitando *l. verum, §. fin. ff. de minor.* & tenet indubitanter Bald. & alij Doctores, eſtque communis concluſio & verior, vt plures referens affirmat Sfortia Oddo. *vbi ſuprà, artic. 5. num. 35. verſiculo, breuiter*, ibi, *ſed tamen*, vbi *num. 37. cum ſequenti*, exemplificat ex omnibus Doctoribus ferè communiter, in eo caſu, quo minor mutuauit pecuniam minori, quam ille ludendo perdidit, vt in ſpecie ponit Anton. de Butrio *in dicto cap. auditis in fin. de reſtit. in integr.*

17 Nihilominus tamen quoad ſpeciem noſtræ l. de qua agimus, hæc locum habere non videntur: ſed potius ſtandum generalitati noſtræ l. præcipuè cum ſimus in pœnalibus, & agatur de mitiori pœna Nobili imponenda pro conuitio, & ſic fauore rei, & abſolutionis, nec ex hoc remanere debet Nobilis reus impunitus, ſed aliàs ſufficienter puniri debeat vt in noſtra l. commutabitur: igitur pœna contradictionis in aliam diuerſam arbitrio iudicis, penſatis qualitatem perſonarum & conuitij illati, vt præcipit noſtra lex quæ dum ſanciuit, *que el hijodalgo no ſea condenado à que ſe deſdiga por los dichos denueſtos, ſi los dixere*, nos reſpexit ad qualitatem offenſi, etiam ſi eſſet Nobilis quoad pœnam contradictionis, quæ Nobili imponenda minimè eſt; quandoquidem præcipit, vt eius qualitas attendatur, quoad aliam pœnam imponendam Nobili, ſed ad nobilitatem iniuriantis, ne quid fœdum ei inferretur, ſi palinodiam caneret, & ſic ob infamiam quæ aliàs ei irrogaretur euitandam, actor ſiquidem hoc caſu eam non incurrit: ſicque licet vterque agat de damno euitando, reus habet priuilegium in ſpecie, vt in noſtra lege non ſit actor,
18 ſed in genere, ¶ nimirum ergo, ſi præferatur is, qui habet priuilegium in ſpecie habenti in genere, vt docet Bart. *in dicta authentica, quas actiones*, quem omnes ad hoc allegant, eſtque communis theorica, vt præter ſupradictos cum aliis teſtatur Sfortia *vbi ſuprà, d. art. 4. num. 34* licet contrarium in hoc videatur defendere pulchris rationibus Gometius *in § Rurſus, n. 27. verſiculo, ſed aduerte inſtituta de action.* Quinimo nulla lege regia cauetur, quod Nobilis iniurians Nobilem incidat in pœnam noſtræ l. regiæ, nempe canendi palinodiam: ergo ſtandum eſt regulæ

Cc 4 ipſius,

19 ipſius, ¶ is enim, qui habet regulam pro ſe habet intentionem ſuam fundatam, niſi exceptio doceatur, iuxta gloſſam communiter approbatam *in l. omnis diffinitio, ff. de regulis iur.* ſecundum D.Conar. *lib.2. variar. reſol.c.12.n.4. gloſſ.* etiam in rubrica *de regul. iur. in 6. & in l.his, quæ contra, ff. de legib.* & ibi Paul. de Caſtro *num.1.* Dec. *in l.1.num.6.ff.de regulis iur.* Iaſ. *in l.cætera in principio, n.3.& 4.ff.de leg.1.* Roland. à Valle *conſ.15. num.18. lib.1.*

20 Tertia declaratio, ſiue ampliatio noſtræ l. eſt quod in eius ſpecie non requiratur plena nobilitatis probatio, quæ requiritur, cum principaliter de ipſa nobilitate agitur, ſed ſatis erit, nobilitatem per communem opinionem, ſeu exiſtimationem probari, vt in terminis, tenet Parlad. *vbi ſuprà, d.lib.1. cap.17.num.29.* ductus auctoritate Otaloræ *de nobilit. 3.part. principio, cap.8. num.11.* dicentis, quod quando incidenter & acceſſoriè deducitur in iudicio nobilitas, puta ad euitandam torturam, carcerem, vel ad habilitandam perſonam ad aliquod officium, vel nobilitatem non exigitur tam perfecta & qualificata probatio nobilitatis, qualis ad tributorum immunitatem, ſed ſufficit depoſitio teſtium de communi opinione & reputatione nobilitatis cum aliquibus circunſtantiis, & cum debita ratione, & quod ita ad huiuſmodi effectum admittitur talis probatio à iudicibus quotidie, idemque ibi iure probat, eſtque veriſſimum, & voluit etiam Padill. *in l.ſi ædibus, num.8.& 9. C.de ſeruit. & aqua*, & in terminis idem Otalora expreſſius hoc probat *inferius, in verſiculo, item quia*, nempe quando agitur de euitanda tortura, vel pœna corporali ad cuius excluſionem quælibet æquitas admittitur, vt *in l.ſancimus, & in l.interpretatione, ff.de pœn.* præponderat enim fauor perſonæ & æquitatis, quamuis aliàs, videretur maiorem exigi probationem nobilitatis ad conſequendam executionem pœnæ corporalis, quàm ad immunitatem tributorum, cum illud præferatur omni rerum æſtimationi *l.fin. de Sacroſanctis Eccleſiis, & in l.in ſeruorum, ff.de pœnis.*

21 Quartò obſeruandum erit, mulierem ignobilem Nobili viro nuptam minimè teneri palinodiam canere verborum, quæ ex contentis in hac l.2. animo iniuriandi in alterum obiecerit: vxor ſiquidem priuilegiis & prærogatiuis mariti gaudet *l.mulieres, C.de dignit. lib.12. l.fœmina, ff. de ſenat. l.ſi liberta. C. de nupt.* necnon & nobilitate

22 *viri, l.ſi quis, C.de natural lib.* ¶ Idemque probandum erit in vidua Nobili viduitate durante & caſtitatem ſeruante ex text. *in authent. de nupt. §.non tantum permittimus collectione 4. l.filij, §.vidua, ff.ad municip. l.7. tit.2. partit.4.* ibi, *y aun à otra fuerça*, & alibi ſæpiſſimè in legis huius regni, & tradit Otalor. *de nobilit. 5.part. §.vltim.num.5. verſiculo, item propter*, & *in 4. cap.7. num.3.* Palacius Rub. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & uxor. §.31. num.7. cum ſequentibus*, plura congerit Tiraq. *de nobilit. cap.18 num.1. cum ſequentibus*, & Didac. Perez *in l.1. gloſſa 1. colum.58. verſic. vxor etiam tit.3. lib.1. ordinam.* & iterum *in l.6. col.1373. in gloſſa, otro ſi las mugeres, cit.2. lib.4. ordinament.* Padilla *in l.voluntas ſub num.5. C. de fideicommiſſis*, ex quibus in terminis noſtræ l. quod prædictum eſt probauit Auiles *in prœm. circa prætor. num.10.* Azeued. *hic num.101.* poſt Plaç. *1.tom. de delict. cap.1. num.23. verſiculo, hinc ex eodem*

23 *fonte.* Parlador. *vbi ſuprà, num.30.* ¶ quod limitat Plaç. *vbi ſuprà*, in vidua ignobili quæ nupta fuit Nobili & poſtea cum alio inferioris conditionis contraxit, vel ſi luxurioſam vitam ageret ex *d.l.6.* ibi: *y mantuuiere deſpues caſtidad, tit.2. lib.4. ordinamenti.*

Extendo ipſe hanc quartam obſeruationem in 24 vxore illius, qui fuit nobilis ex priuilegio, cum ipſa gaudeat huiuſmodi viri nobilitate ſecundum Otalor. *d.4.part.cap.7.* quem refert & ſequitur Didac. Perez *vbi ſuprà, d.col.1373.* & Padill. *vbi ſupra, in verſiculo, quod non ſolum eſt*, quæ pro hac opinione *l.13. tit.4. ordinam.* & ibi Perez in gloſſa *à las mugeres*: ergo cum Nobilis ex priuilegio hanc quoque prærogatiuam habeat, vt Nobilis ſanguine, ſicut etiam & cæteras, vt conſtat ex verbis priuilegij & lex noſtra generaliter loquitur, *en el hijodalgo*, & non addit ſanguine, cuius priuilegia habet Nobilis ex priuilegio, vxor eius gaudere debet eodem priuilegio, ſicut vxor Nobilis ſanguine; quinimo hoc etiam procederet licet l. noſtra loqueretur reſtrictè in Nobili ſanguine, cum Rex poſſit plebeium Nobilem priuilegio efficere, eique tribuere omnia priuilegia Nobilibus ſanguine ſuis legibus conceſſa, prout ſuo priuilegio concedit.

Quintò illud ſilentio prætereundum non eſt, quod cum Doctores & Licentiati ſint Nobiles, vel ſaltem eis competant priuilegia conceſſa Nobilibus, vt probauimus *lib.1. practic. quæſt.2.* & latè Auiles ſtatim citandus, ſi Doctor aliquod ex conuitiis in noſtra l.regia ſecunda in alterum animo iniuriandi dixerit, vel eius vxor, minimè tanquam Nobilis tenebitur palinodiam canere, nec hac pœna erit condemnandus, ſed alia iuxta noſtram l.dum in Nobilibus loquitur, ita in terminis probat Auiles, *vbi ſuprà, num.27.* quem refert & ſequitur Petrus Plaç. *vbi ſupra, d.num.23. verſiculo, hinc etiam*, & ſequitur etiam latè probans Azeued. *in hac l.2 num.120. cum pluribus ſequentibus*, ¶ vbi declarat vt procedat in Doctoribus 25 graduatis in quacumque vniuerſitate approbata, licet actu non legant, nec aduocent, & in eorum vxoribus & filiis: item in Licentiato, & Baccalaureo actu legentibus, vel aduocantibus & in eorum vxoribus tantum.

## SVMMARIVM.

1 *Mulier Nobilis nupta plebeio iniurians aliquem verbis maioribus legis regiæ, an teneatur canere palinodiam? & numeris ſequentibus, præcipuè num.8. cum ſequentibus.*

2 *Mulier ſequi debet mariti conditionem etiam vidua, num.3.*

3 *Mulier Nobilis nupta viro ignobili debet contribuere in tributis regiis. Vidua tamen ſecus, niſi alteri ignobili nubat, num.4. vide etiam num.15.*

5 *Mulier nupta in mariti familiam tranſit, & ita non gaudet priuilegiis paternæ domui conceſſis, ſed contra num.10.& 11.*

6 *Qualitas accidentalis, quam mulier à marito habet, attendenda eſt.*

7 *Mulier ignobilis viro Nobili nupta, eius nobilitate potiri debet, ac proinde non tenetur canere palinodiam.*

9 *Nobilitas naturalis ſanguinis nunquam mutatur, nec perditur.*

12 *Mulier Nobilis nupta plebeio, vel forenſis nupta ciui quoad pœnas maleficiorum, an eris popularis, vel forenſis?*

13 *Mulier*



13 *Mulier quoad quæ efficiatur de domicilio viri.*

14 *Mulier nupta in loco domicilij & etiam originis poteſt conueniri, ſi ibi inueniatur.*

16 *Mulier quæ conſequitur ex mariti perſona, non ſunt tanti momenti, ac ponderis, ſicut ea, quæ ex genere proueniunt eidem.*

17 *Dignitas à marito proueniens, mulieri faciliùs amittitur.*

18 *Faciliùs amittuntur, quæ ex perſona aliena habemus, quàm quæ ex perſona propria nobis competunt.*

---

## *De muliere nobili plebeio nupta, an debeat canere palinodiam?*

## QVÆSTIO CXXXIV.

1 QVÆRO modo non inconcinnè, quod ſi mulier nobilis, hoc eſt *fidalga* plebeio nupta conuitia, de quibus in hac l. regia ſecunda proferat in alterum, an habeat contra eam locum pœna ordinaria huius l. eaque ſit plectenda, necne? & prima quidem facie indubia videtur pars

2 affirmatiua, ¶ cùm mulier ſequi debeat mariti conditionem *l. cum te, l. vltim.* ibi, *& ſentiat eius fulgorem, C. de nupt. l.vltima, C.de incolibio, l.mulieres, Cod. de dignit. lib.12. authent. de conſulib. §.hæc itaque l.fœmina, ff. de ſenator. & perdit ſplendorem generis, quæ nubit minori l. ingenua, C. de murileg. lib.1.* & adhuc, vidua mariti conditio-

3 ne potiri debet Batt. & Fulgoſ. *in l.vltim. Cod.de verb. ſignific. text. in authentica de nupt. §. non ſolum l.de emancipatis, Cod.de legit. hæred. gloſſa in l.iubemus, Cod. de erogat. milit. ann. lib.12. l.7. tit.2. part.4. l.9. tit.11. lib.2. nouæ collect. regiæ,*

4 ibi: *ſi la muger hijadalgo caſare con hombre que no ſea hidalgo mandamos que peche mientra viniere ſu marido pero ſi muriere el marido, deſpues de ſu muerte goze, como hijadalgo, ſalno, ſi caſare otra vez con hombre que no ſea hidalgo*: Palat. Rub. *in repet. rubrica de donat. inter vir, & vxorem, §.32. incip. ſed propter, num 4.* Padilla *in l.1. num.5. in princip. C. de iur. & fact. ignor.* vbi quod lex regia videtur in hoc deſumpta à *l.fœmina, ff. de ſenat.* *dixi conſil.3. num.7.*

5 Denique quod mulier nupta, cum in mariti iam familiam tranſierit, non poteſt amplius admitti ad priuilegia paternæ domui conceſſa, vt docet Batt. *in l.quoties, num.2. cap. de priuileg. ſchol. lib.* vbi loquitur in priuilegio alicui conceſſo pro ſe & omnibus deſcendentibus tam maſculis, quàm fœminis, quoniam filia nupta iam non eſt de familia patris, ſed mariti, quæ doctrina eſt communis, vt pluribus allegatis teſtatur Padilla *in dict. l. voluntas, num.4. Cod. de fi-*

6 *deicommiſſ. dixi dict. conſil.3. num.6.* ¶ qualitas namque accidentalis, quam mulier à marito habet attendenda eſt, veluti poſterior *l.1. §. veſtiæ, ff. de poſtulat. l. ſeruos inſtituta de rerum diuiſione.*

Sed maritus eſt plebeius, ergo mulier eiuſdem conditionis in hoc reputari debet.

7 Hinc eſt, vt per contrarium mulier plebeia nupta viro nobili, eius nobilitate potiri debeat, ac proinde canere palinodiam non teneatur, ſi præd. conuitia protulerit, vt obſeruauimus *in quæſtione præcedenti*, & in terminis hanc ſententiam tenet Parlador. *lib. 1. rerum quotidianarum, cap.17. num.30.* & Salazar *de vſu. & conſuet. cap.1. num.85. & 89.* & hos referens D. Pichard. *in l.5. & 7. Cod. de murileg. lib.11. num.46.*

His tamen omnibus non obſtantibus, contra- 8 ria ſententia in quæſtione propoſita mihi verior videtur, neque in praxi tenenda, quæ etiam benignior eſt, imò quod mulier nobilis genere nupta viro ignobili, licet conditionem mariti ſequatur, quoad tributa, quia ita in fauorem fiſci deciſum extat iure regio; nihilominus quoad cætera priuilegia nobilitati conceſſa, & præcipuè ad excuſandam pœnam contradictionis quæ eſt corporalis, non amittat propriam nobilitatem, ſicque minimè teneatur canere palinodiam pro conuitio à ſe in alterum illato.

Nobilitas namque naturalis ſanguinis nun- 9 quam mutatur, nec perditur, Tiraquel. *de nobilit. quæſt.25. num.5. & quæſt.35. per totam*, probat latè Ioan. Garſ. *de nobilit. gloſſ.7. num.17.* diximus *lib.5. practic. quæſt.13. num.93.* vbi *num.94.* latè probauimus, quod nobilitas à maioribus in poſteros deriuata perſonam comitatur, & velut hæreditas in ipſos deſcendit, & iterum *quæſt.17. & 18. num 191.* quod nobilitas, quæ prouenit à maioribus eſt vera nobilitas, perpetua & generalis, nunquamque loco dimouetur; ergo, licèt mulier nupta in mariti familiam tranſeat, eiuſque priuilegiis fruatur, ſua tamen nobilitate vera ſanguinis à maioribus ſibi proueniente, quæ inhæret eius oſſibus, ac proinde perpetua eſt, nec eius priuilegiis priuari poteſt, nec eam perdere, cum ſit quid naturale, quod renuntiari non poteſt, etiam à volente *l.ius agnationis, ff.de pactis, l.iura ſanguinis, ff.de regulis iuris.*

Quo ſit vt meritò contra doctrinam Batt. & 10 communem *ſuprà* in contrarium adductam, nempe *in d.l.quoties, num.2.* tenuerit Alexand. *in l.cum quedam puella, num.14. ff. de iuriſdict. omn. iud.* & Corneus *conſilio 177.* circa quod eſt primò aduertendum *num.7. verſic. vltra prædicta volumine 4.* Dec. *in l.1. num.84. ff.de reg.iur.* vbi *n.85.* inquit quod Batt. *in d.l. quoties*, non dicit iſtud, ad quod allegatur, & quod veriſſima concluſio videtur, quod filia nupta gaudeat priuilegio dato patri ſuo & filiabus: quia licèt mulier nupta ſit, remanet tamen in poteſtate patris, & retinet originem & familiam patris, vt notat idem Batt. *in l. fin. §. penultim. ff. ad municipal.* contra Batt. etiam *in d.l.quoties, num.2.* tenet Felin. *in cap. ſuper el ſegundo, num.2. de teſtib.* necnon & Tiraquel. licet non ſatis pedes firmet *in l.1. connubial. num.32. cum ſequenti*, Curt. Iun. *in d. l. cum quadam puella, num.6.* & quod filia nupta dicatur de familia & agnatione patris, non mariti, tenet etiam Carol. Ruynus *conſil.24. num.3. & 11. volumine 2.* & in aliis pluribus locis, & Peregr. alios allegans *de fideicomm. art.14. num.37. fol.133.*

Denique licet opinio communis Batt. *in d. l.* 11 *quoties*, ſit tenenda: nihilominus nobis in propoſito non contradicit, quia loquitur in priuilegio conceſſo familiæ paternæ, quo non poteſt gaudere mulier nupta extra prædictam familiam, quia tranſiuit per matrimonium in familiam viri ſui: at hic nos non agimus de priuilegio conceſſo: & ſic datiuo. Sed de naturali ſanguine & nobilitate à maioribus deſcendente & ſic natiua, quæ à muliere etiam nupta auferri, nec eradicari poteſt, quare eius effectibus & priuilegiis frui debet: ſecus verò erit in nobilitate ex priuilegio conceſſa paternæ familiæ, in ea namque rectè procedit doctrina Batt. communiter

approbata,

approbata, de qua *ſuprà*, ſcilicet, vt filiæ per matrimonium extra familiam paternam nuptæ minimè competat, ſed ſortiatur conditionem mariti, cui nupſit: nobilitas enim datiua amitti poteſt per matrimonium ſicut, & per exercitium artis vilis, vt probauimus alibi: quia facilius pereunt ea, quæ iure ſpeciali competunt, quam quæ ſunt iuris communis, vt *in l. cum militis, §. militia, miſſus, ff. de milit. teſtam.*

12 Denique in terminis noſtræ quæſtionis adduco optimam & auream doctrinam Baldi *in dict. l. cum quadam puella, num. 1. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* vbi quærit, an mulier nobilis nupta populari, quoad pœnas maleficiorum erit popularis: vel forenſis nupta ciui, hic enim reperiuntur duæ qualitates in eadem perſona: qualitas, ſcilicet, naturalis, & qualitas accidentalis, ſeu qualitas natiua, & qualitas datiua: & arguens ad partes reſoluit: quod aut ratio ſtatuti ponderat naturam, aut accidens: aut dubitatur, ſi ponderat naturam: inſpiciam, inquit Bald. qualitatem originis: ſi ponderat accidens, inſpiciam qualitatem accidentalem: ſi dubitatur, inſpiciam qualitatem magis fauorabilem: ſed lex noſtra regia 2. ponderat nobilitatem, & ſic qualitatem naturalem, vt patet ibi: *y ſi fuere hijodalgo el que dixere los dichos denueſtos no ſea condenado à que ſe deſdiga por ello:* ergo habemus intentum, non enim reſpicit accidens, hoc matrimonium, quia de eo nulla ſit mentio in noſtra l. ſed tantum nobilitatem indiſtinctè: ergo cùm hæc mulier nupta, ſit nobilis ſanguine in rei veritate, & verbum illud *fuere*, noſtræ l. denotet ſubſtantiam quæ reperitur in muliere nupta, licèt populari & profectò conuenit diſpoſitio noſtræ l. quia vbi verba legis conueniunt, ibi eius diſpoſitio locum habet *l. 4. §. toties cum ſimilibus, ff. de damn. infect.* tandem ſi eſſemus in dubio (quod non eſt ita) vtrum lex noſtra ponderaret, vnam, vel alteram qualitatem, magis fauorabilem ſequi deberemus, quæ eſt naturalis nobilitatis ſanguinis, quæ magis fauet delinquenti, quam accidentalis matrimonij.

13 Tandem & ſi per contrarium matrimonij, domicilium præcedens, etiam ſi ſit originis mutetur, vt *in d. l. cum quadam puella*, quia mulier efficitur de domicilio viri, id tamen intelligitur, atque procedit, quoad ea tantum, propter quæ mulier ſubtraheretur ab officio viri *l. fin. §. item reſcripſerunt, ff. ad municip.* & ibi Bald. Alexand. *in d. l. cum quadam puella, num. 4.* alios allegans & ibi Ioan. Oroſcius *num. 15.* vbi quod aliàs originis domicilium non mutat per *l. aſſumptio, ff. ad municip.* Bart. *in d. §. idem reſcripſerunt*, Socin.
14 *in d. l. cum quadam puella, num. 6.* ¶ Hinc eſt, quod mulier nupta in loco domicilij & etiam originis conueniri poſſit, ſi ibi inueniatur, quia per hoc non ſubtrahitur à ſeruitio viri, vt *in dicta lege aſſumptio, §. 1. iuncta lege hæres abſens in principio, ff. de iudic.* tenet Bartol. *in dicta lege aſſumptio, § 1.* & magis communiter Doctores, ſecundum Alexand. *in d. l. cum quadam puella, num. 5.* ergo iure optimo, quoad pœnas maleficiorum dicendum eſt, mulierem nobilem nuptam ignobili non amittere qualitatem ſuam natiuam nobilitatis, cum per hoc non ſolum non abſtrahatur ab officio & ſeruitio viri, ſed imò vterque coniux honorificentius viuat, matrimonium conſeruetur: itaque, vt ex ſuperioribus patet, mutatio illa fori & cætera, quæ in propoſito per matrimonium contingunt reſpiciunt fauorem matrimonij & ſimultaneam cohabitationem, vnde per contrarium quæ huic fini non contradicunt, ſed imò potius eum decorant, atque melius conſeruant, minimè tolluntur, nec mutantur, vt contingit in noſtro propoſito: Quare merito hanc noſtram ſententiam in terminis noſtræ l. regiæ, ex dicta doctrina Bald. probat & defendit Petrus Plaça *1. tom. delict. cap. 1. num. 16.* quamuis eam non ſic elucidet, nec comprobet, & D. Azeued. *in l. 9. tit. 11. ſub num. 7. lib. 1. & in hac l. 2. num. 103. &* 104. Modo non obſtent argumenta contraria *ſuprà* propoſita, quoniam iam ex ſuperioribus ſunt diluta 15 ¶ & præterea procedunt, quoad tributa & onera fiſcalia, quæ appellantur munera; hæc namque ſoluet mulier nobilis nupta ignobili, vt in legibus regiis, perſonalia in loco mariti, patrimonialia in loco vbi ea percepit, & fructus recipit, vt *in l. 1. Cod. de annon. & trib.* & *in l. cum neque, Cod. de incol.* & *in l. 1. Cod. de muner.* & *in quo loc. lib.* 10. ita Bald. *in dicta l. cum quadam puella, num. 1. in verſiculo, & prædicta ſunt vera*: cæterum, quoad reliquos effectus nobilitatis natiuæ, atque naturalis, qui minimè contradicunt matrimonio, & ſimultaneæ cohabitationi vtriuſque coniugis, mulier ipſa immunis eſt, atque illæſa per matrimonium.

Similiter non obeſt altera ratio, nempe inſpiciendam eſſe qualitatem accidentalem, quam mulier à marito habet veluti poſteriorem vt *ſuprà*, quia iam ei eſt reſponſum vno modo: 16 ¶ Secundò reſpondemus ea, quæ ex perſona viri conſequitur mulier, non eſſe tanti momenti, ac ponderis, quàm ea, quæ ex genere proueniunt eidem ex Bart. loquente in dignitate, quam vxor ex marito nanciſcitur *in l. quod Principi ad fin. ff. de leg. 2. ex l. 1. & 2. ff. de officio pro conſult. & legat.* 17 ¶ & hæc dignitas à marito proueniens facilius amittitur ex *l. fœmina* & ibi gloſſa vltima & Bald. *ff. de ſenat.* ex quo notat fortiora eſſe iura paterna, quàm mariti, Ioan. de Platea idem profeſſus *in l. 1. poſt princip. Cod. de dignit. lib. 12.* 18 ¶ Denique facilius amittuntur, quæ ex aliorum perſona, quàm quæ ex noſtra habemus Bart. *in l. quæ in bello, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* quæ pro reſponſione dicti fundamenti congerit & ſequitur Plaça *vbi ſuprà, d. num. 26. verſic. nec obſtant.*

## SVMMARIVM.

1 *Clericus infamans aliquem verbis maioribus de quibus in l. regia, an teneatur canere palinodiam? & numeris ſequentibus, per totam quæſtionem præcipuè, num. 12. & ſeqq.*

2 *Deficiente iure Canonico recurrendum eſt ad ius commune, & conſuetudinem regni, non autem ad iura Imperatorum, & num. 7. cum ſequentibus.*

3 *Appellatione iuris venit ius regni, & num. 4. 5. & ſeqq.*

10 *Lex fundata ſuper ratione naturali poteſt ſeruari per iudicem Eccleſiaſticum.*

11 *Infamans alterum falſo, & iniuſtè tenetur ei reſtituere famam confitendo ſe falſum dixiſſe.*

13 *Priuilegium militis ſæcularis extenditur ad militem cæleſtis militiæ & num. 14.*

15 *Clerici in minoribus conſtituti, vel qui altari, vel Eccleſiæ proprio miniſterio ſeruiunt, an canere palinodiam teneantur, & num. 21. cum ſequenti.*

16 *Quanta*



16 *Quanta differentia eſt inter Solem, & Lunam, tanta eſt, aut certè maior inter Imperium, & Sacerdotium.*

17 *Clericalis ordo nobilitat, & eſt dignitas, & honor, vt in num. 18. & eſt maior omni alio honore, vt in num. 19.*

20 *Sacerdotium eſt regale genus.*

21 *Clericus iniuriam paſſo ſine iniuria clericali ſatis facere debet.*

23 *Condemnatus actione iniuriarum iure communi infamis efficitur, etiamſi iniuria ſit leuis, & num. 24.*

---

## *De Clerico infamante alium verbis maioribus, an teneatur canere palinodiam?*

## QVÆSTIO CXXXV.

1 QVÆRO vlterius an Clericus infamans alterum verbis in hac noſtra l. regia 2. contentis debeat condemnari, vt coram iudice & bonis viris canat palinodiam, ſicut laicus, vt in noſtra l.

Quæſtio profectò eſt triuialis, neceſſaria tenetur in praxi, ideò eam omittendam non duxi.

In hac quæſtione primus & anteſignanus fuit præſul doctiſſimus Bernard. Diaz de Lugo Epiſcopus Calagurritan. meritiſſimus: is namque *in ſua practica crimin. canonica cap. 66. num. 6. & 7.* in noua impreſſione anno 1587. Compluti facta credit, quod in his Regnis Caſtellæ, & Legionis poſſit Clericus huiuſmodi condemnari ad petitionem offenſi, vt in præſentia iudicis & bonorum hominum dicat ſe mentitum fuiſſe, cum ita cautum ſit, & ſeruari ſoleat in laicis per *l. 2. tit. 3. lib. 4. for.* (adde tu l. noſtram hanc ſecundam) idque ſequentibus probat fundamentis.

Primò, quod ſi illa l. fori & noſtra non comprehendat Clericos: attamen ex æquitate quadam videtur, quòd iudex Eccleſiaſticus poſſit imitari illam, cuius arbitrio pœna in hoc caſu eſt relicta, præcipuè attentâ doctrinâ Palatij Rubij *in repetitione rubrica de donat. inter virum & vxorem*, ſtatim in introductione *num. 8. cum ſeqq. & num. 15.* vbi poſt Didac. de Villadieg. *in cap. conſtitutus de reſtitutione in integr. chart. 7. verſic. ego autem teneo.*

2 Quod deficiente iure Canonico recurrendum eſt ad ius commune & conſuetudinem Regni, non autem ad iura Imperatorum, vel Iuriſconſultorum: ius autem commune quoad hoc in his Regnis, intelligit iura & conſuetudinem Regni, quæ ius commune appellantur, vt *in cap. cum à nobis de teſtib.* & ibi Abb. idem Palat. Rub. *in l. 1. Taur. num. 8.* idem Bernard. *cap. 144. n. 4.* & Plaça *de delict. 1. tom. cap. 1. num. 24.*

3 Vnde ſi, Rex noſter, vel alius mentionem fecerit de iure, appellatione illa iuris venit ius ſui Regni, vt probat in priori loco Palat. Rub. *n. 9.* & quod ius Regium ſit ius commune, tenet etiam Segura *in l. repetitione l. cohæredi, §. cum filiæ, num. 19. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitutione* probat *l. 5. tit. 4. lib. 1. ordinamenti veteris & l. 4. tit. 12. eodem lib.* ibi, *de los derechos communes de nueſtros Reynos*, & *l. 2. Taur.* ibi, *pues por ellas, y no por otras han de juzgar*, & ibi D. Caſtill. & & cæteri: & vtrumque latiſſimè iure probat & ſequitur Didacus Perez *in quæſtione 3. proœm. per totam, ſuper 1. part. legum ordinamenti regij*: vbi citat Palat. Rub. & Bernard. Diaz *vbi ſuprà*, ſequitur etiam Ignat. Salzed. ad Bernard. Diaz *dict. cap. 144. littera C.* Olano *in concordia vtriuſ-* 4 *que iuris, præfatione* & latiſſimè Salon de Paz *in l. 1. Taur. num. 587. cum ſequentibus*, vbi quod ius regium, eſt ius commune, & quod ex eo iudicandum ſit, deficiente iure Canonico *ibi n. 190. cum ſeqq.* ¶ Leges namque partitarum ex Sanctorum patrum, ac Sapientium, iuribuſque antiquis, Hiſpanorum conſuetudinibus originem acceperunt *l. 2. tit. 1. part. 1.* vbi etiam, quod ex iure naturali, gentiumque ac Sapientium documentis, dictæ ſæpè partitarum leges ortæ fuerunt: *l. 1. Tauri*, ibi: *por que fueren ſacadas*, &c. & ibi Salon de Paz *n. 368.* & per contrarium, quamplures leges iuris ciuilis & dictæ fuerunt à paganis, & hoſtibus Chriſtianæ religionis, vt per Salon ibi, *num. 512.*

5 Secundò, quoniam & ſi præpoſitus *in cap. conſuetudo 1. diſtinctione col. 3. num. 7. verſic. adde etiam*: & Petrus de Rabena *in alphabet. aureo fol. 165. col. 4. verſic. mala conſuetudo*, & Roch. de Curt. *de conſuet. ſectione 4. num. 60.* teneant deficiente iure Canonico recurrendum eſſe per iudicem Eccleſiaſticum ad ius ciuile, non autem ad municipale.

6 Attamen ſecundum eundem Præpoſit. *vbi ſuprà*, deficiente iure Canonico & ciuili recurrendum eſt ad ius municipale, vel ad particularem loci conſuetudinem, vt accidit in caſu noſtro in quo leges ciuiles deficiunt, nihil prouidentes in hoc caſu, prout eſt ſpecialiter per noſtram l. regiam, ergo eam ſeruare poteſt, & debet iudex aduerſus clericum maledicum huiuſmodi.

7 Sed melius dixiſſet Bernard. Diaz, ius regium eſſe ius commune, & non municipale, vt probauimus & in terminis affirmat Didacus Perez *vbi ſuprà*, ibi: item leges Caſtellæ & Hiſpaniæ ſunt ius commune & non municipale, ergo ad ipſum eſt recurrendum, non verò ad leges Imperatorias Romanorum, 8 ¶ quæ apud nos non dicuntur iura, ſed dicta ſapientium: quæ deficiente lege ſequi poſſumus, & in iudiciis poſſunt allegari, quatenus ratione iuuantur, & confirmantur iure regio, quod ita in allegationibus tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus ſeruatur, Præpoſit. *in cap. ſi in adiutorium colum. 2. numero quarto, diſtinctione 10. l. 1. Tauri*, ibi: *empero bien queremos y ſufrimos que los libros de los derechos*, & alios allegat ibi Salon *num. 513. & 519. & 548.* Didacus Perez *vbi ſuprà, in verſiculo, quia etiam compilata à Iuſtiniano*: & alios plures citans Ignat. *vbi ſuprà*, vbi refert Oldradum *conſilio 69.* ſcribentem Hiſpanos olim conſtituiſſe, quod quicumque leges Cæſareas in iudicio allegaret, capite puniretur, & alios auctores idem commemorantes & Salon de Paz *in l. 1. Taur. num. 513.* 9 ¶ qui tamen *num. 530. cum pluribus ſequentibus*, verius & probabilius eſſe cenſet, vt legibus regiis deficientibus, ſeu fori regij, aut municipalis legibus vſu roboratis in his Regnis, legibus iuris ciuilis in temporalibus, profaniſque cauſis iudicandum ſit & quod hoc praxis admittit, regibus noſtris patientibus & etiam in ſupremo Cæſaris conſilio ſingulis cuſtoditur diebus & aliis regiis Prætoriis: quibus & iuris ciuilis iura tam à iudicibus quàm à cauſarum patronis plerumque allegantur & quod ita poſt *dict. l. 1. Taur.* interpretatum eſt, quare hæc ſententia obtinere debet,

ber, vt ibi, quampluribus probat iuridicis fundamentis.

10 Tertiò nihilominus opinio ſupra Bernardi Diaz principalis comprobatur ab eodem auctore ex doctrina Abbatis *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitutione col. 5.* tenentis, quod vbi lex eſſet fundata ſuper ratione naturali, poteſt iudex Eccleſiæ illam ſeruare, non ratione legis, ſed ratione naturali: ſed quis dubitat iuſtum eſſe, atque rationi naturali congruum, vt Clericus qui falſum crimen alicui impoſuit, ex quo læſa eſt eius fama, dicat ſe mentitum fuiſſe, vt quod hoc fama illi reſtituatur, cum ad hoc, vt Chriſtianus teneatur, & ad id à confeſſario, etiam non petente offenſo compellendus ſit? quod tamen procedere poſſe affirmat Bernard. quando conuitium eſſet falſum, nec tunc ex eo: hanc ſatisfactionem reſultandam eſſe, quod videatur Clericus ex ea infamem remanere: cum iam ex ipſa condemnatione talis infamis remaneat, etiam ſi non damnetur ad verborum retractationem, nec enim iudex, vt plus ſit iniurianti, crudelis debet eſſe iniuriato: qui tali modo honore ſuo ſatisfieri petit, cum aliàs, ſine prædicta retractatione ſemper crederent, aut ſaltem ſuſpicarentur audientes verba iniurioſa cum prolata fuerunt, illum dixiſſe verum, niſi cum ſe retractantem, & palinodiam decantantem audierint: hæc Bernard. *vbi ſuprà.*

11 Sed & quarto eius præfata opinio comprobari & fulciri poteſt, ex doctrina D. Thomæ 2.2. *quæſt. 62. artic. 2. ad ſecundum*, & cum eo communiter omnes tranſeunt: docentis, quod qui alterum falſo & iniuſtè infamauit, tenetur ei reſtituere famam, confitendo ſe falſum dixiſſe. Archiepiſcopus Florent. *in ſua Summa 2. p. c. 2. n. 3.* diximus latius *ſuprà quæſtione ſi ſuper hac l. 2.* & è noſtris idem probant Hoſtienſ. *in Summa de pœnis, § quibus verſ. quid de accuſat.* Auiles *in proœm. circa præter num. 10. ad fin.* Plaça *de delict. 1. tom. cap. 1. num. 17.*

12 His nihilo ſecius non obſtantibus contraria ſententia imò quod Clericus conuitia, de quibus in hac noſtra l. regia ſecunda, in alterum obiiciens, non debeat condemnari, nec ſit plectendus pœna noſtræ l. nempe canendi palinodiam, ſed alia competenti, abſque eius infamia eſt longè verior, communis noſtrorum & tenenda proculdubio in iudicando & conſulendo ſequentibus fundamentis.

13 Primò, quia Clericus ob tale crimen & iniuriam habet à iure Canonico pœnam ſtatutam, vt veniam ab aduerſario petere cogatur, vt habetur in Concilio Carthaginenſ. quarto, relato *in cap. Clericus maledicus 46. diſtinctione*, in hunc modum: *Clericus maledicus maximè in Sacerdotibus cogatur ad poſtulandum veniam: & ſi noluerit degradetur, nec vnquam abſque ſatisfactione ad officium reuocetur.*

Secundò, quoniam nedum ante nouam hanc legum collectionem, ſecundum magis receptam ſententiam: ſed etiam hodie, per noſtram hanc l. eiuſque expreſſam literam, *fidalgus*, & ſic Nobilis ſanguine, non eſt condemnandus in præd. pœna contradictionis, ſi forſan conuitia, de quibus in noſtra l. alterum exprobauerit, vt latiſſimè reſoluimus, *ſuprà, quæſtione ab hinc ſecun-*
14 *da per totam*: ergo nec Clericus, cum ſit miles cœleſtis militiæ. ¶ Priuilegium namque militis ſæcularis, ne conuitietur, vltraque facere poſſit, deductis neceſſariis alimentis, extenditur ad militem cœleſtis militiæ iuxta gloſſam *in l. miles, ff. de re iud. verbo, facere poteſt*: nam quamuis Oldrad. & Alber. illius opinioni contradicant, nec ſeruari eam Paul. de Caſtr. affirmet, eam tamen ſequitur ibi Bart. *num. 3.* & communem eſſe teſtantur idem ſequuti Alexand. ibi *num. 3.* Rip. *num. 5. gloſſ. in cap. ſtudeat 50. diſtinct.* Tiraquel. *de nobilitate, cap. 9. num. 3.* eſt communis, ſecundum Palat. Bub. *in repet. rubricæ, de donat. inter vir. & vxor. § 57. num. 10.* & Guiller. Mayner. *in l. in omnibus cauſis id obſeruatur, num. 13. ff. de reg. iur.* Gomez. *in princip. inſtituta de action. num. 65.* Bellon. *in rubrica inſtit. de teſtam. num. 4.* Didac. *lib. 2. var. reſol. cap. 1. num. 9.* Plaça *de delict. 1. tom. cap. 1. num. 24 pag 25. col. 2. in principio*, & Ignat. de Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz *in ſua pract. crimin. Canonica cap. 66. littera C.* ſed quia communis hæc ſententia, difficilis 15
eſt: & multi contrarium verius eſſe exiſtimant, vt ſunt præcitati, necnon & Marſil. *notabil. 61.* debet ſecurè intelligi, in his Clericis, qui vel ſacris ordinibus ſunt inſigniti, vel altari, aut Eccleſiæ proprio miniſterio ſeruiunt: non verò in his, qui tantum minoribus ordinibus decorantur, hi etenim quantum ad præd. priuilegium pares cenſentur laicis & ſæcularibus, ſecundum Didac. *vbi ſuprà*, qui ſic intelligit præd. communem ſententiam.

Ergo eodem modo Clericus ſaltem in ſacris ordinibus conſtitutus, gaudere debet priuilegio noſtræ l. 2. nobili conceſſo, nempe, *que no ſea condenado en la pena de deſdezirſe, aunque diga contra otro las palabras que en ello ſe contienen*: eſſet ſanè iniquum, quod miles ſæcularis militiæ, hoc priuilegio frueretur, non verò miles cœleſtis mi-
litiæ, ¶ cum non ſolum huius dignitas illius ſu- 16
peret, verum regalem quoque vincat, *cap. duo ſunt quippe 96. diſtinctione*, & quanta differentia eſt inter Solem & Lunam, tanta eſt, aut certè minor inter Imperium & Sacerdotium, *cap ſolitæ de maior. & obed.*

Tertiò, & denique, quia ordo clericalis nobi- 17
litat, ſecundum Hoſtienſ. & Ioannem Andream *in cap. ex libentius, verb. militia*, & ibi quoque Ægidius de Bellamer. *in primo notabil.* & Panormitan. *in fin.* Petrus Ancharan. & Cardinal. Florent. *poſt princip. de ſeru. non ordin. per text.* ibi *in verb. militia clericali*: & *in cap. ex parte B.* ibi, *de eo militans de corpor. vitiat.* & *in cap. Clericus, ibi militibus Eccleſiæ 50. diſtinctione*, ſequitur Anton. Corſet. *in repetitione cap. grandi colum. 13. de ſupplend. neglig. prælat. lib. 6.* & Alciat. *in cap. cum non ab homine colum. 6. verſic. 2.* per iſtum textum *de iudic.* vbi inquit Clericos haberi pro Nobilibus: & quamuis textus ſupra allegati hoc non probent, cum de nobilitate nihil dicant, ſed tantum de militia, & ei quidem non mundana, ſed diuina & cœleſti, vt bene aduertit Tiraquell. *de nobilit. cap. 5. num. 2.* attamen, ſecundum ipſum ibi, ſi ipſa mundana militia, quam armatam vocamus, nobilitaret, poſſet dici, & ordinem clericalem, id eſt cœleſtem militiam nobilitare iuxta communem opinionem gloſſæ *ſuprà* relatæ *in dict. l. miles, ff. de re iudic.* eoque magis, cùm militia non ſit digni-
tas, ¶ ordo tamen ſacerdatalis, atque clericalis 18
dignitas ſit & honor, vt *in l. atrocem, Cod. de iniuriis*, & *in cap. denique in principio*, & ibi gloſſa *4. diſtinctione*, & *in cap. reperiuntur 1. quæſtione 1.* & *in cap. ſedes de reſcript.* Lapus *allegatione 110. in ciuitate col. 15. in paru. verſic. remouetur etiam*, ¶ & talis quidem dignitas, quæ maior eſt omni alio honore ſæculari, ſecundum Bart. *conſil.*



*conſil. 180 ſi aliqua col. 2. verſiculo præterea*: quem ſequitur Iaſon. *in l. generaliter col. 2. ff. de in ius*
20 *voc.* ¶ Eſtque ſacerdotium regale genus, Diuus Petrus 1. epiſtola cap. 2. ſed nobilis præd. pœna non venit plectendus, vt in noſtra l. ergo nec Clericus in ſacris.

21 Quartò, & peremptoriè vltra cæteros pro hac veritate allego text. veluti expreſſum *in cap. contingit 36. in fin. de ſententia excommunic.* in illis verbis. *Proviſo vt Clericus iniuriam paſſo ſine iniuria clericali ſatisfaciat competenter, quatenus inter eos pax valeat rationabiliter reformari.*

Et in terminis hanc ſecundam partem primus omnium tenuit Boer. *conſil. 4. num. 40.* dicens, quod contra Clericum non poteſt agi ad emendam honorabilem, *in cap. capite quadrageſimæ, & cap. clerico* & ibi gloſſa, & Cardinal. Alexand. *50. diſtinctione & in cap. 1. & in cap. quæſitum* & ibi gloſſa Sicul. & Ballenzin. *in 1. additione de pœnit. & remiſſ.* & tandem inquit Boer. quod ita de conſuetud. & communi obſeruantia curiæ Bituricæ obſeruatur; eandem ſententiam in terminis noſtræ l. tenet & probat Didac. Perez *in l. 11. tit. 1. lib. 1. ordinam. in fine* & latius idem *in l. 25. tit. 3. eodem lib. col. 113. cum ſequentibus & Padilla in l. 1. num. 9. C. de iuris & fact. ignor.* dicens quod olim ita iam publice docuit pluribus auditoribus; quorum vnus ego fui: ſequitur etiam Petrus Plaça *in 1. tom. de delict. cap. 1. num. 14.* & iſta pars practicatur, ſecundum eundem Didacum Perez *in 2. tit. 9. lib. 8. ordin. pag. 130. ad fin.* eandem probat Ignat. Salzed *contra ſuum eodem conſilio cap. 66. littera C* dicens Bernard Mar. haud fuiſſe hallucinatum & quod hanc ſententiam ſiquidem in controuerſiis forenſibus receptam vidit, & quod primus omnium Salmanticæ publice olim legendo ſequutus fuit inſignis & magni nominis præceptor ſuus D. Gutterrius Diaz de Sandoual Noguerol. ſacrorum Canonum profeſſor primarius, quem ego cognoui ſequitur etiam Parlad. *lib. 1. rerum quotid. cap. 17. num. 31. & 32.* & Azened. *in hac l. 2. num. 5. & 253.* dicens quod hæc eſt recepta & communis & don Ioan. Vela *de pœn. delict. c. 6. pag. 87.* & nouiſſimè Farinac. *in 3. tom. ſuæ praxis crimin. quæſtione 105. num. 75. pag mihi 346.* itaque proculdubio hæc eſt veriſſima & recepta ſententia & omnino tenenda in clericis ſacris ordinibus inſignitis, in quibus plerique ex ſupradictis loquuntur; in his autem qui altari, vel Eccleſiæ proprio miniſterio ſeruiunt ſacris non initiatis idem videtur dicendum.

22 Secus verò in aliis clericis, qui tantum minoribus ſunt decorati, argumento aureæ diſtinctionis Couar. præcitatæ in ſuo caſu, quæ in propoſito noſtræ ſpeciei applicari poteſt, nempè in Clericis in minoribus conſtitutis, qui altari vel Eccleſiæ miniſterio ſeruiunt, vt hi etiam gaudeant beneficio, *cap. Odoardus de ſolut.* non verò reliqui, quam diſtinctionem in ea ſpecie probauimus in noſtro tractatu de iuramento confirmatorio *1. part cap. 17 num. 10.* & in materia, de qua hic agimus, rectè quoque procedere intelligimus.

Reliquum eſt, vt reſpondeamus fundamentis contrariis pro prima opinione adductis, & quoad primum caput, nempe quod iudex Eccleſiaſticus legem noſtram ex æquitate quadam debeat imitari, retorquetur in hunc modum argumentum, imò quod ex æquitate quadam, qua in pœnis benignior eſt interpretatio facienda, iudex Eccleſiaſticus pœnam noſtræ l. ſequi non debet, nec imitari.

Denique quod deficiente Iure Canonico recurrendum ſit ad ius regium etiam in foro Eccleſiaſtico potius, quàm ad iura Imperatorum: verum quidem fatemur & communiter per noſtrates receptum, cæterum contendimus, imò affirmamus in noſtra ſpecie non deficere ius Canonicum cum habeamus Concilium Carthaginenſe expreſſum & textum iuris Canonici apertum decidentes, qua pœna Clericus maledicus ſit plectendus, de quibus ſupra in primo & quarto fundamento huius ſecundæ partis & in vltimo cauetur ſatisfaciendum eſt Clerico iniuriam paſſo ſin autem in Clericali, competenter, & cum hoc ceſſant ſcelera priori fundamento contrario ſuperaddito.

Ad tertium reſpondemus, ipſum quidem procedere poſſe, reſpectu ſatisfactionis competentis, non tamen cum iniuria clericali, cum contrarium ſit expreſſè prouiſum iure Canonico per text. *in d. cap. contingit in fine de ſententia excommunic.*

Nec obſtat replica Bernardi Diaz in contrarium facta, dicentis non eſſe refutandam in hoc caſu pœnam contradictionis ex eo, quod videtur illam ſatisfactionem facientem infamem effici, cum iam ex ipſa condemnatione, etiamſi non damnetur ad verborum retractationem, infa-
mis remaneat, ¶ condemnatus enim actione in- 23
iuriarum de iure communi infamis efficitur, etiamſi iniuria ſit leuis, vt *in cap. cum te* & ibi notat Abb. *de re iudic.* dicens procedere etiam in Clerico ſecundum vnum intellectum ſiue agatur criminaliter, ſiue ciuiliter, ſecundum gloſſam ibi, eſtque communis opinio vt fatetur ibi Felin. *num. 9.* Corſet. *in tractatu de minim. 2. part. verſ. 26.* & Iulium Clarum *lib. 5. recept. ſentent. § iniuria, verſ. item condemnatus*: Olanus *in ſua concord. iur. littera L. num. 9.* eſtque receptum inter Doctores, vt vltra prædictos affirmat Ignat. ad Bernardum *vbi ſupra littera C.* adducens pro hac communi ſententia l. 5. ibi, *à otro algun yerro*, & ibi Gregor. Lopez *tit. 6 p. 7. & l. 5. tit. 9. eadem partita*, ibi: *è prouan dueſto, no caera en pena per ende, è ſin car à infamado aquel que acuſa*: & inquit lapſos fuiſſe hac in re Villalob. *in ſuo ærario communium opinionum in parte, iniuriarum actione*, & Auendann. *in ſuis dictionar. leg. reg verbo, atroces idem* & eundem *in tractatu de iniur. num. 18.* aliud tenentes de iure communi, nempè quod condemnatus actione iniuriarum leui non incurrat infamiam, quam opinionem tenere omnes Doctores affirmauit Auguſtin. de Arimino, ſed fallitur, ſecundum Iul. Clar. vbi ſupra, quia Doctores ab eo allegati, hoc non tenent, ſed primam communem.

Sed contra eam communem pleroſque iuris interpretes tenere affirmat Petr. Greg. *in ſyntagm. iur. vniuerſ. lib. 38. ca. 7. num. 2.* vbi ipſe quoque tenentibus communem repugnat, niſi pœna impoſita infamiam habeat, fatetur tamen primam opinionem eſſe communem.

Inquiunt tamen præd. Hiſpani iure regio per dictas leges partitæ condemnatum actione iniuriarum etiam leui eſſe infamem, quod expreſſe probare videtur d. l. 5. ibi, *ò de otro algun yerro*, & ibi, *ò de tuerto que ouieſſe fecho*, ſiquidem *tuerto*, actionem iniuriarum ſignificat *l. 1. tit. 9. part. 7.* comprobat etiam Plaç *de delict. 1. tom. c. 1. n. 22.*

ergo iuxta hoc opinio Bernardi procedere re&ctilde; videtur, tametſi iure Cæſareo & Pontificio actione iniuriarum leni condemnatus immunis ab infamia ſit, vt probare nititur aduerſus præcedentem communem ſententiam, Plaça *vbi ſupra* & eſt æquior, benignior, & rationabilior, vt infra dicemus *in quæſtione proxime ſequenti num.9.*

10 Sed non obſtant, inquam hæc, quoniam hic non agimus de infamia, quæ reſultat ex actione iniuriarum, quæ per ſe famoſa eſt, *l. prætor dixit, ff. de iniur. quæ eſt 7.* ſed de illa, quæ ex contradictione verborum perſonaliter facta canendo palinodiam ſequeretur Clerico contra ſuam dignitatem ordinemque Clericalem, necnon & in opprobrium totius ordinis clericalis, quæ pœna nullo modo iniungenda eſt, vt in d. c. *contingit in fin.* hæc enim grauiſſima infamia eſt apud omnes, vt infra dicemus *in quæſtione ſequenti:* illa autem, quæ ex ſimplici & quacunque condemnatione actionis iniuriarum contingit, iuris tantum eſt non facti, nec adeò grauis ſaltem apud bonos viros, ſicut illa pro propriæ retractationis, nec ex hoc crudelis redditur iudex Eccleſiaſticus iniuriato, cum iure præcipiente omittat imponere pœnam contradictionis Clerico huiuſmodi conuitiatori, dum tamen competentem ſatisfactionem eidem iniungat, nec ex hoc auditores conuitiorum credent, aut ſuſpicabuntur (iure ſaltem) conuitium verum eſſe ſcire ſiquidem debent pœnam contradictionis in Clericum vtpote iniurioſam, clericali ſtatui pro ſatisfactione iniuriæ imponendam non eſſe, ſed aliam competentem *in dicto cap. contingit, in fin.*

11 Quartum ſimiliter non obeſt, quoniam procedit regulariter & generaliter, prout loquitur Diuus Thom. & communis verum ab hac regula excipitur Clericus, in pœna infamatoria, nempè contradictionis verborum, vt in dictis iuribus.

### SVMMARIVM.

1 *Infamans alterum verbis maioribus, an teneatur præciſe canere palinodiam verbis formalibus, de quibus in lege regia, vel ſufficiat dicere verba æquipollentia, & numeris ſequentibus.*

4 *Infamans alterum iniuſte ad quid teneatur.*

5 *Fur pro primo furto debet condemnari formaliter* en las ſetenas.

6 *Iniuriantis confeſſio in ſummario iudicio ſumpta dicentis à ſe iniuriatum eſſe bonæ famæ, & conditionis, an excuſet à pœna retractationis, & n.7.*

8 *Reſtituens famam à ſe iniuriato pro bono pacis verbis æquipollentibus, an ſit infamis? & num. 11.*

9 *Condemnatus actione iniuriarum remanet infamis, quinimo ex confeſſione remanet, quis infamis, n. 19.*

---

*An reus iniurians alterum, teneatur ſe formaliter dedicere, vel ſufficiat verba æquipollentia proferre.*

## QVÆSTIO CXXXVI.

QVÆRO vtiliter circa praxim noſtræ l. regiæ, an reus in caſu ipſius compellendus ſit per ſententiam formaliter dicere coram iudice & bonis viris verba contenta in noſtra lege, nempe, *que ſe deſdize, &c.* vel ſufficiat dicere verba æquipollentia, nempè quod ille contra quem dixit tale conuitium eſt bonus & carens illa infamia, ſeu macula? 1

Et prima quidem fronte, hoc vltimum ſufficere videbatur, quia non refert, quid ex æquipollentibus fiat, vt ſunt iura vulgaria *l. in ſumma, ff. de re iudic. l. ſi Prætor in princip. ff. de iudic. cum ſimil.* 2

Secundò ex l. quæ in hoc videtur expreſſa 25. *tit.* 18. *partita ſecunda in verſiculo, è la otra por honra del Rey. Porque ſi aquel que la toujeſſe el caſtillo lo dieſe à ſu ſeñor, y pidieſe deſpues que le fizieſe en mienda del mal que le auia dicho, conuenia por fuerça derecha, que aquel que gelo dixera, le dixeſe que pues dadolo auia que era bueno è leal è porque eſta palabra es tanto, como deſmentirſe, &c.* & ibi Greg. Lopez in gloſſa, *como deſmentir*, eam l. expreſſe notat pro hac parte, eam ſequutus in terminis noſtræ quæſtionis, quem ſequitur Didac. Perez *in l. 2. tit. 9. lib. 4. ordinam. col. 1486. ad fin. & columnis ſequentibus*, Humada *in d. l. 25. gloſſa 2.* & Azeu. *in hac l. 2. num. 88. & 89.* vbi *num. 90.* hoc ante ſententiam procedere credit, ipſo reo negante conuitium, licet contra ipſum teſtibus ſit probatum, ſecus poſt ſententiam, qua quis condemnatus eſt, vt ſe dedicat.

Hoc tamen non obſtante contraria ſententia eſt tenenda in praxi, imò quod non ſit recedendum in hoc à forma verborum huius l. 1. ex ſententia D. Thomæ 2. 2. *quæſtione 62. articul. 2. ad ſecundum.* vbi quod quando quis tollit famam alterius dicendo falſum iniuſtè, tenetur reſtituere famam confitendo ſe falſum dixiſſe, quæ doctrina eſt communiter recepta vt vidimus *ſupra in prima quæſtione ſuper hac l. 2.* eamque refert & ſequitur Gregor. Lopez *vbi ſupra*, & prius Hoſtienſ. *in Summa de pœnit. & remiſſ. §. quibus*, & Paris de Puteo *in tractat. de ſyndicat. in parte quia plures*, quos refert & ſequitur in terminis noſtræ l. Auend. *de iniur. num. 13. verſic.* quod eſt bene notandum. 3 4

Secundò ex altera partitarum lege, nempè 8. tit. 3. p. 7. ibi, *deueſe deſdezir ante el Rey, è por Corte diziendo, que mintio en el mal que le dixo al repiado* vbi Gregor. Lopez in gloſſa *mintio*, quamuis ſub verbo *fortè* expreſſe dicit in noſtra quæſtione videri, non recedendum à forma verborum illius l. cui conſonat noſtra l. 2. iudex igitur tenetur in ſententia eadem verba formalia noſtræ l. exprimere, atque iubere, vt reus ei dicat, nempè, *que ſe deſdiga ante el juez, y hombres buenos al plaço que ſe puſiere, y que peche trecientos ſueſdos, &c.* Neque his omiſſis, ſufficit præcipere, quod alia verba æquipollentia dicat, nempè ea, de quibus in principio huius quæſtionis, vel quod veniam petat: quia pœna debet eſſe ſatisfactoria



& condigna delicto, vt publicè, ſicut publice iniuriator dixit iniuriam, ita publice confiteatur, ſe mendacium dixiſſe: aliter enim non ſatisfiet competenter honori offenſi, iuxta doctrinam Sancti Thomæ, *vbi ſupra*, communiter recepti: nec aliam pœnam aptiorem, vel magis diſpoſitam iudex imponere debet, ſed formaliter, quam prædiximus, aliàs tenebitur in ſyndicatu, quia remiſit ſine cauſa pœnam à lege impoſitam, vt hæc omnia in terminis noſtræ l. & quæſtionis probat & tenet Auendañ. *in tractatu de iniur. num. 13. & 14.* eandem ſententiam latè iure comprobat Petrus Plaça *de delict. lib. 1. cap. 1. ſub n. 21. verſiculo, rurſus*: vbi quod cum forma præd. verborum, de qua in noſtra l. ibi, *deſdigaſe*, ſit formalis & ſubſtantialis eſſe cenſeatur, exprimenda eſt in ſententia & non aliter & ideo non ſufficeret profiteri, ſe non bene dixiſſe, ſed ſe mentitum fuiſſe eo vel maximè, quod naturalis illa qualitas condemnationis legalis, *deſdigaſe*, omitti minimè poteſt, quia eſt qualitas infamans, ſicut explicat Bald. *de vſurario, verba faciens in rubrica, C. de vſur.* & ex tex. expreſſus *in l. ſi ita quis, §. fin. ff. de legat. 2.* potiſſimum cum noſtra l. regia velit, quod de ignominia condemnati conſtet, atque ideo clarè & ſpecifice, niti deque hoc debet exprimere, nec ſufficeret, ſe obtruſo, velatoque ſermone & fucato modo implicite, hoc exprimi: iudex namque non poteſt euitare infamiam iniuriati per alia verba *ex l. non poteſt ff. de furt.*

5 Hinc eſt, vt fur, qui iuxta regias ſanctiones venit condemnandus in ſeptennis (quod aiunt) pro primo furto, debet præciſe hoc nomine condemnari exprimendo in ſententia, *que le condena en las ſetenas*: hæc namque pœna eſt apud nos nimis infamatoria & delicto condigna, atque pro forma à legibus regiis inducta & conſtituta, ideoque non ſatisfieret eidem, ſi iudex, ſine qualitate verbi infamatorij, tantundem pœnæ imponeret, vt latè ex ſupradictis comprobat Auendañ. *lib. 1. cap. 18. prat.* & Plaça *vbi ſupra ad fin. d. num. 26. c. 1.*

6 Ex quibus omnibus deducitur, non ſufficere ad excuſandam pœnam contradictionis publicæ, quod huiuſmodi reus accuſatus in confeſſione iudiciali, quam iudex ab eo recepit, dicat & confiteatur, ſe accuſatorem pro homine bonæ exiſtimationis & honoris habere, etiamſi alia huiuſmodi verba addat, prout hoc ſufficere vidi defendere quidem antiquum aduocatum in praxi, cuius opinio adiuuatur ex traditis per Petr. Greg. *in ſua ſyntagm. iur. lib. 38. cap. 7. num. 4.* vbi

7 inquit, quod abſoluuntur hodie rei iniuriarum ſimplicium verbalium acti, ſi coram iudice ſummarie & de plano inficientur ſe iniurias pronuntiaſſe, & ſi profiteantur conquerentem in ſua opinione eſſe bonæ famæ & opinionis. Sed nihilominus hoc non ſufficit. Sed debet ſibi ipſi omninò poſt ſententiam hoc præcipientem, coram iudice, & bonis viris in termino ad hoc aſſignato, publice contradicere, cum hæc ſit forma expreſſa verbis formalibus à noſtra lege, nec ſit in poteſtate rei illam illudere, atque præueniendo inutare. Denique quia dicta per Petrum Gregor. *vbi ſupra*, ſunt intelligenda, quando ipſa palinodia tantundem reſtituitur famæ, quantum iniuriæ dictio ademerat: alioquin, ſi remaneat iniuria poſt palinodiam, alia ſatisfactio coniungenda eſt: & tunc qui iniuriam intulit, non poteſt ſe tueri dicendo ſe non habuiſſe animum iniuriandi: ita Per. Greg. *vbi ſupra*, dicens idcirco, vt plerumque ſatisfactio recantatio iniuriatum, vt plerumque fit (intellige in illo regno) cum face ardenti manu comprehenſa rei, nudis pedibus & induſio corpori obuoluto venia proclamata iniuriato & illa dicitur propria forma emendæ, ſeu emendationis honorabilis.

Sed in propoſito noſtræ l. Regiæ Hiſpaniæ, dicto quolibet conuitio ex contentis in ea minimè tantundem reſtituitur famæ offenſo fatendo in iudicio accuſato, ſe accuſantem pro homine bonæ exiſtimationis & honoris habere, etiamſi aliàs huiuſmodi addat, quantum iniuriæ dictio ademerat, patet, quia iniuria fuit verbis petulantibus appellando eum *gafo, ò ſodumetico, ò cornude, ò traydor, ò hereje, ò à muger que leng marido puta, ò otros denueſtos ſemejantes*, at palinodia generalis, quæ poteſt intelligi in aliis rebus præterquam in conuitio expreſſe obiecto, imò per hanc generalem ſatisfactionem potius homines, qui proni potius ad malum ſunt, intelligent verum eſſe per conuitium, ſiquidem expreſſe & nominatim, vt fuit obiectum non diluitur, ſicque offenſus remanebit circa illud infamatus, ergo neceſſario retractatio & contradictio formalis, de qua in noſtra lege præcipienda & ſequenda eſt, vt ſatisfactio & emenda honorabilis præſtetur & ſic offenſus iniuſtè in ſuo honore priſtino remaneat.

Si tamen pro bono pacis extraiudicialiter, ſed non coactus per ſententiam, vel etiam iudicialiter, non tamen ſeruata ſpecifica forma noſtræ legis, iniurians alia verba æquipollentia ſatisfactoria proferat, non erit infamia maculatus: nam aliud eſt ſe dedicere formaliter, & aliud verba ſatisfactoria pronuntiare, vt ſæpe ſe practicaſſe dicit nouiſſime Hieronym. Gonç. *ſuper reg. 8. cancellar. de menſibus & alternat. gloſſa 43. num. 39. & 40.* Quod profecto verum eſſe cenſeo de infamia iuris & in aliis verbis ſatisfactoriis præterquam in illis, quæ verè contradicunt confeſſioni rei, nempè, *ſi en ſu confeſſion dixo que auia dicho contra fulone tales palabras iniurioſas, y deſpues en la ſatisfacion que le dieſe, dixeſe que aquellas palabras que auia dicho no cabian en ſu perſona porque le tenia por hombre de bien honrado*: hæc namque ſatisfactio retractatio eſt apud bonos & honeſtos viros excepto, *ſi ouieſſe negado en ſu confeſſion auer le dicho las palabras iniurioſas, aunque ſe las ouieſſe prouado con teſtigos, porque entonces aunque dixeſe en la ſatisfacion, que no cabian en el acuſador aquellas palabras, no por eſſo es viſto contra dezirſe a ſi miſmo, ni deſdezirſe pues el no confeſſo auer las dicho, y anſi no quedaria infame, dando la dicha ſatisfacion antes de la ſentencia, pero ſi la dieſe deſpues de la ſentencia en que le condenaſſen à deſdezir, ò à que dixeſſe delante de hombres buenos que le tenia por hombre honrado, y que no cabian en el aquellas palabras, que en efecto es lo miſmo*, non videtur, cur non debeat remanere infamis vt in terminis, licet dubius tenet Azeuedus, *vbi ſupra*, nempè in hac *lege 1. num. 89. & 90.* id relinquens cogitandum. ¶ Et quia condemnatus actione iniuriarum remanet infamis, *leg. infamem, ff. de publ. iudic.* & hoc ſiue iniuria ſit atrox, ſiue legis ſecundum communem & magis communem ſententiam, vt ex aliis teſtatur Farinacius, *de oppoſitione contra teſtes quæſt. 56. num. 9. 10. & 12.* & diximus *ſupra quæſtione proxime præcedent. numero 25.* tametſi in condemnato pro leui iniuria, quod non efficiatur infamis teneant plures Doctores & forſan hæc opinio tanquam æquior be- 8 9

nignior, ac etiam rationabilior amplectenda erit ſecundum Farin. *vbi ſupra num.* 12. § Quinimo ex confeſſione probatur aliquem eſſe infamem, vt in terminis voluit gloſſ. *in l. etſi poſſeſſor. § fin. in verb. probatum eſſet ff. de iur. iur.* quam ſequitur plures allegans Farinac. *vbi ſup. n.* 15. vbi *num.* 22. quod ex ſola probatione criminis, quis non dicitur infamis, niſi adſit ſententia vel confeſſio iuxta gloſſam & Doctores quos ibi refert, ex quibus ſatis comprobatur noſtra præfata diſtinctio.

11 Nihilominus tamen re bene perſpecta in ſpecie de qua agimus, nempè in reo neganti ſe talia verba iniurioſa dixiſſe, vt etiam poſt ſententiam in qua fuit condemnatus, vt ſibi ipſi contradiceret, verius videtur & tenendum, vt poſſit abſque infamia, alia verba ſatisfactoria communi concordia inter partes accepta proferre dummodo ſe non dedicat, ſed vtatur verbis præd. nempè, *que le tiene por hombre honrado, y que no caben en el aquellas palabras, &c.* ſiquidem per prædictam ſententiam, non mutatur qualitas prædict. verborum, ſatisfactionis conuentæ inter partes, quæ non eſt, vt ſibi ipſi contradicat, *ni ſe deſdiga*, quinimo moderatus cenſeatur per ea verba de communi conſenſu partium, rigor & natura contradictionis in præfata ſententia contenta. Secundo quia tunc demum condemnatus pro iſta iniuria verbali tam graui efficitur infamis, quando pœna eſt exacta, vt voluit Auendañ. *in tractatu de iniur. num.* 13. quod patet, quia ſi pars in cuius fauorem lata eſt iſta ſententia, reo remittat ante executionem eam pœnam, clarum eſt ipſum tunc non remanere infamem; ſiquidem ea infamia oritur ex ipſo facto contradictionis hoc eſt *de deſdezirze ante el Alcalde y hombres buenos, y no antes.* Tertio, quia quidquid ſit de iure, de conſuetudine tamen, vbi non eſt pœna contradictionis, vel alia corporis afflictiua (intellige iam executa) non habetur pro infami condemnatus, nec vt talis reputatur, vt inquit Azeued. *hic num.* 228. neque intereſſe, *que el reo eſte condenado por ſentencia à deſdezirſe*, ſi hæc pœna non ſit exacta, neque executa, per ſuprad. idem ego ſemper vidi in praxi, nempè vt indiſtinctè non reputetur quis infamis, niſi ſolum quando recantauit palinodiam.

## SVMMARIVM.

1 *Antiſtes, vel alter egregia exiſtimationis, priuatum hominem infamans, an teneatur palinodiam recantare, & num. ſequentibus. Et quid in foro conſcientia num.* 2. *Et an in pecunia ſaltem pro fama? num.* 3. 4. 5. & 7.

6 *Infamator, qui non poteſt famam reſtituere infamato, debet ei aliter compenſare, ideſt in alio genere bonorum.*

7 *Idemque eſt ſi infamator propter ſuam dignitatem non teneatur famam reſtituere ſi eſt diues & infamatus pauper.*

*De Antiſtite, vel alio nobili vel illuſtri alterum infamante ad quid teneatur?*

## QVÆSTIO CXXXVII.

QVÆRO modo, an Antiſtes, vel alter egregiæ exiſtimationis, veluti Illuſtris nobilis, vel alius grauiſſimus, qui alicuius priuati hominis famam maculauerit teneatur cum iactura ſuæ famæ illam reficere canendo palinodiam, aut dicendo, ſe falſum dixiſſe, vel quid ſimile. 1

Et profecto, quæſtio hæc quoad forum exterius iam ſupra deciſa eſt, dum reſoluimus cum magis recepta, & veriori ſententia noſtrorum, & l. hac noſtra regia expreſſe approbat Nobilem minimè teneri, neceſſe condemnandum hac in ſpecie ad canendam palinodiam.

Quoad verò forum animæ, & conſcientiæ dubium facit ex regula illa recepta, quæ habet quod cum detrimento propriæ famæ, reſtituendam eſſe alienam laceratam, ſiue ab illo ablatam: licet enim noſtræ propriæ, quam alienæ accuratius debeamus proſpicere, aut tamen vlli licet cum alterius iniuria, ſiue iactura ſibi conſulere, quamuis ſibi nihil accreuerit, quia vt Ariſtoteles Ethicorum docet in huiuſmodi iniuriis licet non proprium, tamen metaphoricum eſt lucrum, nempè quo tuam explens voluntatem, alium deueſtiſti, ob idque proinde teneris reſtituere, aut ſi quod abſtuliſti, ſibi eſſet appoſitum: ſimile videmus in aliis bonis temporalibus: nam ſi alienam domum, quis incendio abſumpſerit, aut hominem coegerit ſuas merces in vndas iactare, licèt nihil illi accreuerit, tenetur nihilominus ad reſtitutionem, ita Dominicus à Soto *libro 4. de iuſtitia & iure, quæſt. 6. articulo 3. in verſicul præter hac* cui addo aliam non infimam rationem, nam in hac ſpecie neceſſarium eſt, aliquem manere infamatum aut detractatorem ipſum, aut illum, cui detraxit: ſed omni iure potior eſt ratio, & conditio innocentis & patientis iniuriam, quàm inferentis eam iniuſte: ergo, cui ita proximum conuitio affecit, tenebitur ad reſtitutionem, & etiam cum damno propriæ famæ, vt in ſpecie notat etiam Salon. *de iuſtitia & iure in* 21. Diuus Thomas *quæſtione* 66. *articulo* 2. *controuerſiarum* 13. *ſupra prima concluſione columna* 667. & Ludouic. Carbon. *de reſtitutione, quæſtione* 18. *in tertia concluſione* & omnes tam Theologi, quàm Canoniſtæ & Legiſtæ, vt vnanimes docent & profitentur, eſtque veriſſimum & noſtra lege regia ſecunda, quoque optime probatum, quandoquidem præcipit, *que ſe deſdiga*, & tamen remanet ex hoc infamis, vt *infra alia quæſtione* dicemus: habetque hæc doctrina originem ab alia Diui Thomæ communiter recepti, de qua diximus *in prima quæſtione ſupra hac lege ſecunda*, nempè *in* 22. *quæſtione* 62. *articulo ſecundo ad ſecundum*: ergo cum hæc ita ſe habeant, & acceptio perſonarum in iudiciis non ſit habenda, videtur dicendum, quod ſaltem in foro interiori, Antiſtes perſona illuſtris, aut Nobilis, conſpicuus homo, vel dignitate præcellens ſimiliter hac lege quæ veluti naturalis cenſeri valet teneantur, tametſi in homine infimæ ſortis 2



tis peccauerit conuitiis prolatis, cum hic reſpectiue habeat ſuam bonam famam: ergo reſtitutione eiuſdem condigna, ei ſatisfaciendum eſt, & ſic retractando idipſum, ſi falſo infamauit, quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, vt in regula iuris, & in canone *ſi res* 14 *quæſtione* 6. & ita Sotum contrarium in terminis tenentem mordet Nauarr. hanc primam partem viſus probare in manuali *capite* 18 *num.* 47. *ad fin.* ibi, *nec etiam iuxta Sotum*, dicit namque ibi Nauarr. dictum Soti contrarium, quod ibi refert, vt nouum, ita videri dutum in praxim deductum, niſi alia iuxta compenſatio fieret, aut obtineretur condonatio, ſed & alia fundamenta huius partis refert Salon *vbi ſupra controuerſiar.* 14. *in principio, pag.* 671. *cum ſequenti.*

3 Opinio eſt Syluestri *in ſumma, verbo detractio, quæſtion.* 4. & vt refertur, etiam Magiſtri Victoria, tenentis, vt ſicut is, qui tenetur pecuniam reſtituere, nec poteſt, nec obligatur, vt, quod non valet in pecunia, reſtituat in fama, ita nec, qui tenebatur reſtituere famam, & ex aliqua iuſta cauſa ab eo excuſatur (vt non ſpecie præmiſſa) tenebatur reſtituere in pecunia: vnde iuxta hanc opinionem Epiſcopus, vel vir illuſtris, &c. nec tenetur in noſtra ſpecie ad ſatisfaciendum plebeio pecunia, aut alia via, qua & poteſt, vel non debet fieri reſtitutio famæ, in eodem genere, cui ſententiæ ſubſcribunt nonnulli receptiores, & probatur aliquibus modis, de quibus per Salon. *dict. controuerſ.* 14. *columna* 672. *cum ſequenti*, eſtque probabilis, ſecundum ipſum ibidem *concluſ.* 2. *col.* 674. *ad fin.* habet namque ſecundum ipſum auctores graues, & ſatis probabiles rationes, quibus innititur.

4 Nihilominus tamen verius, & tenendum eſt quod ſi huiuſmodi Antiſtes, vel alter egregiæ exiſtimationis alterum priuatum hominem infimæ ſortis conuitio affecerit, vel infamator eſſet tantæ dignitatis, vt inter opinionem, & famam ipſius, & famam infamari eſſet maxima diſtantia, & inæqualitas, non teneatur canere palinodiam dicendo ſe eſſe mentitum, vel, quid ſimile, & ideo perſonæ illuſtri ſat eſſe pecunia, vel alia ratione famam alterius, quam læſit compenſare arbitrio prudentis viri, neque ad aliud infamator tenebitur, etiam ſi alter noluerit præd. ſatisfactionem acceptare.

5 Primo; nam etiam in pecuniis ſi debeo decem, quæ ſoluere non poſſum, niſi cum millium detrimento, differre poſſum profecto, ſolutionem, vel aliam viam indagare ſoluendi.

Secundo, quoniam reſtitutio ſit ad conſtituendam æqualitatem: at Epiſcopum virum illuſtrem, cedere à ſua bona opinione vt reſtituat famam plebeio, non eſſet æqualitas, ſed potius inæqualitas ergo, &c.

Tertio, quia ſicut infamator tenetur ad reſtituendam famam, ita qui opprobrio vel contumelia alterum affecerit, tenetur ad placandum illum petita venia ab eo ſi eſt vir illuſtris, non tenetur veniam petere à plebeio, nec prælatus à ſuo inferiore, etiamſi in verbis modum exceſſerit, vt ait D. Auguſt. in ſua regula, quem ad hoc refert Magiſter Salon. *vbi ſupra controuerſ.* 13. *verſic.* 2. ergo nec vir grauis, quando ex reſtitutione famæ plebei, incurreret maximum detrimentum ſuæ opinionis, & famæ, tenebitur ad illam reſtituendam cum tali damno, ſed alia via commodiori.

Quarto ex doctrina D. Thomæ *vbi ſupra* tenentis apertè, quod ſi infamator non poſſit famam reſtituere infamato, debet ei aliter compenſare, ideſt in alio genere bonorum: nec ſunt audiendi qui ſequuti Nauarrum *in manuali, capit.* 16. *num.* 90. hunc locum D. Thom. ita interpretantur, vt ſit reſtitutio facienda aliter & in alio genere bonorum non pro infamia, ſed pro alio damno ſubſequuto in aliquibus bonis pecuniariis ex tali infamia. Hæc namque explicatio nullo modo eſt admittenda, nec illam patiuntur verba D. Thom. cum aperte loquatur de infamatore, qui non valet famam reſtituere ſecundum Salon *d. controuerſia* 14. *verſiculo colligunt hanc ſententiam columna* 673. ergo idem conſtituendum eſt, quando infamator non tenetur famam reſtituere in eodem genere, vt in ſpecie noſtræ quæſtionis. 6

Quinto facit, quia authores contrariæ partis fatentur in caſu noſtræ quæſtionis, quod ſi infamator ſit diues & potens, infamatus vero pauper debet confeſſarius admonere huiuſmodi infamatorem, & eniti, vt infamiam illam compenſet pecuniis, vel aliquo alio beneficio: ſed communiter in hoc caſu, infamator eſt diues & potens, quia ſupponimus, eſſe Antiſtitem, vel alias virum Illuſtrem, &c. infamatus vero pauper & egenus, vtpote plebeius, ergo tenebitur huiuſmodi infamator famam à ſe ablatam illi, quam non debet ob ſuam dignitatem reſtituere in eodem genere, compenſare in pecuniis vel re ſimili. 7

Et ita in terminis hanc partem meritò probarunt Scotus *in quarto ſententiarum diſtinctione* 15. *quæſtione* 4. Adrianus *in ſuo quarto de reſtitutione fol.* 95. Soto *lib.* 4. *de iuſtitia & iure quæſtione* 6. *articulo* 3. *ad quartum, in verſiculo, hoc autem dubium*, & multi ex recentioribus interpretibus, D. Thom. & latiſſimè Magiſter Salo. *dicta controuerſ.* 13. *in* 1. *concluſione & in probatione ſecunda partis eius*: ſed latius iterum, *dict. controuerſ.* 14. *per totam*, vbi etiam ex profeſſo probat & ſequitur, & probabiliorem eam multo appellat, eiuſque argumenta eſſe multum efficaciora, & reſpondet omnibus fundamentis primæ & ſecundæ ſententiæ: eandem ſequitur Ludouicus Carb. *dicta quæſtione* 18. *in* 3. *quæſtione, verſiculo limitat*, & Emanuel Rodriguez *in ſua Summa* 1. *tom. capit.* 133. *numer.* 3. vbi citat eiuſdem opinionis authores, Cordub. *lib.* 1. *quæſtionarij quæſtion.* 33. *articulo* 2. & Mercad. *de reſtitutione, capite* 9. & 10. Cordub. *in ſumma, quæſtione* 17. & ex noſtris idem probat Auiles, *in proœmio, circa pretorem numero* 20. *verſic. & inueni*: vbi citat hoc tenentem, D. Petrum Lopez de Alcocer, quem appellat magnum litteratum & virum ſanctimonia imbutum in ſuo foro, & dicentem quod in Cancellaria Regis inſpecta perſona & qualitate commutatur pœna *de ſe deſdezir*, in relegationem per *l. & ſi ſeuerior, Cod. de his, qui notantur infam.* quod in Mobili probari poteſt ex noſtra lege dum decidit, *que el hyodalgo no ſea condenado à que ſe deſdiga por ello.*

## SVMMARIVM.

1 *Iniurians verbis Cardinalem, qua pœna puniatur, & numeris ſeqq.*

2 *Appellatione percuſſionis non tantum comprehenditur ea, quæ facto fit, ſed etiam ea, quæ verbis, ſaltem ex lata ſignificatione.*

3 *Leges pœnales ſcelera punientes cenſentur fauorabiles & ideo extendendæ.*

5 *Conſtitutio pœnalis licet reſpectu criminis vel iniuriæ odioſa ſit, tamen reſpectu perſonarum, quibus fit iniuria, fauorabilis eſt & extendenda.*

6 *Conſtitutio partim odioſa & partim fauorabilis cenſeri omninò debet fauorabilis ſi principaliter in fauorem ſtatuta ſit. Et quomodo hoc intelligatur n.7.*

8 *Reipublicæ intereſt ne delicta remaneant impunita, & hac ratione, leges pœnales ſunt fauorabiles, ideo extendendæ.*

9 *Pœnalis conſtitutio numquam extenditur, niſi eadem ratio ſubſiſtat.*

10 *Iniurioſa verba in Principem proferre non eſt crimen læſæ Maieſtatis.*

*De conuitiante verbis Cardinalem.*

## QVÆSTIO CXXXV.

1 QVÆRO, denique, qua pœna puniatur irrogans conuitium verbis Cardinali, & in hoc Ioann. de Anania *in capite primo numero quinto de maledic.* inquit huiuſmodi conuitiantem eiſdem pœnis affici, quas Romanus Pontifex ſtatuit *in c. fœlicis, de pœnis in ſexto* contra inſequentes, percutientes, aut capientes Cardinales & eius criminis ſocios quem ſequitur Felin. *in capite non dubium, de ſententia excommunicationis.*

2 Appellatione enim percuſſionis, non tantum comprehenditur ea, quæ facto fit, ſed & ea, quæ verbis ſaltem ex lata ſignificatione, ſecundum Bartol. *in l. aut facta, in principio, ff. de pœnis*, Bernard. Diaz *in practica crimin. capite 66. numero tertio*, Plaça *de delictis libro primo numer.* 28. prædicta autem conſtitutio dicti capit. *fœlicis*, eſt fauorabilis, & in honorem Romanæ Eccleſiæ, eiuſque miniſtrorum ſancita: ergo hanc latam ſignificationem aſſumere poteſt.

3 Reipublicæ namque intereſt crimina puniri, ne remaneant impunita, *l. 1. ea vulneratus, in primo reſponſ. ff. ad l. Aquil. cap. vt fama de ſententia excommunic.*

Hinc dixit Bartolus *in lege quemadmodum, numero quarto, Cod. de agricol. & cenſib. libro vndecimo*, leges pœnales ſcelera punientes fauorabiles eſſe cenſendas, ac proinde debemus eas extendere, quem plures ſequuntur, quos refert Hippolytus, *in practica criminal. §. aggredior, numero 55. & in l. vnica, Cod. de rap. virg. numer.* 226. & Didacus Perez *in rubrica tituli 1. libro tertio ordenamenti, colum.* 747. poſt medium & ſequitur plures referens, Eueraidus *loco 35. à ratione l. larga folio 133. columna 1. verſiculo vndecimo, fallit, quando lex pœnalis*, & Beccius *conſilio 71. numero quarto* & fauore publico iura ſunt latiſſimè interpretanda ſecundum Paul. Caſtr. *in l. bona fides, ff. de poſit.* Abb. *in cap. ex tenore, qui filij ſint legit.* quos refert & ſequitur Auendan. *in tract. de iniur. num. 13. in verſiculo 4. pro iſta.*

Sed his non obſtantibus opinio prædicta Anan. falſa eſt, & omnino non tenenda: quamuis verbum percutere, comprehendat verbalem iniuriam, non inde ſequitur eadem pœna puniendam eſſe iniuriam verbalem, qua corporalis & realis. 4

Denique licet quælibet conſtitutio pœnalis reſpectu ipſius criminis aut iniuriæ odioſa ſit, & ideò reſtringenda, reſpectu vero perſonarum, quibus fit iniuria fauorabilis eſt & ideò extendenda erit, vt colligitur ex verbis Baldi *in l. illud columna 1. Codic. de ſacroſanctis Eccleſiis*, optima gloſſa *in l. venia, verbo liberis ad fin. C. de in ius vocando*, vbi quærens quare hæredibus extraneis patroni debetur reuerentia, vt ibi: ſed extranei hæredes liberti eam non debent, *vt in l. heres, ff. de obſequ. libr.* Reſpondet ex parte patroni eſt fauor, & ideo prorogandus, ex parte liberti eſt odium, & ideò reſtringendum, quam ibi Doctores communiter ſequuntur teſte Domino Couarruuias *lib. 1. variarum reſolutionum cap. 11. ſub. numer.* 5. vbi alios allegat & Plaça *de delictis 1. tom. cap. 1. num. 29.* & Rojas *in epitom. ſucceſſion. cap. 3. numer. 24. cum ſequentibus*, non tamen ob id dicta conſtitutio ad verbalem iniuriam eſt protrahenda. 5

Nam licet conſtitutio partim odioſa, & partim fauorabilis, cenſeri omnino debeat fauorabilis, ſi principaliter in fauorem ſtatuta ſit, iuxta gloſſ. Dominic. & Franc. *in cap. ſtatutum de præb. in 6.* gloſſ. & Dominic. *in cap. ſciant cuncti verbo alios de electione in 6.* Felinus *in cap. non dubium, & in cap. 1. num. 14. de ſponſalibus cum ſimilibus*, attamen præterquam quod gloſſa *in dicto capite, ſtatutum*, hoc rectè non probat, cum fateatur illius cap. diſpoſitionem fauorabilem tantum eſſe: licèt verum ſit, intelligendum tamen eſt, quoties odium à fauore diſtingui non poteſt: ſi odium & fauor diſtingui commodè queant (vt in propoſito) fauor vt fauor, odium, vt odium conſideranda & ad ſumenda ſunt iuxta gloſ. *in d. l. venia*: & Couarruuias *vbi ſupra in verſic. ſolet enim.* 6 7

Neque obſtat, quod Reipublicæ interſit ne delicta remaneant impunita & hac ratione leges pœnales eſſe fauorabiles cenſendas: ac proinde extendendas iuxta doctrinam Bartoli *vbi ſupra*, id namque verum eſt ad eum effectum, ne delicta remaneant impunita, & vbi non ſatis punirentur, niſi pœnales conſtitutiones latiori quodammodo interpretaremur: alioqui benignam atque ſtrictam harum legum interpretationem ſequi teneremur, quando ex hoc delictum nihilominus ſat puniri poteſt, ne pœnarum acerbitas augeatur, quod probatur ex *l. ſi præſes, & in l. in interpretatione, ff. de pœnis*, & tenent Bartol. *in leg. prima §. exercitum, ff. de infamibus*, Decius *in leg. 2. numer. 109. ff. de regulis iuris & in l. factum, §. in pœnalibus, ff. eodem*, Curtius Iunior *in lege bona fides numero 13. ff. de poſſit.* quos refert & ſequitur Didac. Couarruuias, *vbi ſupra verſic. deinde.* 8

Vbi addit, quod pœnalis conſtitutio nunquam extenditur ex lata verborum ſignificatione, niſi eadem ratio ſubſit iuxta reſolutionem Dominici & Franc. *in cap. 1. de tempor. ordinat. lib. 6.* Bartol. & communiter Doctores, quos ibi refert, vnde pœnalis conſtitutio, ex iniuria, quæ facto fuerit irrogata, vt *in dicto cap. fœlicis*, ad eam, quæ verbis fit, non erit extendenda, tametſi lata verborum ſignificatio id ſuadere videatur, non enim eſt tanti præiudicij conuitium quantum percuſſio, ſi publicam vtilitatem, diſpendiumvè conſideramus. 9



10 Tandem textus *in dicto capite, fœlicis* probat delinquentem facto in Cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſicut reum criminis læſæ Maieſtatis, perpetuo eſſe infamem: at non eſt crimen læſæ Maieſtatis verba iniurioſa in Principem proferre Aymon Crabeta *conſil. 6. colum. 1.* Plaça *vbi ſupra, dicto cap. 1. num. 28. verſiculo, ex quo omnino*, diuerſa ſiquidem hæc ſunt & ita diuerſis titulis à Iuſtiniano Imperatore explicantur, nempè *titul. Cod. ad l. Iul. Maieſt. & titul. Cod. ſi quis Imperatori maledixit* quo quidem argumento, Doctores ſæpè vti ſolent, vt per Oldrad. *conſil. 210. columna 1.* Abb. *conſil. 57. columna 3. lib. 1.* Hieronym. Gigas *in tractatu de crimin. læſæ Maieſtate queſt. 4. pag. 28.* Didacus Perez *in leg. 3. tit. 8. lib. 8. ordin. in gloſſ. tales coſas.*

Quare iuſtiſſimè contra Ioann. de Anania opinionem ſupra in principio quæſtionis relati tenuerunt, & probat Bernard. Diaz de Lugo, *in practica criminal. Canonica capite 66.* ſecundum nouam impreſſionem & latiſſimè inſignis Couarruuias *lib. 1. variarum reſolutionum capite 11. numer. 5. per totum* Petrus Plaça *vbi ſuprà, num. 28. & 29.* & Ignat. Salzedo ab Bernard. Diaz *vbi ſupra, littera A.* ex quibus remanet ſatisfactum fundamentis contrariis, & ita eſt intrepide tenendum.

11 Punietur igitur grauiſſimè, verbo concutiens Cardinalem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, iuxta grauitatem & celſitudinem iniuriati, & qualitatem iniuriæ arbitrio prudentis iudicis, non tamen pœna dicti capitis *fœlicis* per prædicta, ſalua in omnibus authoritate iudicioque ſummi Pontificis.

## SVMMARIVM.

1 *Praxis procedendi contra conuitiantes verbis & numeris ſequentibus, & hoc iudicium eſt criminale, num. 2.*

3 *Canere palinodiam eſt pœna corporalis cauſans infamiam, ſimiliter illatio magni ruboris, numer. 4.*

5 *Pœna contradictionis (hoc eſt* deſdezirſe*) debet eſſe publica.*

7 *Pœna ictus, fuſtium, vel alia corporalis, infamat quando non vltra legem impoſita eſt ſecus alias.*

7 L. 6. ad fin. tit. 6. p. 7. *intellectus & concordia cum* l. 8. tit. 3. part. 7. & n. 8.

9 *Captus ſeu incarceratus pro conuitio quod meretur pœnam canendi palinodiam, non debet ſub fide iuſſoribus relaxari.*

10 *Reſtituens famam à ſe iniuriato pro bono pacis verbis æquipollentibus extra iudicium an ſit infamis?*

11 *Conuitiator condemnatus per ſententiam vt palinodiam canat, ſi hoc recuſet adimplere, & contumax permaneat, quid tunc ſit faciendum? & num. ſequentibus improbantur aſſertiones quorundam modernorum in hoc.*

14 *Procurator pro reo carcerato, quando admittatur, & quando non, cum num. ſeqq.*

*De praxi procedendi contra reum ob conuitia grauiora, de quibus in lege regia.*

## QVÆSTIO CXXXIX.

QVÆRO quæ ſit praxis, & ordo procedendi contra conuitiantes verbis, de quibus in noſtra l. reſpondeo, pars offenſa ſuam querelam porrigit coram iudice competente accuſans reum offenſorem, præmiſſis iuris ſolemniis in qua narrat factum, & petit eum condemnari maioribus, & grauioribus pœnis, à iure, foro, & legibus huius Regni contra ſimiles perpetratores ſtatutis, & præcipuè, vt condemnetur, *à que ſe deſdiga delante del juez y hombres buenos, y diga que mintio en ello, y en las damas penas en que incurrio para que a el lea caſtigo, y a otros exemplo*: Requiritque iudicem, *que le tenga preſo con priſiones y a buen recando para que en ſu perſona y bienes ſe executen las dichas penas*, & proteſtatur contra iudicem, ſi aliter fiat: qui ſtatum præcipit, *que ſe de informacion, y que eſtà preſto de hazer juſticia*, quia informatione teſtium data capitur reus, & in vinculis in carcerem conijcitur. 1

Itaque iudicium hoc eſt criminale duplici ratione 1. quia medietas pœnæ pecuniariæ *de los ſueldos* applicatur fiſco Regio, quo caſu iudicium eſt criminale, iuxta gloſſam ordinariam, & communiter approbatam *in l. 3. verbo, centum aureum, ff. de ſepulchro violat.* & ibi Bartol. *num. 1. & 2.* vbi allegat alias gloſſas, & aſſerit hanc eſſe veritatem, & quod eam tenent omnes: idem Bartol. *in l. licitatio, §. quod illicite, in princip. ff. de public. & vectigal. & in l. fin. ff. de priuat. delict. & in l. 1. num. 2. C. quando ciuil. actio. criminal. præiud.* & hæc eſt veriſſima, & communis opinio, vt affirmat Morant. *de ordin. iudicio 4. parte principali 1. diſtinctione num. 2.* qui *num. 1.* inquit Abbatem aliter diſtinguentem *in rubrica de iud. colum. fin. num. 5.* communiter reprobari: eandem ſententiam priorem dicit communem Iaſ. *in rubrica num. 2. Cod. de iud.* & Felinus *in rubrica de iudic. num. 3.* & ibi Decius *col. penultim. & in 2. lectione num. 7.* melius ibi Ripa *num. 92.* dicit communem allegans plura Gomez, *in princip. n. 18. Inſt. de action.* Didacus Perez, *in rubrica tit. lib. 3. ordinamentis, col. 749.* & opinio illius gloſſæ eſt recepta, tàm à Legiſtis, quam à Canoniſtis ſecundum Ioann. Croſc. *in l. 1. num 29. ff. de legibus, & in l. ſi quis id quod num 16. ff. de iuriſdic.* vbi *num. 17.* inquit in id omnes conuenire, vt mixta cauſa dicatur, quoties pœna fiſco, & parti applicatur, & opinionem illius gloſſæ plures allegans ſequitur & dicit communem Meneſ. *in l. transigere num. 106. Cod de tranſactio.* eandem ſequitur & dicit communem Auendan. *cap. 4. prat. num. 29. verſiculo, ſi vero in 3. parte*, & nos *lib. 1. practic. quaſt. 107. num. 10.* tametſi idem Auendan. *in repertor. ſeu lection. legum regni, in verbo criminal.* aliud cenſent iure noſtro Regio, nempè non ſufficere hodie, quod quis condemnetur pœcuniaria fiſco applicata ad hoc, vt cauſa illa dicatur criminalis, niſi habeat qualitates, 2



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

de quibus in legibus noſtri Regni, nempè l.9 tituli in partita 3. & ſimilium, vbi ponuntur iudicia criminalia & non ponitur hoc, quando ex delicto applicatur pœna pecuniaria fiſco: ſed eius opinionem probat Didacus Perez *vbi ſuprà*, exiſtimans communem ſupradictam ſententiam eſſe etiam hodie apud nos tenendam, idemque videtur ſentire Gregor. Lopez, *in dict. lib 9. gloſſ.* & nos expreſſe probauimus, *vbi ſuprà, numer. 6. & 7.* eandem gloſſæ opinionem dicit veram communem, & magis communem, & ab ea nullo pacto in conſulendo, & iudicando recedendum plures allegans Iulius Clarus, *in practic. criminal. §. fin. quæſt. 1. in verſiculo, quarta fuit igitur opinio gloſſa*, & *in verſicul. ſecundum autem.*

3 Secunda ratio eſt, quia hæc ſatisfactio honoris (hoc eſt) canendi palinodiam eſt pœna corporalis, & cauſans infamiam, ergo eſt iudicium Criminale, vt tenet Maranth. *de ordine iudicior, 4. part. 1. diſtinct. numer. 10.* & in terminis Auend. *in tractatu, de iniuria, num. 15. cum ſequentibus*, vbi quod cum pœna illius contradictionis veniat explicanda per propriam perſonam delinquentis, habetur pro pœna ſui corporis afflictiua: quia ſua propria, & non ficta contradictio eſt illa, quæ deſideratur: & ſic huiuſmodi pœna per propriam perſonam, & os proprium explicanda eſt corporalis, quia adhæret corpori præcipuè, cum ſit ſatisfactio cum ignominia.

4 ¶ Illatio enim magni ruboris eſt pœna corporalis, vt *in capite, quem pœnitet: de pœnitentia, diſtinctione 1.* ſequitur Azeuedo, *in hac lege 1. num. 126. cum ſequenti.*

5 Pœna enim hæc contradictionis debet eſſe publica, vt in noſtra lege huius ibi: *deſdigalo ante el Alcalde, y ante hombres buenos*, & ideo infamat, vt in l. 5. in fin. ibi: *ò ſi por razon de algun otro yerro que aya fecho, le fueſſe dada pena de ferida, ò otra pena publica, es enfamado porende*, titulo ſexto partita ſeptima, & in lege quinta titulo ſexto partita tertia, ibi: *por tuerto, ò por engaño*, eandem ſententiam tenent etiam in terminis noſtris. Plaça *dicto cap. 1. numer. 22.* & Parlador. *dicto cap. 17. numer. 46.* vbi etiam citat in terminis hoc probantes lege octaua, titulo tertio partita ſeptima in verſiculo *deueſe deſdezir*, & in verſiculo ſequenti, *ò por deshonra que ouieſſe fecho à alguno, que fueſſe breue, aſſi como ſi de palabra, ò de otra guiſa, ò por otro yerro ſemejante de eſtos, porque valieſſe menos, ſegun fuero de Eſpaña* iuncto principio illius legis, ibi, *enfamado ſiendo algun home*: ſimiliter & lege ſecunda titulo quinto partita 7. ibi *La ſegunda es, quando el hijo dalgo ſe deſdize en juyzio*, & latè prædicta Montalu, *in lege 2. titul. 3. lib. 4. fori, in gloſſa deſdigalo.*

6 Obſeruandum tamen erit, hoc de pœna ictus fuſtium, vel alia corporali, quod infamet, tunc de iure procedere, quando non vltra legem impoſita eſt, quia ſi vltra legem imponeretur, ſecus eſſet per text. *in lege quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui notantur infam.* & *in lege ſi poſſe dominium, Cod. eodem titul. lege ſexta ad fin. titulo ſexto partita ſeptima* ibi, *eſſo miſmo ſeria, ſi juzgador dieſſe maior, ò menor pena à alguno en el cuerpo, que las leyes mandan*, & ibi notat Gregor. Lopez in gloſſa *mayor ò menor pena*, & idem *in l. 5. præcedenti: in gloſſa publica.*

7 Sed dum lege illa ſexta poſt verba modo recitata addit, *moniendoſe à fazerle por alguna razon derecha, aſſi como ſe mueſtra adelante en el titulo de las penas en las leyes que fablan en eſta razon*: videtur ſuperiora deſtruere: magnamque difficultatem habere, repugnantiamque continere, quoniam ſi cauſa iuſta eſt, minuendi, vel augendi pœnam, eo ipſo non poteſt dici vltra legem impoſita pœna, ſed potius ſecundum legem. Vnde ſi cauſa auget delictum iuxta ea, quæ ponuntur *in lege aut facta, ff. de pœnis*, & *in lege octaua titulo 31. partita ſeptima* ad quam ſe refert, dicta *lege ſexta, titulo ſexto, partita ſeptima*, tunc non cenſetur cum infamia diſpenſatum, & ita non videtur poſſe procedere, quod in d. l. 6. in verbis ſupra relatis dicitur.

8 Sed pro vera intelligentia huius antinomiæ eſt dicendum cum Gregor. Lopez, in dicta lege ſexta, in gloſſa *por alguna razon derecha*, quod ſecundum Paul. de Caſtro *in dicto §. pœna grauior numero ſecundo & tertio*, quando cauſa, ob quam minuitur pœna, minuit etiam delictum, vt quia deliquit *firiendole*, tamen cum lata culpa, vel delinquens erat minor, & ſic merebatur veniam, vel erat multum ſenex, & ſic non reputabatur tam magnum delictum, iſtæ cauſæ minuentes delictum, minuunt etiam pœnam, ita cenſetur cum infamia diſpenſatum, vt *in dicta lege ſexta*, & *in dicta lege, etſi ſeuerior*: ſed ſi cauſa auget delictum iuxta ea, quæ ponuntur *in lege aut facta, ff. de pœn. & dicta lege 8. tit. 31. partita*, tunc, quia non videtur imponi grauior pœna, quam lege cauetur, non cenſetur cum infamia diſpenſatum, & non procedit.

Sed tunc demum procedet, quando non ex diſpoſitione, dictæ legis, augetur pœna propter cauſam adhærentem delicto, ſed quando propter aliud bonum publicum fuit impoſita grauior pœna, vt quia multis graſſantibus opus eſt exemplis, tunc enim propter duriorem pœnam videtur cum infamia diſpenſatum: & ſi eſt talis cauſa, quæ delictum non minuit, veluti quia propter dignitatem natalium punitur quis mitius, quam alter, tunc numquam minuetur infamia, *lege quidam ff de pœnis*, Bartol. *in dicta lege, pœna grauior.* & hæc etiam voluit, Bartol. Angelus *in dicta lege pœna grauior, verſiculo, quamuis, colum. 2.*

9 Secundò ex ſuperioribus etiam deducitur, quod cum prædicta pœna canendi palinodiam ſit perſonalis, & debeat à propria perſona, quæ in hoc deliquit expleri, ne pœna ſit illuſoria habita informatione iniuriæ, quæ eam pœnam meretur, reus captus non poteſt relaxari ſub fideiuſſoribus, argumento *legis 16. & in ſumma & lege 10. titul. 29. part. 7.* & eorum quæ tradit Anton. Gomez 3. *tom. de cap. reo, num. 8.* & in terminis ita tenet & probat Auendan. *vbi ſuprà, numer. 17.* & Auiles *in proœm. circa præt. num. 20.* Plaça *dicto num. 22. verſiculo decimo quarto, in princip.* & ante eos Marant. *vbi ſuprà, dicto numer. 10.* & hoc iure vtimur in praxi, vt obſeruari ſæpè, ac ſæpius vidi, & affirmat Parlador. *dicto c. 17. n. 47.* & idem tenet Azeued. *in hac lege 2. n. 226.*

10 Tertiò deduci poteſt, quod cum pœna dictæ legis ſecundæ ſit adimplenda in ſpecifica forma, ſi accuſatus iniuriarum præd. verborum paciſceretur cum accuſatore, vt diceret dicta verba retractationis, vel ſimilia coram teſtibus & tabellione extra iudicium abſque ſententia, & dixiſſet dicta verba provt fuit conuentum inter eos, non diceretur, ſe dedicere, quia dicta lege ſecunda Regia dicit coram iudice, & per ſententiam ibi, *al plaço* aliàs enim eſſet infamis, ſecundum Montal. *in l. 2. tit. 3. lib. 4. ordinam. & l. 8. titul. 3. part. 7.*



*part. 7.* & eſt infamia iuris, quæ irrogatur per dictam legem, & ſic per ſententiam Bart. *in lege 1. ff. de his qui not. infam.* ergo ſi non dixit illa coactus per ſententiam, non dicitur ſe dedicere, de quo ſæpè dubitatur maximè apud ruſticos, qui ſe conueniunt ob bonum pacis, ita in terminis. Auiles *in proœmio circa prætor, gloſſa 1. num. 20. verſic. hinc eſt*: ſecundum impreſſionè Salmant. an. 1571. ego huius authoris opinionem probo, quoad non incurrendam infamiam iuris ex ſimili retractione voluntaria extra iudicium facta, argumento *leg. 2. tit. 5. part. 7.* ibi: *La ſegunda es quando el hyodalgo ſe deſdize en Iuizio, &c.* vbi Greg. Lopez, in gloſſa, *el hida'go*, idem probat in Plebeio damnato, actione iniuriarum, vt *in d. leg. 1. ff. de his, qui notam, infam. & in cap. cum te de re iudicat.* ergo à contrario ſenſu, ſi id non fecerit in iudicio, ſed extra voluntariè, non erit infamis infamia iuris: at vero infamia facti vir bonus, & honeſtus non dubito quin maneat notatus, qui prædicta verba, etiam voluntariè extra iudicium, & ſine iudicis ſententia protulerit, quoniam retractio prædicta quocumque modo fiat, apud viros graues maximè honorem ſugillat, diximus illud de infamia iuris *ſupr. q. 137. n. 8.* Quarto deducit Auendano *vbi ſuprà, n. 18. in verſic. 5 infert.* quod ſi reus condemnatus, vt ſe contradicat, dicendo ſe mentitum fuiſſe, voluerit hoc facere, & ſic fuerit contumax propter dictam contumaciam poteſt iudex eum detinere in carcere, vbi bene probat: attamen dum ibi, *& num. ſeqq.* addit, quod ſi poteſtque in carcere detentus, fuit huiuſmodi reus per aliquod tempus adhuc nolit adimplere condemnationem, iudex ad Inſtantiam accuſatoris poterit hùc reum aliter punire, nempe condemnare eum, vt ponatur, & verecundetur in aliquo loco, vbi voce præconis manifeſtetur, qualiter punitur, quia noluit canere palinodiam talis iniuriæ, quam aduerſus Tit. protulit, hæc ipſius opinio mihi non placet, nec vera, aut ſequenda eſt in praxi, quia ea ex capite potius videtur inuenta, quam vllo iure munita, quare deueniendum non erit ad huiuſmodi pœnam, fateor reum iſtum contumacem, impunitum non debere remanere; ſed arctiori cuſtodia, & cum vinculis detinendus eſt in carcere, donec condemnationem perſonaliter ore proprio ex ſe exequatur, vt ſic tædio affectu id faciat: interim tamen non eſt innouandum tenere ſententiæ, nec ea commutanda cum ſit ſeruanda in ſpecifica forma, cum iudex iam functus ſit officio ſuo niſi ad exequendam legem iudex, poſteaquam, *ll. de re iudicat.* † ex quibus etiam non probo alteram nouam opinionem Azeued. *in hac leg. 2. n. 235. cum ſeqq.* qui in prædicta ſpecie Auendan. tenet, poſſe iudicem pronunciare, quod attenta rei contumacia ex nunc in antea, & in perpetuum, reus ipſe habeatur pro contradicto & ſic deſdicho, ac ſi verbis mentitum eſſe dixiſſet, &c. Similiter mihi non placet eiuſdem authoris altera opinio in ſexta illatione, dum tenet in hac materia, & cauſa criminal. in terminis noſtræ legis ſecundæ, eſſe locum torturę, ſeruatis ſeruandis, hoc namque numquam vidi in praxi obſeruari, nec de ſtricto iuris rigore verum eſſe cēſeo.

Denique neque eiuſdem Auendan. illatio *n. 17.* mihi vera videtur dum tenet, quod in caſu huius legis, ſi reus ſit captus in carcere & detentus, non poteſt ſe defendere per procuratorem, vt in lege penultima, §. *ad crimen ff. de public. iudic.* & Bald. *in reus, C.* de accuſatio. & per Doctores in *cap.* veniens, de accuſatio. Primo quia quando ex delicto venit imponenda pœna Infamiæ, relegationis, vel pecuniaria, bene admittitur procurator, vt *in leg. verſic. ſin autem, ff. an per alium cauſ. appellat.* reddit. Poſſeſ. & ibi gloſſa & in lege ſeruum quoque. § *publicè, ff. de procurat. & in d. §. ad crimen eſt communis, ſecundum* Anton. Gomez, 3. *tom. cap. 1. de delictis, num 5.*

Et in relegatione, & infra teſtatur communem Iulius Clarus, *lib. 5. receptar ſentent. § vlt. quæſt. 32. verſic.* hinc eſt, vbi plures refert, & crebrius eſſe, hac communem ſententiam plures alios citans, & latè probans, affirmat Menoch. de Arbit. *iud. lib. 1 quæſt. 80. num. 86. cum ſeq.*

Quod, quoad exilium limitat, *l. 12. tit. 5. part. 3.* vt non procedat, quando imponenda eſt pœna exilij perpetui, tunc etiam Procurator non admittitur, vt ibidem cauetur in verſiculo, *Mas ſobre pleyto, &c.* ſimiliter eo quod ad pœnam Infamiæ quando delictum commiſſum pœnam infamiæ principaliter meretur, quod non admittatur procurator: declarat etiam Menoch. *vbi ſuprà, n. 40.* vt in caſu ſtatui Papiæ, & in Conſtitutione Mediolanenſis, quibus cauetur, quod falſarius ea pœna punitur, vt mitra dehoneſtatus in publicum producatur, & ibi plures authores hoc tenentes, refert: ſecus ſi pœna infamiæ in conſequentiam inducta eſt, vt puta, quando agitur contra tutorem ſuſpectum, vt à tutela remoueatur, tunc namque Procurator bene admittitur, vt ſenſit gloſſa, *in leg. non ſolum, §. vltim. ff. de procurator. ſequitur* Socinus *in c. veniens, colum. 10. verſic. 8.* quæro, de accuſat, & probat Menoch. *vbi ſuprà, n. 125.* Secundò, & principaliter mouent contra prædictam aſſertionem Auendan. *vbi ſuprà, d. num. 17.* quoniam iura contraria non procedunt, quando reus delinquens poſitus eſt in vinculis, & non poteſt cauſam bene agere perſonaliter, qui tunc diſtinctè in qualibet cauſa criminali, etiam grauiſſima, in qua veniat imponenda pœna corporalis poteſt conſtituere procuratorem, ſecundum Bartol. *in d. § ad crimen, num. 10* & ibi Alber. dicentem eſſe communem ita tenet etiam Bald. *in d. l. reos, num. 21.* dicens, quod in hoc omnes doctores concedant, & eſt communis & ita ſeruatur conſuetudo, vt plures referens teſtatur Iul. Clarus; *d. quæſt. 32. verſic.* item quæro & omnes admittunt, ſecundum Menoc. *vbi ſuprà, n. 56. verſic. hinc videmus eſt communis*, 2. Anton. Gom. *vbi ſuprà: n. 14.* licet dicat hoc dubium videri, & contra iura, & quod ideo in iſto Regno cauti Iudices ſemper faciunt actus proceſſus cum ipſo carcerato perſonaliter, & quod eſt communis vſus & ſtylus in prædicta quod certis diebus, vel horis fiat audientia publica cum ipſis incarceratis, & quod certè eſt optimum conſilium in practica quod non diffiteor, nihilominus tamen communis opinio præfata in praxi quoque ſeruatur circa alios actus, qui fiunt per Procuratores carceratorum extra audientiam prædictam, quare in propoſito ita ex mente Doctorum diſtingui oportet: Quod quando reus eſt perſonaliter conſtitutus in iudicio, ipſe debet reſpondere accuſationi, vel inquiſitioni, vel interrogationibus, quæ ei fiunt à iudice ſuper delicto, ſiue in primo examine, ſiue in aliis, ſiue in tortura nec admittitur Procurator, ſed debet perſonaliter duci ad bancum iuris, vel ad locum tormentorum, & per ſe ipſum reſpondere & ita practicatur 2. Ang. *in d. §. publicè poſt n. 5. quem ibi refert* Paul. *n. 9.* & Anton. Gomez, *de maleſic. in verbo*, qui donis iudex videns: quod inquiſiti *n. 12.* ita etiam practicari atteſtatur Ang *in d. l. reos n. 2. in fin. provt eos refert* Iul. Clar. *vbi ſupra, verſ.* tu vero, ſed quo ad

alios

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

alios actus cauſæ bene poteſt procurator Inter-uenire,puta ad opponendas exceptiones, produ-cendum capitula, & alia faciendum ipſa cauſa, prove ita ſe plures obtinuiſſe, & vidiſſe de facto obſeruari dicit Albet. *in d.§. publice, poſt n.38 in verſic.*item quæritur,an ſaltem,quem refert,& ſe-quitur ita diſtinguens Iul. Clar. *vbi ſuprà* quam dictionem ego quoque ſemper in praxi obſerua-ri vidi,eo addito,vt ſi in Iudicio præſens ſit reus, etiam eius procurator cum eo admittatur ad præ-ſentationem petitionum,nihil enim intereſt,vter eorum eas præſentet: quod vero attinet ad reſ-ponſiones perſonales faciendas non admittitur procurator, ſed reus ipſe per.

SVMMARIVM.

1 *Pœna canendi palinodiam,an habeat locum par-te offenſa accuſante,vel ea deſiſtente.*

*De pœna canendi palinodiam, parte offenſa non accuſante,vel ea deſiſtente,an habeat locum,vel alia ſit imponenda.*

## QVÆSTIO CXL.

1 QVÆRO tandem an pœna canendi palinodiam,de qua,in hac *l.2. reg. de las iniurias*, habeat etiam locum, parte offenſa non accuſante, vel ea deſiſtente, & videtur tunc quoque eandem pœnam imponendam eſſe, primò quia ex quolibet delicto offendit pars, & reſpublica, ſicque duobus competit ius accuſandi: remittente ergo parte,ſeu condonante ius ſuum, remanet ius publicum,vt latè proſequitur Auen. *in tract. de iniur. n.22. & 24.* ſicque pro vindicta publica iudex poterit fiſcalem promotorem conſtituere,& ponere,qui reum accuſet,vt ſolet fieri in aliis cauſis criminalibus, iuxta iura allegata, quia iudex,qui ex officio procedit,ſubrogatur loco accuſatoris,vt notatur *in l.2. § ſi publico, ff. de adult.*ne delicta remaneant impunita: ergo tunc quoque pœna noſtræ l. imponenda venit.

Secundò,quia aliquis conuitiandi animo,alterum hæreticum, aut proditorem appellauerit, Reipubl. perquam maximè intereſt, vt ille iniuriam probet quod duxit,vt in l. eum, qui nocentem.*ff. de iniur. velut.*ſiue publice contradicat, dicendo ſe mentitum fuiſſe, quia pernicioſum eſſet Reipublicæ, aut hæreticum, aut proditorem tolerare, vel ſi huiuſmodi non ſunt impugnatum relinquere,qui eos diffamauerit,quamuis ipſi diſſimulent aut iniurias proprias condonent, iniuriantibus ab eorum forte potentiam, vel alias, quibus & aliis Auend.*vbi ſup.n.24. verſ. ſùi, quia* quæſtio tenentque in cauſis criminalibus, & in caſu noſtræ l.2. vbicumque iudex viderit, quod conuenit imponi pœnam à lege ſtatutam, illam poterit imponere,non tamen cogitur, ſed ſi vult poterit minorem pœnam ſtatuere, nec propter hoc tenebitur in ſyndicatu & quod vbicumque eſt de ſtylo curiæ, quod iudice ex officio procedente minoretur pœna, illa poterit minorari, & ſic quod in materia huius l. non decet neceſſario imponi pœna,de qua hic maxime, quia de generali conſuetudine curiarum obſeruatur,vt nolente iniuriato proſequi iniuriam iudex imponat pœnam ſolidorum centum & quinquaginta fiſco Regio: & vltra hoc pœna centum marapetinorum,quod addit lex ſequens,in pœnam cuius lib. incurioſi verbi turpis(hoc die de 200. Marauedis)additque Auendan.quod vltra has pœnas iudex ſolet reum relegare, vel aliter ſic punire, & quod ſic ſolet practicari lex iſta iudice cum officio procedente.

Nihilominus tamen quæſtione præmiſſa *l. 4. huius tit.*quæ in praxi eſt obſeruanda deiicit, *que las iuſticias deſtos Reynos ſobre palabras liuianas que paſſaren entre qualeſquier vezinos de qualeſquier Ciudades,villas,y lugares dellos ſino interuinieren armas,ni efuſion de ſangre,o enque no ouiere querella de parte ò que ſi ſe uviere dado queja ſe apartaren della,y fueren amigos,no ſe entremetan à hazer perquiſa de ello de oficio,ni procedan contra los culpados ni alguno dellos, ſeyendo las palabras liuianas, o ligeras vnpruerſas ni les lleuen penas,ni achaques por ello: y lo miſmo manda ſe guarde en las S. palabras de iniuria,que por la l. ſe guarda del miſmo tit. ſe pone pena de 30.ſueldas no precediendo querella de parte, pero precediendo cerca delas dichas palabras, manda, que aunque deſpues la parte que dio querella ſe aparte della las iuſticias hagan iuſticia*, per quam ita tenet Did.Per. *in d.l.2.in gloſſ.pechen.300.ſueldos: & in gloſſ.diez mil marauedis,pag.230.col.2.* Ex qua lex colligo primo, minime procedere poſſe hodie, quod Auend. exiſtimabat, nempe deficiente parte,vel ea remittente poſſe iudicem in caſu huius l. 2. condemnare reum eadem pœna hac ſi pars accuſaret licet ad eam iniungendam iudex non teneatur, niſi velit.

Secundò cenſeo,non etiam rectè iure procedere,quod idem Auend. aſſerit ſtari de generali cõſuetudine curiarum in ſpecie noſtr. quæſt. nempe quod iudex imponat pœna *centũ & 50.*ſolidorum Cameræ Regiæ, & inſuper aliorum centum marapetinorum,de quibus *in l.3.* hodie ducentorum marapetinorum,& quod vltra hoc ſolet iudex reũ relegare,vel aliter ſic punire, cum enim pars accuſans deficiat non video quod reus ſtante *d. l. 4.* poſſit amplius condemnare, quod in pœna certa & determinata à noſtra *l 2.*pro illis iniuriis, hoc eſt,centum & 50. ſolidorum tantum, *para la Camara,porque la otra mitad y el deſdezirſe,*eſt introductum in fauorem & ſatisfactionem partis offenſæ:ipſa ergo non accuſante,vel remittente,ceſſat ratio finalis legis, ergo & ipſa ſatisfactio: ex verbis enim iniurioſis tãtum, reſpublica non offenditur,vt inquit *Felin.in c. dil filij col.fin.verſ.3. declarat d.exceptio: ergo cum attenta d l.4.* tantum permittatur iudicibus procedere contra alterum iniuriantem,quinque verbis contentis in hac *l.2. p.* accuſante,quamuis poſtea deſiſtente, & quod tunc iudices iuſtitiam adminiſtrent, conſequitur, quod deſiſtente parte, iure inſpecto,hoc eſt *d.l.2.* Iudices tantũ debeant condẽnare huiuſmodi reos pœna fiſco competenti pro ſatisfactione ipſius reipublicæ,non enim maior debet eſſe ſatisfactio reipublicæ,parte deſiſtente quã fuiſſet,ipſa adhuc in ſua accuſatione perſiſtente iuxta rectæ rationis tramitem: quinimo in aliis delictis ſemper videmus lenius reos puniri pro ſatisfactione, & vindicta publica deſiſtente ab accuſatione parte ipſa offenſa, quod ſi pars adhuc non deſiſteret,rectius igitur obſeruabunt boni iudices,& prudentes, vt in ſpecie noſtræ *q.*parte accuſante deſiſtente reum quinque verborũ in noſtra *l.*cõtentorum tantum condemnet pœna centum & quinquaginta ſolidorum,Fiſco Regio applicandorum,& ita vidi in praxi obſeruari:quia altera pœna centũ Marapetinorum, *d.l.3.*hodie ducentorum Marapetinorum, impoſita



impoſita tantum eſt pro aliis verbis iniurioſis leuioribus quinque:ſicque non habet locum in noſtra ſpecie, quinimo hodie ſi pars non accuſet de prædictis verbis iniurioſis leuioribus,vel ſi accuſauerit ipſa deſiſtente, Iudices non poſſunt vllo modo procedere contra reum,vt *in d.l.4.* at vero pœna exilij nullo iure ſeruatur vt pro verbis tantum quantumcumque iniurioſis imponatur quidquid ſecus cenſuerit Azeued. *in d.l.4.*

SVMMARIVM.

1 *Famoſum libellum fabricans, qua pœna puniatur per totam quæſtionem.*
2 *Pœna famoſum libellum fabricantis,quæ ſit omnium iure, & n.3.cum ſeqq.*
5 *Epiſcopus faciens libellum famoſum, qua pœna puniatur.*
6 *Libellum famoſum ponens in Eccleſia, anathematizatur.*
7 *Famoſi libelli auctor in foro conſcientiæ tenetur ad reſtitutionem famæ ſicut alij detractores.*
10 *Libelli famoſi auctor infamis eſt,& præterea nec teſtamẽtũ facere,nec teſtimoniũ ferre poteſt.*
11 *Mandans, & conſulens libellum famoſum fabricare eadẽ pœna punitur, qua eius auctor.*
12 *Famoſum libellum ſcribens,& dictans & exemplans, punitur eadem pœna. Idem in legente libellum famoſum, ſi ſtatim eum non laceratuerit, ſed alios certiores fecerit ibique dimiſerit,n.13. Sola tam lectio da ſine alia manifeſtatione non fecit incurrere pœnã ordinariã libelli famoſi,ſed tãtum extraordinariã,n.4.*
15 *Famoſum libellum legens ſi illius auctorem decuerit,& pãdiderit pœna aliqua non tenetur.*
17 *Imperitus legens libellum famoſum,non cenſetur dolo eum legere,& nullo pacto punietur. Famoſum libellum legens expanſis de quibus hic,non punitur eadem pœna eodem, n.7.*
18 *Famoſum libellum emens, ſeu vendens, faciens vel procurans,vt ematur, vel vendatur, punitur vt auctor.*
19 *Retinens libellum famoſum, punitur pœna libelli famoſi.*
20 *Famoſum libellum caſu inueniens, eumque non corruperit, ſed eius vim, aut tenorem aliis manifeſtauerit punitur pœna famoſi libelli.*
21 *Famoſum libellum componens in alterius infamiam, punitur.*
22 *Famoſum libellum affigens in loco publico, vel malitioſè fecit eum cadere in terram ad effectum vt publicetur, punitur pœna famoſi libelli.*
23 *Componens carmina & Epigrammata,vel cantiones,vel quid ſimile in detractionem famæ, punitur de famoſo libello. Et procedit quacumque lingua fuerint compoſita, num.24. & 25.vbi ampliatur etiamſi hoc faciẽs velit illud probare,quia ad hoc admitti non debet.*
26 *Cornua in foribus alicuius affigens, vel eis ſtercora iniiciens,punitur ad inſtar facientis libellum famoſum.*
27 *Picturas obſcenas in alterius infamia in aliquo loco ponens, punitur ad inſtar famoſi libelli, & itidem alia turpia committens, de quibus hic.*
28 *Famoſum libellum faciens, ſine nomine ſuo, ſiue alterius punitur, vt hic & idem ſi id faceret ſine nomine: & idem erit, ſi libellus nomen illius non contineat, cui infamia irrogatur, dummodo alium deconſtetur de quo libellans voluit intelligere,minor tamen pœna hoc caſu imponenda erit, num.20.*
30 *Famoſum libellum ponens in palatio Principis, aut communicatu multo magis punitur pœnã famoſi libelli, idem in faciente libellos famoſos contra magiſtratum,Iudices & Officiales.*
31 *Reuelans, aut indicans auctorem famoſi libelli quo præmio efficiatur.*
35 *Famoſi libelli pœnam non incurrunt carens dolo, & alij,de quibus,num. ſeqq. vſque in fin.*

*De pœna libelli famoſi fabricatoris & aliorum in hac delinquentium.*

## QVÆSTIO CXLI.

QVÆRO vlterius de pœna famoſũ libellum fabricantis & primo ſciendũ eſt, quod famoſus libellus ſecundũ DD. eſt compoſitio ictus in ſcriptis in iniuriam alicuius, eius quod quis probare non vult, & in publico iactat,vel in loco vbi inueniatur. Sylu. *in Summ. rub.de libello n.4.* & Ang.declarans *in verb.libel.famoſ.in princ.*quos ad hoc refert,& ſequitur Proſp.Farin.*in ſua prax. crim. 3.p.q.105.inſpect.41.n.421.* & probat *in l.3. in princ.tit.9.p.7* ibi: *Infaman,è deshonran vnos à otros,no tan ſolamente por palabra, mas aun por eſcrituras,faciendo canticas, o rimos, ò dcitados malos de los que han ſabor de infamar, è eſto fazen à las vegadas paladinamente,è à las vegadas encubiertamente,echando aquellos eſcritos malos en las caſas de los grandes ſeñores,ò en las Ygleſias, ò en las plaças comunales de las Ciudades,& de las Villas, por que cada uno lo pueda leer: E en eſto tenemos que reciben gran deshonra aquellos contra quien es fecho, E otro ſi hazen muy gran yerro al Rey los que han tan gran atreuimiento como eſte: è tales eſcrituras como eſtas dizen en latin,*famoſus libellus: de quo famoſo libello agunt *l.1.§ ſi quis libellum, aliàs ſi quis librum ff.de iniuriis,* & *l.conſtit.cod.tit.l.vnic. C.de famoſ. libell.quæ eſt canonizata, in c.u,qui § ſi quis famoſo 5.q.1.*& quamplures Auctores Latini Antiqui, quos congerit Petr. Plaça *de delict.c.5. n.1.qui num ſeqq.* poſt Ant.Gom. *var. reſol.3.tom. c.6.de iniuriis,n.1.* latè materiam hanc declarant, ſed latiſſimè omnium,& vtiliter admodum Proſp. Farin.*vbi ſuprà*, per totam illam quæſtionem,ad quem occurrendum erit, quoties de huiuſmodi delicto agi oporteat. † Nunc vero ſolum de eius pœna agemus, vt eſt noſtra mens in omnibus delictis in hoc noſtro opere de iure ciuili antiquo 12.tabularum, & tandem Imperatorum iure pœna capitis eſt ſtatuta in prædictis iuribus,dummodo in libello diffamatorio cõtineatur delictũ, per quod infamatus incurreret pœnam mortis, modo dicat verũ,modo falſum, alias ſolum tenetur Iudicis arbitrio, vt ex aliis probat Don Ioan Vela,*de pœn. delict.c.16. fol.91. in verſ. iure enim,* & tenet gl.per text.ibi *in d.l.vnic.C.de famoſ.libel,* & ibi communiter Doctores,Ant.Gom. *vbi ſupr. d.n.1.* Plaça *vbi ſup. n.2. verſ.verum præmiſſa,* vbi quod d.l.regia 3. ita intelligenda eſt gloſſa, & *in d.l.lex Cornelia, § ſi quis librum ff.de iniur.* & ibi Agn.*n.1.& 2.*& alij quamplures,quos citat Farin. *vbi ſupra. d.q.105. n.442.* & hanc capitis pœnam plures dixerunt eſſe mortis naturalis,refert alios plures Farin.*vbi ſup.n.413.cum ſeq.*vbi ex Follerio refert,quod non eſt locus torturæ quando agitur de libello famoſo continente non delictum, aut delictum non capitale,ſed leue,quod dicis notandum

dum eſſe in Pract. Anton. Gomez, *vbi ſuprà d. n. 1. verſ.* vnum tamen eſt vbi de communi.

Non tamen deſunt qui dicant de conſuetudine pœnam libelli famoſi non eſſe mortem, ſed extraordinariam iuxta facti, & perſonarum qualitatem, ſecund. Iul. Clar. *in pract. crim. §. ſi quæſt. 68. n. 26. verſic.* libelli famoſi author. *ad fin.* dicentem ſe nunquam vidiſſe pro libello famoſo aliquem vltimo ſuplitio affectum, ſed ſemper fuiſſe impoſitam pœnam extraordinariam, vt puta ictuum funis, aut ſobigationis, aut ad ſummum triremium, & quandoque etiam infamis catenæ, & refert alios Farinac. *vbi ſuprà qui n. 429.* inquit, non defuiſſe alios Doctores, quos ibi refert, qui dixerunt, pœnam libelli famoſi eſſe deportationis, & *n. 48.* inquit negari non poſſe, quin pœna prædicta ſit arbitraria, & quod debet ſemper mitior eſſe in eo qui libellum famoſum componit, aut quid ſimile facit ignominiam perſonæ honeſtæ, vt puta meretricis.

Sed quod ab ordinaria iuris pœna non debeat aliquo modo recedi ſcripſit Suar. in addit. ad Anton. Gom. de Delictis *c. 6. n. 2.* prout eum refert Farinac. *vbi ſuprà, n. 427.* vbi etiam citat motum proprium Pij V. vbi in primis confirmando omnes pœnas ciuiles & canonicas, eas etiam grauiores, & vltimi ſupplicij, ac confiſcationis bonorum ſecundum facti & perſonarum qualitatem eius arbitrio imponi poſſe ſtatuit, vt in eius Bul. 513. in ordine cauetur, fol. 1163. *part. 2.* prout pariter & mortis pœnam imponi poſſe, ſi ita Senator arbitratus fuerit pro perſonarum delinquentium, & inquas deliquerint, qualitate voluit vrbes ſtatutum *lib. 2. c. 61.*

Sed in his Regnis hiſpaniæ pœna legum iuris ciuilis ſupra relati appoſita eſt, *in d. l. 1. tit. 9. c. 7.* ibi *E por ende defendieron los Emperadores eſſa los Antiges, que ſizieron las leyes antiguas que ninguno no deuieſſe infamar a otro deſta manera, qualquiera que contra eſto fizieſſe mandaron, que ſi tan gran mal era eſcripto en aquella carta, que ſi fueſſe prouado en juyzio a aquel contra quien le faze, que merece pena perende de muerte o deſterramiente, o otra pena qualquier, que aquella pena meſma recibiera tambien aquel que compuſo la mala eſcriptura como aquel que la eſcriuio*, quam l. regiam ad hoc citant & allegant Noſtrates præcipue Anton. Gomez *n. 2.* & Piſal. 2. *vbi ſuprà*, & Don Iuan. Vela, *vbi ſuprà, fol. 92. in principio.*

4 De Iure Canonico author libelli famoſi flagellatur, text. *in cap. de prima 5. q. 1.* ibi flagelletur, qui ſcripta in alterius famam neglexerit probare, & ibi gloſſa, *verbo de 1. text. in cap. qui in alterius eadem circa & quæſt* ibi. *flagelletur*, & plures Doctores hoc tenentes congerit Farinac. *vbi ſuprà, d. q. 105. n. 410.* vbi *n. ſequenti*, quod imò poteſt deponi, cum ſit crimen graue & damnatione digniſſimum, ſecundum Turrecremata & alios, quos refert, & Don. Iuan. Vela *de pœnis delict. dict. c. 10. fol. 91. verſ. 5. pontificum*, vbi quod hodie clerici deponuntur, vt notat Plaça *d. c. 3. n. 4.* & Menoch. *de arbitrar. iud. caſu 263. n. 55.* Syluester, *verbo libellus n. 5.* & ſi monitus neget delictum illudque fateri nolit Sacramentis priuetur, & ſi adhuc in negatione perſtiterit, & excommunicationem contempſerit, excommunicetur & anathema ſit, ſecus ſi errorem ſuum fateri voluerit, quia tunc non excommunicatur, text. *in cap. quidam maligni*, vbi gloſſa & Doctores communiter *5. quæſt. 1.* de cuius intellectus benè agit Soto *de ratione tegendi ſecret. part. 2. quæſt. 5. fol. 59.* Syluest. *in ſumma, in rubrica de libello, poſt num. 5.* Ang. Declauaſio *in verbo, libellus famoſus, ad medium*, vbi etiam quod ſponte confitens libellum famoſum punitur arbitrio iudicis, & mitius cum eo agitur, vt inquit prædict. gloſſ. *cap. de prima*, & hanc pœnam alios allegans refert Farin. *vbi ſuprà, n. 452.* & an huiuſmodi excommunicationis abſolutio ſit Papæ reſeruata, & quando, agit Iacobus Graſſis *deciſ. 138. n. 15. p. 1.*

5 Epiſcopus autem faciens libellum famoſum non flagellatur: quia eſt de illis perſonis, quæ tangi non poſſunt, Bellamera *in d. cap. 1. num. 15. quæſt. 1.* & ibi etiam Archid. *poſt num. 1.* Prepoſ. Alexand. *in d. cap. qui in alterius, num. 1. verſic intellige, eadem cauſa & quæſt.* vbi quod illo caſu pœna commutatur, & *ibi* etiam Turrecremata, *in fin. verſic. niſi propter*, &c. Farinac. *vbi ſupra, numer. 434.*
6 ¶ Ponens autem libellum famoſum in Eccleſia anathematizatur text. *ad literam in cap. ſi qui in princ. 5. quæſt. 1.* & ibi gloſſ. & communiter omnes.

7 Et inſuper in foro pœnitentiali tenetur author libelli famoſi ad reſtitutionem famæ, ſicut alij detractores, vt cum Turrecremata & aliis probat Farinac. *vbi ſuprà, num. 436.* poſt Plazam, *de delictis, cap. 3. num. 4.* Nauarr. *in cap. Sacerdos, n. 6. de pœnitent.* diſtinct. 6. & Iacob. Graſſis, *dict. deciſ. 138. num. 17.* imo ſecundum Iadoc. *in pract. crim. cap. 125.* poſt *num. 6.* etiam in foro fori tenetur reus huius criminis per contrarios libellos famoſos ſe dedicere, & fateri mendacium dixiſſe, nec diſſentit, ſumma Aug. *verb. libellus famoſus, in fine, num. 21.* Farinac. *dict. quæſt. 105. num. 71. & 437.*
8 ¶ Sed cum Iure noſtro hæc pœna nuncupatim ſcripta, ſeu impoſita non ſit, ſed quam prædiximus per dict. *l. 3. tit. 9. part. 7.* cenſeo eam in noſtra ſpecie imponenda minimè eſſe niſi tantum in caſibus & conuitiis ſine ſcripto obiectis, de quibus *in l. 2.* huius noſtri tituli 10. *lib. 8.* ſaluo iudicio rectius ſentientis, & præcipuè ex traditis per eundem authorem Farinac. *ibidem num. 439. cum ſequenti.*

9 Vno tamen caſu videtur limitanda hæc noſtra ſententia, nempè quando in libello famoſo obiiceretur vnum vel plura conuitia ex contentis *in d. l. 2.* & pœna eſſet arbitraria non vero mortis, tunc namque nullum melius arbitrium videtur, quam vt offenſor publicè ſe dedicat dicendo ſe mentitum fuiſſe, & falſum dixiſſe, dico publicè, ideſt eodem modo, quo alterum publicè offendit vltra alias pœnas arbitrarias pro qualitate conuitij, & perſonarum.

10 Præterea author libelli famoſi infamis eſt, & inteſtabilis & propterea, nec teſtamentum facere, nec teſtimonium ferrè poteſt *l. ob crimen, ff. de teſtibus l. cum lege, C l. ſi cui § ſi ff. de teſtament. l.* lex Cornelia, *§ ſi quis librum, &* ibi gloſſ. *verbo inteſtabilis, ff. de iniuria c. ob crimen*, & ibi gloſſ. 4. q. 5. & plurimos congerens Farinac. *vbi ſup. n. 437.* ¶ Hæ ſunt pœnæ iure impoſitæ authori, & compoſitori libelli famoſi, ſiue is laicus, ſiue clericus ſit: nūc vero nonnulla in materia declar. in praxi vtilia:

11 Et primo quidē ampliatur regula præfata pœnalis, quę loquitur in authore ipſius libelli famoſi, vt procedat etiam in mandante, & conſulente, *l. lex Cornelia §. ſi quis lib.* ibi, *dolove malo fecerit, quod quid eorum fieret ff. de iniur.* & ibi Iac. de Aren. *in verbo, curauerit*, Archid. *in c. 10.* per illum text. *in fine princ. 5. q. 1.* vbi gloſſ. quod facientes & cōſentientes pari pœna puniuntur 1. Azo. *in ſumma, de iniur. n. 4.* Hoſtienſ. *in ſumma, de iniur. §. quot modis fit iniuria, n. 3. poſt verſ. lit. vero*, & alios allegans Farinac. *d. q. 105. n. 442. cum ſeqq.*

Ampliatur



12 Ampliatur ſecundo eadem regula, vt procedat nedum in componente libellum famoſum, ſed & in illum ſcribente, & etiam in dictante, & exemplante, vt latè cum aliis probat, ibi Farinac. *n. 445. cum ſequenti.*

13 Procedit etiam in legente libellum famoſum, ſi ſtatim eum non lacerauerit, nec abſtulerit, ſed vtique alios certiores fecerit, ibique dimiſerit, quia præſumitur author eiuſdem libelli, ita cauetur *in dict. l. vnica. C. de famoſ. libell.* & ibi communiter DD. *& in d. l. 3. tit. 9. part. 7.* ibi, *e dun t uieron per bien*, &c.

Anton. Gomez *cap. 6. de iniur. numer. 1.* Petrus Plaça, *de delict. cap. 3. num. 2. verſic. his tandem prænotatis*, &c. don Ioan. Vella, *dict. cap. 16 in fin.* Rur-
14 ſus, *conſil. 20. num. 55.* ¶ Sola tamen lectura, ſine alia manifeſtatione non faciet incurrere pœnam ordinariam libelli famoſi, ſed tamen extraordinariam, ſecund. Anton. Gomez, *vbi ſuprà, in verſicul. ex quibus videtur inferendum.* Sed Emanuel Suarez, *ibi in eius addit. numer. 3.* verum credit, quod in hac ſpecie, neque extraordinaria pœna poſſit, cuius opinionem ſequi videtur, dum cum ea vltimo loco remanet Farinac. *vbi ſuprà, numer. 450.* & iterum *numer. 452. cum ſequenti*, licet poſtea, *numer. 464.* contrarium adducit, ex quibus cenſeo, vt pœna aliqua extraordinaria debeat adhuc puniri iſte, de quo agimus.

15 Si tamen legens libellum famoſum, illius authorem docuerit, & panderit, pœna aliqua non tenetur, ſicut in ea eſt ſententia magna pars authorum, quos citat Salicetus *in d. l. vnic.* & ſequitur Petrus Plaça, *de delict. lib. 1. dict. cap. 3. num. 2. in verſicul. quibus illud ſubiiciam.* Burſat. *conſil. 94. numer. 52. verſicul. quinto, & vltimo, lib. 1.* Cephal. *conſil. 341. per totum, in diſcurſu, lib. 3. vbi numer. 20. & 30.* teſtator, ita ſemper ſeruari vidiſſe, quos refert, & ſequitur Farinac. *dict. 3. part. quæſt. 105. numer. 451.* tametſi Salicet. *vbi ſuprà*, dicat, quod vterque puniatur, tam author quam propalator; de authore non eſt dubium, cum quo tranſire videtur Gregor. Lopez, *in dict. l. 2. in gloſſ. como aquel que lo fizo.* In propalatore ſequor opinionem benigniorem, quæ habet ipſum non puniri, cum maiori parte authorum.

16 Similiter ſi imperitus, & ignarus legerit libellum famoſum, non cenſebitur dolo eum legere, & nullo pacto punietur, vt conſuluit, Burſatus, *dict. conſil. 94. num. 13. & ſequentibus, & numer. 23. in fin. & numer. 17.* vbi de legente libellum famoſum caſu fortuito, non autem data opera, & illum non manifeſtante, aut publicante pluribus, ſed vni tantum & ſecretè & *n. 21. cum ſequentibus* de eo, qui legit, & reſpicit libellum, non animo infamandi aliquem, ſed vt videat ingenium & inuentionem libellantis, & cauſa addiſcendi prout præſumendum eſt, quando legens eſt perſona litterata, honeſta, & bonæ conditionis & famæ, & *numer. 35. infra & ſequenti* agit delegente libellum famoſum cauſa delectationis, & occaſione legendi, ſeu audiendi, quod nouiter in lucem prodiit, & *numer. 38. in fin.* vbi teſtatur hoc caſu fuiſſe impoſitam pœnam pecuniariam: & de ſupradictis, idem probat Farinac. *vbi ſuprà, numer. 451. cum ſequenti.*

17 Ampliatur etiam prædicta Regula, *l. vnica cum ſimilib. Cod de famoſ. libell.* vt procedat in emente, ſeu vendente libellum famoſum, vel faciente, & procurante, vt ematur vel vendatur, *l. lex Cornelia, §. fin. de iniur. &* ibi gloſ. *verbo curauerit*, & alij DD. quos refert, & ſequitur Farinatius, *vbi ſuprà, num. 453.*

18 Procedit etiam retinente libellum famoſum: ex ſola namque eius retentione punitur pœna libelli famoſi ſecundum communem, aſſertam & affirmatam per Burſat. *conſil 20. numer. 55. lib. 1.* Baiard. *in* addition. ad Iul. Clar. *in pract. Crimin. §. fin. quæſt. 68, numer. 64.* tametſi Plaça ab illo allegatus, & Anton. Gomez, ab hoc, quid tale non dicant: vnde de huius ampliationis veritate videndus eſt Farinacius, *vbi ſuprà, numer. 455.* cum ſequenti declaratione per ipſum ibi, *numer. 465.* nempe, quod inueniens libellum famoſum, & illum non corrumpens, tunc demum minimè punitur, ſi illum aliis non monſtrauerit, quin & ipſum libellum in eo loco, in quo inuenit, dereliquit: quod ſi acceperit, & penes ſe retinuerit, & cum eo inuentus fuerit, præſumitur quod ipſe fecerit, niſi probauerit ſe inueniſſe nam tunc non detur puniendus, quamuis illum retinuerit vel ſi alteri non monſtrauerit.

19 Procedit etiam in eo, qui libellum famoſum caſu inuenerit, illumque non corruperit, combuſſerit, aut lacerauerit, ſed eius vim, & tenorem aliis manifeſtauerit, expreſſa l. vnica, C. de famoſ. libell. & ibi. gloſſ. & communiter DD. & dict. l. 3. tit. 6. part. 7. eſt communis, vt plures citans refert Farinac. *vbi ſuprà, num. 460.* diximus *ſuprà in verſic.* procedit etiam in legente libellum, & propter à non male facit inueniens libellum famoſum, ſi illum ſecreto deferat Magiſtratui & iuſtitiæ, ſecundum Iadoc. *in pract. Crim. cap. 125. numer. 8. &* Farinac. *vbi ſuprà, num. 461.*

20 Similiter etiam ampliatur diſpoſitio, *dict. l. vnica. C.* de famoſ. libell. vt procedat multo magis incomponente librum in alterius infamiam, *dict. l. lex.* Cornelia, *§. ſi. quis librum, ff. de iniur.* Azo. *in ſum. de iniur. §. quot modis fiet iniuria, n. 3. verſic.* libelli famoſi auctor. vbi refert diuerſos caſus contingentes, circa hoc in praxi, & Farinac. *vbi ſuprà, num. 466.*

21 Et in affigente ſeu ponente libellum famoſum in loco publico & illum publicante, vt cum aliis probat Farinac. *vbi ſuprà, num. 457. cum ſequenti. & num. 459.* Idem reſoluit in eo, qui doloſè libellum famoſum fecerit cadere in terram ad effectum, vt publicetur, ac ſi illum publicaſſet.

22 Ampliatur etiam, vt procedat in componente carmina, epigrammata, vel cantiones, aut quid ſimile in detractionem famæ alicuius, l. lex Cornelia, §. fin. & ibi gloſſ. verb. epitheſim, & verb. ſine ſcripta. ff de iniur. l. item apud Labeonem, §. hæc autem, ibi. aut ſi carmen, &c. & ibi gloſſ. §. eodem Farinac. plures allegans, *vbi ſuprà, n. 467.* & inter eos Burſat. *conſil. 94.* loquentem de libello famoſo facto in forma paſſionis, & in forma te Deum, & Plotum, *conſil. criminali diuerſorum 131. num. 2.* quia carmen famoſum vulgariter nuncupatur paſchinium & procedit quacumque lingua carmina, ſint compoſita, vt per Farinacium, *in dict. num. 467. & n. 468.* quod
23 procedit non ſolum in componente carmina, & cantiones in alterius infamiam, ſed etiam in eas canente, vt pobatur *in d. l. item apud Labeonem § hæc autem* ibi, vel canat aliquid, quia pudorem alicuius lædat Farinac. alios referens *vbi ſuprà, num. 468.* Plaça *d. lib. 1. c. 3. n. 2. verſicul. nec ſub eadem pœna*, Ioann. Vella *de pœn. delict. d.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*cap.16. ad fin. verſic. 2. etiam*, vbi quod ſunt puniendi corporaliter vel pecunialiter arbitrio iudicis, ſed quia iſto caſu detur actio iniuriarum, videtur tenere Cephal. *conſil.* 341. *num.7. lib.5.* ¶ Nos regnicolæ habemus expreſſam lib. de hoc
25 loquentem, ſcilicet l.3.*tit* 9.*p.*7. huiuſmodi, *otro ſi defendieron que ningun home no ſea oſado de cantar cantigas, ni dezir rimas, ni dictados que fueſſen fechos por deshonra, o por denueſto de otro: é ſi alguno contra eſto hiziere deue ſer infamado por ende: é de mas deſto deue recibir pena en el cuerpo, é en lo que huuiere a bien viſta del juzgador del lugar do acaeciere: y en eſte caſo dize la dicha ley, que aunque en la ley primera de aquel titulo dixo que el que deshonraſe à otro por palabra ſi prouaſſe que aquel denueſto, o mal que dixo del era verdad, que no caya en pena: con todo eſſo en cantigas, ò en rimas, ò en dictados malos, que los homes fazen contra otros, o los meten en eſcrito, no es aſſi: ca magner quiera prouar aquel que fizo la cantiga ò rima, o dictado malo, que es verdad aquel mal, ò denueſto que dixo de aquel contra a quien lo fizo, no deue ſer oydo, ni le deuen caber la prueua:* & ibi reddit rationem eadem lex regia.

Ampliatur regula, *d. l. vnic. C. de famoſ. libell. cum ſimilibus*, vt procedat etiam in ſtercorante
26 fores alicuius vel eiuſdem foribus cornua affigentibus, Decian. *lib.3 tract crim.cap* 25. *num.53. tom.1 fol* 101 *col.4* per text. *in l. lex Cornelia § fin. ff. de iniur.* Bertaz. *conſil.* 253 *n.2.* & latius Farinac. *vbi ſuprà, in ſua praxi crimin.* 3. *part, quæſtionibus* .105. *num.* 469. vbi quod talia facientes puniuntur inſtar facientis libellum famoſum, ex
27 Bertazol. *vbi ſuprà, num.3.* ¶ Similiter etiam incurrit crimen famoſi libelli is, qui obſcænas picturas in alterius infamiam in aliquo loco ponit, ſecundum Iulium Clarum *in pract. crim § fin. quæſtion.* 68. *n.26. in verſic. libelli famoſi autor*, & Farinac. *vbi ſuprà, n* 471. poſt Bertazol. *conſil.* 165 *n.1. cum ſequenti lib.1.* & Farinac. *vbi ſuprà*, refert alias pœnas, quæ iuxta vrbis ſtatuta & bannimenta illarum partium imponuntur ſimilia facientibus, erit igitur pœna extraordinaria iuxta qualitatem perſonarum offendentium, & offenſorum, vt in terminis ita tenet alios allegans Petrus Zaball. 1. *p. reſolut. crim, caſu* 71. *num.1. cum ſeqq.* vbi quod talis delinquens, quia ad oſtium & feneſtras domus alienæ pudenda virilia & mulicbria depicta, vel corona appendit, vel aliud ſimile fecit grauem iniuriam inferre dicitur, & graui animaduerſione dignam & *n.4.* refert quendam ob hoc ad triremes ad tempus condemnatum fuiſſe, & quod incideret per ciuitatem cum mitra in capite & ſcripto in pectore, quod huiuſmodi punitionis cauſam denotaret.

28 Et procedunt ſuperiora in eo, qui libellum famoſum facit, ſiue nomine ſuo, ſeu alterius, imo hic magis delinquere videtur, vt in *dict. lib. lex Cornelia, §. ſiquis librum*, ibi, *etiam ſi alterius nomine*, & ibi gloſſa *verbo, alterius*, & alios allegans Farinac. *vbi ſuprà num.*472. & *num. ſequenti*, quod procedit etiam in faciente libellum fa-
29 moſum ſine nomine, ¶ & *num.* 474. quod idem erit, ſi libellus nec etiam contineat nomen illius, cui infamia irrogatur, dummodo aliunde conſtet, de quo libellans voluit intelligere, minor tamen pœna hoc caſu inponenda erit, vt per eundem ibi *n.*475. & hoc caſu quando ignoratur perſona contra quam libellus fuerit directus propter non adiectionem nominis deuenitur ad torturam contra reum, vt illum indicet, quod ſi de eo nullo pacto conſtiterit, & ille, qui fecit etiam neſciat, hic non habet locum pœna famoſi libelli, vt per eundem authorem, ibi *num.* 476.

Multo magis habebit locum pœna famoſi li- 30
belli in ponente ſeu affigente famoſos libellos in palatio Principis aut communitatis, & in faciente libellos infamatorios contra Magiſtratum, Iudices, aut officiales, vt cum aliis probat Farinac. *vbi ſuprà, n.*477. *&* 478.

Reuelans autem & indicans libelli famoſi au- 31
thorem præmium conſequitur, ſi liber ſit, arbitrio iudicis de bonis accuſatur, ſi ſeruus libertate donatur & fiſcus dat domino pretium *l. lex. Cornelia*, §. *fin.* & ibi gloſſ. *verbo præmium*, & *in verbo præſtanda, ff. de iniuriis*, & refert plures hoc tenentes Farinac. *vbi ſuprà, numer.*479. vbi *num. ſequenti*, quod indicare in propoſito videtur, non qui extra iudicialiter recidat, ſed qui iudicialiter accuſat & conuincit per text. *in l. ſeu verbo indicaſſe, ff. de verborum ſignificatione.*

Nunc vero ſupradicta regula *d. l. vnica, C. de* 32
*famoſ. libell.* patitur 7. limitationes, quas congerit Farinac. *d. q.*105. *num.*481. *cum ſequentibus vſque in finem*, quas hic ſummatim referam, vt in mente habeantur.

Prima eſt vt procedat, ſi dolus interuenerit, 33
alias ſecus, ſemper tamen dolus malus in propoſito præſumitur, conſtito de delicto, niſi contrarium probetur, quamuis contrarium voluiſſe videatur, Burſat. *conſil.*94. *num.*8. *in fin. cum ſequentibus*, & *n.*35. aut ſaltem ex contrariis præſumptionibus doli præſumptionem tolli verius forſan dixerit, vt ibi per eum, qui multa adducit ad excluſionem doli cuiuſdam, qui libellum famoſum acceperat, legerat, & retinuerat & *n.*17. *cum ſequentibus.*

Secunda limitatio eſt, vt non procedat quan- 34
do componens libellum famoſum illum non publicauit: quia tunc non videtur pœna capitis puniendus, ſecundum vnam opinionem, ſecundum vero alteram punitur, ſed concordantur hæ duæ opiniones, vt prima procedat quoad pœnam ordinariam, ſecunda verò quoad extraordinariam, ita Farinac. *num.* 485. *cum ſequenti.*

Tertia declaratio eſt, vt pœna libelli famoſi 35
locum non habeat, niſi libellus omnibus videndus & legendus in aliquo loco publico ponatur, vt iura & Doctores præſupponere clare videntur & probat latè Farinac. *n.*487.

Quarto limitatur in eo, qui fecit libellum fa- 36
moſum contra aliquem, à quo prius fuerit prouocatus per alium libellum famoſum tunc namque minime tenebitur pœna capitali, vt comprobat, Plotus *conſil. crim. diuerſ.*131. *num.*15. *& ſequentibus, lib.*1. refert & ſequitur Bertaz. *conſil.*237. *num.*5. vbi quod iſto caſu mitior imponitur pœna & Farinac. *vbi ſuprà num.*488. vbi *num. ſequenti*, quod non excuſatur à pœna extraordinaria.

Quinto ſuperiora limitantur, quando is, qui 37
libellum famoſum fecit, reuocaret per alium libellum famoſum ea, quæ in diffamationem alterius in libello per ipſum compoſito propoſuerat, aſſerens illa non eſſe vera, & ex calore iracundiæ dicta, imo ſufficeret reuocatio viua voce facta nedum per alium libellum famoſum, Farinac. *vbi ſuprà, num.* 490. poſt Plotum & Burſat. quos refert.

Sexto limitatur, quando non eſt ſequutus ef- 38
fectus & delictum non fuit conſummatum, quia tunc



tunc non intrat pœna ordinaria Burſat. *conſ.* 94. *n.*30. *in fin.* & *ſeqq. lib.*1. quem refert & ſequitur Farinac. *vbi ſuprà, num.*491.

39 Limitatur ſeptimo, ſiue declaratur, vt procedat, prout loquuntur omnia iura, & Doctores, quando libellus famoſus continet aliquid, quod reſpiciat alterius iniuriam, & infamiam, ſecus ſi in eo contineantur verba non infamatoria, & non pungentia, prout in caſu, in quo conſuluit Bertaz. *conſil.* 137. *numer.* 3. Cephal. *conſil.*341. *num.*20. *lib.* 3. refert & ſequitur Farin. *vbi ſuprà, num.* 492.

# IN TITVLVM VNDECIMVM,

## *De los Ladrones, Rufianes, y Vagamundos, y Egypcianos,* lib. 3. nouæ collect. Regiæ.

### De los Vagamundos, *Latinè vagabundis.*

### SVMMARIVM.

1 *Vagabundus, quis propriè dicatur, ampliatur, num.* 2.

3 *Vagabundus poteſt vbique conueniri, & num* 2. *& puniri de delicto à ſe commiſſo, & in numeris ſequentibus.*

7 *Vagabundi qui dicantur, & quibus pœnis puniantur iure noſtro Regio? cum numeris ſequentibus.*

---

### *De Vagabundis.*

## QVÆSTIO CXLII.

1 QVÆRO primo, cur leges priores huius tituli agunt de vagabundis, quis dicatur propriè *Vagabundus?* Reſpondemus quod *Vagabundus* ille, qui certam non habet ſedem, domicilium aut habitationem, ſed per mundum vagatur, modo in hanc, modo in illam ciuitatem; quod primo authoritate Sacræ Scripturæ probatur ex illo Oſeæ Prophetæ 9. *Erunt vagi in nationibus*, & illo Regum 1. cap.23. *Huc atque illuc vagabantur*, & ex illo Eccleſ. 29. *Et vagati in gentibus*, & iuxta illud Geneſ. 4. *Vagus eris & profugus*, & num. 14. *filij, vnde erunt vagi*, & 4. Regum cap. 17. *Qui non habet nidum, & deflectens de ciuitate in ciuitatem.* Deinde eandem doctrinam iure tenet & probat gloſſ. *verbo habitationem* & Bartol. *in l.4.§. ait Prætor num.*24. & ibi communiter Doctores. *ff. de damno infect.* ſcribentes etiam *in l. hæres abſens, §. at ſi quis*, poſt gloſſ. ibi, *verbo, debebit, ff. de iud. gloſ.* & ibi, Innocent. *in cap. fin. de eo, qui mittitur in poſſ. cauſa rei ei ſeru.* Bald. *in l.1 C. de colon. Paleſtin. & in l.1. C. de colon. tracen. lib.*11. Specula. & Ioann. Andr. in addit. *in titulo de competentia iudic. add.*1. §.1. *n.*30. Bart. *in l.1. C. de Tiron. lib.*12. & *in l.1. num.*6. *C. vbi de crimin. agi. opor.* & *in l. quiſquis in fin. C. de agricol. & cenſ. lib.*11. Cepol. *conſil. crim. num.*24. eſt communis opinio ſecundum Marian. Socin. *in cap. fin. num.*57. *de foro comp.* quem ad hoc referunt & ſequuntur Boſſius *in practic. crim. in titulo de foro comp. n.*70. & Iulius Clarus, *in pract. crim. lib.*5. §. *fin. quæſt.*39. *verſic. ſed hic quæro &* *lib.*19. *commun. opinion.* 2. *tom. verſicul. vagabundi* & Hipolyt. *conſil.*86. *n.*13. *& conſil.* 121. *num.*14. *& conſil.*55. *num.* & Peguera *deciſione crim.*9. Tib. Decian. 1. *tom tractat. crim. lib.*4. *c.*12. *de forenſib. & vagabund num.*1. & Ignat. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz *in practic. crim. Canonica c.*9. in nobis *littera D. ad fin.* & plures referens Didacus Perez *in l.1. titul.* 14. *lib.*8. *ordinamenti, pag.*271. *colum* 1. vbi quoduis vagabondis, & ocioſis, qui mendicantes validi dicuntur, non eſt facienda eleemoſyna, Nauarr. *in cap. placuit. num* 59. *de pœnitent. practicar.* de Paz *in* 8. *part.*1. *tom. c. vnic. n.*11. & hoc eſt receptius, vt affirmat alios allegans Caſtill. de Bobadili. *in ſua Politic. de Corregidores, lib.*2. *cap.*13. *num.*43. *Adonde añade que el vagamundo no tiene hazienda, ni oficio, ni ſirue amo, ni trabaja, y anda ocioſo, ſoſpechoſo, y ocaſionado para hurtar ò cometer otros delitos, y en el n.*44. *dize, que no ſe dirà vagamundo el noble, ò el hidalgo pobre, ò el hombre rico, que por algun caſo vino a pobreça que anduuiere pidiendo, aunque eſtè amo, ſi no ha ſido acoſtumbrado à trabajar: como allí lo funda con otros auctores, y razones, y mas dize, que antes que el Corregidor caſtigue a los vagamundos con las penas corporales: los aperciba la primera vez que trabajen, ò tomen amos, ò oficios: como lo diſpone la ley y lo oceſeje Simancas, y otros, y a mi me contenta eſta opinion.* ¶ Et procedens com- 2
munis doctrina procedit, etiamſi vagabundus habeat certum domicilium originis, quod eo non attento dummodo non habeat certum domicilium habitationis poteſt vbique conueniri, & puniri, & ita communiter tenetur, vt dicit Imol. *in cap. dilectus, numer.* 10. *de reſcript.* & *in dict. cap. fin. num.* 15. *de eo, qui mittitur in poſſ. cauſ. rei ſer.* teſte Claro, *vbi ſuprà*, plures referens. ¶ Et quod Vagabundus poſſit vbique lo- 3
corum de delicto per eum commiſſo puniri, maximè quando de eo eſt iudicialiter condemnatus tenet gloſſ. fin. Bart. & omnes *in dict. l.1. C. vbi de crim. agi. opor.* & illam gloſſ. DD. frequentiſſimo conſenſu ſequuntur, vt affirmat D. Couar. *in practic. quæſt. cap.*11. *numer.*7. & Peguera *vbi ſuprà, num.*10. *& ſequenti* plures allegans Didac. Perez *in l.2. pag.*274. *verſicul. quæro, tit.*14. *lib.*8. & illam gloſſ. allegat. Gandim. *in tract. malef. in Rub. vbi punitur delinquens, circa princip.* & Bernard. Diaz. de Lugo *in pract. crim. canon. cap.*9. *in nouis in fin.* vbi ea ampliat in Clerico vagabundo, vt puniri poſſit vbicumque fuerit repertus, & ibi eius additio *littera D. in princip.* alios allegat, &

& Maluaſin. *conſil.* 91. *num.* 4. ſed & eandem gloſ. allegauit & ſequutus eſt, ſpecul. *vbi ſuprà d.* §. 1.
4 *verſic.* ſed quod ſi debitor *vagatur.* ¶ Et ideo dicit Bart. *in d. l. hæreſes abſens* §. *proinde ante fin. ff. de iud.* quod per gloſſ. ibi multi Ribaldi ſuſpenduntur in Ciuitatibus, & in Caſtris, cum alicubi forum non habeant, & vtrumque ſequitur Hippol. *d. conſil.* 86. *num.* 14. & *dict. conſil.* 121. *num.* 14. eſt communis concluſio ſecund. Tiber.
5 Dec. *vbi ſuprà, num.* 5. ¶ vbi *num.* 6. alios allegans, quod non audiretur, &c. & probatur in auth. *vt nulli iud.* §. *ſi quis verſic. collect.* 9. *& in l.* 31. *tit.* 2. *part.* 3.

6 Relinquitur ergo ex præcedentibus male exiſtimare dicentes quod ad hoc, vt quis dicatur vagabundus requiritur, quod non habeat, neque etiam domicilium originis, vt voluit gloſſ. *in l.* & quod qui §. *celſus in verb. domicilio, in princip. ff. ad municip.* quam reprobant plures *num* 8. ſecund. Tib. Dec. *vbi ſupra, num.* 1. & communiter reprobatur ea opinio ſecund. Marian. Soci. & Iulium Clarum *vbi ſuprà*, ea enim retenta, ſequeretur, neceſſe eſſe, ciuitatem, in qua ille natus eſſet, funditus eſſe euerſam, & deſtructam, quod eſſet ridiculum, vixque inueniretur aliquis, qui vagabundus dici poſſet, provt male dicebat Bald.
7 *in dict.* 61. *n.* 5. *C. vbi de crimin. agi opor.* ¶ De iure noſtro Regio, *viſto el gran daño que à eſtos Reynos viene por ſer en ellos conſentidos, y gobernados muchos Vagamundos, y holgaçanes, que podian trabajar, y viuir de ſu afan, y no lo hazen, y dan mal exemplo à otros:* caueatur, *que los que aſſi anduuieren vagamundos, y holgaçnes, y no quieſieren trabajar por ſus manos, ni viuir con ſeñor (excepto ſi fueren viejos, o enfermos) ſepueda en cada vno deſtos Reynos ſeruir de ellos vn mas ſin ſoldada, ſaluo que los dè de comer, y de beber*, vt in l. 1. huius tit. & ſic hac l. videtur generalius definiri, quis ſit
8 Vagabundus, quam iure conſtitutum ſit. ¶ Declaratur etiam l. 11. huius tit. qui ſint vagabundi quatenus ad pœnam per Regiam pragmaticam vagabundis impoſitam. *Los Egypcianos, y caldereros eſtrangeros, que por leyes y premacicas de eſtos Reynos eſtan mandados he char del, y los pobres mendigantes ſanos, que contra la orden, y forma dada en la nueua prematica que cerca de ello ſe ha hecho*
9 *piden, y andan vagamundos.* ¶ Denique, *los dichos vagamundos*, por la dicha l. 11. *ſiendo verdaderamente tales noſe eſcuſan contener algunas tendezue as, caſas de comer, y andando por las cales vendien-*
10 *do frutas, y otras coſas.* ¶ Nihilominus tamen debent eſſe verè vagabundi, vt eadem l. declarat, & ſunt tales qui vt prædiximus certam non habent ſedem, domicilium aut habitationem, ſed per mundum vagantur modo in hanc modo in illam ciuitatem, itaque l. noſtræ Regiæ dum loquuntur de vagabundis, intelligendæ ſunt iuxta ius commune prædictum, quia illi ſunt verè vagabundi. ¶ Nec non, *los gitanos, y caldereros eſtrangeros que por leyes, y prematicas do eſtos Rey-*
11 *nos eſtvn declarados por tales.* ¶ Caueant igitur hi, vt ſibi prouideant de certo domicilio in his regnis in aliqua ciuitate vel villa eorum per
12 Concilium, hoc eſt, *que den vez indad en el Conſiſtorio de alguna Ciudad, villa, ò lugar deſtos Reynos vel concejo juſticia, y regimiento della los reciba, y tenga por tales vezinos, por que deſta manera no lo hazienno con cautela, y fraude, ſeràn auidos, y tenidos por vezinos y domiciliarios, y ſe eſcuſaran del nombre de va-*
13 *gamundos, y de ſu pena.* ¶ Pro iuſtificatione harum legum *Vagamundo*, vide dicta per Peguer. *dict. deciſ. crimin.* 5. *à principio vſque ad numer.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Banniti (hoc eſt)* los deſterrados deſtos Reynos por delictos, *an dicantur proprie banniti.*

*De bannitis, an dicantur vagabundi*

## QVÆSTIO CXLIII.

QVÆRO ſecundo, circa eandem l. an banniti de omnibus terris, & locis ſui Principis (*como ſon los deſterrados deſtos Reynos por delictos*) poſſint dici vagabundi? & videtur quidem prima fronte eos dici tales. ¶ Quoniam habitare non poſſunt in domo propria, nec in ſuo domicilio, & ſunt homines facinoroſi, odioſi, & habentur quaſi fugitiui. *l. quanto* §. *fi. ibi, vagis & fugitiui. ff. de public.* facit text. *in l. quis ſit fugitiuus*, §. *errorem. ff. de ædilit. edicto, & in l. nemo, in fin. C. de re milit. lib.* 12. *cap. monachi vagantes*, 16. *quæſt.* 1. & Eſaiæ 57. *Abiit vagus in via cordis ſui*; inſtabilitatis enim, & inordinati animi eſt, frequens hoſpitij mutatio *cap.* quæ maior, vbi gloſſ. *in verbo, hoſpitium* 24. *quæſt.* 1. & probatur aperte Eccleſiaſt. cap. 29. dum inquit, *Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum, quam epula ſplendida in peregre ſine domicilio: minimum pro magno placeat tibi: improprium peregrinationis non audies. Vita nequam hoſpitandi de domo in domum:* ¶ Et vagabundus per- 2
dit omne priuilegium, *l. ſi quis domeſticorum, C. de d. meſt. & protect. lib.* 12.

Nihilominus in quæſtione præmiſſa tenen- 3
dum eſt contrarium, imò quod banniti non dicantur vagabundi, cum enim à prætore ſint relegati, nimirum ſi vagi, & fugitiui non ſint, cum poſſint habere domicilium in aliis ciuitatibus vel oppidis, & ideò excuſantur à vagantia, cum ex cauſa vagentur, ſecus in illis, qui cum non ſint banniti ſponte ſunt vagabundi, nullibi certum domicilium habentes, in quibus militant rationes contrariæ, non vero in his bannitis, ita in terminis, tenet Albert. *in* 4. *part. ſtatut. quæſt.* 80. vbi ait quod ita tenent communiter DD. quem refert, & ſequitur Cephol. *conſil. crimin.* 58. *numer.* 24. 25. Iul. Clar. *lib.* 5. *recept. ſentent.* §. *fin. quæſt.* 39. *verſ. fin. interrogatus*, Tiber. Decian. 1. *tom. tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 13. *de Forenſ. & vaga-*
*bun. num.* 3. & ¶ Quod ita verum eſſe intelligit 4
Clarus, *vbi ſuprà*, vt procedat quando bannitus habet in aliquo loco certam habitationem, ſeu domicilium aliàs enim ſi ſine certa habitatione per mundum vagaretur, vtique habendus eſſet pro vagabundo, provt alij ita vagantes, ne propter bannitum efficiantur in hoc melioris conditionis, quam cœteri non banniti, quod in bannito perpetuo vel ad longum tempus rectè procedere exiſtimo, in bannito vero ad modicum tempus non omnino certum, aut tutum, cum habeat ſpem proximam, & animum redeundi ad proprium domicilium, à quo fuit bannitus.

SVMMA



SVMMARIVM.

1 *Vagabundus an ad locum commiſſi delicti remitti debeat.*

*De vagabundo remittendo, vel non ad locum delicti.*

## QVÆSTIO CXLIV.

1 QVÆRO tertio, *ſuprà*, reſoluimus cum communi opinione vagabundum vbique poſſe conueniri & puniri: an huiuſmodi vagabundus ad requiſitionem iudicis loci, in quo fuit commiſſum delictum debeat ad eum remitti, nec ne? Et videtur remiſſionem huiuſmodi non eſſe in obligation. 1. ex ſupradicta communi reſolutione, quod ſi vagabundus poteſt vbique conueniri, & puniri ſequitur quia iudex, vbi eſt repertus vagabundus, poſſit eum punire pro delicto alibi commiſſo, etiam ſi à iudice loci delicti petatur remiſſio.

Secundo, ex *l. C. vbi de crimin. agi oport.* dum loquitur alternatiue, ſcilicet, quod vel in loco delicti, vel vbi reperitur executio per quem text. hanc opinionem in terminis probat, & tenet Andr. Siculus *in cap. poſtulaſti num.* 69. *de Foro, comp.* eandem ſententiam tenuerunt Caldu. & Anania, *in cap. de* 1. *de Rap.* & Guid. Pap. *q.* 102. haneque ſententiam eſſe communem profitentur plures allegantes. Didac. Perez, *in l.* 2. *verſ. quæro vlterius, pagin.* 274. *titul.* 14. *lib.* 8. *ordin.* & Ignat. Salzedo, ad Bernard. *in pract. crimin. canon. cap.* 9. *littera* D. & Peguera, *deciſ. crimin.* 3. *num.* 10. ſed falluntur, quia DD. ab eis ad hoc allegati tantum probant communem reſolutionem, de qua fecimus primum fundamentum huius opinionis, nempe quod vagabundus poſſit vbique fuerit inuentus, puniri, non tamen loquuntur de remiſſione.

2 Quare ſi à iudice loci, vbi commiſſum fuit delictum, petita fuerit opportunè remiſſio vagabundi, remittendus omnino erit delinquens proculdubio, vt in eo loco publicè puniatur exploſa contraria ſententia, quæ falſa omnino eſt.
3 ¶ Quoniam ſi iudex domicilij, qui eſt ordinarius, & certus iudex delinquentis tenetur remittere ſuum ſubditum ad iudicem loci delicti, vt tenent Petrus, & Cyn. & communiter omnes *in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi poteſt.* Bald. poſt Guilerm. *in præſes la* 2. *ff. de officio Præſ. argumento l. ſi cui* §. *cum ſacrilegia, ff. de accuſat.* Anton. de Butrio, *n.* 10. Aretin. *colum.* 4. Felin. *num.* 9. *in cap. vlt. de foro comp.* D. Couar. *in pract. qq. cap.* 11. *num.* 6. Gregor. Lopez *in l.* 1. *in gloſſ. deuelo fazer*, ibi, *& nota, quod etiam iudex titul.* 29. *p.* 7. eſt communis opinio, vt alios allegans teſtatur, Tiber. Decian. 1. *tom. tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 19. *de remiſſionibus reorum num.* 7. multo magis iudex extraordinarius remittere tenebitur vagabundum ad iudicem loci delicti, cum talis remiſſio ſine alicuius iudicis iniuria fiat: non enim poteſt ſufficiens ratio conſtitui, quæ vagabundum ab aliis in hac ſpecie diſtinguat; quinimo rationes, quæ remiſſionem in aliis iuſtam efficiunt, iuſtiores in vagabundo, æquioreſque ſunt vt probauimus & in terminis hanc opinionem tenent Innocent. & Card. *in cap.* 1. *de raptor.* Anton. & Abb. *num.* 21. *in cap. vlt. de foro comp.* Marian. Socin. *in cap. poſtulaſti num.* 15. *eodem tit. in verſic. ſed circa prædicta quæro*, Didac. Couar. *in pract. quæſtionibus cap.* 11. *num.* 7. exiſtimans priorem ſententiam contrariam falſam eſſe, & inquit Fulgoſ. *conſil.* 149. *ſuper inquiſitione in* 1. *dub.* quod vagabundus non poteſt puniri per iudicem in cuius territorio delictum non commiſit, ſed tantum per iudicem loci delicti, vt ibi per eum (intellige, ipſo iudice loci petente remiſſionem, alias enim loqueretur contra *l.* 1. *iuncta gloſſ.* & communiter ſcribentes, *C. vbi de crimin. agi opor.*) & ita inquit ex conſuetudine & communi practica obſeruari, provt eum refert Tiber. Decian. *d. cap.* 5. *numer.* 8. qui *num.* 7. *præced.* hanc noſtram ſententiam in terminis quæſtio propoſitæ, ſequitur & communem appellat, eandem ſequitur poſtea *d. cap.* 19. *num.* 17. & Bonif. *de vital. in tractatu malef. in rub. de inquiſit. numer.* 56. Montal. *in d. l.* 32. *titul.* 11. *p.* 3. & Auiles *in cap.* 27. *prat. in gloſſ. entreguen. num.* 5. Didac. Perez *in l.* 2. *verſic. quæritur præterea titul.* 17. *lib.* 8. *ordin. pagin.* 338. *colum.* 2. & Ignat. Salz. ad Bernard. Diaz. *in pract. crimin. canonica c.* 9. *in notis litt.* D. nouiſſimè Caſtill. *in ſua politic. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 54. vbi limitat aliquibus modis apud eum videndis: quæ ſententia hodie in noſtro Regno magis com probatur 1. *ex d. l.* 1. *titul.* 29. *p.* 7. com dicit, *acuſado ſiendo algun home de yerro que huuieſſe fecho en algunas maneras que diximos en las titulos de eſta ſetena partida, &c.* in illis enim mentio fit de criminibus, quæ à vagabundis perpetrantur 2. *ex l.* 15. *titul.* 1. *p.* 7. ibi *per yerro que todo home faga*, & ſic generaliter loquitur tam de vagabundis, quàm de aliis hominibus, vt ponderat Ignat. *vbi ſupra*, quia prædictas ll. Regias pro hac communi adducit.

Non obeſt primum fundamentum contrariæ 4
partis, quia procedit, quoties non petitur remiſſio, nec ea iure facienda eſt: non vero ſic erit idem firmandum, ſi remiſſio petita fuerit per iudicem loci delicti, quod videtur probare, d. l. regia 15. quam ad hoc refert Auendan. *reſponſ.* 40. *num* 9. vbi limitat prædictam eandem ſententiam quæ habet vagabundum debere remitti ad iudicem loci delicti, niſi accuſator velit proſequi cauſam contra vagabundum coram illo iudice, vbi repertus eſt, &c. ſequitur Ioan. Oroſ. *in l. præſes prouinciæ n.* 10. *ff. de officio præſ.* & Ignat. *vbi ſupra*,
& tenet prius Couar. *vbi ſuprà*, ¶ Qui 2. modo 5
reſpondet prædictę obiectioni, vt procedat quantum ad locum, vbi vagabundus crimen commiſerit, nam vbi inuentus fuerit delinquens, ideſt, vbi quis vagabundus deliquerit, ibi erit puniendus. Ex qua reſponſione limitatur, & declaratur præcedens communis doctrina, vt procedat reſpectu delicti commiſſi alibi, non verò in loco, vbi inuentus fuit.

Ad ſecundũ eodem modo reſpondetur, & prætereà quod cũ *d. l.* 1. *C. vbi crim. agi opor.* loquatur alternatiue, nempè in loco delicti, vel vbi repeꝛiuntur, &c. punientur in loco delicti ſi petatur remiſſio, & ſic verificabitur alternatiua, de qua in illa l. vt in loco vbi reperitur, puniatur, ſi non petatur remitti, ita Tib. Decian. *d. c.* 13. *n.* 7.

Nunc vero communis ſupradicta concluſio 6
de remiſſione vagabundi ad iudicem loci delicti ſic deffenſata, declaratur prætereà, & 3. vt procedat dummodo in cæteris concurrant qualitates habiles ad remittendum, nempè quod ſit delictum atrox, & non ſit præuentus iudex delicti,

ſecus in leuioribus, vt conſtat ex Anton. de Butrio, *in dict. cap. fin. de foro comp.* & Ancar. *in cap. poſtulaſti in 4. oppoſitione ſub num. 23. eodem tit.* & in terminis cum eis probat Decian. *vbi ſuprà. d. c. 13. n. 7. & c. 19. ſub num. 17.*

7 Quarto declaratur, vt procedat quoties de criminali ageretur criminaliter: ſecus, ſi ageretur ciuiliter, etiam ſi eſſemus in atrocioribus, tunc enim iudex loci delicti, non poterit petere prædictam remiſſionem vt voluit Calder. *in dict. cap. 1. de rapt.* & Abb. *in cap. licèt 8. column. de foro comp.* quos refert & ſequitur Th. Gramm. *conſil. 27. num. 9.* vbi *num. 11.* loquitur etiam in vagabundo, & Tib. Decian. *dict. cap. 13. ſub numer. 8. in verſ. limitarem* tamen, regulare enim eſt, quod in leuioribus delictis, vel his, pro quibus ciuiliter agitur, non eſt petenda, nec concedenda remiſſio ſi petatur, ſecund. Calde. *in cap. 1. de rapter.* probat latè plures referens idem Tib. Decian. *d. cap. 19. num. 5.*

## SVMMARIVM.

1 *Vagabundus, vbi & quomodo ſit citandus? & num. ſeqq.*
2 *Vagabundus poteſt per edictum citari.*
3 *Vagabundus eſt citandus domi, vbi ſolitus erat habitare.*
4 *Scholaris vagabundus debet citari ad domum, quam reliquit.*
5 *Clericus beneficiatus, qui tenetur ad perſonalem reſidentiam ſuæ Eccleſiæ, vt curatus & canonicus, ſi ab ea ſit diu abſens, & vagabundus, ita vt ignoretur vbi ſit poteſt per edictum citari affigendum in ſua Eccleſia, & in matricem, nec non, & ad domum, vel ad locum, in quo frequenter conuerſari conſueuit, vt veniat ad reſidendum, & ſeruiendum ſuæ Eccleſiæ ſub pœna priuationis beneficij, &c. & num. ſeqq.*
6 C. ex tuæ in principio de cleric. non reſid. *intellectus & numer. ſequentibus declaratur num. 11. cum ſequentibus & per totam quæſtionem.*
10 *Præſens vbi, quis tenetur eſſe in certo loco, ſi ibi non reperiatur, & præſumitur abeſſe in fraudem.*
15 *Citatio ſolemnis, nec ſolemnis priuatio ad procedendum contra clericum, ratione non reſidentiæ, non eſt neceſſaria ſed ſufficit requiſitio, ſeu reuocatio de facto.*
16 *Priuatio beneficij curati ex non reſidentia inducitur ipſo iure attente iure communi.*
17 *Concil. Trid. cap. 1. inde certo de reformatione Seſſ. 23. intellectus.*
18 *Clericus abſens ab Eccleſia, in qua reſidere tenetur, ſi citatus in forma iuris, & priuatus beneficio, comparuerit poſtea & allegat cauſas ſuæ abſentiæ, & velit ſuæ Eccleſiæ inſeruire, atque reſidere vt prius, audiendus eſt de nouo, & abſoluendus à cenſuris, refuſis expenſis, & ſolutis oneribus Eccleſiæ, ſeu beneficij, &c. vt hic & pluribus numeris ſequentibus vbi latè probatur, quod ſit redintegrandus in ſuo beneficio & prabenda.*

*De vagabundo vbi, & quomodo citandus ſit?*

## QVÆSTIO CXLIV.

QVÆRO quarto vbi debeat citari vaga- 1
bundus? Et in hoc breuiter obſeruandum erit, quod tunc, ſi eſt quæſtio ſuper re immobili debet fieri citatio ad ipſum locum legendo ibi citationem, vel ibi affigendo, ſi vero eſt contentio de pecunia, vel alio debito, debet fieri citatio in illo loco, vel hoſpitio, vbi plus conuerſari cõſueuerit vt *in l. 2.* & ibi notatur, *C. vbi de crimin. agi oport.* gloſſ. *in l. 4. §. toties, verbo, libellum ff. de damn. infect.* ibi ſcribet enim qualiter petit ſibi caueri, & leget hoc coram æde, vel etiam figet ibi, vt alij videntes ſe defenſioni offerant, quam doctrinam ſequitur Bartol. & ibi communiter DD. *in l. 4. §. Prætor ait, ff. de dam. infect. num. 10.* & quod quando citatio fit ſuper re mobili ſufficiat, quod fiat per edictum tenet Cin. *in l. ſi accuſatoribus, C. de accuſat.* Bald. *in l. ſi quando quæſt. 15. C. de teſt bus* & in auth. *ſed & ſi quis C. eodem*, vbi etiam Salicet. & Bald. *in l. ſi inter. ff. de minor.* Socin. *conſil. 56. colum. fin volum. 4.* refert & ſequitur Maranta *de ord. iudicio. 6. p. C. de denunciatione num. 130.* & generaliter, quod vagabundus citandus ſit, vel per edictum, vel ad locum vbi frequentius conuerſari ſolet, vltra Bart. & omnes *vbi ſuprà*, tradit etiam alios allegans, Decian. 1, *tom tract. crimin. lib. 4. cap. 13.*
*num. 9.* ¶ Et quod vagabundus poſſit per edi- 2
ctum citari probat ex gloſſ. *d. verbo, libellum* idem Decian. alios allegans, *conſil. 18. num. 85. & numer. 1.* & quod vagabundus ſit citandus domi, vbi 3
ſolitus erat habitare, tradit plures allegans Didac. Perez *in l. 1. pag 273. colum. 1. in verſic. ſed*
*in materia vagandorum, tit. 14. lib. 8. ordin.* ¶ Inde 4
deducens quod ſcholaris vagabundus debet citari ad domum quam reliquit, & citat Nicol. Boer. *in repet. lib. conſentaneum numer. 103. verſicul. item ſufficit, ſi eſt vagabundus, Cod. quomodo, & quando iud.* & Marian. *de citatione artic. 17. n. 17.* & Petrum Follet. *in pract. crim. pag. 46. num. 15.* & inquit practic. Millei *fol. 34. numer. 13. & ſequenti*, quod ſufficit citari illum, qui nullum habet domicilium, ſi eſt vagabundus per libellum lectum, & affixum in ædibus, vel voce præconis in publico, vt refert Iul. Clar. *in pract. crimin. §. fi. quæſt. 31. verſic. ſed quod ſi reus:* citari igitur debet vagabundus, vt ex præcedentibus patet, vel per edictum, vel in loco, æde, aut hoſpitio, vbi frequentius conuerſari, vel habitare conſueuit.

Ex præcedentibus deducitur clare, quod cle- 5
ribus beneficiatus, qui tenetur ad perſonalem reſidentiam ſuæ Eccleſiæ, vt curatus Canonicus, & ſimilis, ſi ab ea diu ſit abſens & vagabundus, ita vt ignoretur vbi ſit (nam ſi ſciatur perſonaliter erit citandus) poterit per edictum citari affigendum in ſua Eccleſia, & in matrice nec non, & ad domum, vel locum, in quo frequentius conuerſari conſueuit, vt veniat ad reſidendum, & ſeruiendum ſuæ Eccleſiæ, ſub pœna priuationis beneficij, quo ſpoliari debet, & poteſt, ſi non veniat; ſeruatis tamen infra ſtatim dicẽdis: quoniam cum ſit vagabundus, & notorie abſit ab Eccleſia pœnaque priuationis, ſeu potius ſpoliationis, & vt alìas qui præeſſe, & ſeruire poſſit



poſſit inſtituatur, ſit à iure inducta contra monitos non reſidentes, *vt in toto tit. de cler. non reſid.* & præcipuè *in c. ex parte 8. eod. tit.* conſequens eſt, vt ſufficiat eum citari prædictum, & ad locum vbi frequentius conuerſari conſueuit, iuxta præcedentem reſolutionem.

6 Secundo & peremptorie in propriis terminis, eſt textus expreſſus, & litteralis de hoc *in c. ex tua in princ. de cler. non reſid.* vbi inquit tex. in Eccleſiis eorum, qui ſe fraudulenter abſentant, nec ad ipſos valet citatio peruenire trinæ citationis edictum facias publicari, & ſi nec ſic curauerint obedire, & vltra ſex menſes ſuas deſeruerint Eccleſias, iuxta ſanctiones Canonicas, eis debent merito ſpoliari, conſonat *l. 17. verſic. pero ſi. tit. 16. p. 1.* & docet alios plures in idem citans Nicol. Garcia *de beneſ. 3. p. c. 2. num. 154. & 155.*
7 *fol. 198.* ¶ Hinc declaranda venit doctrina Ant. Corſe *ſingul. vagabundus*: dicentis quod ſi beneficiatus eſt vagabundus, & tandiu abeſt, vt dubitatur an viuat, an mortuus ſit, beneficium eius poterit alteri conferri ex *gloſſ. ſingulari, & alibi non reperta in cap. non oportet el 2. de conſecratione diſt. 5.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de reprobat. beneficij.* Valent. *in præfatione gloſſ. 7. num. 21.* ſed gl. illa, hoc non dicit, ſed reſignantem habere liberam adminiſtrationem, & hoc eſt intelligendum, ſeruata prius forma, & practica *d. c. ex tue*, quam ibi notant omnes & Ioan. Selua *de benefic. q. 3. 4. partis num. 4. in fine volumin. 15. tract. diuerſ. doct.* in antiquis cum Abbate & Oldrad. contra Hoſtienſ. quos ibi refert.

8 Sed circa intellectum *d. c. ex tua*, duo ſunt obiter obſeruanda 1. multum differre inter Doctores ibidem, an tres citationes diſtinctæ, & ſeparatæ requirantur ſpecialiter in caſu illius text. vt eius littera innuere videtur, præcipuè cum agatur de pœna priuationis, num vero ſufficiat vna pro tribus peremptoria, cum ſuis terminis diſtinctis ſingulis, trina canonica monitione præmiſſa, prout alias eſt regulare, in reliquis negotiis, ex text. *in c. conſtitutionem, de ſententia excommunicat. lib. 6. iuncto c. ſacro eodem tit.* & tandem hæc vltima pars obtinuit inter frequentiores, vt conſtat ex eodem, & eſt communis concluſio ſecund. Matthæum de Afflict. *deciſ. Neapol. 289. incipient. Sereniſſimus, num. 6. ad fin.* idemque innuit text. *in d. c. ex tua*, rectè inſpectus in illis verbis, trinæ citationis edictum facias publicari, hoc eſt vnum edictum continens trinam citationem.

9 Tertio obſeruandum erit, dum text. ibi inqnit, *qui ſe fraudulenter abſentant*, &c. intelligendus verius eſt, vt procedat, non ſolum quando abſens fuit in vera fraude de qua conſtat, ſed etiam in ficta fraude, ſeu præſumpta. Vnde eo ipſo, quod clericus eſt abſens à ſuo beneficio in ſine iuſta cauſa, & ſic contra ius præſumitur eſſe in fraude, item abſentando ſe eſt in magna culpa, quæ dolo æquiparatur *l. quod Nerua. ff. de poſit. &*
10 *in l. magna negligentia ff. de verb. ſignific.* ¶ Et vbicumque, quis tenetur adeſſe in certo loco, & ibi non reperitur, præſumitur abeſſe in fraudem, vt in clerico, quo ad Eccleſiam ſuam, & in marito, quoad vxorem, ſecundum Innoc. *in c. ſi de eo, qui*
11 *mitt. in poſt. cauſa rei ſeru.* præterquam ſi à principio ponatur cauſa legitima propter quam oportuit abeſſe, vt ex Abb. refert eiuſdem addi-
12 tio *in d. c. ex tua, num. 7. littera D.* ¶ Vnde, ſi cauſa abſentiæ non ſit neceſſaria, ſed voluntaria, tunc ſi clericus abſens habuit licentiam à principio à ſuo Superiore ad tempus certum & illud eſt finitum, omnino requiritur citatio, vt poſſit puniri, ſecundum Innoc & Hoſtienſ. *in d. c. ex tua*, & Abb. *ſicat in c. quoniam §. porro, col. 5. vt lite non conteſt.* licèt alia opinio ſe habeat, quod ſine citatione expectetur per ſex menſes, ſi tamen poſteà probabit ſe legitimè impeditum redintegrabitur ad omnia, ita Math. de Afflictis *d. deciſ. Pedem.*
*289. num 18.* ¶ Et in terminis, ita noſtrum text. 13
intellexit ibidem Innoc. *in d. c. ex tua*, & Oldrad. *conſ. 195. num. 6.* licet Hoſtienſ. ibidem aliter intellexerit, nempè de fraude in occultando ſe, ne citaretur, quod placet Ant. *ibidem ſub n. 7. in verſic. hæc reſponſio.* Nihilominus intellectus præcedens Innoc. verior eſt & magis amicus litteræ: nam ſi fraudulenter occultaret ſe, ne citaretur, oporteret, cum iterum citari, maximè trina citatione, nec expectare eum per ſex menſes, quoniam text. *in cap. quoniam §. porro, vt lite non conteſt.* æquiparat citatum, qui noluit venire, & eum, qui ſe occultat, vel impedit, ne citatio ad eum perueniat: vnde gloſſ. *magiſtra in d. §. porro in verbo, ſi vero*, quam omnes ſequuntur ſecundum Abb. *in d. c. ex tua, ſub num. 12.* dat regulam in contrarium, ſcilicet, quod vbicumque neſcitur, vbi ſit abſens, vel ex qua cauſa ſe abſentauerit debet procedi, vt dicitur *in d. cap. ex tua*, & in terminis intellectum priorem Innoc. contra Hoſt. & Anton. merito ex hoc probauit ibi Abb. *num. 11.* & adde litteram *d. c. ex tua*, fauere huic intellectui, non enim dicit, ne citatio ad ipſos valeat peruenire: tunc enim, ſi hoc diceret probaret intellectum Hoſtienſ. ſed poſt duos punctos: citatio ad ipſos valeat peruenire: diſtincta enim oratio illa pæcedens eſt de his, qui ſe fraudulenter abſentant ab hac, quæ ſtatim ſequitur illis verbis: ne citatio, &c. ſicque verba hæc vltima, non referuntur ad fraudem abſentiæ in hoc tendentem, ne ſcilicet citatio ad eos valeat peruenire, ſed inquit textus plane, quod abſentantes ſe fraudulenter à ſuis Eccleſiis, hoc eſt contra ius, & ſic lata culpa, quæ dolo & fraudi æquiparatur, ſi neſciatur vbi ſint ad hoc, vt valeant citari perſonaliter, tunc per edictum publicandum trinæ citationis ſunt vocandi; quod ſi nec ſic curauerint obedire, & vltra ſex menſes ſuas deſeruerint Eccleſias iuxta canonicas ſanctiones, eis merito debent ſpoliari, & hic eſt verus, & litteralis, atque planus ſenſus illius decretalis.

Nec contra hoc ſecundum fundamentum, 14
tam expreſſum huius partis obſtat ſenſus, & intellectus gloſſæ, ibidem, *verbo, ſpoliari*, dum exponit ſpoliari ideſt ſuſpendi, iuxta canonicas ſanctiones ab adminiſtratione temporalium procedendo poſtea contra eos prout ſequitur in littera, nempè *in § ſequenti*, quæ eſt huiuſmodi.

*Contra eos etiam procedatur, vt ipſos per ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententiam ad tuam obedientiam venire compellas, quod ſi nec ſic eorum malitia poterit emoliri, eos B. tit. ſanctæ Suſannæ presbyter Cardinalis Apoſtol. ſedis legatus à ſpiritualium adminiſtratione remoueat, & quibus præſunt Eccleſiis, de perſonis idoneis faciat prouideri*, gloſſa igitur prædicta vult, quod hic verſiculus, ſiue §. loquendo de eodem facto, aggrauans pœnam data contumacia, in non redeundo, vt excommunicatur, ſeu ſuſpendatur, & demum priuetur hic namque ſenſus & intellectus præfatæ gloſſ. ad verbum ſpoliari violentus eſt & contra propriam verbi ſignificationem & communiter non recipitur, vt affirmat Abb. *ibi ſub n. 7.* omnes

namque communiter DD. in proprio loco per litt. illius tex. cum intelligunt in vera ſpoliatione, & priuatione beneficij, nempè quod clericus vagabundus diu abſens à ſua Eccleſia in qua reſidere tenetur, ſi neſciatur vbi ſit, citatus per edictum trinæ citationis, ſi vltra ſex menſes ſuam poſtea deſeruerit Eccleſiam poſſit, ac debeat ſuo beneficio ſpoliari, atque priuari, vt patet ex ipſis hoc expreſſe tenentibus præcipuè Innocent. *num. 4. & 5.* Hoſtienſ. Anton. de Butrio *num. 8. & 15.* Abb. *num. 7. cum ſequentibus* & cæteris ſcribentibus: necnon, & Oldrad. *vbi ſupra num. 1. & 5.* concludente, minime requiri ad hoc vt Epiſcopus poſſit eo caſu ad priuationem procedere, conſenſum capituli, ſed quod ad Epiſcopum ſolum expectat, & Ioann. de Selua *vbi ſupra num. 5.* Mathæus de Afflictis *vbi ſupra num. 5. cum ſequentibus*, vbi quod talis citatio debet continere tempus ſex menſium ad veniendum, vt ſeruiat Eccleſiæ, quando neſcitur vbi eſt, vt dicitur in d. *cap. ex tua*, quod elapſis ſex menſibus poterit priuari. & *in num.* 8 ponit praxim procedendi contra canonicum abſentem, quoties ſcitur vbi ad hoc, vt ſi non redierit poſſit procedi aduerſus eum ad ſuſpenſionem, vel excommunicationem, & priuationem, idem circa intellectum *d. cap ex tua*, probat Ripa *in cap. 1 num. 9. notab. num. 81 in fin. de iud.* & Rebuff. *in prax benef. in titul. de diſpenſat. de non reſid num* 12.

15 ¶ Ad procedendum igitur contra beneficiarium ratione non reſidentiæ, non eſt neceſſaria ſolemnis citatio, nec ſolemnis priuatio, ſed ſufficit requiſitio, ſeu reuocatio, & ſpoliatio de facto, vt *in cap. ex parte cum ſequenti de cleric. non reſid.* qui eſt optimus ad hoc & *d. cap. ex tua eodem titulo*, quatenus mandat illos ſpoliari, & non priuari, ſonat enim ibi ſpoliatio in factum, & in quandam iuris exequutionem, cum enim non reſidentia ſit notoria, non eſt ordo iudiciarius in notorio ſeruandus, nec debet cauſa ad iudicium deduci, vt inquit text. notabilis *in cap. quoniam de filiis presb.* & ita ſentiunt Doctores *in d. cap tua* & clare Oldrad. *d. conſil.* 195. *numer.* 3. vbi quod nec deber ſupra hoc iudicium fieri, nec teſtes recipi Hoſtienſ. & Abb. *in d. cap. ex parte numer* 4. poſt Calderin. ibi dicentem, aliàs ſic fuiſſe in curia determinatum ſequitur Felin. *in cap. 2. ſub num. 3. in verſic. ſed pro primo argumento & in verſic. pro quo vide.*

16 Vnde reprobato prædicto gloſſæ intellectu alij DD. intelligunt d §. contra eos, vt ponat caſum ſeparatum à primo, de quo *in d. cap. ex tua in princ.* nempè vt loquatur de Prælatis, ſcilicet Epiſcopis, & ita in regiſtro d. §. dum in littera ſupra relata dicatur, à ſpiritualium adminiſtratione dicebatur ab Epiſcopatus adminiſtratione. Vnde iſta decretalis dirigitur Archiepiſcopo Panormitano, & ſic intellecta videtur velle, vt contra ſubditos inferiores poſſit Archiepiſcopus procedere, prout dicitur *in principio vſque ad §. contra eos, & in illo* §. loquens de Epiſcopis ſuffraganeis dat alium modum procedendi, & merito, ita Innoc. & gloſſ. 5. ibi *verbo 4 ſpiritualium*, Ant. de Butrio *n.* 15. & latius *à lib. 6. n. 7. 8. & 9.* vbi quod iſte intellectus, ſic declaratus eſt verus, & communis, & probatur etiam, ex littera *d. §. contra eos*, ibi, & quibus præſunt Eccleſiis, &c quia Prælatus tantum dicitur propriè præeſſe, alios intellectus illius text. refert Abb *d. n. 9.*

Iure igitur communi verius, & communiter receptum eſt, quod ex non reſidentia inducitur priuatio ipſo iure beneficij curati vt probat text. Clarus *in cap. extirpandæ, §. quia vero de præbend.* ibi, alioquin illa ſe ſciat authoritate huius decreti priuatum, alij conferenda, qui velit & poſſit, quod dictum eſt adimplere: quæ clauſula ad duos caſus præcedentes referenda eſt, cuius prior eſt noſtra: quia clauſula in fine poſita refertur ad omnia procedentia *l. talis ſcriptura §. final, ff. de leg. 1 cap. inquiſitionis circa finem de appell. l. 3. § filius ff. de lib. & poſthum. l. 2. C. de lib. prętor. vel ex hered.* quam regulam latè probat aſſignans ei 25. limitationes, Anton. Gabriel. *commun. opinion. lib. 6. in tit. de clauſul. concluſione* 9. & in terminis ita text. illum ad hoc expendit Alphonſ. de Ojeda *de incompatibil benef. 1. p. cap. 18. num. 11.* qui hanc opinionem veriorem probat, nempè, quod non reſidens in beneficio curato ipſo iure amittat beneficium poſt Abbatem *in d. §. quia vero num. 11. cum ſequentibus* & Ioann. de Selua *vbi ſupra 4. p. q.* per totam & Ojeda *vbi ſupra* hanc opinionem defendit ab oppoſitione text. *in cap. 2. de cleric. non reſid. & cap. ex tua, & cap. inter quatuor, & cap. ex parte cum ſimil. de cleric. non reſid.* quæ quidem iura videbantur requirere priuationis ſententiam ex eo quod requirant monitionem, ſeu citationem perſonalem, vel prædicta, ſed eis ibi reſpondet remanens, cum præcedenti concluſione, requiritur tamen monitio præcedens, ad præfatam pœnam incurrendam ſecundum Innocent. *in d. cap. extirpandæ, § quia vero*, quem ſequuntur ibi omnes ſcribentes, eſtque communis ſententia ſecundum Ojeda *vbi ſupra num. 12. cum ſequentibus* qui eam ſequitur dicens ab ea non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo omiſſis aliorum opinionibus, qui contrarium in propoſito tenent, quos refert: ſufficit tamen hoc caſu vnica monitio, tantum quæ eſt neceſſaria, & non requiritur trina, vt ibi latè probat *num. 14.* (addo quidquid contrarium etiam teneat Gregor. Lopez *in d. l. 17. tit. 16. p. verbo tres vegadas*) & *n* 20. latè probat ſententiam declaratoriam amiſſionis beneficij ipſo iure eſſe neceſſariam & *num.* 21. quod ad præd. ſententiam declaratoriam neceſſario citandus eſt clericus, qui priuatus eſt beneficio ipſo iure.

Habemus igitur communem & verum ſenſum, *d. §. contra eos*, ne obſit præd. ſolido fundamento, pro præd. part. adducto, nempè vt loquatur in diuerſo caſu, ſcilicet in Prælatis, nos vero loquimur in aliis clericis inferioribus vagabundis non reſidentibus in ſuis Eccleſiis de quibus agit & loquitur *d. c. ex tua, in princ.* tandem ſufficit, quod ille §. habet diuerſas lecturas, propter quod non ſumatur in ſummario rubro ſuper impoſito, vt in eo dicitur, & ideo ad deciſionem cauſarum adduci commode minime valet. 17 Tertio & pro eadem parte adduco in terminis c. 1. in decreto de reform. Seſſ. 23. Sancti Conc. Trid. ibi quod ſi per edictum citati, etiam non perſonaliter contumaces fuerint, liberum eſſe vult, ordinariis per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vſque ad priuationem, &c. ſine appellatione aut inhibitione, etiam in Romana curia, vel vigore Eugenianæ conſtitutionis ſuſpendi poſſe ecce textum expreſſum ad litteram decidentem, noſtram quæſtionem, etiam non perſonaliter citatis, & ibi vſque ad priuationem &c. ex quo decreto Conc. Trid. conſtat hodie parochum præd. non eſſe hodie ipſo iure priuatum ob non reſidentiam, ſed priuandum vt bene aduertit Garc. *de benef. 3. p. c. 2. n.* 139.

Hæc



Hæc iuſtiſſime ac iuridice procedunt, & fieri poſſunt in fauorem reſidentiæ Eccleſiarum, atque ipſis clericis abſentibus non comparentibus, vel non petentibus ſua beneficia rectè ſuſtinentur, dummodo ſeruemus praxim ſupradictam citationis vnius peremptoriæ in forma cum termino

18 diſtincto pro ſingulis trina canonica monitione præmiſſa. ¶ Si tamen clericus ſit citatus, & ſpoliatus, poſtea compareat allegans cauſas ſuæ abſentiæ, vt velit ſuæ Eccleſiæ inſeruire, atque reſidere, vt prius ante ſuam abſentiam, audiendus de nouo eſt, & abſoluendus à cenſuris erit, refuſis expenſis, & ſolutis oneribus Eccleſiæ, ſiue beneficij, & ſequeſtrium relaxandorum, ipſeque admittendus eſt amoto exinde prouiſo in locum ſuum, qua ſi tantum intelligatur prouiſus, quouſque durauerit prioris beneficiati ſpoliati non reſidentia, & contumacia ipſo tamen veniente, & parato reſidere, & ſeruire ceſſare debet noua prouiſio: quod ſi ordinarius renuerit, eius ſuperior per viam appellationis aditus, eum reſtituet, & tuebitur in ſua prima poſſeſſione, iure ipſo poſtulante, idque præcipiet, atque prouidebit annullatis omnibus actis proceſſus in abſentia, & contumacia prioris beneficiati factis, atque in praxi ita obſeruandum proculdubio cenſeo, ex ſeqq. primo quidem, quia illa acta contra abſentem non reſidentem, non fuerunt, nec ſunt ſolemnia, nec ſpoliatio dici poteſt talis, ſed potius de facto ob non reſidentiam, & inobedientiam abſentis, vt *ſupra* reſoluimus, & ſic tanquam in contumacem facta, ipſo comparente, & expenſas refundente, ſunt reponenda ipſeque reintegrandus argumento textus in *c. reintegranda 3. q. 1.*

19 Secundo, quoniam ratio finalis, & fundamentalis, *d. c. ex tua, in princ. de cler. non reſid.* & omnium ſupradictorum, necnon & decreti Conc. Trid. ſupra citati eſt, vt Eccleſiis inſeruiatur per ſuos beneficiatos, ſuaque debita reſidentia non defraudentur, propter multa mala, quæ ob talem non reſidentiam Eccleſiis ſequuntur, & obueniunt, & pauperibus: deſeritur enim hoſpitalitas, quam omnino Deus nobis iniungit *cap. de monachis, de præb.* & negliguntur pauperes, qui ſunt membra Chriſti, vt patet in Euangelio, quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: deinde Eccleſiæ ruinam patiuntur ex beneficiariorum abſentia, cum nullus ſit, qui eas, ædificet *c. fundamenta, §. digne de electione in 6.*

20 ¶ Cultus præterea minuitur diuinus per mercenarios, qui non ſeruiunt, & quibus nulla eſt cu-

21 ra de ouibus, vt ſacrum docet Euangelium, & tex. *in c. ex parte, de conſtitutio.* ¶ Hæreſes naſcuntur, & pullulant, cum paſtor eſt abſens, vt *in c. Euangelio maledictus homo, qui ſeminat zizaniam, cum dormiret Paſtor vel abſens eſſet*, & in ſumma omnia inſurgunt mala ex abſentia paſtorum, & prælatorum vt docet ipſa experientia, *quam ſit de electione.* Cui malo mederi volens ſacrum Conc. Trid. ſanctiſſime ſtatuit, & decreuit, quæ neceſſaria ſunt pro reformatione non reſidentiæ prælatorum, atque aliorum beneficiariorum inferiorum *in d. Seſſ. 23. cap. 1. de reformat.* per totum, ſicque impletum eſt magnum deſiderium quod ait Rebuff. *vbi ſupra in praxi tit. diſpenſatio de non reſidendo num. 59. in fin.* nempè, dum concupiuit malo non reſidentiæ ſubuentum eſſe: cum igitur mens præcipua Catholicæ Eccleſiæ ſit prouidere, vt prælati, & cæteri beneficiarij Eccleſiarum inferiorum Eccleſiis ſuis inſeruiant, & ob hoc ſtatuerit abſentes citandos per edictum trinæ citationis, etiam non perſonaliter, vt veniant ad reſidendum, & expectetur ad hoc certum tempus, quod ſi adhuc contumaces fuerint compellantur per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliiſque iuris remediis, etiam vſque ab ſpoliationem, & priuationem conſequitur, vt ipſis beneficiariis comparentibus ad reſidendum, etiam poſt omnia prædicta adimpleta & ſubſequuta, aliiſque in eorum locum prouiſis per ſpoliationem, & priuationem præd. ſint admittendi, quandocunque venerint ad ſeruiendum Eccleſiis, & reſidendum in ſuis beneficiis, excluſis nouiter ob id prouiſis, vtpote cum iam ceſſet cauſa ob quam in contumaciam priorum fuerunt poſiti, quia ceſſante cauſa finali ceſſat effectus, vt in iuribus vulgaribus: & quia eius mentis rationabiliter Epiſcopus, qui abſentem beneficio priuabit ob non reſidentiam, & contumaciam, eſſe debet à principio, vt quandocunque venerit proprietarius prior admittatur ad ſuum beneficium, & noua prouiſio tanquam ſubſidiaria ceſſet.

Tertio & principaliter ad hoc tenendum, 22
moueor ex doctrina expreſſa elegantiſſima Innocentij *in d. cap. ex tua ſub numer. 4.* vbi inquit, *ſi vero neſcitur vbi ſit, vel de facili citari non poteſt, quia eſt vltra mare, vel in remota prouincia, fiet, quod dicitur hic* (ſicque in contumacia beneficio ſpoliabitur abſens, vt in text.) *interim autem de fructibus Eccleſiæ faciet Eccleſiæ deſeruire*, vt de appellatio. cap. peruenit 1. *infra eodem cum ad hoc: alij dicunt, quod ſi eſt monitus, vel etiam ſine monitione, & ſuperioris authoritate, ſi certum eſt, quod ab Eccleſia abeſt ſine cauſa, poteſt alij conferre eandem Eccleſiam*, infra de præb. & dignit. extirpandæ: *hic autem certum eſt, quòd licet reuertatur, tamen punietur de eo quod abſens fuit ſiue in diebus feſtiuis, ſiue aliis vltra quam debuit 7. q. 1. ſi quis 50. diſt. contumaces* hactenus Innocentius.

Duo igitur, aut tria, ex hac littera Innocen- 23
tij ſimul cum eius mente deducuntur. Primum, quod etiamſi abſens citatus huiuſmodi, & non comparens in termino ſex menſium de quibus in *d. cap. ex tua in princ.* debeat poſtea Eccleſia ſpoliari, vt ibidem, prouiſus Eccleſiæ ob ipſius non reſidentiam, & contumaciam habeatur pro vicario durante abſentia, vt Eccleſiæ inſeruiat, quandoquidem, inquit Innocentius, quod interim faciet prælatus de fructibus Eccleſiæ eidem deſeruire, ſi ergo interim eſt deſeruiendum Eccleſiæ de fructibus ipſius, adueniente, & reſidente Eccleſiæ priore Rectore, vel beneficiario ceſſat vicarius, hoc eſt prouiſus, vt interim ſer-
uiat. ¶ Secundò, quod reuerſus clericus abſens ſic 24
ſpoliatus puniri debet, eo quod abſens fuerit vltra quam debuit: innuit igitur Innocentius his verbis, quod recuperabit vnum beneficium hic reuerſus, quandoquidem dicit, puniendum eſſe propter ſuam exceſſiuam abſentiam: nam ſi adhuc priuatus remanere beneficio debuiſſet iam ſufficienter eſſet punitus, nec amplius puniri deberet, ſed quia recuperare debet ſuum beneficium, ideo puniri debet, alias arbitrio ſui Prælati, quod vltra quam debuit, abfuerit.

Tertio colligitur ex Innoc. *vbi ſupra*, quod 25
fructus medij temporis erunt optimo iure interim in ſeruientes Eccleſiæ: hoc autem intelligendum eſt hoc modo, vt inſeruiens Eccleſiæ relictus ab abſente, vel eius loco ab ordinario nominatus, vel poſitus, vt vicarius percipiat ex fructibus

fructibus beneficij, quod ſibi conſtitutum fuerit nomine ſalarij, prouiſus autem ab ordinario, vt Rector propter ſpoliationem prædictam integros fructus beneficij, quouſque reuertatur prior Rector, ſeu beneficiarius, & eiuſdem Eccleſ. regimen & ſeruitium in ſe reaſſumat, quia interim ille nouus prouiſus habuit verum, & iuſtum titulum, ac bonam fidem: ac proinde fructus beneficij iuſte lucratur interim. Eandem noſtram obſeruationem, de qua agimus vltra Innoc. *vbi ſupra*, pro-
26 bauit, & tenuit practicus Rebuf. *in praxi in tit. de reprobat. benef. viuent. impetr. gl. 7. ſub d. 21. in fin.* cuius ſupra meminimus: inquit namque Rebuf. ibi, *quod licèt Epiſcop. excuſetur, ſi contulerit beneficium abſentis, qui longa fuit abſentia detentus, vt ignoraret, an viuus eſſet, an mortuus ſi tamen is reuertatur recuperabit ſuum beneficium, etiam abſque alia collatione & ſolemnitate* & licet Innoc. nec Rebuff. loquantur, quoties præceſſit citatio per edictum iuxta formam *d. c. ex tue in princ.* quare forma illius text. ſeruata videbatur, aliud eſſe dicendum, nihilominus tamen, idem in vtraque ſpecie probandum venit, cum ſimiliter eadem ratio, & proceſſus ſit factus in abſentia, & contumacia non reſidentis, & in eum finem, vt abſens veniat reſidere, eo igitur reuerſo, vtcumque ſit, & parato reſidere refuſis expenſis, recuperare debet ſuum beneficium; præterea ille, qui intrat in locum ſpoliati, etiam ſeruata forma *d. ex tue*, interim tamen debet Eccleſiæ deſeruire de fructibus ipſius Eccleſiæ, vt expreſſe decidit Innoc. *vbi ſupra*: ergo quamuis ipſe ab Epiſcopo prouideatur pro Rectore in abſentia, & contumacia prioris, nihilominus tanquam vicarius cenſeri debet, vt interim beneficio deſeruiat, vt prædiximus: reuerſus igitur proprietarius recuperabit ſuum beneficium.

27 Tertio, & in fauorem huius partis (ſalua correctione, & cenſura, SS. Matris Eccleſiæ Catholicæ) expendo verba ſacri Conc. Trid. ſupra relata, dum dicit, quod ſi per edictum citati, (etiam non perſonaliter contumaces fuerint, liberum eſſe vult ordinariis per cenſuras Eccleſiaſticas & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum aliaque iuris remedia vſque ad priuationem compellere: compellantur igitur ad veniendum, & reſidendum in Eccleſiis clerici abſentes per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque iuris remedia vſque ad priuationem, ſicque cenſuræ Eccleſiæ ſequeſtratio, & ſubtractio fructuum, aliaque iuris remedia & priuatio etiam beneficij in finem iniunguntur, vt abſens tædio affectus veniat ad ſeruiendum, & reſidendum in Eccleſia, non vero, vt reuerſus paratus reſidere, & ſeruire excludatur à ſuo beneficio: eſſet enim hoc contra præcipuum ſcopum, & intentum prætenſum à Sancto Concilio, & inducta ad vnum effectum, non debent alium contrarium operari contra mentem diſponentium, vt in iuribus vulgaribus. Denique hoc idem adſtruitur ex eo quod, ſicut cenſuræ Eccleſiaſticæ, ſequeſtratio, & ſubtractio fructuum, aliaque iuris remedia, quibus abſens clericus compellendus eſt ad veniendum, vt ſuæ Eccleſiæ inſeruiat, cum non priuant in effectu ſuo beneficio, ſed reuerſus, iniuncta eidem ſaluari pœnitentia, abſens abſoluendus eſt, vt Eccleſiæ inſeruire poſſit, fructuſque ſibi relaxandi ſolutis expenſis, oneribuſque Eccleſiæ; ita & priuatio beneficij ſi ad ea fuerit proceſſum in eundem finem cenſenda eſt facta, vt eo reuerſo ſuum beneficium reciperet ipſe: omnia enim hæc reguntur, & deciduntur ab illo verbo compellere, & quando vna determinatio reſpicit plura determinabilia, pariformiter debet determinari, *l. iam hoc iure, ff. de vulgari, & pupill. ſubſtitu. l. hereditatem, Cod. de impub. & aliis ſuſtit. cum ſimilibus*: non enim dicit Concilium, quod in meram pœnam abſentiæ, & contumaciæ, poſſint abſentes condemnari nec priuari ſuis beneficiis, ſed quod poſſint compelli per cenſuras, &c. vſque ad priuationem, ad quid igitur ſunt compellendi, niſi vt veniant ad reſidendum; compellantur igitur ad hoc per cenſuras, &c. & priuationem ſi opus fuerit, hoc eſt ſpoliationem, vt *in dict. cap. ex tua in princip.* reuerſi igitur ſunt reintegrandi in ſuis beneficiis, non vero expellendi ab eis omnino, quia iam non diceretur compulſio, ſed excluſio.

SVMMARIVM.

1 *Vagabundus* y ladrones, *qua pœna puniatur, iuxta legem huius Regni.*
6 Gitanos, caldereros, y eſtrangeros de fuera deſtos Reynos, que andan por ellos, que pena tienen?

*De la pena de vagamundos, ladrones, y Gitanos*

## QVÆSTIO CXLVII.

QVÆRO modo qua pœna puniantur 1
vagabundi, iuxta leges huius Regni? Et res eſt clara. *Porque por la pena es, que qualquiera los pueda tomar, y ſeruirſe de ellos vn mes ſin ſoldada, ſaluo, que les den de comer, y de beber, y ſi nadie quiſiere ſeruirſe de ellos la juſticia les haga dar cincuenta açotes, y los echen del pueblo, aſſi lo diſpone la ley primera de eſte titulo 11. y la ley ſegunda, luego ſiguiente manda, que ſe haga pregonar que todo hombre, ò muger, que fuere ſano, ò tal que pueda trabajar, ò que viuan con ſeñores, ò aprendan oficio en que ſe mantengan, y ſi deſpues de pregon no lo cumplieren, que les den cincuenta açotes, y los echen del lugar, y la ley terçera manda ſe pregone en la Corte, que los vagamundos ſalgan de ella dentro de diez dias, y ſi deſpues del pregon eſtuuieren ſin amo los prendan y deſtierren por tiempo de vn año, y por la ſegunda vez, ſean deſterrados perpetuamente de eſtos*
*Reynos.* ¶ *Pero eſto del pregon, aunque las juſticias* 2
*luego como ſon recibidos à los oficios les ſuelen dar publicamente à mayor abundamiento*, vt conſtat ex practica de Paz, in 8. p. 2. to. c. vnic. n. 11. *no es neceſſario oy dia darſe ni hazer à los vagamundos amo-*
*neſtacion alguna.* ¶ *Porque ſin eſto manda la ley on-* 3
*ze de eſte titulo, que es mas nueba, que los vagamundos que verdaderamente lo fueren, pueden y deuen ſer condenados conforme à la prematica del año de cincuenta y dos, que ſe pone en la ley ſexta deſte titulo, y manda, que los vagamundos, que ſegun las leyes de eſtos Reynos, primero alegadas han de ſer caſtigados en pena de açotes, la dicha pena ſea que ſirnan por la primera vez en las galeras quatro años, y ſean traydos à la verguença publicamente, ſiendo el tal vagamundo mayor de veynte años, y por la ſegunda vez le ſean dados cien açotes, y ſirna en las galeras por ocho años, y por la tercera vez le ſean dados cien açotes, y ſirna perpetuamente en las galeras, y los que fueren menores de los dichos veynte años, no ſean hechados à galeras, ſino caſtigados conforme à las dichas leyes deſtos Reynos*, vt in l. 7. infra hoc titulo, *y aunque los ladrones menores de la dicha edad han de ſer echados à galeras, ſiendo de tal diſpoſicion, y qualidad, que puedan ſeruir en ellas y auiendo à lo menos 17. años,*
4 vt cauetur in pragmat. ann. 1566. hodie l. 9. huius tit. in verſ. *loqual, &c. y anſi en quanto à los ladrones, eſtà alterada la dicha ley 7. deſte titulo, que mandaua que los ladrones y vagamundos, y holgazanes menores de 20. años, &c. fueſſen caſtigados conforme à las leyes deſtos Reynos: pero no por eſſo auemos de dezir lo miſmo en los vagamundos, que aunque ſean menores de la dicha edad, y de tal diſpoſicion y qualidad que puedan ſeruir en galeras, aunque ayan 17. años, puedan ſer condenados, y echados à galeras como eſta diſpueſto en los ladrones: porque aunque eſtos dos caſos*, ſcilicet, *de ladrones y vagamundos eſten equiparados como auemos viſto por la ley antigua la dicha ley 9. en quanto la corrige en lo que toca à los ladrones, no por eſſo es viſta dezir lo miſmo en los vagamundos, lo vno porque no lo diſpuſo como pudiera ſi quiſiera, y aſſi fue viſto dexarlo en la diſpoſicion de la dicha l. 9. mas antigua, que en la prematica del año de 52. lo otro, porque la ley nueua agit de imponenda pœna triremium minoribus 20. ann.* quæ eſt grauiſſima pœna, & in pœnalibus extenſio fieri non debet regula, odia de reg. iur. in 6. cum ſimil. *y de mas deſto, porque va mucha diferencia del delicto del hurto, que es mucho mas graue, que el de andar vno vagamundo y holgazan, y aſſi nimirum, que en el ladron ſolo, ſe ponga pena de galeras, aunque ſea menor de 20. años, &c.* quia eſt magna ratio differentiæ, quo caſu lex noua loquens in vno ex duobus caſibus à l. antiqua æquiparatis non extenditur ad alium caſum omiſſum.

5 His tamen non obſtantibus *l. 11. in fi. huius tit.* quæ tenet eſt d. ann. 1566. cauetur, *que en lo que toca à la edad ſe guarde aſſi miſmo con los vagamundos lo diſpueſto y ordenado en los ladrones, y rufianes, que es que ſe echen à galeras, aunque no ſean de edad de 20. años ſiendo de tal diſpoſicion y qualidad que puedan ſeruir en ellas, y auiendo à lo menos 17. años.* vt cauetur *in d. pragmat. de 66. & in d. l. 9. huius tit.* ſupra relata vnione comprobatur ſupra d. noſtra doctrina cum fuerit neceſſarium hoc declarari, prout fuit declaratum, nempe vt comprehendat vagabundos, quos non comprehenderet ſupradictis rationibus, niſi poſtea declaratum fuiſſet, prout fuit; cui vltimo eſt ſtandum, ſicque hodie pœna triremium imponi poteſt, & debet vagabundis iuxta diſpoſit. d. l. 6. licèt ſint minores 20. ann. dummodo, &c. *vt in d. pragm. ann. 66. & in l. 15. in fin.*

6 *Y para incurrir en las dichas penas declaran la dicha pragmatica del año 66. y la ley onze deſte titulo, ſer vagamundos los Egypcianos, y caldereros, y eſtrangeros, que por las leyes y pragmaticas deſtos Reynos eſtan mandados hechar del, y los pobres mendigantes ſanos, que contra el orden, y forma dada en la nueua prematica, que cerca dello ſe ha hecho, piden, y andan vagamundos, guardandoſe en lo demas. En lo que toca à los dichos Gitanos, y caldereros extrangeros y pobres: lo contenido en las ll. y prematicas, que cerca dello eſtan hechas, y que las dichas penas no ſe excuſen los que ſiendo verdaderamente vagamundos, tienen algunas tendezuelas con coſas de comer, y andan por las calles vendiendo frutas, y otras coſas, ante. ſe executen en ellos.*



SVMMARIVM.

1 *Mendicantes validi, qua pœna puniantur, & per totam quæſtionem.*
3 *Mendicitas quædam eſt illicita, & quædam licita, vt hic, & num. 4.*

*De mendicantibus.*

## QVÆSTIO CXLVIII.

QVÆRO circa hanc l. 2. tit. 11. hoc lib. 8. 1
nou. collect. Regiæ qua cauetur, *que los que pueden trabajar por ſus manos ſean apremiados, que trabajen, y no anden à mendigar, y anſi ſe haga pregonar, y ſi deſpues del pregon los hallaren valdios, que los hagan dar cincuenta açotes, y los hechen fuera de los lugares, ſaluo ſi fueren hombres enfermos, y liſiados en ſus cuerpos, ò hombres muy viejos, ò moços menores de edad de doze años*, & latius hoc cauetur, & declaratur in l. 24. tit. 12. lib. 1. nou. collect. Reg.
Quare huiuſmodi mendicantes præd. pœna 2
puniantur, cum conſtet, mendicitatem Deo amabilem eſſe, vt probatur Deuteronomij c. 15. ibi, *& omnino indigens, & mendicus non erit inter vos*, quibus verbis Deus præcipit diuitibus, vt illis neceſſaria ſuppeditent: ac ſi diceret eam libertatem in pauperes oſtendite, vt nulla vrgeantur neceſſitate mendicandi, vt ea verba declarat Didac. Stella *in c. 16.* ſuper Lucam & Claudius Guiliau. ſuper Math. c. 20. ſuper illis verbis *ſedentes ſuper viam*; hoc eſt reſpublica veſtra, ita conſtituatur vt pauperes ſua habeant alimenta, ne cogantur publice mendicare, *& in eodem cap. 15.* Deuteronom. ita dicitur, *non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: ideo ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecum verſatur in terra*, & iterum Eccleſiaſt. c. 7. ibi *& pauperi porrige*, & Pſalm. 111. ibi *diſperſit, & dedit pauperibus*, & Tobiæ 4. & Math. 19. vbi habetur, Ieſum interrogationi adoleſcentis ita reſpondiſſe, *Si vis perfectus eſſe vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo*, & apud eundem Math. 25. patet Ieſum, pauperes membra ſua eſſe dicere ibi, *Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis*, & alibi ſæpiſſime in ſacris litteris, pauperes à Domino comendatos reperitur, & *in c. gloria Epiſc. c. 12. q. 2.* dicitur gloriam Epiſcopi eſſe pauperum inopiæ operibus prouidere, faciunt *l. 6. 7. & 26. tit. 12. lib. 1. nou. collect. Reg.* vbi ordo præfigitur, quomodo pauperes ſunt alendi eleemoſynis fidelium.

Cum igitur hæc ita ſe habeant, quomodo in noſtra l. puniuntur pauperes?

Sed pro reſponſione dicendum eſt, mendici- 3
tatem quandam eſſe licitam, quandam illicitam; licita eſt illa, quando pauperes neceſſitate cogente, vt quia debiles aut omnino inualidi, & ad laborem minus idonei mendicantur vt ab aliis alantur: hi namque tantummodo ſunt alendi, vt *in l. 1. C. de mendic. valid. lib. 11. d. ſi quis ad declinandam §. vbi autem, C. de Epiſcopis & clericis c. quomodo 31. d. & c. 1. 82. d.* exemplum in Lazaro de quo dixit Ieſus, *& erat quidam mendicus nomine Lazarus*, cuius mendicatio licita æſtimanda eſt, poſtquam

poſtquam ab Angelis in ſinum Abrahæ ductus fuit: ſimiliter habemus exemplum in Sanctis veteris Teſtamenti, de quibus Paulus ad Hebræos ait, *erant anguſtiati, & aſſilli, & egentes, ideſt mendici.* Aliam quoque mendicitatem licitam adnotauit S. Thom. 2. 2. *q.* 187. *art.* 5. *in remiſſio.* vbi reſpondet, dicendam illam, ſcilicet, quæ ex parte ipſius actus mendicationis habet ſibi quandam abiectionem coniunctam, illi namque videntur abiectiſſimi inter homines, qui non ſolum ſunt pauperes, ſed in tantum ſunt egentes, quod neceſſe habent ab aliis victum accipere, iuxta quod aliqui cauſa humilitatis, aliqui laudabiliter mendicant, ſicut & alia aſſumunt, quæ ad obiectionem quandam pertinent, quaſi efficaciſſimam medicinam contra ſuperbiam, vt ibi latius proſequitur D. Thom.

Illicita autem mendicitas dicitur illa, quando quis ex cupiditate habendi diuitias, vel victum, otioſè mendicat, & hæc appellatur mendicitas valida, & hinc mendicantes validi, qui noſtra lingua appellantur, *los ocioſos y vagamundos*, de quibus in noſtra lege Reg. hi namque rem illicitam operantes, nihil aliud intendunt, quam otioſe, & ſine labore viuere, cum habeant aliunde, vnde viuant, & ex proprio labore, ſi vellent victum ſibi parare poſſent, & ſic validi mendicantes propriè dicuntur, quaſi non habere artem, cum habeant, ſe fingentes debiles, cum ſint fortes: quia nolunt laborare, ſed mendicando ſine labore viuere, vt *in l.* 1. & ibi gloſſa *verbo, inertibus, C. de mendicantibus validis lib.* 11. & hanc mendicitatem illicitam appellat D. Thom. *vbi ſup.* quam etiam tanquam illicitam leges humanæ reprobant, ſolentque Principes ſeculares in ſuis Regnis, & prouinciis ſub grauiſſimis pœnis vetare, & prohibere vt in noſtra l. Reg. cuius prohibitionis rationem duplicem aſſignat Ludou. Peguer. *in ſua 4. deciſ. crim. n.* 7. vbi alia plura adducit in propoſito, ſed plurimas Hiſtorias *en materia de vagamundos y ſu prohibicion*, congerit nouiſſimè Caſtill. *in ſua politic. de Corregidores lib.* 2. *c.* 13. *n.* 27. *cum pluribus ſequentibus pag. mihi* 677. vbi etiam refert leges partitarum, de eis loquentes nempè *l.* 4. *tit.* 20. *in fi. p.* 2. *& l.* 40. *tit.* 5. *p.* 1. Auend. *c.* 6 *prætor* 2. *p. num* 2.

*De los ruſianes, latine, lenonibus.*

## SVMMARIVM.

1 *Leno, hoc eſt* ruſian, *quis dicatur.*

2 *Lenocinium, non minus eſt facere, quam corpore quæſtum exercere.*

3 *Lenæ dicuntur, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt.*

4 *Lena quoque dicitur, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet.*

5 *Lenocinium facit, qui quæſtuaria mancipia habuerit. Et qui quæſtiariis proſtitutis alterius artis occaſione vtatur, numero* 6.

7 *Lenocinij crimen, & lucrum ex eo proueniens nefandum eſt.*

8 *Lenones dicuntur, & appellantur ab alliciendo, quoad ſtupra, & num.* 9.

10 *Leno*, en latin, tanto quiere dezir, como alcahuete, *vt hic*, y ſon cinco maneras de alcahuetes, *vt in n.* 11. *cum ſeqq.*

12 La pena de las mugeres publicas, que tienen ruſianes.

14 *Lenonum pœna eſt mortis.*

16 La pena del que alcahueta à ſu muger es de adulterio. Y ſi lo conſiente ſin ganancia, es *extra legem, numero* 17. *Diſtinguitur tamen, numero* 18. *Et refertur pœna, quæ practicatur, quamuis varie, numer.* 19.

20 *Leno dicitur domum præbens ad cognoſcendam fœminam carnaliter. Et quid ſi gratis id faciat, num.* 21.

22 *Locantes domus, mulieribus impudicis ad faciendum in eis lupanar perdunt eas, & Fiſco Regio applicantur!*

---

*De Lenonibus.*

## QVÆSTIO CXLIX.

QVÆRO circa leges huius tit. agentes de *los ruſianes*, quis dicatur *ruſian*, latine, Leno? 1 & vt exactius rem habeamus obſeruandum eſt inter capita L. Iuliæ de adulteriis, lenocinij accuſationem eſſe, *l.* 2. *§. lenocinij, ff. ad legem Iul. de adult. auxilium, §. ſed vt ad leges, ff. de minorib.* lenocinium, inquit Vlpianus *in l. palam.* 43. *§. lenocinium, ff. de ritu nupt.* non minus facere, quam 2 corpore quæſtum exercere. ¶ Lenas autem di- 3 cimus, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt. ¶ Lenam quoque accipimus, & quæ alterius no- 4 mine hoc vitæ genus exercet. ¶ Similiter leno- 5 cinium facit, qui quæſtuaria mancipia habuerit, qui, & infamis, *l. athletas, l.* 4. *§. ait prætor, ff. de his, qui notantur infam.* vbi quod etiam lenocinium 6 committit, non ſolum ſi quis eam artem impiam exerceat ex profeſſo, ſed etiamſi quæſtuariis proſtitutis alterius artis occaſione vtatur, & occaſione miniſterij, vt ſi mancipia talia habuerit, caupo, ſtabularius, ſeu balneator. ¶ Crimen 7 autem hoc, atque lucrum ex eo proueniens nefandum quidem eſt, vt inquit Iuſtinianus *in auth. de lenonib.* ibi, *nefandorum inuenire lucrorum*, & plura in deteſtationem huius criminis congerit Peguera, *q.* 15. *crim. n.* 1. *cum ſeqq.*

Lenones ab alliciendo dictos eſſe conſtat, 8 quod ad ſtupra alliciant, vt inquit Petr. Greg. *in ſyntagmat. iur. vniuerſ.* 3. *part. lib.* 36. *cap.* 11. *de lenonib. num.* 2. *ad fin.* vbi *num.* 3. quod erant pro- 9 ſtibula iuuenum, & mulierum, & Lupanaria apud impios Ethnicos, quos imitari voluit execrandiſſimus Iaſon tempore Machabeorum 2. *Machab. cap.* 4.

Sed proprius accedendo ad quæſtionem, ei- 10 dem reſpondet *l.* 1. *tit.* 22. *p.* 7. dicens *leno en latin, tanto quiere dezir en romance, como alcahuete, que engaña las mugeres ſon ſacandolas, è faziendolas fazer maldad de ſus cuerpos; è ſon cinco maneras de alcahuetes, la primera eſt* (& nunc ad rem) *de los vellacos malos, que guardan las putas, que* 10 *eſtan publicamente en la puteria, tomando ſu parte de lo que ganan deſto ſe recrecen muchos ruydos, y eſcandalos, muertes, y heridas de hombres en la Corte, y en los otros pueblos deſtos Reynos por los ruſianes: losquales, como eſtan ocioſos, y comunmente ſe allegan à caualleros, y hombres de manera, donde ay otra gente hallanſe acompañados, y fauorecidos, y ſon buſcadores, y cauſadores de los dichos daños, y males, y no traen*



*prouecho à aquellos à quien ſe llegan, y por eſto no* 12 *ſon conſentidos en eſtos Reynos, y partes.* ¶ *Y ſe prohibe, y manda por la l.* 4. *deſte tit.* 11. *que las mugeres publicas que ſe dan por dinero, no tengan ruſianes ſo pena que qualquiera dellas, que lo tuuiere le ſean dados publicamente cien açotes por cada vez que fuere hallado que le tiene publica, ò ſecretamente, y demas deſto, que pierda toda la ropa que tuuiere veſtida, y la mitad deſta pena es para el juez, que lo ſentenciare, y la otra mitad para los alguaziles de la Corte, y de las Ciudades, villas, y lugares do eſto acaeſciere: pero ſi el alguazil fuere negligente en eſto la pena ſea para el que lo acuſare* (*ò demandare de la pena que tienen los ruſianes*) in quæſt. ſeq. agemus.

13 *La ſegunda manera de lenon, dize la dicha ley de partida, es de los que andan por trujamanes alcahuetando las mugeres, que eſtan en ſus caſas para los varones por algo, que dellos reciben*, vbi Gregor. Lopez, ſupra his vltimis verbis, idem probat cum gloſſ. *in d. l. palam, §. lenocinium*, etiam ſi nihil recipiant, ſi ex conſuetudine hoc faciant, requiruntur tamen tria, vt per Iadoc. & cum eo Peguer, *deciſ. crim.* 15. *num.* 11.

14 *La pena deſtos es de muerte*, vt *in l.* 2. *verſ. eſſa miſma pena, tit.* 22. *part.* 7. vbi Gregor. Lopez *in gloſſa verb. por algo que le dieſſen*, hoc verum intelligit perfecto flagitio, alias non deberet mori, ſed aliter puniri *l.* 1. *§. fin. ff. de extra ordin. crimin.* idem tenet Anton. Gomez, *in l.* 80. *Tauri, num.* 74. *per l.* 7. *tit.* 10. *lib.* 4. *fori*, dicens eſſe pœnam arbitrariam, & quod puniatur pœna capitis, qui commiſit lenocinium in virginem, coniugatam, vel viduam honeſtam, ſi hoc pretio corruptus faciat, *ex l.* 1. *ff. de variar. & extra ordin. crimin.* tenet Didacus Perez *in l.* 2. *pag.* 176. *col.* 2. *tit.* 14. *lib.* 8. *ordinament.* vbi etiam, quod eadem pœna afficiuntur comites huius officij, ſeu flagitij, vt *in dict. l.* 2. *tit.* 22 *p.* 7. in qua hoc verbum non inuenio, ſed tantum contra ipſos principales delinquentes, & quod lenocinium puniatur pœna mortis probat Petrus Gregorius *in ſuo ſyntagm. iur. lib.* 36. *cap.* 11. *num.* 3. *tom.* 2. & late Anton. Gomez. *in l.* 80. *Taur. num.* 63. & Peguer. *d. deciſ. crimin.* 15. *num.* 10. quod ſi nullo dato pretio interpellauit, ſeu perſuaſit leno, vel lena virginem, vel aliam mulierem, de quibus *in dict. l.* 2. *ad fin. tit.* 22. *part.* 7. videtur idem dicendum, ſi perfectum fuit adulterium, vel ſtuprum, quod alias factum non fuerat, vt *in l.* 1. *§. fin. ff. de extraordinar. crimin.* & ſic, quod *in dict. l. regia* 2. ſuppleatur verbum maximè, vult enim denotare frequentiam facti: nam communiter ſit hoc dato pretio, & ſic non denotat, quod hoc ſit neceſſarium ad punitionem ſecundum Gregorium Lopez *in dict. l.* 2. *gloſſ. verbo por algo que le dieſen, in verſ. ſed quid ſi*, vbi quod fortè poſſet dici, quòd tunc puniatur pœna mortis, quando principalis delinquens tali pœna teneretur: ſi vero alia veniret puniendus principalis, eadem deberet puniri talis læno, vt *in l. qui domum cum l. ſeq. ff. de adult.* idem tenet Anton. Gomez. *in l.* 80. *Taur. num.* 74. *per l.* 7. *tit.* 10. *lib.* 4. addens eſſe pœnam arbitrariam, & quod ille, qui commiſit prædictum lænocinium, tenetur actione iniuriarum, licet delictum attentatum non ſequatur, & Didacus Perez, *in dict. l.* 2. *tit.* 14. *pag* 276. *col.* 2. ibi, *qui vero ſine pretio*, & inquit Palat. Rub. *in repet. cap. per veſtras*, §. 21. *num.* 13. *in verſ. ex quo infert de donat. inter vir. & vxor.* quem refert, & ſequitur Didacus Perez *in dict. l.* 2, *pag.* 176. *colum.* 1. quod præd. mortis pœnam libenter deberent iudices impo- nere, ex quo ita impudenter matrimonij fœdus, & indiuiduitatem fœdare, & diuidere non erubeſcunt, & alia in ſimili dicunt, vt ibi per eos, hodie tamen aliter punitur, vt *infra in verſ. hodie tamen*, dicemus.

*La tercera manera de lenocinio, es, quando los* 15 *homes tienen en ſus caſas captiuas, ò otras moças à ſabiendas, para fazer maldad de ſus cuerpos por dineros, tomando dellas lo que aſſi ganaren*, & in hoc concordat hæc lex cum dict. l. athletas. §. ait prætor, & cum §. lænocinium, *y los que hazen eſto ſi fueren captiuas, deuen ſer forras, aſſi como ſe dixo en la* 4. *part. en el titulo de los aforramentos de los ſieruos en las leyes, que hablan en eſta razon*, & D. Perez, *vbi ſuprà. pag.* 277. *colum.* 1. vbi latè agit de pœna huius lænocinij, cum captiua, & cum libera.

*La quarta es, quando el home es tan vil, que* 16 *alcahueta à ſu muger, y eſte tal tiene pena de adulterio*, l. 2. §. lænocinij, ff. ad legem Iul de adult. l. mercalem 5. C. de condit. ob turp. cauſ. expreſſa l. 2. eademque l. fin. ibi: *Otro ſi qualquier que alcahuetaſſe à ſu muger, dezimos, que debe morir, por ende tit.* 12. *part.* 7. *quæ lex*, 2. Gregor. Lop. ibi, *in gloſſa, à ſu muger*, debet intelligi, ſiue recipiat pretium, ſiue non, quia non diſtinguit. ¶ Sed 17 ſi nullo pretio accepto tacet, & diſſimulatur vxoris adulterium extra ordinem poſitus eſt, vt *in d. §. qui quæſtum verſic.* quod ſi patiatur vxorem delinquere, non ob quæſtum, ſed ob negligentiam, vel culpam, vel quantamcumque patientiam, vel nimiam crudelitatem extra legem poſitus eſt Petrus Gregorius *vbi ſuprà, num.* 9. & Peguer. *dict. deciſ. crimin.* 15. *num.* 7. ¶ Sed fortè 18 hæc lex, ſecundum Gregor. Lopez, *vbi ſuprà*, debet intelligi, quando patientiam ſuam maritus poteſt obumbrare prætextu ignorantiæ, & incredulitatis, quia in actibus venereis eam non deprehendit, licet aliqui ſibi referant, quod ſi certa eſſet eius, ſcientia, & conſtat, quod diſſimulat adulterium in quibus perſeuerat vxor, videtur plectendum eſſe extra ordinem, iudicis arbitrio, ſeu pœna in hoc conſueta facit, lex mariti *in princ. ff. de adult.* & quæ notat Salicet. *in l.* 2. *Cod. eodem titul.*

Hodie tamen in his Regnis ſolet practicari, 19 quod tam marito, quàm vxori eius lenoni imponitur pœna flagellorum, ſcilicet cum manipulo alliorum (hoc eſt *con vna triſte de ajos*) 2. Ant. Gomez *in l.* 80. *Taur. num.* 73. qui irridet hanc pœnam, & tenet, quod debeat imponi pœna mortis, per *dict. l.* 2 & refert Palat. Rub. *vbi ſuprà*, exclamantem de hoc delicto, & de iudicibus, qui eam, l. non ſeruant in praxi, nihilominus tamen, ea praxis obſeruanda eſt prout inquit Franc. Auiles *in cap.* 47. *Prætor. in gloſſa, manceba publica, num.* 3. vbi, quod in Ciuitate Plazentia (quæ eſt mea patria ratione originis paternæ, & propriæ:) & Elebora, quoſdam homines condemnanit, vt publicè verberarentur per vxores ſuas cum riſtris alliorum, & lineis cornuum in collis, & quod ita exequi iuſſit, quia aſſentiebant vxores ſuas publicè eſſe in lupanari, eandem practicam refert, & approbat Auendaño *in ſecunda parte, cap.* 16. *prat. num.* 15. nempe, vt flagellentur cum mitra, quia conſuetudo poteſt mutare pœnam legis in mitiorem. Iulius Clarus *in practic. crimin. § fin. quæſt.* 8. *verſic. lenones*, vbi loquitur in lenonibus, & lenis, nempe quod de conſuetudine non puniantur pœna mortis, ſed tantummodo flagellentur cum mitra ſecundum Auendaño *vbi ſuprà*, vel afficiantur aliqua alia pœna



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pœna arbitrio iudicis, & ita eſſe conſuetudinem atteſtatur Iadoc. *in practic. cap.89. num.43.* & Peguer. *dict. deciſ. crimin.16. vbi ſupra*, refert, & inſuper Anton. Gomez. *vbi ſuprà*, idem refert Didacus Perez. *in l.2. pag.276. col.1. ad fin. tit.14. lib.8. ordinamenti*, tametſi dicat variè puniri ibi Salmanticæ, & alibi, vt inquit vidiſſe flagellari ab vxore poſita in alio iumento, voce publica præconis collo mariti cornibus circumdato, & cum mitra, & quod alibi ab eadem vxore cædi flagellis alliorum manipulo, vt prædiximus, & quod alibi melle inunctus, & plumis coopertus in publicum cum mitra ducitur, vtrumque nos vidimus Placentiæ practicari, ſed, & accepi alibi maritum lenonem vxoris, fuiſſe condemnatum in verecundia publica cum cornibus in collo, & fuiſſe confirmatam hanc ſententiam in regali Cancellaria, & poterit fieri, & ſeruari iuxta conſuetudinem loci vbi hoc contigerit, ſiquidem maior pœna ſupra mortis à iure inducta, pro eo delicto, conſuetudine ſublata eſt in noſtra Hiſpania, & præd. pœna vno, vel alio modo in locum eius ſubrogata, quæ eſt mitior, & hæc de quarto modo lenocinij.

20 *La quinta, y vltima manera de alcahuetes, dize la ley de partida arriba citada, es, quando alguno conſiente que alguna muger caſada, ò otra de buen lugar faga fornicio en ſu caſa por algo que le den, aunque no ande por trujaman entre ellos*, idem probat *l.1. § fin. ff. de extraordin. crimin* & *l. qui do-*

21 *mum ff. de adult.* ¶ & videtur idem eſſe, & ſi pretio id non faciat, ſed gratis, vt *in l. & ſi amicu, ff. de adult.* ita in ſpecie tradit Andr. de Yſernia, *in cap.1. in principio, col.4. quib. mod. feud. amitt.* quem refert Gregorius Lopez *in dict. l.2. in gloſſ.*

22 *en ſu caſa, tit.22. part.7.* ¶ Et qui domos ſuas locaſſet ſcienter fœminis impudicis ad faciendum in eis lupanar amitteret eas Regioque Fiſco applicantur, & inſuper punitur pœna quatuor librarum auri, vt *in l.2. in verſiculo, é ſi alguno, tit.22. part.7.*

## SVMMARIVM.

1 *Pœna iure noſtro Regio lenonibus impoſita, & numeris ſeqq.*

---

### *De pœna lenonibus impoſita iure regio.*

## QVÆSTIO CL.

1 QVÆRO ſecundo, circa eaſdem ll. de lenonibus loquentes, qua pœna puniantur lenones, primo modo ſumpti, id eſt *los rufianes*, nempe ſi quis fœminam proſtitutam habeat, vt quæ ex coitu lucrata fuerit lenoni præbeat? & iure communi pœna mortis punitur, vt *in auth. de lenonibus, § præconizamus, collect.3.* & ibi *gloſſ. verb. nouiſſima.*

2 Iure vero regio per l.4. huius tit.11. *pro 1. vice, el rufian, que fuere hallado tiene pena de cien açotes' que le ſean dados publicamente, y por la ſegunda vez deſtierro perpetuo de la Corte, y de la Ciudad, villa, y lugar donde fuere hallado, y por la tercera vez, que muera por ello enforcado, y demas de las dichas penas, que pierdan las armas, y ropas, que con ſigo truxeren cada vez, que fueren tomados, la mitad, para el Iuez que lo ſentenciare, y la otra mitad para el que lo acuſare: y qualquier perſona pueda prender por ſu authoridad al rufian donde quier que lo hallare, y lleuarlo luego ſin detrimento, ante la juſticia, para que exequten en el las dichas penas.*

*Pero por la ley quinta deſte titulo, que es mas nueua ſe manda que los rufianes por la primera vez ſe traygan en la verguença, y ſiruan en las galeras por ſeys años, y por la ſegunda vez les ſean dados cien azotes, y ſiruan en las galeras perpetuamente, y mas pierdan las ropas, que la ley diſpone, la primera, y ſegunda vez, y por la tercera vez, eſta ley no habla, y aſſi queda en la diſpoſicion de la ley 4. que es mas antigua, y pone pena de muerte en horca, y perdimiento de armas, y ropas que conſigo truxeren, porque el intento de la l.5. ſolamente fue de mudar, y alterar las penas por la primera, y ſegunda vez, y no por la tercera, que pues por la tercera eſtaua pueſta pena de muerte, no quiſo quitar ni poner por la tercera vez, ni innouar coſa alguna.* 3

*Finalmente por la ley 10. deſte titul. ſe manda que los rufianes que conforme à la prematica del año de 52. que eſta pueſta por la ley 5. deſte titulo han de ſer condenados en ſeys años de galeras (que es por la primera vez) ſe entienda ſer por diez años, y que en lo que toca à la edad de los veynte años ſe guarde con los dichos rufianes lo que eſta diſpueſto, y declarado en el capitulo, precediente acerca de los ladrones, que es, que ſiendo por lo menos de 17. años, y de diſpoſicion, y qualidad que puedan ſeruir en las galeras ſe hechen à ellas en los dichos caſos de primera, y ſegunda vez: y por eſta l.10. no ſe innoua nada por la ſegunda y tercera vez, que como eſta dicho han de ſer condenados los rufianes la ſegunda vez en cien azotes, y galeras perpetuas, y por la tercera vez en pena de muerte ahorcados, y perdimiento de armas, y ropas*, quas præd. pœnas, per præd. ll. regias refert Didacus Perez *vbi ſupra, pag.277. col.1.* & alias don Ioan Vela *de pœnis delict. cap.20. de lenocinij pœna per totum.* 4

## SVMMARIVM.

1 *Furtum quid ſit?*

2 *Furtum non committitur ab accipiente rem alienam pro ſuo vſu credente, dominum permiſſurum ex iuſta cauſa. Nempe concurrentibus aliquibus coniecturis, alias ſecus, vt in num.3. & 4. expedit tamen in dubio proteſtari, num.6. & vltra id requiruntur alia coniectura, vt in num.9.*

5 *Animal alienum errans accipiens, non dicitur committere furtum, niſi, &c.*

7 *Vt hic iuramentum boni animi accipientis rem alienam, non ſufficit pro eius excuſatione.*

8 *Confeſſio domini rei ſubtracta ex poſt facto dicentis, de conſenſu ſuo fuiſſe captam, an ſufficiat pro excuſatione eam capientis, ne iudex contra eum procedat?*

10 *Furtum duo requirit potiſſimum, animum nempe contrectandi res alienas, & factum ipſum. Licet rei parua vt hic, & in num.11. contra num.13. & 14.*

12 *Doli actio non competit, niſi pro valore duorum aureorum, & vltra.*

14 *Ablatio rei minima attento paruo nocumento, vel furtum non eſt, vel ſaltem mortale, crimen non inducit, ſed veniale ob animum nocentis.*

15 *Vineam plures ingredientes, & damnum facientes in fructibus eius, an, & quando ſinguli in ſolidum teneantur, & quando non? & num.16.*

17 *Furti actio non datur pro minima re ſublata.*

18 *Furti actio, an detur pro gallina ſublata furto?*

19 *Furtum ex animo, quando ſit mortale, vel veniale peccatum.*

20 *Furtum, quando dicatur committi ex vſu rei aliena, & commodata vltra modum, vel tempus, vel locum à domino conſtitutum.*

21 *Creditor furti actione tenetur, vtens pignore ſine conſenſu domini.*

22 *Fullo vel ſarcinator, quando committat furtum.*

23 *Socius malo animo vtens parte ſocij rei communis, furtum committit, niſi res ſit indiuidua.*

24 *Furtum committit, qui iumentum alior ſum duxerit, quam quo vtendum acceperat, vel longius produxerit, quam, quem in locum petierat, vel alij commodauerit, numero 25. Et quomodo hoc intelligatur, numero 26. & 27.*

28 *Conductor equi pro certo tempore committit furtum, ſi vltra id, eo vtatur. Et quomodo hoc intelligatur, vbi de communi vſu contrario. Ad damnum tamen vlterioris temporis, ſiue itineris longioris tenebitur conductor cum culpa, vel abſque ea illatum, num.29.*

30 *Furti actio non habet locum, ſi commodatarius, aut creditor, aut expoſitarius vtatur reipſa ad proprium vſum cui deſignatur. Et quomodo hoc intelligatur, numero 31. & 32.*

33 *Furtorum duo ſunt genera manifeſtum, & non manifeſtum. Et quæ ſint hæc, numero 34. & 35.*

36 *Furari viſus ad ſpeciem furti manifeſti pertinet.*

37 *Raptor manifeſtus fur exiſtimandus eſt.*

38 *Rapiens vi, fure improbior eſt, furtum tamen propriè non facit.*

39 *Furtum propriè cadit in rebus mobilibus, non vero in immobilibus.*

40 *Furti actio olim dabatur, concepti, & oblati, & non exhibiti; & prohibiti, hodie hæ ſpecies reducta ſunt ad furtum non manifeſtum, & num.41.*

42 *Domino rei ſubtracta non licet domus alienas intrare ad eam perquirendam. Et an auctoritate iudicis hoc liceat, numero 43. & 44. & 45.*

46 *Serui fugientes à dominis ſub furtum facere videntur. Ac proinde ab Eccleſia extrahuntur, & dominis iudicari debent, num.47. Secus in alia re furtiua exiſtente in Eccleſia, num.48.*

49 *Iudex, quando poſſit intrare domus alienas pro inueniendo fure.*





---

### *Furtum quid ſit; & quando comitatur, vel non?*

## QVÆSTIO CLI.

QVÆRO primo quid ſit furtum, quotuplex & vnde dicatur? denique aliis in propoſito concernentibus.

Furtum igitur eſt, *Contrectatio rei alienæ fraudoloſa inuito domino lucri faciendi eam vſus, vel poſſeſſionis l.1. § furtum, ff. de furt. text. in § furtum inſtitut. de obligat.* quæ *ex delict. naſc.* & ibi communiter Doctores, *l.1. tit.14. part.7.* cuius verba ſunt hæc: *Furto es malfetria, que fazen los homes, que toman alguna coſa mueble agena encubiertamente ſin plazer de ſu ſeñor, con intencion de ganar el ſeñorio, ò la poſſeſſion, ò el vſo de ella.* De qua definitione latè agit eam impugnans, & aliam aſſignans Aragon *in 2.2. D. Thom. de iuſtitia, & iur. quæſt.66. de furt. & rapin. art.3. verſic.2. eſt aduertendum, pag.416. colum.1.* ſed nihilominus præcedens definitio iuris vtriuſque profeſſoris eſt communis, & tenenda, & latè eam probat, & declarat nouiſſimè Molin. Theolog. *de delict. tractat.2. diſputatione 681. num.2. cum ſequenti, colum.116.* 1

Hinc eſt, quod ſi quis propria auctoritate accepit rem alterius pro aliquo vſu, vel neceſſitate, credens dominum permiſſurum, non committat furtum, ſi concurrat aliqua iuſta cauſa ad hoc præſumendum, *l. inter omnes, § rectè*, cuius verba ſunt hæc: *rectè dictum eſt, qui putabit ſe domini voluntate rem attingere, non eſſe furem, quid enim dolo facit, qui putet dominum conſenſurum fuiſſe, ſiue falſo id, ſiue verè putet?* Is ergo ſolus fur eſt, qui attrectauit quod inuito domino ſe facere ſciuit, *ff. de furt.* & ibi notat gloſſa, & communiter Doctores *text. in l. qui re ſibi commodata, eodem tit.* & *in § placuit inſtitut. de obligat. quæ ex delict. naſc. text. in d. l.1. tit.14. part.7.* ibi: *caſi alguno tomaſe coſa que no fueſſe ſuya, mas agena con plazer de aquel cuya es, ò cuydando que plaçeria al ſeñor della no ſaria furto.* 2

¶ Debent enim concurrere aliquæ coniecturæ ad inducendam cauſam credendi, alias in dubio ſemper præſumitur contra furem, quod inuito domino animo furandi facit, aliter namque nunquam agi poterit furti, quia ſemper fur dicet, quod credebat dominum permiſſurum, *l. qui nas § vetare*, & ibi gloſſa, & Doctores. *ff. de furtis*, & gloſſa, *in dict. § rectè, verbo, verum tamen eſt*, ibi: *ſed quid in dubio*, & ibi *item nonne*, ibique Doctores. 3

Vnde ſi quis accipiat rem, cuius dominum ignorat, vel inueniat rem deperditam, quam ſibi retinet non demonſtrando, vel præconizando non tenetur furti, *l. falſus, § qui alienum, ff. de furt.* & *in l. fin. verſ. omnes, C. vnde vi.* ¶ Per contrarium, ſi rem perituram recepit, veluti ouem errantem, vel animal fugitiuum, vel lupo abſtulit, non præſumetur malus animus, vel ſi dominus rei ſit ſuus amicus, & recipiens homo honeſtus, vel res erat parua, vel dominus erat conſuetus talia concedere: ſecus è contrario, ſi dominus ſit ignotus, vel eius inimicus, & recipiens ſit, veluti è tribu Benjamin lupus, rapax. ¶ Vnde expediens maximè erit proteſtari coram teſtibus, ſe credere dominum permiſſurum, & quod caſu, quo ei non placeret ſe offerat reddere, hæc reſolutio conſtat ex 4 5 6



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pœna arbitrio iudicis, & ita eſſe conſuetudinem atteſtatur Iadoc. *in practic. cap.89. num.43.* & Peguer. *dict. deciſ. crimin.16. vbi ſupra*, refert, & inſuper Anton. Gomez. *vbi ſuprà*, idem refert Didacus Perez. *in l.2. pag.276.col.1.ad fin.tit.14. lib.8. ordinamenti*, tametſi dicat varie puniri ibi Salmanticæ, & alibi, vt inquit vidiſſe flagellari ab vxore poſita in alio iumento, voce publica præconis collo mariti cornibus circumdato, & cum mitra, & quod alibi ab eadem vxore cædi flagellis alliorum manipulo, vt prædiximus, & quod alibi melle inunctus, & plumis coopertus in publicum cum mitra ducitur, vtrumque nos vidimus Placentiæ practicari, ſed, & accepi alibi maritum lenonem vxoris, fuiſſe condemnatum in verecundia publica cum cornibus in collo, & fuiſſe confirmatam hanc ſententiam in regali Cancellaria, & poterit fieri, & ſeruari iuxta conſuetudinem loci vbi hoc contigerit, ſiquidem maior pœna ſupra mortis à iure inducta, pro eo delicto, conſuetudine ſublata eſt in noſtra Hiſpania, & præd. pœna vno, vel alio modo in locum eius ſubrogata, quæ eſt mitior, & hæc de quarto modo lenocinij.

20 *La quinta, y vltima manera de alcabuetes, dize la ley de partida arriba citada, es, quando alguno conſiente que alguna muger caſada, ò otra de buen lugar faga fornicio en ſu caſa por algo que le den, aunque no ande por trujaman entre ellos*, idem probat *l.1. § fin. ff. de extraordin. crimin* & *l. qui do-*

21 *mum ff. de adult.* ¶ & videtur idem eſſe, & ſi pretio id non faciat, ſed gratis, vt *in l. & ſi amicu, ff. de adult.* ita in ſpecie tradit Andr. de Yſernia, *in cap.1. in principio, col.4. quib. mod. feud. amitt.* quem refert Gregorius Lopez *in dict. l.2. in gloſſ.*

22 *en ſu caſa, tit.22. part.7.* ¶ Et qui domos ſuas locaſſet ſcienter fœminis impudicis ad faciendum in eis lupanar amitteret eas Regioque Fiſco applicantur, & inſuper punitur pœna quatuor librarum auri, vt *in l.2. in verſiculo, è ſi alguno, tit.22. part.7.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna iure noſtro Regio lenonibus impoſita, & numeris ſeqq.*

*De pœna lenonibus impoſita iure regio.*

## QVÆSTIO CL.

1 QVÆRO ſecundo, circa eaſdem ll. de lenonibus loquentes, qua pœna puniantur lenones, primo modo ſumpti, id eſt *los rufianes*, nempe ſi quis fœminam proſtitutam habeat, vt quæ ex coitu lucrata fuerit lenoni præbeat? & iure communi pœna mortis punitur, vt *in auth. de lenonibus, § præconizamus, collect.3.* & ibi *gloſſ. verb. nouiſſima.*

2 Iure vero regio per l.4. huius tit.11. *pro 1. vice, el rufian, que fuere hallado tiene pena de cien açotes, que le ſean dados publicamente, y por la ſegunda vez deſtierro perpetuo de la Corte, y de la Ciudad, villa, y lugar donde fuere hallado, y por la tercera vez, que muera por ello enforcado, y demas de las dichas penas, que pierdan las armas, y ropas, que con ſigo truxeren cada vez, que fueren tomados, la mitad, para el Iuez que lo ſentenciare, y la otra mitad para el que lo acuſare: y qualquier perſona pueda prender por ſu authoridad al rufian donde quier que lo hallare, y lleuarlo luego ſin detrimento, ante la juſticia, para que exequten en el las dichas penas.*

*Pero por la ley quinta deſte titulo, que es mas nueua ſe manda que los rufianes por la primera vez ſe traygan en la verguença, y ſiruan en las galeras por ſeys años, y por la ſegunda vez les ſean dados cien azotes, y ſiruan en las galeras perpetuamente, y mas pierdan las ropas, que la ley diſpone, la primera, y ſegunda vez, y por la tercera vez, eſta ley no habla, y aſſi queda en la diſpoſicion de la ley 4. que es mas antigua, y pone pena de muerte en horca, y perdimiento de armas, y ropas que conſigo truxeren, porque el intento de la l.5. ſolamente fue de mudar, y alterar las penas por la primera, y ſegunda vez, y no por la tercera, que pues por la tercera eſtaua pueſta pena de muerte, no quiſo quitar ni poner por la tercera vez, ni innouar coſa alguna.* 3

*Finalmente por la ley 10. deſte titul. ſe manda que los rufianes que conforme à la prematica del año de 52. que eſta pueſta por la ley 5. deſte titulo han de ſer condenados en ſeys años de galeras (que es por la primera vez) ſe entienda ſer por diez años, y que en lo que toca à la edad de los veynte años ſe guarde con los dichos rufianes lo que eſta diſpueſto, y declarado en el capitulo, precediente acerca de los ladrones, que es, que ſiendo por lo menos de 17. años, y de diſpoſicion, y qualidad que puedan ſeruir en las galeras ſe hechen à ellas en los dichos caſos de primera, y ſegunda vez: y por eſta l.10. no ſe innoua nada por la ſegunda y tercera vez, que como eſta dicho han de ſer condenados los rufianes la ſegunda vez en cien azotes, y galeras perpetuas, y por la tercera vez en pena de muerte ahorcados, y perdimiento de armas, y ropas*, quas præd. pœnas, per præd. ll. regias refert Didacus Perez *vbi ſupra, pag.277. col.1.* & alias don Ioan Vela *de pœnis delict. cap.20. de lenocinij pœna per totum.* 4

SVMMARIVM.


1 *Furtum quid ſit?*

2 *Furtum non committitur ab accipiente rem alienam pro ſuo vſu credente, dominum permiſſurum ex iuſta cauſa. Nempe concurrentibus aliquibus coniecturis, alias ſecus, vt in num.3. & 4. expedit tamen in dubio proteſtari, num.6. & vltra id requiruntur alia coniectura, vt in num.9.*

5 *Animal alienum errans accipiens, non dicitur committere furtum, niſi, &c.*

7 *Vt hic iuramentum boni animi accipientis rem alienam, non ſufficit pro eius excuſatione.*

8 *Confeſſio domini rei ſubtracta ex poſt facto dicentis, de conſenſu ſuo fuiſſe captam, an ſufficiat pro excuſatione eam capientis, ne iudex contra eum procedat?*

10 *Furtum duo requirit potiſſimum, animum nempe contrectandi res alienas, & factum ipſum. Licet rei parua vt hic, & in num.11. contra num.13. & 14.*

12 *Doli actio non competit, niſi pro valore duorum aureorum, & vltra.*

14 *Ablatio rei minima attento paruo nocumento, vel furtum non eſt, vel ſaltem mortale, crimen non inducit, ſed veniale ob animum nocentis.*

15 *Vineam plures ingredientes, & damnum facientes in fructibus eius, an, & quando ſinguli in ſolidum teneantur, & quando non? & num.16.*

17 *Furti actio non datur pro minima re ſublata.*

18 *Furti actio, an detur pro gallina ſublata furto?*

19 *Furtum ex animo, quando ſit mortale, vel veniale peccatum.*

20 *Furtum, quando dicatur committi ex vſu rei aliena, & commodata vltra modum, vel tempus, vel locum à domino conſtitutum.*

21 *Creditor furti actione tenetur, vtens pignore ſine conſenſu domini.*

22 *Fullo vel ſarcinator, quando committat furtum.*

23 *Socius malo animo vtens parte ſocij rei communis, furtum committit, niſi res ſit indiuidua.*

24 *Furtum committit, qui iumentum alio rſum duxerit, quam quo vtendum acceperat, vel longius produxerit, quam, quem in locum petierat, vel alij commodauerit, numero 25. Et quomodo hoc intelligatur, numero 26. & 27.*

28 *Conductor equi pro certo tempore committit furtum, ſi vltra id, eo vtatur. Et quomodo hoc intelligatur, vbi de communi vſu contrario. Ad damnum tamen vlterioris temporis, ſiue itineris longioris tenebitur conductor cum culpa, vel abſque ea illatum, num.29.*

30 *Furti actio non habet locum, ſi commodatarius, aut creditor, aut expoſitarius vtatur reipſa ad proprium vſum cui deſignatur. Et quomodo hoc intelligatur, numero 31. & 32.*

33 *Furtorum duo ſunt genera manifeſtum, & non manifeſtum. Et quæ ſint hæc, numero 34. & 35.*

36 *Furari viſus ad ſpeciem furti manifeſti pertinet.*

37 *Raptor manifeſtus fur exiſtimandus eſt.*

38 *Rapiens vi, fure improbior eſt, furtum tamen propriè non facit.*

39 *Furtum propriè cadit in rebus mobilibus, non vero in immobilibus.*

40 *Furti actio olim dabatur, concepti, & oblati, & non exhibiti; & prohibiti, hodie hæ ſpecies reducta ſunt ad furtum non manifeſtum, & num.41.*

42 *Domino rei ſubtracta non licet domus alienas intrare ad eam perquirendam. Et an auctoritate iudicis hoc liceat, numero 43. & 44. & 45.*

46 *Serui fugientes à dominis ſub furtum facere videntur. Ac proinde ab Eccleſia extrahuntur, & dominis indicari debent, num.47. Secus in alia re furtiua exiſtente in Eccleſia, num.48.*

49 *Iudex, quando poſſit intrare domus alienas pro inueniendo fure.*






*Furtum quid ſit; & quando comitatur, vel non?*

## QVÆSTIO CLI.

QVÆRO primo quid ſit furtum, quotuplex & vnde dicatur? denique aliis in propoſito concernentibus.

Furtum igitur eſt, *Contrectatio rei alienæ fraudoloſa inuito domino lucriſaciendi eam vſus, vel poſſeſſionis l.1. §. furtum, ff. de furt. text. in § furtum inſtitut. de obligat.* quæ *ex delict. naſc.* & ibi communiter Doctores, *l.1. tit.14. part.7.* cuius verba ſunt hæc: *Furto es malfetria, que fazen los homes, que toman alguna coſa mueble agena encubiertamente ſin plazer de ſu ſeñor, con intencion de ganar el ſeñorio, ò la poſſeſſion, ò el vſo de ella.* De qua definitione latè agit eam impugnans, & aliam aſſignans Aragon *in 2.2. D. Thom. de iuſtitia, & iur. quæſt.66. de furt. & rapin. art.3. verſic.2. eſt aduertendum, pag.416. colum.1.* ſed nihilominus præcedens definitio iuris vtriuſque profeſſoris eſt communis, & tenenda, & latè eam probat, & declarat nouiſſimè Molin. Theolog. *de delict. tractat.2. diſputatione 681. num.2. cum ſequentis, colum.116.* 1

Hinc eſt, quod ſi quis propria auctoritate accepit rem alterius pro aliquo vſu, vel neceſſitate, credens dominum permiſſurum, non committat furtum, ſi concurrat aliqua iuſta cauſa ad hoc præſumendum, *l. inter omnes, §. rectè*, cuius verba ſunt hæc: *rectè dictum eſt, qui putabit ſe domini voluntate rem attingere, non eſſe furem, quid enim dolo facit, qui putet dominum conſenſurum fuiſſe, ſiue falſo id, ſiue verè putet?* Is ergo ſolus fur eſt, qui attrectauit quod inuito domino ſe facere ſciuit, *ff. de furt.* & ibi notat gloſſa, & communiter Doctores *text. in l. qui re ſibi commodata, eodem tit.* & *in § placuit inſtitut. de obligat. quæ ex delict. naſc. text. in d. l.1. tit.14. part.7.* ibi: *caſi alguno tomaſe coſa que no fueſſe ſuya, mas agena conplazer de aquel cuya es, ò cuydando que placeria al ſeñor della no ſaria furto.* ¶ Debent enim concurrere aliquæ coniecturæ ad inducendam cauſam credendi, alias in dubio ſemper præſumitur contra furem, quod inuito domino animo furandi facit, aliter namque nunquam agi poterit furti, quia ſemper fur diceret, quod credebat dominum permiſſurum, *l. qui tam §. vetare*, & ibi gloſſa, & Doctores. *ff. de furtis*, & gloſſa, *in dict. §. rectè, verbo, verum tamen eſt*, ibi: *ſed quid in dubio*, & ibi *item nonne*, ibique Doctores. 2 3

Vnde ſi quis accipiat rem, cuius dominum ignorat, vel inueniat rem deperditam, quam ſibi retinet non demonſtrando, vel præconizando non tenetur furti, *l. falſus, §. qui alienum, ff. de furt.* & *in l. fin. verſ. omnes, C. vnde vi.* ¶ Per contrarium, ſi rem perituram recepit, veluti ouem errantem, vel animal fugitiuum, vel lupo abſtulit, non præſumetur malus animus, vel ſi dominus rei ſit ſuus amicus, & recipiens homo honeſtus, vel res erat parua, vel dominus erat conſuetus talia concedere: ſecus è contrario, ſi dominus ſit ignotus, vel eius inimicus, & recipiens ſit, veluti è tribu Benjamin lupus, rapax. ¶ Vnde expediens maximè erit proteſtari coram teſtibus, ſe credere dominum permiſſurum, & quod caſu, quo ei non placeret ſe offerat reddere, hæc reſolutio conſtat ex 4 5 6

traditis per Ioan. Fab. *in dict. §. furtum autem, n.* 2.
& Gregor. Lopez *in dict. l.* 3. *gloſſ. cuydando*, & vt
communem eam docet Anton. Gom. 3. *tom. cap.* 5.
7 *de furt. num.* 1. & 2. ¶ Solum igitur iuramentum
accipientis in hac ſpecie non ſufficiet ad proban-
dum bonum animum, tamen hoc in eo conſiſtat
cum habeamus præſumptionem contrariam in
dubio, vt prædiximus, ita Anton. Gom. *vbi ſupra*,
cuius in hoc opinio mihi placet, niſi aliæ conie-
cturæ ſimul cum iuramento, ad idem concurrant,
quidquid alias diſtinguat Bald. *in l. falſus, col.* 3.
*C. de furt.* quem refert Gregor. Lopez, *vbi ſuprà*,
& ad prædicta, quæ ſunt vera & ſubſtantialia
ſunt reducenda, quæ in præmiſſa ſpecie congerit
nouiſſimè poſt alios, quos citat prolixè tamen
Farinacius de furtis, *quæſt.* 174. *num.* 138. *cum ſeqq.
folio mihi* 191. quem vide; iuſta autem credulitas,
aut ſaltem probabilis in poſito erit, quando con-
trectans, eſt conſanguineus, aut magnus amicus
domini rei contrectatæ, Anton. Gomez *vbi ſupra,
num.* 1. *verſic.* ex quo infertur Menoch. *de arbitr.
iudic. lib.* 2. *caſu* 198. *num.* 2. & 3. vbi etiam ponit
alias coniecturas, veriſimilis credulitatis, & poſt-
ea, id totum iudicis arbitrio relinquit, quod etiam
refert, & ſequitur Farinac. *vbi ſuprà, num.* 142. vbi
alios refert.
8 Quo fit, vt etiam ſi ex poſt facto dominus rei
diceret, quod de conſenſu ſuo res fuit capta, hoc
ſolum non ſufficeret ad excuſandum furem ab
inquiſitione iudicis ad punitionem criminalem
foris pro ſatisfactione Reipublicæ, tametſi Iacob.
de Aret. contrarium probauerit tradens cautelam
furi, vt faciat, quod dominis proteſtetur, quod
illam accepit de eius voluntate: hæc enim excu-
ſatio in praxi parum prodeſſet: illud namque di-
ctum Iacob. de Aret. de conſuetudine non ſerua-
tur, vt inquit Angelus *in l. inter omnes, §. rectè,
num.* 5. *ff. de furt.* quem refert Auguſtin. de Arim.
in addition. ad Angel. *de maleſic. in verb. compa-
rent*, & produxerunt inſtrumentum pacis *poſt
num.* 12. & Anan. *in rubric. de furt. num.* 4. &
contrarium tenuit Bart. *in dict. §. rectè, num.* 1.
& Abb. *in cap. dudum el ſegundo, col.* 5. *num.* 3.
de electione: & hæc doctrina Bart. communi-
ter approbatur ſecundum Curt. Iun. *in l.* 1. *num.* 5.
*C. de furt.* quem ad hoc refert Meneſes, *in l. tran-
ſigere, num.* 105. *Cod. de tranſact.* communis ſe-
cundum Anton. Gomez. 3. *tom. cap.* 5. *de furt.
num.* 2. *verſic. ex quibus etiam*, & illam etiam te-
neri poſſe atteſtatur Villalpand. *in rep. l.* 21. *c.* 23.
*num.* 5. *tit.* 1. *part.* 7. & eos referens Iulius Clarus,
*in practic. crimin. §. furtum, in verſiculo, item ex-
cuſatur*, & Abb. *vbi ſuprà*, eam tenentem refert,
9 & ſequitur Gregor. Lopez, *vbi ſuprà.* ¶ Fallit ta-
men hæc communis doctrina Bart. ſecundum
eum quoties vltra huiuſmodi proteſtationem,
concurrerent etiam aliæ coniecturæ, & veriſimi-
litudines, puta, quia eſſet eius conſanguineus, vel
amicus, vel ſolitus talia donare, vel quod res eſſet
modici valoris, vel huiuſmodi; tunc enim poſſet
excuſari, imo excuſabitur, etiam abſque præd. do-
mini proteſtatione, vt prædiximus, cum hoc re-
linquatur arbitrio iudicis, qui ex coniunctione
perſonarum, qualitate facti, & aliis circunſtan-
tiis arbitrabitur, vtrum ſit in hoc credendum ei,
qui talem credulitatem dicit habuiſſe, ſecundum
Greg. Lopez, *vbi ſuprà*, & quod hoc relinquatur
arbitrio iudicis teſtatur communem opinionem
eſſe Felin. *in cap. nulli, num.* 5. *de præſumpt.* quem
ad hoc refert, & ſequitur poſt alios, quos citat
Iul. Clar. *vbi ſuprà, circa fin.* ſequitur alios citans
Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 208. *n.* 3.
& 4. qui poſt Iul. Clar. *vbi ſuprà*, ſequuntur præd.
Bart. limitationem.
Duo igitur in furto requiruntur potiſſimum 10
animus nempe contrectandi res alienas, & fa-
ctum ipſum contrectationis, vt *in l. ſi quis teſta-
mentum* 42. *§. fin. ff. ad legem Aquil.* animus au-
tem fraudandi maximè hic inſpicitur, ſiue res
modica furata fuerit, ſiue maioris valoris, vt for-
nicatio eſt æquè in paupere, ac in diuite mulie-
re, *cap. fin.* 14. *quæſt.* 6. *cap. vulgaris de furt. cap.
vulgaris de pœnitent. diſtinctione* 1. *§. gallinarum,
de rerum diuiſione*, & ibi gloſſa *verbo, qui lucran-
di animo*, vbi, quod in pennis, vel ouis gallinæ
committitur furtum, quam aſſequuntur omnes
vt ex Tiraquel. teſtatur Clarus, *§. furtum ver-
ſiculo, pariter etiam*, gloſſa etiam *fin. in proœm.
decret. §. ſi quis quinque ſolidos de pac. tenend. in
vſib. feud.* eſtque receptiſſimum furti actionem
dari pro re minima, vt interpretatur Theophy-
lactus *in dict. § gallinarum*, & omnes Docto-
res, ibi poſt gloſſam, cui eſt ſimilis *in l. ſi oleum,
ff. de dolo notant.* Henric. *in cap. & ſi quæſtio-
nes de Simonia Corſet. in tractatu de excellent. reg.
quæſtione* 4. & Hippolyt. *in l. furem, num.* 8. *cum
ſequenti, ff. ad l. Corn. de Sicar.* quia non res,
ſed affectus furandi eſt conſiderandus, vt *in dict.
cap. vltimo* 14. *quæſtione vltima*, eſtque frequen-
tiſſimo omnium calculo recepta hæc opinio ſe-
cundum Couar. *lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 3. *num.* 12.
& Clarus qui eum ad hoc refert, *vbi ſuprà*: ſic 11
Plato 12. *de legib.* qui rem paruam ſuſtulit, & ſi
minori vi quam, qui rem magnam, æqua tamen
cupiditate furatus eſt, nec lex furti paruitate, al-
terum minus, quam alterum puniendum cenſet,
ſed eo fortiſan intereſſe putat, quod alter ſit in-
ſanabilis, ſanabilis alter. ¶ In hoc autem differt 12
furtum à dolo, quod furtum, vt prædicebamus,
committitur etiam in re minima, actio vero de
dolo non conceditur pro minori ſumma quam
duorum aureorum, *l. ſi oleum, §. vltim. cum l. ſe-
quenti, ff. de dolo*, cuius ſententiæ ratio eſt, quia
dolus conſiderari vix poteſt pro tam parua ſum-
ma, atque ita eam quantitatem taxauit lex, quæ
ſuper ea fundamentum facit, id, quod non euenit
in furto, quod ob iniuſtitiam furis in re minima
committitur, ita declarat Gerard. de Petra Sanct.
*ſingul.* 19. Curt. Iun. *in authent. præterea, num.* 8.
*Cod. vnde vir. & vxor.* relati, & ſequuti per Me-
noch. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *centuria* 1. *caſu* 72.
*num.* 12. & 13.
Hæc tamen ratio differentiæ inſufficiens vide-
tur; ſiquidem dolus poteſt conſiderari circa
paruam, & magnam ſummam iuxta animum, &
conditionem vniuſcuiuſque. Denique, quia in do-
lo etiam datur iniuſtitia, ſicut in furto, vt patet.
Tandem, quia fraus, ſeu dolus non in quantitate,
ſed in qualitate verſatur, *l. dolus*, 10. *Cod. de reſcin-
dend. venditione. Dolus emptoris*, inquit lex illa,
qualitate facti, non quantitate pretij æſtimatur,
per quem text. hoc probat Petr. Gregor. *lib.* 37.
*ſyntagm. iur. vniuerſ. c.* 1. *num.* 6.
Similiter non placet altera ratio differentiæ
aſſignata à præcitata gloſſa *in dict. §. gallina-
rum*, nempe, quod furtum fiat plerumque, & ideo
frequentius puniendum eſt, nec cæteræ à Doctor.
aſſignatæ.
Quare aduerſus communes traditiones cum 13
inſigni Didacus *vbi ſuprà*, verius eſſe exiſtimo
actionem furti non etiam dari pro re minima,
ſicut nec actio doli: ius enim ars eſt boni, & æqui
*l.* 1. *ff. de iuſtitut. & iur.* & tamen nulla æquitas
dictat actionem hanc furti, quæ infamiam irrogat
dari



dari pro vno quadrante æreo, nec pro vno ouo,
nec pro re alia minima: nulla enim iuſta ratio
differentiæ eſt in hoc inter actionem furti, &
actionem doli; ſiquidem in furto adeſt dolus
propter malum animum, & ſimulatum, nam affe-
ctus furandi fraudulentus eſt, & ſimulatus, vt
inquit Petrus Gregor. *vbi ſuprà, num.* 7. *in princi-
pio*, ac proinde, quia clam rei alienæ interpretatio
fit, furtum rectè à furuo, id eſt nigro, obſcuro,
dictum dicitur, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de obligat. quæ ex delict.
naſc.* Varro *lib.* 1. 1. *de ratio, vocabul.* & Gelius,
*lib.* 11. *cap.* 18. ſed melius quidam putant (vt in-
quit Petrus Gregor. *vbi ſuprà, num.* 8.) à ferendo
dictos fures vbi *in numeris ſeqq.* plures ſpecies fur-
ti refert, nec non, & Magiſter Aragon, in 2. 2. Diui
Thomæ *de iuſtit. & iur. quæſt.* 66. *de furt. & rapin.
art.* 3. *verſic. quam etiam pag.* 416. *col.* 1. vbi, quod
dicitur fur, à ferendo, ſeu auferendo.
14 Præterea ablatio rei minimæ attento paruo
nocumento, vel furtum non eſt, vel ſaltem mor-
tale crimen non inducit, ſed tantum veniale ob
animum nocentis: non enim præſumitur paruam
illam rem auferri contra voluntatem domini
propter paruum nocumentum, atque ob id,
etiamſi præſumeretur contraria domini volun-
tas, eſſet veniale crimen non mortale ſecundum
D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 59. *art.* 4. & ibi Caiet. Ioan.
Mai. *in* 4. *ſentent. diſt.* 15. *quæſt.* 26. cum Sylueſt.
*in ſumm. verbo, furtum, quæſt.* 2. Ioan. à Medin. *de
contract. quæſt.* 4. *in fin.* refert, & ſequitur Couar,
*vbi ſuprà*: nihilominus præd. communis ſenten-
tia, de qua *ſuprà, n.* 10. ſeruatur in practica, licèt
ſoleat aliquando propter rei modicitatem pœna
mitigari, ſecundum Iul. Clar. *vbi ſuprà, § furtum,
verſ. pariter in fin.*
15 Hinc eſt, vt ſi plures paulatim rem minimam
ab eodem horto, vel vinea abſtulerunt, etiamſi
ex omnium furto magnum, aut ſaltem notabile
damnum domino horti, vel vineæ illatum fuerit,
eorum quilibet veniale tantum crimen commi-
ſiſſe dicetur, ſi ipſe modicum illud damnum in-
tulit, ignarus damni ab aliis illati, tametſi te-
neatur ad illius damni quantumcumque minimi
reſtitutionem, ſecus ſi quilibet damnum intu-
liſſet certus de damno per alios illato, ex eo
quod plures fuiſſent ſimul vineam ingreſſi, quia
tunc mortale crimen quilibet commiſiſſet, li-
cet non teneatur ad totius damni reſtitutio-
nem, nempe ab illis illati, niſi fuiſſet cauſa
totius damni conſilio, auxilio ſimiliterve, vt
ex præd. auctoribus deducit, & ſequitur Dida-
cus *vbi ſuprà*, Cordub. *in ſumm. quæſt.* 70. Nauar.
*in Manual. cap.* 17. *num.* 130. & 140. Soto *lib.* 5.
*de iuſtitia & iur. quæſt.* 3. *artic.* 3. *ad* 3. Lupus *in
ſuo inſtruct. conſcient.* 1. *part. cap.* 93. Nauar.
*lib.* 3. *de ſtitut. cap.* 1. *num.* 47. quos refert, & ſe-
quitur Emanuel Rodriguez *in ſua ſumm.* 1. *tom.
cap.* 147. *num.* 7. & melius Salon *de iuſtit. & iur.
in* 2. 2. *D. Thom. quæſt.* 66. *artic.* 6. *controuerſ.* 3.
*verſic. ſed quæres col.* 1333. *cum ſeqq.* qui eſt omni-
no videndus, quoniam perfectius tractat hunc
articulum.
16 Si tamen quis ex vinea aliena duos tantum,
aut decem racemos ſurripuerit, ita vt non ſit,
niſi veniale: & alij pariter ſex, & ſic multi totam
vendimiauerint vineam, nec tamen ſint crimi-
nis conſortes, quia non ſimul prædam fecerunt,
tunc quia damnum totum ſimul magnæ æſtima-
tionis eſt, poteſt fieri ſententia excommunica-
tionis, vt reſtitutio fiat, & tamen nullus pecca-
uit mortaliter: quamuis enim rariſſimè hic ca-
ſus contingere poſſit, damnum tam ingens ſit
vt cenſuram iuſtificet; ſi tamen accideret dicen-
dum eſt, quod quamuis accipere non ſit morta-
le crimen, nihilominus, quia pro toto damno
excommunicatio fuit iuſta, & quicumque te-
netur ſub peccato mortali id quod abſtulit reſti-
tuere, niſi iam parum ſit, vt pro nihilo repute-
tur, ita docet Dominic. à Soto *in* 4. *diſtinctio-
ne* 22. *quæſt.* 1. *artic.* 2. *in verſiculo*, arguitur autem,
& ſumitur hæc concluſio, ex Maiore *in* 4. *diſtin-
ctione* 15. *quæſt.* 25. & 26. & Medin. *C. de reſtitut.
quæſt.* 8. & 20. quos refert, & ſequitur Couar.
*lib.* 1. *variar. reſolut. c.* 3. *num.* 2. *verſic.* qui ex hoc
inferunt idem Soto *lib.* 4. *de iuſtit. & iur. quæſt.* 7.
*artic.* 5. & hæc ſententia eſt communiter recepta
ſecundum P. Suarez *de cenſur. diſp.* 20. *de excom-
municatione ab homine, ſectione* 2. *an lata ad fin.
ſoluendi debitum ad fin. ſemper liget dubio* 1. *per
totum*, vbi latè agit pro & contra eamque pro-
bat, & explicat aliquos modos quibus verificari
poteſt, & reſpondet contrariis fundamentis.
Eandem ſententiam ſequitur, & probat P. Tolet.
*in ſua ſumm. lib.* 1. *cap.* 8. *in verſiculo aduerten-
dum tamen eſt.* ¶ Quid de eo, qui frequenter
parua vnius furatur? Agit Salon *vbi ſuprà, co-
lumna* 1332. *in verſic. committens furta*, vbi cum
Soto. Nauar. Metin. & omnibus recentioribus
reſoluit, quod committens furta in materia
parua, ſine animo inferendi maius damnum, in
omnibus illis furtis in quibus non attingit quan-
titatem magnam, tantum peccat venialiter, nec
tenetur illa ſub mortali reſtituere: ſi vero furta
quantitatis paruæ ita multiplicentur, vt attin-
gant quantitatem, quæ ſit magna, aut in ſe ipſa,
aut in damno alteri illato, vel in bono ſibi acqui-
ſito, illud vltimum furtum quo ad talem quanti-
tatem prouenitur, eſt mortale, & Emanuel Ro-
driguez *vbi ſuprà, num.* 8. addens, quod tenetur ad
reſtitutionem.
Relinquitur ergo arbitrio boni viri, quod ſit
notabile nocumentum, vt furtum dici poſſit verè,
& mortale crimen ſecundum Syluest. & Metin.
*vbi ſuprà*, quos etiam refert, & ſequitur Didac.
Couar. *vbi ſuprà.*
Fit igitur ex ſupradictis, vt pro minima re ob 17
cuius ſubtractionem peccatum veniale tamen
admittitur, minimè iure dari actionem furti,
quæ infamiam irrogat ſecundum Couarru. *vbi
ſuprà*, quem refert, & merito probat Auendaño
*in* 1. *part. circa prætor. cap.* 4. *num.* 19. *verſiculo,
verum hoc caſu*, vbi quod non damnaret huiuſ-
modi fures pœna ordinaria, ſed, alia extraordina-
ria criminali.
Qua opinione vt veriori retenta non obſtat 18
*dict. §. gallinarum*, quia ibidem non verè dicitur
committi furtum in vnius gallinæ nocumentum,
ſed fictè, & quaſi per quandam interpretatio-
nem, vt Zarius cenſuit, eius tamen reſponſioni
refragatur Theophylactus dicens pro vnius gal-
linæ furto, dari actionem furti. Quamobrem
aliter, & melius reſpondet Didacus nempe, non
eſſe vnam gallinam minimam rem, nec mini-
mum damnum ex eius furto inferri, quod bo-
nus, ac diſcretus vir ex accidentibus qualitatibus
iudicabit.
Similiter, quod ex D. Hieronymo Gratian. 19
refert *in dict. cap. vltim.* referendum eſt ad no-
cendi voluntatem, quæ ſi limitata ſit ad mini-
mi nocumenti terminos nequaquam erit mor-
tale crimen quod ſi nocendi animus nullam limi-
tationem habeat, aut etiam ad notabile nocu-
mentum progrediatur, mortalem culpam habe-
bit, atque ita Hieronymi auctoritas intelligenda
eſt

eſt in hunc ſanè ſenſum, vt accipiens à domino inuito rem minimam animo nocendi in maioribus abſque limite illius modici nocumenti, mortaliter peccet ex D.Th. & Caiet. 2.2.q.66. art.6. quos refert, & ſequitur Couar. vbi ſuprà.

20 Ex præd. definitione, ſeu potius deſcriptione furti, deducitur, quod qui re aliena depoſita, vel commodata vltra modum tempus, vel locum, à domino conſtitutum vtitur furtum facit §. furtum, §. placuit de obligat. quæ ex delict. naſc. qui iumenta de furtis, l. 3. in princip. tit. 14. part. 7. & qui re commodata ad vſum non deſtinata vtitur, l. qui fundum, ff. de condit. furt. l. ſi vt certo, §. planè, vbi gloſſ. ff. commodat. de quo agit latius Nauar. in Man. cap. 17. num. 183. qui eſt videndus, & eſt bona l. regia 3. in verſic. otro ſi dezimos, tit. 2. 5. part. cuius verba hæc ſunt: otro ſi dezimos, que recibiendo vn hombre de otro alguna coſa preſtada, faſta tiempo cierto, que no fueſſe de aquellas, que ſe ſuelen contar, nin peſar, nin medir, ſi puſieſſe dia, ò hora cierta ha que la tornaſe a ſu Señor, ſi de aquel dia, ò de aquella hora en adelante vſaſſe de aquella coſa teniendole contra voluntad de ſu ſeñor, è ſe perdieſſe, ò ſe murieſſe tenudo ſeria de la pechar, eſſo meſmo ſeria, ſi aquel que recibieſſe la coſa preſtada ſe obligaſſe en tomandola, que ſi ſe perdieſſe, ò ſe murieſſe, o ſe empeoraſſe por alguna deſtas coſas que diximos, que fueſſe el peligro del, idem probat l. fin. in fin. eodem tit. 2. part. 5. ibi, e demas ſi la coſa ſe perdieſſe, ò ſe murieſſe, o ſe menoſcabaſſe, deſpues que el pleyto fueſſe començado por demanda, ò reſpueſta, ſeria el peligro de aquellos que la recibieſſen preſtada, & l. 8. tit. 8 per totam, & præcipuè, ibi: el ſegundo es, &c. & in re certa promiſſa, idem probat l. 18. tit. 11. part. 5.

Hinc eſt, quod fur raptor, & violentus rei poſſeſſor, & generaliter iniquus rei occupator teneatur ad reſtitutionem poſtquam res ablata abſque eius culpa perierit, ſecundum D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 62. artic. 2. Syluestr. verbo, furtum, §. 16. gloſſ. & communiter Doctor. in regul. peccatum de regul. iur. in 6. & ibi Couar. 2. part. relect. §. 6. num. 1. de regul. iur. in 6. vbi eam latè probat, & tenet tam in foro exteriori quam in animæ iudicio, & Petrus Nauarra, lib. 4. de reſtit. cap. 1. n. 10. cum ſeqq. pag. 410.

Dubium tamen verſatur, an idem ſit dicendum quoties certum eſt dominum rei furto ablatæ eam ante interitum non fuiſſe alienaturum, & eodem modo apud ipſum rem illam perituram, ſicut & apud furem periit, necne? Et quidem in foro exteriori communis ſententia habet idem eſſe ſeruandum, tametſi Martinus gloſſator antiquus, & quidam alij contrarium teneant, vt conſtat ex latè adductis per Couarr. vbi ſuprà, dict. num. 2. in verſic. ſed huius quæſt. controuerſ. qui licet obiter opinionem Martini, & ſequacium contra communem admittit, & ex Gregorius Lopez, in dict. l. fin. gloſſ. fin. tit. 2. part. 5. loquentem, quoties res commodata erat peritura eodem modo penes commodantem, profitentur tam ipſi priorem eſſe communem ſententiam plures eam tenentes allegantes: quæ quidem communis ſententia probari videtur in generalitate præd. ll. regiarum & in praxi difficile eſſet cõtra eam obtinere.

In foro tamen animæ non tenebitur, qui obligatus eſt ex contractu ad reſtituendum rem ſi naturaliter intereat, & eodem modo eſſet peritura apud creditorem commodantem, vel deponentem, niſi ad id quod commodantis ob moram interfuit, vt tenet Angel. in ſumma verbo, commodatum, §. 14. Nauar. in Manual. latin. c. 17. num. 183. Ludouic. Lopez, in dict. l. fin. gloſſ. fin. ad fin. ibi in foro tamen conſcientiæ, &c. vbi in idem citat Petrus de Ancharan. in dict. regul. peccatum fol. 3. colum. 2. verſic. in quæſtione autem ſupradicta, & hanc latè probat dicens, non tantum æquiorem eſſe, ſed & veriorem, & iuſtiorem aduerſus Ioann. à Medin. de reſtitution. quæſt. 6. eandem ſententiam cum Couarr. contra Palud. latè probat Nauarr. vbi ſuprà, num. 15. cum ſeqq. præcipuè num. 16. & 17. & ita eſt tenendum, præterquam ſi dominus rei ad illud vſque tempus rem ſeruaturus non erat, ſed vel conſumpturus, vel donaturus, aut venditurus, vel ex ea ſibi vſque ad eum terminum ſeruatam aliquam vtilitatem capturus, quia tunc tenetur fur reſtituere, quia in tali caſu reuera intulit damnum, vt patet, alias ſecus, vt in terminis ſic tenet Nauar. vbi ſuprà, dict. num. 16. & 17. & præſupponunt Couarr. & Gregor. Lopez, vbi ſuprà: idem ſi pignore vtatur, creditor furti enim tenetur, l. ſi pignore 50. §. 1. ff. de furt. l. 3. tit. 14. part. 7. & 21 quod creditor vti non poſſit pignore ſine conſenſu domini decidit etiam l. 20. ſtatim poſt principium tit. 13. p. 5. vbi additur que ſi alguna contra eſto fiziere e la coſa empeñada ſe perdieſſe empeoraſſe vſando della contra voluntad del ſeñor della, o ſi de otra manera le venieſſe eſte daño por culpa, ò por negatiua de aquel que la tiene empeños, que es tenudo de la pechar.

22 Si fullo, vel ſarcinator, qui ſarcienda; vel polienda veſtimenta accepit illis vtatur, l. fullo, vel ſarcinator 84. de furt. ¶ 23 Si ſocius in re communi parte ſocij malo animo vtatur, l. ſi ſocius 46. eodem tit. niſi res ſit indiuidua, quia tunc in meliorem partem interpretandum, vt ſua re vti videatur, l. merito, ff. pro ſoc. furtum quoque facit, qui rem pignoratam ante tempus ſolutionis vendit, l. ſi is qui 75. ff. de furt.

Ex ſuperioribus ſcriptum reliquit Gellius, lib. 7. not. Attic. cap. 15. & confirmat Valer. Maximus, lib. 8. cap. 2. in fin. refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 3. caſu 298. num. 1. 24 Brutum ſolitum dicere furti damnatum eſſe, qui iumentum aliorſum duxerit, quam quo vtendum acceperat, item qui longius produxerit, quam quem in locum petierat pro quo vltra d. l. qui iumenta, allego bonum text. in dict. §. furtum in fin. inſtitut. de obligat. quæ ex delict. naſcunt. ibi, aut ſi quis æquum geſtandi cauſa commodatum ſibi, longius aliquo duxerit, quod veteres ſcripſerunt de eo, qui in aciem equum produxiſſet, & ibi gloſſ. verbo, geſtandi cauſa, cum ſua additione inquit, id eſt ducendi, nota contra illos, qui accipiunt in commodatum equum vſque ad villam, & poſtea ducunt eum Bononiam. ¶ 25 Et in verbo, produxiſſet, inquit idem eſt, ſi alij commodauit, ſpecies enim furti eſt de alieno largiri, vt in l. ſi pignor. §. 1. ff. de furt. vnione peccat commodatarius, qui rem ſibi commodatam cum notabili damno domini alteri commodat, l. qui vas, §. ſi ergo, ff. de furt. Nauar. in Manual. cap. 17. num. 184. in principio, & probat lariſſimè cum communi plures citans, quod prædiximus, Farinacius de furtis, quæſt. 169. num. 5. & 6. part. 1. fol. mihi 42. cum ſequenti. 26 Verum, quod de commodatario, re commodata ad vſum non deſtinatum vtente, vel alioquin conceſſo vt ante prædiximus intelligendum profectò eſt, cum is commodatarius certo ſcit, ſe aduerſus commodantis animum, & voluntatem re illa vti, nempe inuito domino, ſi eumque intellexiſſet non permiſſurũ; cæterum ſi permiſſurum credat extra crimen videtur,



detur, quia furtum, ſine affectione furandi non committitur, ita decidit text. in d. §. placuit inſtit. de furt. l. qui rem, ff. de furt. & in l. inter omnes, § rectè, ff. de furt. l. 3. tit. 14. part. 7. in princip. ibi: cauallo, o alguna coſa mueble tomando vn home à otro empreſtado para ir con el a lugar cierto, faſta tiempo ſeñalado, ſi de alli adelante lo lleua, y la vſa, faze furto: fuera ſende ſi lo faze cuydando, que no peſaria al ſeñor delir: Menoch. vbi ſuprà, quod de probabili credulitate intelligit Nauar. vbi ſuprà, num. 183. ibi, non eſt tamen fur, nec peccat, &c. imo gloſſ. in dict. §. placuit, verbo, permiſſurum ſtatim in princip. idem probat, etiam ſi ſtultè id credat, quia non tenetur furti cum non ſiat furtum, abſque affectu furandi, ſed bene tenebitur actione ex eo contractu, vel ſimili. ſed ſecus eſſe dicitur, ſi ſtultè opinetur te permiſſurum rem tuam accipere.

27 Dubitari tamen contingit, quando credulitas hæc dici poſſit probabilis, vel non vt excuſetur vel condemnetur commodatarius, & in hoc Angel. in d. l. inter omnes, §. rectè docet, hoc eſſe in iudicis arbitrio Auguſt. Arimin. ad eundem Angel. in tractatu de malef. in verbo, & veſtem cœleſtem, in additione, adde, quod licet vera ſit, quod ſequutus eſt Hippolyt. in l. quæſtionis modum, n. 34. ff. de quæſtionibus, & cum his idem probat, & ſequitur Menoch. vbi ſuprà, num. 3. dicens, quod prudens iudex diligenter animaduertat, quæ ſit perſonarum qualitas, an ſupra ſint conſanguinei, vel magna amicitia coniuncti, ita vt veriſimile ſit hunc commodatarium iuſtè credere potuiſſe commodantem conceſſurum: conſiderabit etiam, an is commodans ſit homo liberalis, & conſuetus ita commodare rei etiam qualitatem an magna, vel parua, an ad eum vſum apta ſit, vel non, vt admonere viſus eſt Bart. in dict. §. rectè, num. 1. in fin. ſed cum hoc quidem ſuprà, reſolueримus in eo, qui rem alienam credens dominum permiſſurum ſurripuerit, quæ differentia quæſo erit inter hos duos caſus? Sed eam profectò ſenſit Bart. in d. § rectè, n. 2. nempe, quod quando ab initio res eſt commodata præſumptio ſit pro ipſo commodatario, vt facilius credere potuerit dominum conſenſurum, ſeu permiſſurum (& in hunc ſenſum meo iudicio ſaluari poteſt gl. præd. idem probans in commodatario ſtultè credente dominum permiſſurum) ſed quando ab initio res ſubtracta fuit, præſumptio eſt contra ſubtrahentem, quod dominus non conſenſiſſet, quia nemo ſuum iactare velle præſumitur, ita Bart. vbi ſuprà, cum quo tranſeunt relati DD. præſertim Marſ. conſ. 26. n. 2. & latè Neniz. lib. 3. Sylu. nupt. n. 52. 2. Menoch. vbi ſuprà, n. 5. & in hac ſpecie non ſufficit ſtulta opinio credentis re permiſſurum rem tuam accipere, vt exiſtimat gl. præd. in d. § placuit, verbo, permiſſurum in fin. ex l. qui vas §. vetare, ff. de furt. & ita hanc differentiam conſtituit inter præd. duos caſus, quam non probat Ioan. Faber. in d. § furtum, n. 1. exiſtimans quod etiam in furto ſtulta opinio credentis dominum permiſſurum eum excuſet ab actione furti non vero quoad alias actiones ex gl. penult. in fin. in d. § rectè, & inquit Fab. quod hæc eſt veritas ad quem ſe remittit Ang. in d § furtum. Vnde differentia præd. Bart. & ſequacium inter præd. duos caſus eſt verior & tenenda.

28 Similiter conductor equi pro certis diebus ſi vltra illos pro aliis eum teneat facit furtum eo vtendo pro tempore ampliori iuxta gl. in d. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati, & ibi Bartol. limitans niſi credat dominum permiſſurum per ſupradicta, vel niſi alias equus ille ſolitus eſſet conduci ad vecturam, imo Bald. ibi poſt Iacob. Butr. vult, quod in dubio præſumatur habere voluntate domini propter pactum præcedens, quod bene notandum ſecundum Gregor. Lop. in l. 20 gl. 1. ſtatim poſt princ. qui præd. ſequitur tit. 8. p. 5. & patiſſimum, & quotidie viitatum, ſequitur alios allegans Farinac. de furt. dict. q. 169. n. 7.

29 Nihilominus tamẽ, qui conductũ equũ mulum, vel mulã, aut iumentũ longius quã ſit conuentum perduxerit tenetur ad dãnũ datũ, ſeu cõtingens illo longiori tẽpore, vel itinere, ſiue cũ culpa ſiue abſque ea vt in l. 8. in verſ. fuera ſende, iuncta verſ. el 2. l. 1. tit. 17. lib. 3. for. & in re cõmodata idem probat l. 3. verſ. ò ſi ſe perdieſſe, tit. 2. p. 5. ¶ 30 Illud tandẽ obſeruatione digniſſimũ cenſeo, actionẽ furti minimè locũ habere, ſi cõmodatarius, aut creditor, aut depoſitarius vtatur re cõmodata pignore, vel depoſito eo vſu propriè ad quẽ res ipſa deſignatur, & ad quem dominus ipſe rebus vti ſolebat, quod potiſſimũ deducitur à præſũpta volũtate domini, vt probauit Ioan. Fab. in l. 1. C de pign. act. quẽ refert & ſequitur Greg. Lop. in d. l. 20. tit. 13. p. 5. in gl. no vſe in princ. ¶ 31 Hoc tamẽ ita intelligendũ eſt, vt ſi creditor vtatur re pignori data eo quidẽ vſu, quo vti ſolebat dominus, nec res ipſa effecta fuerit deterior ex eo vſu, minimè teneatur ea ratione creditor furti, nec alia actione: at ſi ex hoc vſu facta ſit res deterior, ſitque ipſi rei cõueniens, nẽpe cũ ipſa ad illũ ex propria natura deſtinata fuerit, vel communi, ac frequẽtiori ipſius domini conſuetudine, tunc creditor, aut depoſitarius tenebitur, ad illud detrimentũ, actione quidẽ ex cõtractu non ex delicto, præſumitur enim ex his cauſis, attenta Fabri opinione dominũ permiſſurũ, idque non fuiſſe factũ eo inuito, vt ſenſit gl. in l. ſi vt certo, §. ſed interdum verſ. quinimo ff. commod. & d. l. 20. in princ. verum ſi ex vſu ipſius rei, & attẽtis aliis circunſtãtiis colligamus creditorẽ, cõmodatariũ, aut depoſitarium vsũ fuiſſe re depoſita cõmodata, vel pignore inuito domino, ſcilicet, non permiſſuro, locus erit 32 actioni furti iuxta deciſiones Iuriſcõſultorũ, quas paulo ante adduximus, ita egregius Didac. mirabilis ſẽper in ſuis reſolutionibus, in d. lib. 3. var. reſol. c. 15. n. 8. verſ. nam vt Fabri, qui tamẽ adhuc cẽſet in hac ſpecie, iudicẽ omnino debere iudiciũ, & eius ſeueritatẽ, ac rigorem tẽperare, ita quidem, vt abſque læſione, & dãno ipſius domini pœnã huius criminis benignitate, quadã molliat, mitemq; efficiat: cũ, & ſi furtũ hic cõmiſſũ eſſe cõſtet, id tamẽ non omnino inhoneſtũ eſt, nec cõnumerari debet inter furta, quæ ll. & reip. inſtitutis praua, & perniciosa cẽſentur, ideo molli quadã pœna furtũ hoc puniendũ eſt, quod ſenſit Corn. conſ. 274 lib. 3. n. 6. verſ. & potiſſimè, & ſequitur alios allegans Farin. vbi ſup. n. 11. ſicque vel ipſa iudicis ſentẽtia, ex hac cauſa damnatus erit ab infamia liberãdus, aut ſaltẽ, & ſi hoc à iudice omiſſũ fuerit, eius ſentẽtia erit in eũ modũ accipienda, vt minimè iudicetur infamis, qui per eã furti hac ratione cõdẽnatus fuerit. Eodẽque pacto inquit Didac. iudicis recti arbitrio relinquendum erit, ſitne locus hac in ſpecie ſeptuplum pœnæ, qui in his regnis plerumque indicitur furibus? etenim inſpectis circonſtantiis perſonarum, rerum, loci, & temporis à ſeptuplo iudex abſtinebit, & cũ hodie ab vſu hæc pœna verberũ, necnon, & verecundiæ publicæ, ac triremium, quæ in locum ſeptupli per ll. huius regni ſucceſſit, abſtinebit, & iã nos in praxi obſeruauimus præd. 1. declarationẽ Didac. ad doctrinã Fabri, iuxta eam proferendo ſententiã in caſu occurrenti, quo creditor vſus fuit pignore, nempe annulo aureo ad vſum deſtinatum, & cõſuetum abſque vllo præiudicio

53 dicio creditoris. ¶ Furtorum autem duo ſunt ge-
nera manifeſtum,& non manifeſtum *l. furt. ff. de*
*furt. §. furtor. inſtit. de oblig. qua ex delict. naſc.*
54 Manifeſtum furtum eſt , quando fur deprehen-
ditur cum ipſo furto dum furatur, vel cum refu-
tata, antequam quo deſtinauerat detulerit, etiam
ſi viſus poſtea furtum abiecerit *l. 3. 4. 5. 6. & 7.*
*ff. de furt. l. ſi quis quid perferenda 35. in ord. ff. eo-*
*dem d. §. furtorum* : refert plures Farin. *de furt.*
*q. 166. n. 20. cum ſeqq. fol. mihi 9.* & manifeſtum il-
lud dicitur quod nulla alia probatione indiget,
text. *in c. de manifeſt. & c. manifeſt. 2. q. 1.* quod ha-
bet rei euidentiam, *cap. cum olim 24. de verb ſign.*
55 Furtum non manifeſtum dicitur , quod manife-
ſtum non eſt , ſed clam fit *l. nec manifeſtum 8.*
*l. vulg. 21.* & *l. is qui opem 34. l. ſi quis ex domo 54.*
*ff. de furt. l. falſus 19. C. eodem , §. nec manifeſtum*
*inſt. de oblig. qua ex delict. naſc.* ad quod conuin-
cendum opus eſt aliqua probation. Farin. *vbi ſu-*
*pra, n. 13.* vbi *n. 24.* quod qui furto conſilium, vel
opem fert non dicitur fur manifeſtus.
36 Quod ſi quis non fuerit cum furto deprehen-
ſus, ſed fuerit viſus furari ad furti ſpeciem mani-
feſti pertinebit, ita tenet gloſſ. *in l. fur manifeſtus*
*verbo deprehenſus. ff. de furt.* quæ in hoc commu-
niter approbatur , vt inquit Alber. *ibidem in fin.*
teſte Iul. Clar. § *furtum verſ. furtorum ad fin.* vel
ſi contra eum acclametur, vel curratur, aut quid
ſimile , vt cum aliis probat Farinac. *vbi ſuprà,*
*d. q. 166. num. 20.*
37 Raptor quoque manifeſtus fur exiſtimandus
eſt *l. Papin. l. ſi vendidero 82. §. cum raptor ; ff. de*
*furt.* ſpecies namque furti , ſed grauioris pœnæ
vi bonorum raptorum eſt *§. 1. inſt. vi bon. rapt.*
*l. 1. ff. eodem* , nam & de vi public. iudic. agi po-
teſt *l. 2. §. 1. ff. vi bon. rapt.* pro rebus tamen
38 mobilibus & mouentibus *l. 1. Cod. eodem.* ¶ Et
vi rapiens fure improbior eſt , furtum tamen
propriè non faciens *l. ſi cum except. 14. §. qui vim*
*ff. de eo quod met. cauſ. l. vi met. ff. de vi & vi*
39 *armat.* ¶ In furto namque res , quæ propriè ca-
dunt mobiles ſunt , non autem immobiles *l. ve-*
*rum eſt la 1. ff. de furt.* & quod raptor manifeſtus
fur exiſtimandus ſit probat cum quibuſdam con-
tra alios Farinac. *vbi ſuprà, num. 34. iuncto, n. 31.*
vbi *num. 36.* quæ differentia ſit inter furem & ra-
ptorem vbi *num. 32.* cum aliis pluribus auctoribus
probat quod raptores ſunt aliis furibus impro-
biores, & *num. 35.* quoſt ſtatutum imponens pœ-
nam pro furto habet locum etiam in rapina, quæ
eſt maius crimen, quam furtum. ¶ Hodie autem
præd. differentia inter furtum manifeſtum , &
non manifeſtum receſſit ab aula, quia pœna pecu-
niaria dupli, & quadrupli mutata eſt in corpora-
lem , vt cum Minſerio probat Farinac. *vbi ſuprà,*
*n. 25.* in his autem regnis Hiſpaniæ , aliter fures
puniuntur, vt *ſuprà* diximus *n. 13.* & dicemus in-
fra aliis quæſtionibus.
40 Similiter ad furtorum ſpecies pertinebant
quodammodo olim actionum variæ formulæ, vt
actio furti concepti , & oblati , & non exhibiti
& prohibiti *§. furtorum , & §. conceptum cum ſe-*
*quenti inſtitut. de obligat. qua ex delict. naſc.* quas
omnes reduxit Iuſtinianus ad furtum non mani-
feſtum, quia conceptum & oblatum ſpecies actio-
num potius ſunt furto cohærentes , quam gene-
ra furtorum , vt in dictis iuribus , quare merito
præd. actiones ( vt ait Iuſtinianus ) indeſuetudi-
nem abierunt.
41 Cum enim requiſitio rei furtiuæ hodie ſecun-
dum veterem obſeruationem non fiat, merito ex
conſequentia etiam præfatæ actiones ab vſu com-
muni receſſerunt, cum manifeſtum ſit, quod om-
nes, qui ſcienter rem furtiuam ſuſceperint, & ce-
lauerint , furti nec manifeſti obnoxij ſint , vt *in*
*d. §. conceptum ad fin.*
Ex quo text. manifeſtè probatur , non licere 42
domino rei, qui dicit illam furto ſubtractam fuiſ-
ſe accedere ad domus aliorum, & talem rem ſibi
furatam perquirere , & probat Farinac. *de furtis,*
*quaſt. 165. num. 31.*
Sed an auctoritate iudicis id liceat dubium 43
eſt; in quo communiter tenetur, quod non ſit con-
cedenda perquiſitio inquit Abbas *in cap. qui cum*
*fure , num. 6. de furt.* quem refert pract. Conrad.
*folio 366. poſt num. 14.* & Iulius Clarus *§. furtum*
*ſub verſiculo , quæro nunquid.* Sed contrarium
eſt tenendum , nempe , vt cum auctoritate iudi-
cis id liceat ſecundum Bart. *in l. fin. col. 1. ff. de*
*quaſtionibus* , ſequitur Marant. *de ordin. iudic.*
*6 part. tit. de inquiſitione , num. 204.* & Auiles
*cap. 6. prætor. in gloſſ. viſita num. 2.* adeo, vt quam- 44
uis , qui ita ingreditur , ſi id quod quærit non
inueniat , minimè iniuriarum actione teneatur,
vt iudicatum fuiſſe refert per plura , quæ citat
Boër. *deciſ. 174. in fin.* quem refert & ſequitur
Petrus Gregorius *in part. ſyntagm. iur. lib. 36. c. 1.*
*num. 20.* eſtque communis opinio , vt dicit Au-
guſtin. Arimin. in addit. ad Angel. *de maleſic. in*
*verb. & veſtem cæleſtem, num. 34.* & pract. Con-
rad. *vbi ſuprà,* & ita ſeruatur de ſtylo, vt atteſta-
tur Boër. *vbi ſuprà , num. 20.* & ſecundum hanc
opinionem iudicatum fuiſſe refert Papo. *lib. 23.*
*tit. 6. arreſto 3.* quos citat Clarus *vbi ſuprà* ; vbi
etiam, quod practica, hoc videtur approbaſſe, &
quod in illo ducatu iudices non concedunt li-
centiam perquirendi ipſiſmet dominis , ne ſe-
quantur ſcandala , ſed mittunt ipſi exequutores
ſuos, ſiue conſules viciniæ, qui perquirant , præ-
ſentibus etiam quandoquidem ipſis dominis , &
tandem citat Alciat. *conſ. 462. in dubio* , dicen-
tem , quod ita videmus quotidie fieri per iudi-
ces , & quod minimè mutanda ſunt , &c. Quæ
practica mihi multum placet , & amplectenda
eſt, quinimo cenſeo iudices ipſos non debere eſſe
nimium faciles in concedenda ſemper præd. per-
quiſitione , ſed cum iudicio penſatis penſandis,
& qualitate perſonarum, quod nouiſſimè proba-
uit Farin. *vbi ſuprà , in fine præd. quæſtionis 165.*
poſt hæc ſcripti.
Quæ omnes & in praxi receptæ ſententiæ mul- 45
tum comprobant ex Pij reſcripto , quo Vlpianus
docet *in l. 1. §. hoc autem, & in l. Diuus , ff. de ſeru.*
*fugit.* vt qui ſeruum fugitiuum vult requirere in
prædiis alienis , poſſit adire præſidem litteras ei
daturum, & ſi res ita exegerit, apparitorem quo-
que , vt ei permittatur ingredi , & perquirere &
pœnam eundem prædem in eum conſtituere, qui
inquiri non permiſerit, ſed ex Marci oratione (ait)
facultatem datam ingrediendi in Cæſaris , Sena-
torum & paganorum prædia , volentibus fugiti-
uos inquirere , ſcrutarique cubilia , atque veſti-
gia occultantium. Rurſus idem Vlpianus Mode-
ſto conſule, inquit, Senatuſconſultum factum eſt,
vt fugitiuos inquirere volentibus literæ ad ma-
giſtratus dentur, mulcta etiam centum ſolidorum
in magiſtratus ſtatuta , ſi litteris acceptis in-
quirentes non adiuuent, ſed & in eum, qui quæ-
ri apud ſe prohibuit eadem pœna ſtatuta eſt:
Marci quoque & Commodi Epiſtola declarat,
& Præſides , & Magiſtratus , & milites ſtationa-
rios dominos adiuuare debere in fugitiuis inqui-
rendis , vt & inuentos reddant & hi apud quos
deliteſcunt priuantur , ſi crimine contingantur.
¶ Serui



46 ¶ Serui namque fugientes à dominis furti ſui
facere videntur argument. *l. quis ſit fugitiuus 17.*
*in ordinamenti , ff. de ædil. edict.* in terminis Pe-
trus Gregorius *in 3. part. ſyntagmat. lib. 37. cap. 2.*
*num. 3.* vbi quod ob hoc delictum pede , olim,
iure C. manu truncabatur eſt *l. ſi fugitiui, Cod. de*
*ſeru. fugit.* & quod ſeruus fugitiuus ſui furtum
faciat probat *l. 1. Cod. de ſeru. fugit. l. 23. in prin-*
47 *cipio, tit. 18. part. 7.* ¶ Ac proinde ab Eccleſia ex-
trahuntur , vel dominis indicari debent *leg. ſi*
48 *ſeruus 3. C. de his qui ad Eccleſ. confug.* ¶ Specia-
le enim eſt in ſeruis fugitiuis , vt requiri poſſint,
ſecus in re furtiua , vt *in d. §. conceptum ad fin.*
vt in terminis tenet gloſſ. *in dict. l. 1. §. hoc autem,*
*verbo in prædia* , & tenent Doctores opinionem
illius gloſſæ ſecundum Salic. *in l. requir. n. 2. C. de*
*ſeru. fugit.* vbi limitat , quando eſſent indicia de
crimine: eandem communem appellat Auguſt. de
Arimin. in addit. ad Angel. *de maleſic. in verb.*
*etiam veſtem cæleſtem , num. 43.* vbi limitat gra-
tia publicæ vtilitatis, vel ſi eſſent indicia per quæ
oriretur ſuſpicio , quod res furtiuæ eſſent in do-
mo illius , & hoc procedit præterquam ſi fiat
cum lit. indicis, iuxta ſupra d. communem reſo-
49 lutionem , & praxim. ¶ Eodem modo , ſi eſſet
commiſſum vnum magnum furtum , & neſcire-
tur auctor , poteſt iudex inquirere mittendo pro
viciniis , & inueſtigando alia indicia pro inue-
niendo fure ſecundum Bart. *in l. fin. col. 1. ff. de*
*qq.* Marant. *de ordin. iud. 6. part. titul. de inquiſ.*
*num. 204. in verſic. eodem modo* , & *in l. is poteſt,*
*num. 301. ff. de acquir. hæred.* inquit legem præ-
ſumere, quod damnum commiſſum in aliquo lo-
co cenſeatur illatum à vicinis , niſi aliud probe-
tur, vt tenent Bart. & alij quos allegat, & hoc li-
mitat , *num 303* cum Bald. procedere in vicino,
qui eſt malæ conditionis , & famæ , ſecus ſi eſſet
homo bonæ famæ, & vitæ, quia non præſumitur
damnum commiſiſſe.

SVMMARIVM.


1 *Fur an præſumatur ille apud quem res fura-*
*ta reperitur , & rem vero domino reſti-*
*tuere teneatur abſque pretij ſolutione , &*
*numeris ſequentibus præſertim , num. 12.*
*cum ſeqq.*
3 *Furti actione tenentur ſuſcipientes à ſeruo furto*
*ſublata ſcienter.*
4 *Furti actione tenentur receptantes ſcienter res*
*furtiuas , limitatur , num. 1. & fœneratores*
*recipientes pignori vel furto res ſubtractas:*
*& an hoc vltimo , caſu præſumatur ſcientia*
*fœneratoris, num. 5. & 8.*
6 *Furti actione an teneatur vincens in ludo ſcien-*
*ter pecuniam alienam.*
7 *Furti actione an teneantur fœneratores reci-*
*pientes ſcienter à famulis ſcholarium libros*
*Dominorum ſuorum ſub pignore.*
9 *Emens res furtiuas ad hoc vt puniatur, duo co-*
*pulatinè requiruntur, vt hic.*
10 *Receptatores delinquentium , & latronum , ad*
*hoc, vt puniantur, requiritur ſcientia.*
15 *Torqueri an poſſit quis pro furto, eo ſolum, quod*
*penes ſe res furata reperitur.*
20 *Furtiua re reperta apud aliquem bonum virum,*
*& bonæ conuerſationis, & famæ ceſſat omnis*
*ſuſpicio: alias ſecus: & quid ſi ille ſolitus erat*
*emere: & vendere res mobiles, & illas palam*
*tenere, num. 21. cum ſeqq.*
24 *Vicini, quando commiſſum eſt furtum in aliqua*
*domo , an poſſint capi , & torqueri pro furto*
*inueniendo ? & num. ſeqq.*
28 *Bona fama eſt theſaurus ineſtimabilis , &*
*ſicut lilium dans ſuauitatem odoris, & pur-*
*gat indicia ad torturam. Et ſicut corpus*
*minimum illuſtrat ſol ita etiam bona fama,*
*num. 29.*
30 *Furto commiſſo , ſi reperiatur aliquis vicinus*
*qui habebat notam domum vel locum in quo*
*delictum eſt commiſſum , & ibi aſſiduè con-*
*uerſabatur , & vltra hoc erat pauper , nunc*
*vero reperitur diues , an ex hoc oriatur ſuf-*
*ficiens indicium ad torturam ? & num. ſe-*
*quentibus.*
33 *Indicium ſufficiens ad torturam , an oriatur ex*
*conuerſatione, & cohabitatione delicto com-*
*miſſo in domo vel in viciniis , &c. Et quid*
*quando reperitur ſocius occiſus in domo ſo-*
*cij , num. 35. & quid contra illum qui plu-*
*rimum locum illum frequentabat , num. 36.*
*Et quid quando reperitur mortuus ante do-*
*mum alterius concurrente inimicitia , nume-*
*ro 37. Et quomodo hoc ſit intelligendum,*
*num. 38. & 39.*
20 *Furtiua re reperta apud hominem malæ condi-*
*tionis, & famæ, non ex hoc poterit condemna-*
*ri pœna ordinaria furti , niſi alia coniectura*
*concurrant, & n. 41. Sed neque his concur-*
*rentibus locus erit pœna ordinaria , ſed tor-*
*tura, vt in num. 42. cum ſeqq.*
43 *Probatio in criminalibus qualis eſſe debeat*
*quando agitur de pœna corporali imponen-*
*da, & num. ſeqq.*
45 *Furtum vt probetur requiritur plena probatio.*
46 *Pro crimine verè probato vera pœna imponitur,*
*pro præſumpto vero extraordinaria.*
47 *Furtum eſt difficilis probationis , ac proinde po-*
*teſt probari per coniecturas , & indicia. Et*
*quomodo hoc intelligatur, num. ſeqq.*
48 *Probatio per indicia , & coniecturas in delictis*
*difficilis probationis habetur pro euidenti, &*
*plena probatione.*
50 *Homicidium an probari poſſit ex indubitatis*
*indiciis , argumentis, & coniecturis , abſque*
*aliis probationibus ? & num. ſeqq.*
52 *Furti particeps præſumitur ille , apud quem res*
*furtiua reperta eſt, quando agitur de rei fur-*
*tiuæ reſtitutione, & num. ſeqq.*
53 *Iudæi fœnerantes ſuper veſtibus alienis tenen-*
*tur eas reſtituere propriis dominis , nullo ſibi*
*reſtituto pretio.*
56 *Poſſeſſor rei furto ſublatæ ſit. & bona fide ad*
*quid teneatur in vtroque foro ?*
57 *Emptor rei furtiuæ ſcienter aliquo pretio eo ani-*
*mo vt eam vero domino reſtituat petere po-*
*teſt prædictum pretium à domino.*
58 *Emptor rei furtiuæ ſcienter , ſi eam amiſit , vel*
*eſſet extincta , ac mortua vel alteri vendita*
*ad quid teneatur ?*
59 *Emptor rei furtiuæ bona fide, ſi deinde ſuperue-*
*niat ſententia rei alienæ , tenetur eam reſti-*
*tuere nullo recepto pretio. Ampliatur , nu-*
*mero 60.*
61 *Emptor rei furtiuæ in nundinis tenetur eam re-*
*ſtituere vero domino nullo recepto pretio.*
63 *Emptor vel redimens rem alienam ab hoſtibus*
*vel latrunculis exteris, poteſt recuperare pre-*
*tium à vero ipſius domino.*
64 *Emptor rei alienæ bonæ conditionis , & famæ*
*euitat pœnam legis, & à quo poſſit recuperare*
*pretium.*


65 *Dominus*

65 *Dominus rei furatæ ſi reſtituit pretium eius emptori bonæ fidei, non poteſt id ab eo condicere, & repetere.*

66 *Emptor rei furtiuæ poteſt eam retinere donec ſibi pretium ſoluatur ſtante ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio hoc permittente.*

67 *Emptor bonæ fidei rei emptæ à latrone, an poſſit tuta conſcientia, cum primum intellexit rem illam eſſe furtiuam eam latroni reddere, & ab eo pretium recuperare.*

68 *Auxilium & conſilium præſtans in crimine furti & mandans illud fieri & receptans furem, aut res furatas, qua pœna puniatur? regula cum ampliationibus & limitationibus remiſſiuè.*

---

*De eo apud quem res furata reperitur.*

## QVÆSTIO CLII.

1 QVÆRO modo opportunè ſatis, an ille
apud quem res furto ſubtracta reperitur,
præſumatur fur, & rem vero domino reſtituere
teneatur, abſque pretij ſolutione? Et quidem
pars affirmatiua certa videtur ex text. *in l. in ci-
uilem 1. in ordin. & l. ciuile 5. in ordine, C de furt.*
litera illius talis eſt *inciuilem rem deſideratis vt
agnitas res furtiuas non prius reddatis, quam pre-
tium fuerit ſolutum à dominis, curate igitur ci-
tius negotiari ne non tantum in damna huiuſmo-
di, ſed etiam in criminis ſuſpicionem incidatis:*
Poſterioris vero legis hæc ſunt verba: *ciuile eſt,
quod à te aduerſarius tunc exigit, vt res, quam
apud te fuiſſe fateris exhibeas venditorem, nam à
tranſeunte & ignoto, te emiſſe dicere, non conue-
nit, volenti euitare alienam bono viro ſuſpicionem.*
2 ¶ Et quoad redditionem rei, abſque ſolutione
pretij in ementibus ſcienter, à filiis, nepotibus,
vxore, vel ſeruo idem probat *l. 4. in verſiculo,*
3 *pero ſi el hijo, tit. 13. part. 7.* ¶ Quinimo ij, qui à
ſeruo furtim ablata ſcientes ſuſceperint, non
tantum de ſuſceptis, ſed etiam pœnali furti actio-
ne conueniri poſſunt, inquit *l. eos 4. in ordine,
Cod. de furt.* & licèt illum textum non alleget,
refert tamen plures auctores idem tenentes Maſ-
card. *de probat. ſecundo tomo, concluſione* 831. *nu-
mero* 18. & quod puniantur eadem pœna eſt
communis vt cum Bart. & aliis affirmat Peguer.
*deciſ. crimin.* 25. qui eam probat *num.* 4. & *num.* 6.
refert ſecundum eam doctrinam & Theoricam
fuiſſe in regio illo conſil. concluſum die 5. Maij
anno 1583. contra quendam Paulum Stranij de-
latum & inculpatum, quod ſcienter receptaue-
rit in domibus ſuis partem rerum furto ſubtra-
ctarum, & quod fuit fuſtigatus per loca ſolita &
condemnatus ad ſeruitium regiarum triremium
ad quinquennium & addit *num.* 2. quod hoc lo-
cum non habet, quando quis rem recepiſſet igna-
rus, vel quod eam cuſtodiret, ſaluamque faceret
ei, qui amiſerat humanitate vel miſericordia
ductus, vel alia probata atque iuſta ratione, vt
ibi probat.

4 Per quem text. inquit ibi Bald. quod tempo-
re ſuo fuit ſuſpenſa quædam mulier, quæ ſcien-
ter receptauerat res furtiuas, quod inquit etiam
procedere in fœneratoribus ſcienter recipien-
tibus pignori res furto ſubtractas per *l. ſeruus
cuiuſdam, ff. de cond. indeb.* & Bald. ibi, ſequitur
Paul. de Caſtr. necnon & Angel. *de maleſ. in verb.
& cæleſtem, verſ. quid ſi quis emerit,* vbi idem dicit
de eo, qui ſcienter emit rem furtiuam à fure per
*d. l. in ciuilem*, cum ibi notatis per gl. & DD. ſe-
quitur alios allegans Vall. *conſ. 45. n. 2. & 3. lib. 1.*
extendunt enim vltra ſupra d. text. illum omnes
interpretes ibi, loquentem in eo, qui ſcienter pi-
gnore accepit res furtiuas ad emptorem, & præ-
terea Alcia. *reg. 5. præſumpt. 29. verſ. 4. declaratur,*
necnon & Ruin. *conſ. 82. colum. 1. lib. 4.* ſequitur
Menoch. *lib. 5. præſumpt. 29. n. 32.*

Diſſentiunt tamen auctores vehementer circa 5
intellectum *d. l. ſeruus,* in eo, nunquid fœnerator
iſte præſumatur ſciuiſſe ſeruum illum pignori
dediſſe rem illam ſine conſenſu domini? Alc. nam-
que loco præcitato ſenſit fœneratorem illum
præſumi hoc ſcire, quia debuit perſcrutari condi-
tionem ſerui an pignoraret mandato domini, vel
quomodo iuxta *l. qui cum alio contrahit, ff. de reg.
iur.* Sed contrarium videntur probare Roman.
*conſ. 473. in fin.* Atim. in addit. ad Ang. *in tract. de
maleſ. in verb. & veſtem cæleſtem, num.* 28. Vall. *vbi
ſuprà, num.* 16. cum dixerunt receptantem furem
ſcienter puniri pœna furti (de quo tamen latius
*infrà alia q.* agemus) addentes quod in dubio non
præſumitur ſcienter receptaſſe, & in ſpecie idem
de re furtiua reſpondet Grammat. *conſ. 37. n. 22.
lib. 1.* ſed has opiniones duobus modis conciliat
Menoch. *vbi ſuprà, n. 34. 1.* vt Alciat. loquatur de
ea perſona quæ veriſimiliter apparet non pigno-
rare rem alienam, vt eſt in ſeruo, qui veſtes nobi-
les pignori dat, cæteri vero loquuntur de eo qui
rerum dominus videri poteſt. Secundò, vt Alc.
ſent. procedat quoad ſolam ipſam rei reſtitutio-
nem, alia vero quoad pœnam corporalem, vel
aliam ordinariam furti, hæ duæ concordiæ pro-
babiles quidem ſunt.

Superiora confirmantur, ex altera doctrina 6
Bald. *in rubr. Cod. de condit. ob turp. cauſam,* docen-
tis, quod vincens in ludo ſcienter pecuniam ſer-
uo, quæ erat ſui domini, vel filiofamilias, quæ
erat patris, vel inſtitoris, quæ erat patroni com-
mittit furtum & tenetur furti, ac illam non lu-
cratur Bald. ſequitur Iaſ. *in d. l. ſeruus in fin.* &
Alc. *de præſumpt. 2. reg. præſumpt. 24. n. 6.* & Ro-
land. à Vall. *d. conſ. 45. n. 4. vol. 1.*

Similiter *eandem l. ſeruus*, dicit ibi Bald. menti 7
tenendam pro famulis ſcholarium pignorantibus
libros dominorum fœneratoribus ſcientibus,
quem refert Roland. *ſuprà num.* 5.

Sed pro intellectu d. l. eos in praxi, duo, vel 8
tria duxi obſeruanda ſecundum quod Marſ. *con-
ſil. 53. num.* 24. inquit nullam l. reperiri dicentem
quod receptans res furatas ſcienter teneatur pœ-
na furti, & quod *d. l. eos*, non loquitur generaliter
in quolibet receptante rem furtiuam, ſed ſolum
in recipiente à ſeruo, vt latè ibi probat & ſequi-
tur Roland. *conſ. 45. n. 6. & 7. lib. 1.* in hoc tamen
contrarium latè probat Ant. Gom. *cap. 5. de furt.
n. 16. 2.* quod *d. l. eos*, requirit quod adſit hæc qua-
litas in receptatore, quod ſcienter receptauerit,
& quod ita articuletur & probetur & non tudi-
ter vt inſtruit Felin. *in cap. quoad conſultationem,
col. penult. in fin.* cum aliis quos citat, de re iudicat.
& ceſſante huiuſmodi probatione, non poteſt
habere locum diſpoſitio *d. l. eos*, quod latè probat
& confirmat Roland. à Vall. *vbi ſuprà, num.* 11.
*cum ſeqq.*

Quinimo duo copulatiuè requiruntur ad hoc 9
vt emptor rerum furtiuarum puniatur pœna ſci-
licet, quod ſcienter receptauerit, & demum
quod res furatas celauerit, aliàs vnum ſine alte-
ro non ſufficit per textum expreſſum *in §. præ-
terea*, ibi, *ſuſceperit & celauerit inſtit. de obligat.*
*quæ*



*quæ ex delict. naſcuntur*, quem ad hoc maximè
commendat ibi Angel. quem ſequitur Marſil. *con-
ſil. 30. poſt num. 20. verſic. præterea non videtur,*
idem tenet & probat Roland. à Vall. *vbi ſuprà,
num. 25. cum ſeqq.* & Maſcard. *de probt. 2. tom. con-
cluſ. 851. num. 19.*

10 Hinc eſt, quod ad hoc vt puniantur receptato-
res delinquentium atque latronum, requiritur
ſcientia, non vero puniuntur ignorantes delictum
& in dubio præſumitur ignorantia in hoc & ſic
debet conſtare de dolo & malitia receptatorum,
& alleganti dolum vel culpam in hoc incumbit
onus probandi, vt latè reſoluimus plures allegan-
do *conſ. 36. n. 23. & 24. 26. & 27.* & Roland. à Vall.
*vbi ſup. n. 16.* & de iure huius regni, ad hoc vt re-
ceptator incurrat pœnam receptatoris, requiri-
tur quod iudex petat ab eo delinquentem rece-
ptatum & ſibi negetur, & occultetur vt *in l. 1. & 4.
tit. 16. & l. 6. tit. 22. hoc lib. 8. nou. collect. reg.* vt cum
Atend. probauimus *vbi ſuprà, n.* 25.

11 Tertiò, quod diſpoſitio *d. l. eos, C. de furt.* non
habet locum quando quis ſcienter etiam recepta-
uerit res furto ſubtractas non animo & intentio-
ne aliquid lucrandi, ſed gratis vt tantum ſeruiat
amico vt latè pluribus probat Roland. à Vall.
*d. conſ. 45. num. 28. cum ſeqq.*

Nihilominus tamen, pro exacta intelligentia
& reſolutione principalis noſtræ q. obſeruanda
quidem ſunt ſequentia, ex quibus in praxi res
vtiliſſima remanebit, & perſpicua, & *d. l. in ci-
uilem cum dict. leg. ciu.* intellecta & materia ex-
planata.

12 Primum cum res furtiua reperitur apud eum,
quem non conſtat adhuc an ſit vir probatæ vitæ
& famæ, vel non agitur de indicenda pœna furti,
& in hac ſpecie non erit ex hoc ſufficiens præſum-
ptio, ſed ſola quædam ſuſpicio vt conſtat ex *d. l. in
ciuilem* ibi: *ſed etiam in criminis ſuſpicionem inci-
datis*, & *in d. l. ciuile*, vbi *volent euitare alienam
bono viro ſuſpicionem*: quam ſuſpicionem appellat
ſimplicem hominis præſumptionem Ioan. Andr.
in addit. ad Specul. *in tit. de præſumpt. §. ſpecies,
num. 5. in verb. in prædictis concord.*

13 Sicque intelligendi ſunt gl. Bart. Bald. & Paul.
de Caſtr. *in d. l. inciuilem*, & Alciat. *de præſumpt.
reg. 3. præſumpt. 29. num.* 1. dum dicunt quòd ſi res
furtiua reperiatur apud aliquem, non præſumitur
eum ſubtraxiſſe: loquuntur enim de præſumptio-
ne quod verum eſt, non vero de ſola ſuſpicione
quæ quidem oritur in hoc caſu contra eum pe-
nes quem res furtiua reperta eſt vt *in d. ll.* eſt ta-
men leuis coniectura ſecundum Bald. *in l. non hoc
in fin. Cod. vnde legitim.* quem ſequuntur Decian.
*conſ. 93. n. 87. lib. 2.* & Menoch. *d. lib. 5. præſumpt. 19.
ſub num 2. ad fin.*

14 Et ideo hæc ſuſpicio diluitur, ſi iſte nominat
à quo rem habuit, vel ſi iurat ſe illum non co-
gnoſcere ita Aug. Atim. in addit. ad Ang. *de maleſ.
in verb. & veſtem cæleſtem, num.* 19. & Boër. *q. 165.
n. 4.* eoſque referens ſequitur Menoch. *vbi ſuprà,
num.* 3. communis (quando oſtendit auctorem)
ſecundum Anton. Gom. 3. *tom. c. 13. de tortur. reo-
rum, num.* 12.

15 Vnde diſcutiendum eſt hic de veritate doctri-
næ Bart. *in l. vlt. poſt n. 5. ff. de qq.* docentis furtum
præſumi commiſſum ab illo penes quem res fu-
rata inuenta fuerit, adeo vt ſi non docuerit à quo
rem habuerit, iuſtè ex illa inuentione poteſt
ſubiecti tormento & conſuluit Marſil. *conſil. 52.*
miſericordia Domini *n. 33.* & *conſ. 75. munda cor
meum, n. 11.* ſequitur Roland. à Vall. *conſ. 45. n. 39.
& ſeq. lib. 1.* Iulius Clar. alios allegans *in practic.*
*crimin. § fin. quæſt. 21. circa fin. verſiculo ſi res fu-
rata*, vbi teſtatur hanc eſſe communem Docto-
rum doctrinam ex Marſil. quem citat & hoc &
alios referens Maſcard. *de probat. volum. 2. con-
cluſ. 833. num.* 1.

Contrariam tamen ſent. voluit gl. *in d. l. in ci* 16
*uilem, verb. incidatis, C. de furt.* dicens non ob hoc,
quod res furtiua reperta ſit penes aliquem præ-
ſumi furem & ibi Paul. de Caſtr. *in princ.* & Ful-
goſ. *poſt n. 2. in verſ.* mihi tamen videtur & prius
ibidem Bald. *n. 3. verſ. 2 quæritur*, & *in l. vlt. in fin.
ff. de hered. inſtit.* & alij quos refert Marſ. *vbi ſuprà,
n. 2. & 3.* vbi *n. 4. cum ſeq.* conciliat has opiniones
contrarias & bene in hunc modum: vt prima
procedat quando res furata reperta eſt penes ali-
quem qui ſolitus ſit ſimilia patrare, quique ma-
lus habeatur maleque apud omnes audiat. Poſte-
rior verò ſent. locum ſibi vendicet, ſi perſona pe-
nes quam res furtiua eſt reperta ſit grauis & ho-
neſta & ex crimine furti nunquam alias ſuſpecta:
tunc namque ex ſola inuentione rei furatæ non
præſumitur fur, neque furtum, vt tradit Acurſ.
*in l. ciuile in verb. fuiſſe, Cod de furt.* & vtrumque
membrum huius concordiæ tenent plures aucto-
res quos ibi citat Maſcard. eamque bene declarat
*num. ſeqq.* ¶ Et inquit idem Maſc. *concl.* 1005. *n.* 32. 17
*vol.* 2. cum communi plures citans, quòd licet res
furtiua reperiatur in domo alicuius non tamen
præſumitur ille fur eſſe, niſi concurrant aliæ con-
iecturæ, vt puta, quia ſit malæ conditionis, vitæ
& famæ & ſimilia, tunc namque eſſet locus indi-
cio ad torturam, vt ibi per eum cum communi &
addit idem Maſc. *concl.* 831. *n.* 20. ¶ Quod eo ipſo 18
quod aliquis habet penes ſe rem furtiuam, ſi con-
ſueuit emere res furtiuas, præſumitur quod ſcien-
ter emerit, & ſic quod fuerit particeps & ideo te-
nebitur furti, niſi aliter ſe purget ſecundum de-
clarationem gloſſ. *in d. l. in ciuilem, verbo, incida-
tis*, & ibi Bart. & Bald. & alij quamplures quos ci-
tat ibidem Maſcard. vbi *n.* 21. ¶ quod ſi iſte emptor 19
non erat ſolitus emere tales res furtiuas debent
attendi aliæ cōiecturæ, vt quia emptæ fuere paruo
pretio, & clam, & tunc præſumitur, contra eum
ſecus ſi palam, & iuſta pretio ſecundum Bart. &
Imol. quos ibi citat & alios plures quos citaue-
rat, *num. 6. in eadem concluſ* 831. & in hac re no-
uiſſimè conſtituit regulam cum ampliationibus,
& limitationibus Farinac. *de furt. quæſt. 177. n. 16.
cum ſeqq. fol. mihi 143. cum ſeqq.*

Deinde erit obſeruandum ſecundum quod cum 20
res furtiua reperitur apud virum probum, & bo-
næ conditionis, & famæ ceſſat omnis ſuſpicio,
etiam ſi non dicat à quo habuerit ſi vero ſit ma-
læ conditionis, & famæ eſt præſumptio ſufficiens
ad torturam contra ipſum communis, Anton.
Gomez. *vbi ſuprà*, & ſecundum Aug. *vbi ſuprà, ſub
num.* 19. Iul. Clar. *§ furt. verſ. ſed nunquid.* Marſil.
*conſ. 30. n. 41.* Roland. à Vall. *d. conſ. 45. n. 39. cum
ſeqq.* & in facti conting. ita conſuluit Grammat.
*conſ. crim.* 14. dicens ita fuiſſe exequutum & Ber-
trand. *conſ. 107. l. 1. 1. part.* eſtque communis diſt.
ſecundum Iul. Clar. *in pract. crim. §. fin. q. 21. ad fin.
verſ. ſi res furata*; ſequitur plures referens Me-
noch. *de arbitr. iud. l. 2. cent. 5. caſu 462. n. 16.* &
*lib. 1. de præſumpt. p. 89. n. 99.* & *lib. 5. præſumpt. 20.
num. 4. 5. 6. & 30.*

Quod ſi res furata reperiatur apud aliquem 21
qui ſolitus eſſet emere & vendere tales res mo-
biles & illas palam teneret; nulla contra eum ori-
tur ſuſpicio ſecundum Iul. Clar. *d. q. 21. vbi ſuprà,*
& Ant. Gom. etiam *vbi ſuprà*, & verificari pro-
priè poteſt, *en los ropauejeros, que tienen por oficio*
*comprar*

*comprar y vender veſtidos, y otras coſas, y las tienen*
22 *publicamente expueſtas para ello.* ¶ Hi enim & ſi-
miles, ſi res furatas inſcij emerint, furti minimè
conueniri poterunt, niſi alias contra eos ſcien-
23 tia rei furtiuæ probetur. ¶ Vel quando is, penes
quem res furata reperitur, eſſet Officialis vel
Caſtaldus ſiue factor eius domini, cuius res fu-
rata dicitur; quia in hoc caſu vltimo ratione of-
ficij præſumitur quis ſubtraxiſſe, vel abſtuliſſe
bona domini, quæ apud ipſum Officialem repe-
riuntur, vt tenet Bald. *in cap. 1. de contentione in-
ter domin. & fidel. de inueſtit. feud. num. 1. in vſib.
feud.* vbi dicit hoc eſſe notatione multa dignum,
& *in l. cum oportet, poſt num. 13. verſ. noto quod
ratione officij, Cod. de bon. quæ liber.* quem refert
& ſequitur Maſcard. *de prob. vol. 2. concluſ. 853.*
24 *num. 7.* ¶ Vel etiam quando is, penes quem res fu-
rata inuenitur, nolit oſtendere certum debitorem,
à quo rem furatam habuerit, hoc enim caſu & ſi
bonæ opinionis ſit, in ſuſpicionem commiſſi fur-
ti incidit, ſi auctorem docere recuſat *in d. l. ciui-
le, C. de furt.* & ibi gloſſ. magna & gloſſ. vlt. *verbo,
bono viro,* & Maſc. *vbi ſuprà, n. 8.* vbi *n. 9.* hoc de-
clarat, addens quod non iudicando auctorem, non
incidit in ſuſpicionem de iure, vt ſcilicet ex ea
torqueri, quia eſt in arbitrio ipſius indicare vel
25 non, & allegat plures hoc tenentes. ¶ Sic etiam
videmus, quod & ſi quando commiſſum eſt fur-
tum in aliquo modo, vicini poſſint capi & tor-
queri pro furto inueniendo ſecundum Bart. *in
l. dominus horreorum, num. 5. ff. loc.* ſequuntur plu-
res relati à Matant. *in repet. l. ſi poteſt, n. 301. ff. de
acquir. her.* ſequitur plures referens Maſcard. *de*
26 *prob. 2. tom. concl. 831. num. 15.* ¶ Hoc tamen ve-
rum eſt in vicinis malæ conditionis & famæ, qui
ſunt conſueti ſimilia facere, ſecus in vicinis bonæ
vocis, conditionis & famæ, quia tunc non poſ-
ſunt torqueri, ita Bald. *in d. l. dominus horreorum*
& *in l. 1. col. fin. C. locat.* ſequitur Iaſ. *in l. in actio-
nibus col. penult. ff. de in lit. iur.* Marſil. *conſil. 52.
num. 41.* & *conſ. 72. num. 23.* & *conſ. 74. num. 27.* &
*conſ. 92. num. 18.* & *conſ. 130. num. 44.* & *in §. dili-
genter, num. 97.* Roland. à Vall. *conſ. 45. à num. 42.
col. 1.* Matant. *vbi ſupra, n. 303.* Menoch. *de arbitr.
iud. lib. 2. cent. 3. caſu 208. n. 37.* Maſcard. *vbi ſuprà,*
27 *n. 14.* ¶ Eſt enim theſaurus inæſtimabilis bona
fama, & ſicut lilium dans ſuauitatem odoris ſe-
cundum Bald. *in l. vn. col. 5. n. 9. ad fin. C. de confeſſ.*
28 ¶ Et ideo purgat indicia ad torturam Roland. *vbi*
29 *ſuprà, n. 44. & 45.* ¶ Vbi etiam quod ſicut corpus
noſtrum illuſtrat Sol, ita etiam bona fama ſecun-
dum Bald. *in cap. veniens de teſtib.* quem ſequitur
Corſet *in c. grandi col. 14. de ſupplend. neg. prælat.*
allegatum per Roland. *vbi ſuprà.*

30 Idem dicendum eſt in ſpecie prope ſimili,
nempe ſi poſt furtum commiſſum repetiatur ali-
quis vicinus, qui habebat notam domum, vel
locum in quo delictum eſt commiſſum & ibi aſ-
ſiduè conuerſabatur, & vltra hoc erat pauper,
nunc verò reperitur diues, ex hoc elicitur con-
tra eum maxima præſumptio & ſufficiens indi-
cium ad torturam argum. *d. l. dominus horreorum,*
& *l. Quintus Mutius, ff. de don. inter vir. & vxor.*
& in terminis probat Bart. *in l. fin. num. 2. ff. de
quæſt.* & *in d. l. dominus horreorum,* Angel. Salic. &
communiter DD. *in l. fin. Cod. de quæſt.* prout
aſſerit idem probans Anton. Gomez. *d. cap. 13. de
tortur. reorum, n. 12.* ſequitur Menoch. *lib. 1. præ-
ſumpt. q. 14. num. 53.* & *q. 89. n. 96.* Titaquel. *de pœn.*
31 *tempor. cauſ. 12. num. 10. & 11.* ¶ Hoc autem ve-
rum eſt & procedit quando vicinus præd. eſt ma-
læ conuerſationis & famæ, vt poſt alios docet
Menoch. *d. q. 89. n. 98.* ¶ & *n. præced.* eam declarat 32
vt præd. indicium procedat in eo qui antea non
conſueuerat conuerſari in domo, non autem in
eo, qui paulo ante conuerſari cepit, ita Carrer. *in
pract. crim. 13. indicio, num. 4.* & Ioan. de Amicis
*conſ. 7. num. 34.* niſi dominus domus & conuer-
ſans eſſet probatæ vitæ vt per Carrer. *vbi ſuprà,
num. 5.*

Similiter indicium ſufficiens ad torturam ori- 33
tur ex conuerſatione & multo magis ex cohabi-
tatione, quando delictum fuit commiſſum in do-
mo vel in vicinia, illius qui ſit malæ conditionis,
vel famæ, vel qui aliquando rixabatur cum mor-
tuo, ita Bart. *in l. 1. §. ſi quis in villa ff. ad Syllan.* &
ibidem Rom. *n. 4.* & Igneus *n. 3.* Carrer. *vbi ſuprà,
n. 1.* ¶ Vbi idem exiſtimat ſi ille erat ſolitus talia 34
committere; ſequitur plures referens Menoch.
*d. lib. 1. præſumpt. q. 89. num. 89.* ¶ vbi *n. 90.* quod 35
quando ſocius reperitur occiſus in domo ſocij
præſumitur ab ipſo ſocio occiſus ex Carrer. quem
refert *vbi ſuprà, n. 6.* vbi poſt alios quos citat, id
intelligit quando ſocius tacet & nihil dicit, &
*n. 17.* Idem probat Carrer. ſi maritus reperiatur
mortuus intus domum, & vxor tacet per aliquod
tempus & nihil dicit, quia præſumitur occiſus ab
vxore, vel quod in morte fuerit culpabilis, idem è
conuerſo quando mulier reperitur mortua & præ-
ſumitur contra virum probauit Foller. *in practic.
2. p. in rubr. dentur capitula, quod ſuffocauit vxo-
rem, n. 10.* Igneus *in l. excipiuntur, n. 32. ff. ad Syllan.*
quos refert & ſequitur Menoch. *vbi ſup. n. 91.* ¶ Sic 36
ſi reperiatur homo occiſus præſumitur occiſus ab
eo, qui plurimum locum iſtum frequentabat, ſi
eſt malæ conditionis & famæ, ſecus ſi ſit homo
bonæ famæ & vitæ & cum aliis tenet Matant. *in
l. ſi poteſt, n. 301. & 303. ff. de acquir. hæred.*

Hinc etiam eſt, quod quando aliquis reperitur 37
mortuus ante domum alterius concurrente ini-
micitia, præſumitur occiſus à domino illius do-
mus, ita tenet Bart. *in l. ædiles, num. 4. ff. ne quand.
in loco pub.* Alexand. poſt Bart. *in l. fin. ff. de qq.*
Angel. *in l. milites, Cod. de quæſtionibus,* Felin. *in
cap. afferre, num. 10. de præſumpt.* Iaſ. *in l. ſi quando
num. 40. C. vnde vi.* Nouell. *in prax. crim. tractatu
ad defenſam, num. 65.* Grammat. *conſil. 53. num. 2.
& 3. in criminal.* Menoch. *vbi ſuprà, num. 92.* ¶ Hoc 38
tamen intelligendum eſt procedere in ſolito talia
facere & non aliter, Felin. *vbi ſuprà, num. 10. in
verſic. & pro intellectu.* ¶ Item niſi occiſus repe- 39
riatur habere alium inimicum extra illam vici-
niam, nam tunc illa vicinitas non facit indicium,
vt pro Innocent. *in cap. cum oporteat in gloſſ. ini-
micos, de accuſat.* ſed relinquitur arbitrio iudicis
à quo occiſus is præſumatur: vtrumque ſequi-
tur, ita declarans materiam hanc Carrer. *vbi ſu-
prà, num. 2. & 3.* & Menoch. *num. 93.* aduertat ta-
men iudex in hoc caſu quomodo arbitretur ne
erret, ſemperque inhæreat vrgentioribus præ-
ſumptionibus, & vt has decerpat maximè in in-
quiſitione laboret vt veritatem comperiat, vel illi
approximet.

Tertiò erit obſeruandum quod etiamſi res fur- 40
tiua reperiatur apud hominem malæ conditio-
nis & famæ, non tamen ex hoc tam vrgens præ-
ſumptio inſurgit, vt ſufficiat ad eum condemnan-
dum pœna ordinaria furti, vt docuit Alb. *in dict.
l. in ciuilem, num. 3. C. de furt.* & ibi Fulgoſ. quos
ſequitur Auguſt. Arim. in addit. ad Angel. *de ma-
leſ. in verb. & veſtem cæleſtem, num. 18.* ¶ Quod 41
verum intelligit Alber. niſi concurrant aliæ con-
iecturæ vt puta quod iſte conſueuerit recepta-
re furta: vel quod res hæc furtiua reperta fuit
in



in aliquo loco ſecreto domus illius hominis ſe-
quitur vtramque Menoch. *lib. 5. præſumpt. 29. n. 7.
& 6.* addens alias coniecturas ex Bald & Alciat.
vt ſi iſte emiſſet rem hanc clam ſecreto, vel ſi te-
nui pretio, vel ſi conſueuit emere res furtiuas &
inquit Maſcard. *de probat. 2. tom. concl. 833. n. 15.
verſ.* verum quod concurrentibus aliis indiciis
poteſt procedi ad torturam, imò ſi ſint grauiora
indicia, vt in exemplo de quo per eum ibi, poſſe
dici eſſe conuictum, huiuſmodi reum.

42 Ego verò, & ſi cognoſcam iudicium & autho-
ritatem horum patrum, meum ingeniolum atque
tenues vires multum excedere, non poſſum in
eorum opinionem hoc eſt in præfatam limitatio-
nem condeſcendere & ſi fatear, concurrentibus
præd. & aliis coniecturis ſecurius quæſtioni lo-
cum eſſe, non vero pœnæ ordinariæ furti, vt ipſi
43 præſupponunt. ¶ Cum ſciam in criminalibus, vbi
agitur de pœna corporali imponenda probatio-
nes debere eſſe idoneis teſtibus vel apertiſſimis
documentis vel indiciis ad probationem indu-
bitatis luce clarioribus expeditas *l. fin. C. de pro-
bat.* idem Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 5. n. 595.*
Maſc. *de prob. 1. tom. concl. 471. num. 43.* & huiuſ-
modi non ſunt, vt ipſi affirmant.

44 Præcipuè attento iure noſtro regio quo caue-
tur, *que todo juzgado que ouiere à conocer de tal
pleyto, ſobre que ou dieſſe venir muerte, ò perdimien-
to de mientro que deue poner guarda ſin cadamente
que las prue bas que recibiere ſobre tal pleyto ſean
leales verdaderas è ſin ninguda ſuſpecha e que los
dichos, è las palabras que dixeren firmando ſea cier-
tas è claras como la luz, demandera que non pueda
ſobre ellas venir dubda ninguna,* vt *in l. 26. in prin.
tit. 1. part. 7.* facit *l. 7. tit. 31. eadem part.* ibi, *è non
ſe deben los juzgadores rebatar à dar pena a ningu-
no por ſoſpechas ni por ſeñales ni por preſumptiones,*
45 & eſt clara *l. 12. in princip. tit. 14. n. 3.* ¶ Et in ſpe-
cie quod ad probandum furtum requiratur ple-
na probatio ex Iaſ. refert Maſcard. *vbi ſup. n. 44.*
Quare in praxi in ſpecie qua agimus minimè pœ-
nam ordinariam imponerem, ſed vel quæſtioni
ſubiicerem huiuſmodi reum cauſa id expoſceret,
vel extraordinaria, non tamen corporali eum
46 condemnarem. ¶ Nam pro crimine verè probato
vera pœna imponitur pro præſumpto vero extra-
ordinaria, vt cum aliis docet Auend *cap. 21. prat.
n. 6. ad fin. in 1. part.*

47 Nec ſupra d. obſtat communis doctrina, quæ
habet furtum eſſe difficilis probationis, ac proin-
de poſſe probari per coniecturas & indicia, vt
quamplurimos authores colligens teſtatur Ma-
ſcard. *de probat. vol 2. concl. 80. per tot.* vbi plures
coniecturas in ſpecie refert & congerit proban-
di furtum, nec non *in concl. ſeq.* quia hæc proba-
tio eſt præſumptiua, vt conſtat ex eiſdem au-
48 thoribus. ¶ Et licèt aliàs probatio, per indicia
& coniecturas, quæ in huiuſmodi delictis diffici-
lis probationis habeatur pro euidenti & plena
probatione, vt voluit Bart. *in princip.* per illum
text. *in l. licet Imperator,* ibi, *euidens ff. de leg. 1. ſi
quis locuplex, in fin. ff. de man. teſtam. & in l. ſi
creditor. C. de pign. act.* ex quibus iuribus hanc
concluſionem, probant quam plurimi authores,
quos in vnum congerit Maſcard. *vbi ſup. num. 4.*
49 ¶ Reſponſio tamen colligitur ex eodem autho-
re ibidem *n. 5.* poſt alios quos citat nempè quod
ſententia, quæ habet furtum probari per conie-
cturas locum habeat in caſibus à iure expreſſis
in quibus lex ſtatuit coniecturas vim probatio-
nis habere, vel 2. vt ibidem *num. 7.* quando na-
tura delicti non patitur quod habeantur pro-

*Praxis Criminalis.*

bationes concludentes, vt ibi latiùs per eum.

Pro quo facit, quia & ſi homicidium probari 50
poſſit ex indubitatis indiciis, argumētis & conie-
cturis ex *d. l. vlt. C. de prob.* & in ſpecie ibid Bald. &
Salic. & quam plurimi alij congeſti ab eodē Maſc.
*de prob. d. vol. conc. 865. n. 1.* ¶ Non tamen expedi- 51
tum extat nec conuentum inter noſtrates, an ex
indiciis indubitatis poſſit ſine aliis probationi-
bus deueniri ad condemnationem etiam ad mor-
tem, licèt enim quamplures hanc partē affirma-
tiuam teneant, contrariam tamen & ſic negati-
uam alij quamplures probarunt, vt conſtat ex eo-
dem Maſc. *ibi n. 2. 3. 4. & 5.* vbi cum hac negatiua
remanere videtur, qua varietate Doctorum ſtan-
te præ maximè quando indicia furti non ſint in-
dubitata, neſcio quis iudex Chriſtianus audebit
ex ſolis præd. indiciis condemnare in pœna ordi-
naria furti, illum apud quem res furtiua reperta
fuit, qui id ignorans eam recepit aut emit.

Quarto obſeruandum eſt quod quando agitur 52
de ſola ipſius rei furtiuæ reſtitutione, ille apud
quem res furtiua reperta eſt præſumitur furti par-
ticeps ad hoc vt teneatur ad eius reſtitutionem,
nullo recepto pretio, ita pro regula conſtitutum
eſt, *d. l. in ciuilem,* ab omnibus ſcribētibus ibidem,
nec non per Andr. Alc. *in tract. præſ. 3. reg. præſ. 29.
n. 1.* & probatur *in d. l. in ciuilem,* eſtque ratio,
quia debuit emptor iſte perſcrutari conditionem
ipſius venditoris, prout tenebatur id facere iuxta
*l. qui cum alio contrahit, ff. de reg. iur.* ¶ Hinc ſcri- 53
bit Alciat. *vbi ſup.* Iudæos fœnerantes ſuper veſti-
ſtibus alienis teneri eas reſtituere propriis do-
minis, nullo ſibi reſtituto pretio, etiam ſi igno-
rent veſtes illas eſſe alienas, quod multo magis
locum habet, quando emptor iſte modico pretio
rem emit, illa ſiquidem pretij tenuitas maximè
arguit hunc eſſe furti participem vt notauit Salic.
*in d. l. in ciuilem,* quem ſequitur poſt alios Petrus
Bechius *in l. 3. in fin. ff. incend. ruin. & nauf.* & eos
referens Menoch. *d. lib. 5. præſumpt. 29. num. 12.*
huic regulæ quinque ampliationes & extenſio-
nes, nec non & alias quinque limitationes aſſi-
gnat Menochius *d. præſumpt. 29. à num. 13. inclu-
ſiuè vſque in fin. præſumptionis.*

Prima extēſio eſt, vt regula procedat & locum 54
habeat etiam ſi emptor iſte emendo fuiſſet pro-
teſtatus quod caſu, quo res à ſe empta reperiatur
eſſe non venditoris, ſed alterius intēdit eam eme-
re nomine ipſius veri Domini & quod paratus
erit eam reddere, & reſtituere reddito ſibi pretio,
adhuc namque ſi id contingat tenebitur ipſe ea
reſtituere nullo accepto pretio ſecund. Alciat.
*vbi ſuprà, verſ. ſed iſta opinio,* Nata *conſ. 436. lib. 2.*
& Iul. Clar. *in practic. crim. §. furtum, verſ. ſed hic
incidenter.* ¶ Proteſtatio enim hæc minimè reue- 55
lat proteſtantem, quinimo meo iudicio illi nocet,
quandoquidem ex ea videtur emptor ſuſpectus
reddi, vel ſaltem dubius de dominio venditoris,
non enim lege nec ratione probatur (ſecund. Al-
ciat.) opinio contrarium tenentium nempè Hoſt.
*in ſum. de pœn. & remiſſ. §. quid de præd. verſ. quid
ſi emit rem deprædatam.* Cepol. *caut. 10. ſi quis,* & Iaſ.
*in l. pretium, in fin. C. de procur.* hoc eſt hanc pro-
teſtationem prodeſſe emptori vt pretium à rei
domino recuperaret. Quare rectè Menoch. *vbi
ſup. n. 16.* ſic diſtinguit, vt ſiquidem adſit ſola em-
ptoris proteſtatio; ita vt nulla alia cum ea con-
currat coniectura bonæ fidei & hoc caſu habeat
locum Alciat. & ſua præd. opinio negatiua: ſi
vero cum proteſtatione concurrat aliqua conie-
ctura bonæ fidei emptoris, tunc procedat opi-
nio affirmatiua Hoſt. & ſequacium.

56 Quod ſi rem furto ablatam quis bona fide quocunque tit. habuerit, tenetur quidem ratione rei eam extantem domino reſtituere, ea vero bona fide conſumpta in id tantum in quo factus fuerit locupletior, vel latè probat non ſolum in foro exteriori, ſed etiam in animæ iudicio, cum D. Thom. & aliis D. Couar. *in regula peccatum 3. p. in initio n.3. verſic. 9. concluſ. cum ſeqq.* vbi plura ex hoc deducit, dicens quod eſt, ſatis frequentiſſimo Theologorum & Canoniſtarum conſenſu probata, nec non & Menoch. *lib. 5. præſumpt.29. num.19.* & Iul. Clar. *lib.5. recept. ſent. §. furtum, verſ. ſed hic incidenter ibi ſciat tamen.* Vnde emptor rei furtiuæ etiam bona fide in foro iudiciali erit condemnandus ad rei extantis reſtitutionem neque à domino erit pretium ei reddendum *l. in ciuilem C. de furt. l. ſi mancipium C. de rei vendic.* idemque ſeruandum erit in conſcientiæ foro eadem ratione vt cum Caietan. & aliis tenet Couar. *vbi ſupra, verſ.2. ab eadem concluſ. & in verſic. quid autem, n.4.* agit de eo qui dubitat rem ſibi donationis vel venditionis tit. oblatam furtiuam eſſe, an poterit is iure eam accipere, de quo etiam latè agit Michael Salon *de iuſ. & iur in 2.2. q.62. art.6. ad quam reſtitutionem teneatur emptor bonæ fidei col. mihi 839.* & Molin. Theolog. 1. *tom. de iuſt. & iu de diſp. 35. verſ. verum enim vero col. 288.*

57 De eo autem qui certo ſciens rem furtiuam eſſe eam emerit dato modico pretio eo quidem animo vt rem ita acquiſitam vero domino reſtituat, qui alioqui eam habere non poſſet, aut ſaltem probabili cõiectura minimè eam aſſequuturus foret quaſi re domini vtiliter geſta, quod pretium, petere poſſit à domino cui res ipſa reſtituenda eſt in vtroque foro cum Hoſt. & aliis probat ſi de hoc animo conſtaret & emptio cederet in domini vtilitatem Couar. *vbi ſupra, n 5.* iuxta Hoſtienſ. opinionem quam ibi dicit eſſe communem.

58 Secunda extenſio & ampliatio eſt, vt regula præfata procedat etiam quando is emptor ſciens rem furtiuam eſſe eam amiſiſſet, vel res ipſa eſſet extincta ac mortua, vel alteri vendita: adhuc enim tenetur reſtituere iuſtã eius æſtimationem *l. eos C. de furt. l. ſeruum ff. de condit. indebit. cap. qui cum fure de furt.* vbi DD. optima *l. 6. tit 13. lib.4. fori*, ita Hoſt. *vbi ſuprà*, & Ioan. Lup. *in rubric. de donat. inter vir & vx. §.65. n.63.* D. Thom. *2.2. q.6. art.7.* & Conar. *in regula peccatum 3. p. in initio n.2. in princ.* vbi idem in foro conſcientiæ obſeruandum eſſe cenſet, ſequitur Menoch. *lib.5. præſumptione 29. num.18.*

Ioannes tamen à Medin. *de reſt. q.10. quaſi ad fin. præfat.* extenſionem & ampliationem veram eſſe cenſet in his rebus, quæ vſu non conſumuntur, nec recipiunt functionem in genere ſuo ſecus in his, quæ vſu conſumuntur ac functionem recipiunt, nam hæc recipiens à fure ſcienter furto ablata non tenetur ad eius reſtitutionem in iudicio animæ, niſi fur ex hac receptione efficiatur impotens & minus idoneus ad reſtitutionem, verum contrarium & rectius defendit & probat Couar. *vbi ſuprà.*

59 Tertia ampliatio eſt, vt regula procedat etiam ſi ab initio emptor fuiſſet bonæ fidei ſi deinde ſuperueniant ſcientia rei alienæ, adhuc namque tenebitur rem reſtituere nullo recepto pretio ita Hon. *vbi ſuprà, verſic. ſi verò emens hæc neſciebat*, ſequitur Menoch. *vbi ſuprà, num. 20.*

60 Quarta extenſio eſt, ſeu potius declaratio, vt procedat etiam ſi facta reſtitutione rei vero domino, curaret emptor ab eo ſibi cedi actionem, non enim erit conſultum ipſi emptori vt recuperet pretium à venditore illo ſecund. Hoſt. *vbi ſ. verſ. ſed nunquid emptor*, & Menoch. *num.21.*

61 Quinta extenſio eſt, vt procedat regula etiam ſi quis emit rem in nundinis, adhuc namque hic emptor tenebitur, eam vero domino reſtituere nullo recepto pretio ſecund. Hoſt. *vbi ſupra §. quid de furibus*, quod latè probat Menoch. *vbi ſuprà, num. 22. cum ſeqq.*

62 Prima limitatio eſt, vt locum non habeat d. regula quando emptor redemiſſet rem ab hoſtibus vel latrunculis exteris iuxta *l. mulier in opus, ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.* nam tunc poterit emptor hic recuperare pretium à vero ipſius domino ſecund. Hoſtienſ. *vbi ſuprà, verſic. qui de prædam ementibus*, ſequitur plures referens Menoch. qui latè eam probat *de præſumpt. 29, num.6. cum 2. ſeqq.*

63 Secunda limitatio eſt, quando pretium huius rei furtiuè ab emptore numeratum fuiſſet, deinde verſum in vtilitatem domini ipſius rei, tunc namque dominus, ſi vult rem ſibi reſtitui, debet pretium illud emptori reddere, quod probatur ex *l. ſi pretium, C. de procurat.* vbi Iaſon *in fin.* poſt Bartol. Fulgent. & alios *in d. l. in ciuilem*, quos ſequitur Alciatus *de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 19. verſ.3.* declaratur & Menoch. *eadem præſumpt. lib.5. num.20.*

64 Tertiò limitatur *dict. regul.* in emptore bonæ conditionis, & famæ, qui quidem euitat pœnam, *dict. l. in ciuilem*, vt prædiximus, quia in eo præſumitur bona fides, ac proinde recuperat pretium ex Menoch. *vbi ſuprà, num.30.* qui confusè loquitur non aperiens à quo recuperare poteſt pretium, an à domino rei vel à venditore, à domino namque rei emptor etiam bonæ fidei non recuperat pretium, vt in vtroque foro penè probat cum aliis Couarr. *vbi ſuprà, verſ.2.* & Nauar. *in man. cap.17. num.7.* & diximus *ſuprà.*

Nec contrarium probat *l.4. in verſic. mas ſi eſte, tit.14. part.7.* quia non loquitur contra dominum, ſed contra venditorem, vt ex ea patet dum dicit: *Mas ſi eſte que la compro buno buena fee no ſabiendo que era de furto, como quierque es tenudo de deſamparar la coſa al ſeñor della, con todo eſſo bien podria demandar el precio que dio por ella a aquel de quien la compro*, & ibi Greg. Lopez, alia iura allegat.

65 Quartò limitatur, ſi dominus rei furatæ reſtituiſſet pretium eius emptori bonæ fidei tunc enim non poterit id ab eo condicere, & repetere ex Alciat. *vbi ſuprà, verſic.4. declaratur*, quem ſequitur Menoch. *d. præſumpt. 29. num.31.*

66 Quinta limitatio eſt, quando ſtatutum vel conſuetudo, vel priuilegia aliud declarent, ſicuti Iudæis fœneratoribus paſſim conceſſa ſunt priuilegia à principibus, vt poſſint res furtiuas ſibi pignoratas, vel venditas retinere, donec per veros dominos pretium ſibi reddatur: hoc namque caſu ceſſat regula, *dict. l. in ciuilem*, vt tenet Abb. *in cap. quod clericis, num.9. de form. competent.* ſequitur alios plures, citans Menoch. *vbi ſuprà, num.35.* vbi *num.36.* hoc limitat in Iudæis ſcientibus rem eſſe alienam, tunc enim priuilegia præd. locum non habent, *& num. 37. cum ſequent.* probat etiam huiuſmodi priuilegia non habere etiam locum contra clericos, nec contra ſcholares, quorum ſerui, & famuli ſi eorum libros, & veſtes pignori dant, vel vendunt his Iudæis, tenentur Iudæi reſtituere, nullo recepto pretio, & poſt hæc ſcripta prædict. regulam affirmatiuam, cum ſuprà dict. & aliis ampliationibus, & limitationibus conſtituit Farinac. *de furt. quæſt. 177. num. 29. cum ſequent. fol. mihi 144. cum duobus ſequentibus*, ſed nihilominus, quæ prædiximus vera ſunt, & frequentiora, atque vtilia in vtroque foro.



67 Illa tamen qua in propoſito latè examinanda eſſet (niſi apud modernos id factum fuiſſet, quos ſtatim citabimus) nempè, vtrum qui bona fide rem emit à latrone cum primum intellexit, rem illam eſſe furtiuam poſſit tuta conſcientia reſcindere contractum illius venditionis, & rem illam latroni reddere, vt recuperet pretium pro illa datum quando alia via recuperare non poteſt? Ioan. namque à Medin. *in hac ſpecie, C. de reſtitut. quæſt. 10.* Dominici à Soto *lib.4. quæſt.4. artic.2.* & Couarruu. *vbi ſuprà, verſic. 5. paret*, tenent partem negatiuam, quæ opinio probabilior multo videtur Molinæ Teolog. *de reſtitut. tractat. 2. diſput. 722. num. 8. column. 1540. verſic. contrariam*, vbi *numeris ſequentibus*, latè eam probat. Sed contrariam, & ſic affirmatiuam tenent Alexand. de Ales *4. part. quæſt. 86. memb. 3. artic. 5.* Gabr. *in 4. diſtinct.15. quæſt. 5. dubio 5.* Sylueſt. *verb. reſtitut.3. §. 7. partic.1.* & Victor. *in lect. huius art.* quorum opinio ac Couarruu. *vbi ſupra* admitti poterit cum veriſimilis ſit coniectura, quod fur rem domino reſtituet, vel emptor eum ad id agendum induxerit, aut tandem modum adhibeat quo tute res vero domino reddatur: quæ ſententia mihi vera, & tenenda videtur præſertim quod licet vtraque opinio ex ſupra dictis probabilis ſit, probabilior, & magis recepta, & communis eſt poſterior ſupra dict. affirmatiua Alexand. de Ales, & ſequacium, vt affirmat latiſſimè eam comprobans Mich. Salon, *de iuſtit. & iur. in 2.2. D. Thom. quæſt.62. artic.5. ad quid teneatur emens rem furtiuam, column. 820. & 822. verſic. 3. concluſ. 3.* Vnde ſecundum ipſum *in 1. concluſ.* ſi emptor bonæ fidei, quando deinde nouit rem illam eſſe furtiuam reſcindat contractum cum latrone, exiſtimans id ſibi licere tuta conſcientia, non tenetur ad aliquid reſtituendum vero domino, vt ibi benè probat, eandem communem ſententiam ſequitur, & latè probat Emanuel Rodriguez *in ſua ſum. tom.1. cap.150. num.1.*

68 De præſtantibus, auxilium & conſilium in crimine furti, & demandante illud furi, & de receptante furem, aut res furatas, qua pœna vnuſquiſque eorum puniatur vide latiſſimè differentem per regulas, ampliationes, & limitationes Farinacium *de furtis, quæſt. 168. num.52. cum ſequentibus, fol.31.*

## SVMMARIVM.

1 *Emptor bonæ fidei rei alienæ qui eam vendidit alteri etiam bona fide, ſi poſtea ſciat eſſe alienam ad quid teneatur in foro conſcientiæ, & numeris ſeqq. per totam fere quæſt.*

11 *Iudex ex officio procedens contra furem, an & quando debeat eum condemnare ad reſtitutionem rei furatæ, & de praxi ſeruanda in hoc num.13.*

12 *Iudex in Syndicatu quando poſſit condemnare Syndicatam ad reſtitutionem donorum.*

14 *Iudex per negligentiam committens reſtitutionem rei furatæ contra furem tenetur in ſolidum parti læſæ.*

15 *Iudex procedens ex officio contra furem non ſolum debet, ſed tenetur probato furto eum condemnare ad rei furatæ reſtitutionem.*



## *De emptore bonæ fidei rei furtiuæ, qui eam alteri vendidit, ad quid teneatur in conſcientia?*

## QVÆSTIO CLIII.

SVPEREST modo, circa hanc quæſtionem ſcire, an bonæ fidei emptor rei furtiuæ, qui eadem, bona fide durante, eam vendidit alteri, ſi poſtea ſciat eſſe alienam teneatur in foro conſcientiæ ad reſcindendam venditionem quam fecit 2. emptori, vel ad reſtituendum illi pretium acceptum? & in hoc communiter Doctores Theologi diſtingunt duos caſus. ¶ Primus eſt, quãdo probabiliter eſt periculum amittendi hunc ſecundum emptorem rem illam, & eius pretium: Secundus eſt quando huiuſmodi periculum non imminet. 1

Priori caſu omnes conueniunt in partem affirmatiuam, teſte Michaele Salon *de iuſt. & iur. 2. 2. D. Thom. quæſt. 62. art.62. controuerſia, an emptor bonæ fidei, &c. verſ. in hoc 1. d. column.8.6.*

In ſecunda vero ſpecie diſſentiunt inter ſe Theologi: Caietanus namque *ibidem* Sylueſt. Maior quos citat, & ſequitur Couarr. *vbi ſuprà, num.3. in verſic 4.* Soto *lib.4. de iuſtit. & iur. q.7. art.2. verſic. quid autem iuris.* Nauarr. *cap.17. n.8.* affirmant teneri ad id, in quo factus eſt locupletior, quod ſi in nihilo factus ſit locupletior ad nihilum tenetur domino, nec alteri cui bona fide vendidit illi eodem, vel minori pretio, quo emerat, & hoc quia qui emit à latrone bona fide, & ſi deinde ſciat rem eſſe furtiuam, non tenetur reſtituere illam, vel pretium eius vero domino, quia cum bona fide emerit, non tenetur pati damnum ob vtilitatem alterius: ergo multo magis quando eadem bona fide durante alteri vendidit, nec tenebitur reſcindere contractum, nec pretium acceptum vero domino reſtituere, vt latè probauimus, & reſoluimus *ſuprà quæſtione proxima*, quod etiam probatur, quia in hac ſpecie tam emptor quam venditor non tenetur, neque ratione iniquæ acceptionis, quia vterque contractus bona fide celebratus eſt, vt patet in ſuppoſitione caſus, nec ratione rei acceptæ, quia venditor eam iam non habet, neque ex ea factus eſt locupletior, neque emptor, quia non emit illam à latrone, ſed ab eo qui bona fide eam vendidit vt ſuam: Denique quaſi primus emptor durante illa bona fide eam rem alicui donaſſet, vel in ſuos vſus conſumpſiſſet, vel furto fuiſſet illi ſublata, non teneretur ad aliquid reſtituendum, cum in illa non ſit factus locupletior: ergo ſimiliter ſi illam vendidit durante bona fide, non tenetur, nec ad contractum reſcindendum, cum ſecundo emptori nullum immineat periculum, neque ad reſtituendum pretium vero domino, cum in illo non ſit factus locupletior: hæc ſunt quæ pro hac parte adduci ſolent.

Alij verò ex recentioribus volunt emptorem bonæ fidei, ſi rem furtiuam durante bona fide alteri deinde vendat, cum primum nouerit illam eſſe furtiuam teneri, vel ad reſcindendum con-

tractum vt illam domino ſuo reſtituat, vel ſaltem ſi id non poſſit ad reſtituendum pretium illius vero domino, ſiue maneat illi ſecundo emptori periculum rei illius perdendæ, & pretij ſimul cum illa, ſiue nullum periculum illi immineat, & huius opinionis primus author fertur fuiſſe Fr. Ioan. de la Peña eximius vir ex Prædicatorum Ordin.

Huius opinionis fundamenta ſunt hæc 1. quia in contractibus æqualitas ſeruanda eſt ex vtraque parte, & ideo in contractu emptionis, & venditionis tunc venditor facit pretium ſuum, quando in emptorem verè transfert dominium rei venditæ, ſed in hac ſpecie huiuſmodi venditor non transfert dominium rei illius in ſecundum emptorem cum ſit aliena, ergo nec facit pretium illius ſuum, debet igitur, aut reſcindere contractum illum ſecundum, & reſtituere pretium acceptum illi ſecundo emptori, & rem vero domino, aut loco illius ſi id non poſſit rei pretium.

3 Secundò, quia in præfata ſpecie tenentur reſtituere fructus eiuſdem rei, qui apud me manent, & ſunt extantes, vtpote in illis factus locupletior, vt latiſſimè comprobat Michael Salon, *vbi ſuprà, controuerſia 3. column.* 830. *cum ſeqq.* vbi quid de conſumptis: ergo & à fortiori pretium, quia pretium rei magis eſt vnum, & idem cum re quam fructus.

4 Tertiò, quia in hoc caſu eſt deceptio in ſubſtantia rei, ſicut, ſi emam vitrum pro margarita, illudque deinde alteri vendam bona fide, teneor, namque ex natura rei cum primum deprehendero eſſe vitrum, ſiue periclitetur emptor ſecundus ſiue non, aliquod propterea damnum pati, reſcindere contractum, & ita iudicatur per iuſtam ſententiam: ergo ſimiliter idem dicendum eſt in noſtro caſu in quo res aliena, & furtina venditur tanquam propria, cum in eo ſimilis contingat deceptio.

5 Quarto, quia hic ſecundus emptor in noſtra eademque ſpecie comperta veritate rei alienæ furatæ, poteſt conuenire ſuum venditorem, etiam ſi fuerit bonæ fidei vt eum indemnem præſtet vt *in toto titul. de euiction.* ergo tenetur venditor hic ſecundo reſcindere illam ſecundam venditionem, & reſtituere ſecundo emptori ſuum pretium cum aliter non poſſit remanere liber, & indemnis.

6 Quinto, & præterea hic ſecundus emptor, ſi ignoret latronem à quo emit prior, qui ſibi vendidit, vel non poſſit illum conuenire tenetur, vel rem vel illius valorem reſtituere verò domino, quemadmodum teneretur primus ſi rem illam apud ſe retinuiſſet: ergo ſeruari debet indemnis à ſuo authore: hæc ſunt, quæ pro hac parte adducuntur quam nouiſſimè his fundamentis probauit, & defendit Michael Salon, *vbi ſupra in dict. 2. controuerſ. in verſic. nobis hæc ſententia, columm.* 828. reſpondens fundamentis prioris.
7 ¶ Cenſenſque aliter eſſe iudicandum de emptore bonæ fidei erga latronem à quo emit, & erga ſecundum emptorem, cui deinde vendidit durante bona fide: in prima enim emptione, & ſi contractus ſit nullus, & ideo non transferit rei dominium in primum emptorem, quia manſit penes verum dominum, nihilominus non tenetur iſte emptor bonæ fidei rem illam vero domino reſtituere, ſed poteſt reſcindere contractum cum latrone, & pretium quod pro illa dedit recuperare, quia ipſe non eſt cuſtos nec tutor domini illius rei, nec tenetur proprio damno illius vtilitati conſulere, imo licet cuique ſuo commodo proſpicere, etiam ſi aliter iniuriam patiatur, cuius ipſe primus emptor cauſa non eſt. In ſecunda vero emptione ſecus eſſe dicit, quia talis contractus inualidus eſt, & nullus, nec per ipſum transfertur in emetem dominium rei venditæ, nec in vendentem dominium pretij, quo fit vt neceſſario iſta venditio ſit reſcindenda, & pretium reſtituendum ſecundo emptori: res autem latroni, ſi appareat vt pretium, quod pro ea recepit reſtituatur, & rem vero domino reſtituat: ſin minus res reſtituatur domino, ſit etiam vt, ſi ſecunda emptio reſcindi poſſit, tunc debeat emptor iſte pretium eius vero domino reſtituere, quia tunc perinde ſe habet, ac ſi iam non appareret latro per cuius manus res illa ſuo domino reſtitueretur, hanc eandem ſententiam ſecundam principalem ſenſit Mercad. *de contractib. c.* 14. *ad fin.* & eum referens præfatus rem eſſe dubiam Petrus à Nauarr. *lib.* 3. *de reſtitut. cap.* 4. *num.* 206. allegans ad hoc Sotum qui *in dict. lib.* 4. *de iuſtit. & iur. quæſt.* 7. *artic.* 2. *verſic. nihilominus*, inquit venditorem hunc ſecundum teneri emptorem ſuum indemnem ſeruare: limitat tamen ibi ſtatim Soto ſuam opinionem, & in hoc videtur tenere priorem in caſu, qui ſequitur, quando emptor ille ſecundus non comparet, neque vllus ſit metus quod ſit ab illo exigenda res illa: tunc enim ille qui bona fide rem alteri vendiderit nunc ſciat fuiſſe alienam, ad nullam reſtitutionem tenebitur quoniam à domino rei liber eſt poſtquam, nec rem habet, nec factus eſt per eam ditior, & alteri nullum dedit damnum, ita Soto *vbi ſupra.*

Quid tenendum in quæſtione adeo controuerſa? Ego quidem priorem opinionem veriorem credo, & magis receptam, ac proinde dum nullum damnum, aut periculum ſecundo emptori imminere ſperatur primum bonæ fidei emptorem, atque eundem ſecundum venditorem vendentem durante eadem bona fide ad nullam reſtitutionem teneri vero domino, nec ſecundum emptori, nec etiam ad reſcindendum contractum in quo non fuit factus locupletior, ſed tunc demum cum huic damnum imminere perſpexerit, aut reſcinderit ex rationibus & argumentis ſupra adductis, tametſi ſecunda, & ſic poſterior opinio ſit ſecurior & probabilis: nihilominus qui priorem ſequitur nulla fraude, aut fallacia admixta, cenſeo ſecurum eſſe ſiquidem eſt munita pluribus, & vrgentibus fundamentis, & habet plures, ac grauiſſimos authores, & patronos, quod non dubito excuſare in conſcientia, & hac opinione retenta ceſſant fundamenta contraria. 8

Et quidem primum quoniam dum periculum nullum imminet ſecundo emptori bonæ fidei (vt ſupponimus) nec eſt ei aliquid reſtituendum, nec opus eſt reſcindere contractum, cùm nemo ſit, qui ſecundum emptorem moleſtet; at verò reſtituere rem, vel eius pretium vero domino primus emptor bonæ fidei non tenetur, cùm non habeat rem ipſam, nec aliquid alienum, vt propè omnes fatentur, niſi ſit factus locupletior in aliquo: tunc enim ad id ſolum tenebitur in quo ditior effectus ſit.

Secundum non vrget, quia ſi tenetur ad reſtitutionem fructuum extantium, ideo eſt quod in eis factus ſit locupletior, at vero inde non ſequitur quod teneatur pretium, cùm in eo non ſit factus locupletior, & fuerit emptor bonæ fidei.

Tertium etiam ceſſat ex ſupra reſponſis, hoc addito, quod læſione, & ſic deceptione deducta ad actum ipſa reſpiciatur, interim vero quod nullum





nullum damnum ſentit hic ſecundus emptor primus eidem ad nihilum tenebitur, nec vero domino per ſupra dicta.

Quartum etiam diluitur ex reſponſione Nauarr. *dict. cap.* 17. *num* 8. *verſic. contra ſic*, dicentis, quod hic ſecundus venditor liberabitur cedendo actionem de euictione quam habet contra eum à quo bona fide emit *l. in creditore, ff. de euiction.* quia factus eſt in ea locupletior, ad quod etiam in conſcientia tenebitur, & quamuis hæc ſolutio ſufficiens non videtur, nam re vera in foro contentioſo cogetur ad incolumitatem, vt aiunt, hoc eſt ad eum indemnem reddendum, vel ſecuritatem venditæ rei præſtandam, licet in limine contractus non immineat euictio, vt *in l. qui rem iuncta gloſſ. fin.* ibi, *niſi ad cauendum agatur. C. de euictionib. & ex l. 2. ff. eodem titul.* & ibi gloſſ. latius *deciſione Pedemontana* 24. *num.* 2. *cum ſequentibus*, & in terminis prædict. reſponſionem Nauarr. falſam eſſe dicit Nauarr. *vbi ſuprà, numer.* 107. ideo alio modo reſpondemus prædict. quarto fundamento, nempe tantum probare eo caſu quo ab emptore ſecundo primus imperatur, non vero priuſquam euictio petatur cum nullum ei damnum immineat, quod ſi periculum euictionis immineret à vero domino faciendæ iam fatemur ſupra teneri hunc ſecundum venditorem ad reſcindendum contractum, vt patet ex *ſuprà dict. 1. caſu*: nos enim loquimur quando nullum eius periculum immineat.

Ad quintum reſpondemus eodem modo.

9 Ad nouum fundamentum Salonis, reſpondemus nullam congruam, aut iuridicam rationem differentiæ poſſe accommodari in hac ſpecie inter vtrumque emptorem, quare magis ſecundus quam primus teneatur ad conſulendam vtilitati domini cum proprio damno: in vtroque enim caſu contractus eſt nullus, & dominium rei venditæ non transfertur in emptorem, nec pretij in venditorem, imò videtur hic author in ſua argumentatione ſibi contrarius ſuperioribus à ſe dictis, dum tenuit pro conſtanti non teneri emptorem bonæ fidei rem illam poſſidens, vero domino reſtituere, ſed poſſe reſcindere contractum cum latrone, & pretium quod pro re illa dedit recuperare, quia ipſe non eſt cuſtos, nec tutor domus illius rei, nec tenetur cum proprio damno illius vtilitati conſulere, imo licet cuique ſuo commodo proſpicere, etiam ſi alter iniuriam patiatur, quia illius iniuriæ ipſe cauſa non eſt; at ſi hoc verum eſt, ſicut ab eodem authore paulo ante præmiſſum fuit, & reſoluimus in quæſt. proximè præcedenti, quare ſtatim in ſecunda venditione obligat eundem emptorem, non ſolum ad reſcindendam ſecundam venditionem vt pretium acceptum reſtituat ſecundò emptori, ſed etiam ad rem ipſam reddendam latroni primo venditori, ſi appareat, vt pretium eius reſtituat, & eam domino reddat; ſin minus ad eam reſtituendam vero domino, nonne hoc eſt indirectum obligare primum emptorem ad reddendam rem primo venditori, hoc eſt latroni, immo eo non apparente directo ipſi domino? *y anſi Nauarr. Sot. Couarr. Medin. y Nauarra, que refiere, y ſigue*, Manuel Rodriguez *in ſua ſumm. 1. tom. cap.* 150. *del hurto, num.* 1. cum Ludouic. Lopez, *in inſtruct. conſcient. 1. part. cap.* 95.
10 *columm.* 598. addit ruſticum ſimplicem, qui bona fide prius eam rem latroni venditori reſtituerit, non teneri ad aliquam reſtitutionem domino vero faciendam: ſit igitur ex ſupradictis nouum fundamentum Salon. *pro 2. part.* factum non eſſe ſatis ſubſiſtens, aut vrgens.

Denique in calce huius quæſtionis illud addere libuit, quod quando iudex procedit ex officio ſuo contra furem propter res furatas, poteſt condemnare eum ad reſtitutionem earum parti faciendam, ſi delictum conſtet ex confeſſione inquiſiti, ſecus ſi conſtet per contumaciam, vel per teſtes, & idem in damnis datis, vt latè probat alios allegans Auiles, *cap.* 16. *Iudic. Syndicat. in gloſſa pagada, per totam*, & Azeued. *in l.* 5. *tit.* 10. *lib.* 4. *nou. collect. reg. num.* 125. & ante eos Capellan. Toloſ. *deciſ.* 22. licet illud intelligat in illo iudice qui eſt iure poli, & fori vt Epiſcopus, & officialis, ſecus in illo iudice qui eſt iudex fori tantum; ſed in vtroque iudice idem probo: nulla enim maior ratio eſt in vno iudice, quam in alio. 11
12 ¶ Quod ſi contra iudicem in Syndicatu procedatur, etiam ſi per teſtes tantum probetur donatum tamen non ſint de intereſſentibus poteſt iudex condemnare ad eorum reſtitutionem etiamſi per partem non petantur: ita idem Auiles, *cap.* 5. *Sindicat. gloſſa fin.* per text. ibi, *qui hodie eſt, l.* 12. *tit.* 7. *lib.* 3. *nou. collection. regia*, vbi Azeued. & idem *vbi ſuprà, d. num.* 125.

13 Erit igitur optima praxis in propoſito, vt ex proceſſu criminali, perueniatur ad ciuilem ex eadem inſtantia, ex officio iudicis, & ideo fur qui criminaliter caſtigatur fuſtigatione, non debeat de carcere relaxari, donec furtum reddatur, & propterea cuſtodes carcerum caueant ne talem ſic condemnatum dimittant, niſi prius ſit ſatisfactum Fiſco, & parti, ita Bald. *in l. quod euitandi. C. de condit. ob cauſam*, & voluit idem Bald. *in l. ea quidem, columm. vltim. C. de accuſat.* Bart. *in l. 1. §. hoc edictum in 1. columm. ff. vi bon. raptor. & in l. 1. C. quando ciuil. act. crim. præiud.* Angel. *in tract. maleſ. in verſic. per iudicem maleficiorum in 1. & 2. columm. & in verſic. & veſtem cæleſtem, columm.* 1. 2. & eſt obſeruatione dignum ex Petr. Greg. *in 2. part. ſyntagm. iuris vniuerſ. lib.* 37. *cap.* 1. *in fin. num.* 36. *pag.* 752. & inquit Bald. *in l. mancipia, num. C. de furt.*
14 ¶ quod ſi iudex per negligentiam non faciat reſtitui furtum parti, vel damnum, tenebitur in ſolidum, quæ omnia refert, & ſequitur Steph. Aufrer. *in addit. ad deciſ.* 22. Capell. Toloſan.
15 ¶ Fit igitur ex his vltimis dictis non ſolum hoc eſſe in voluntate iudicis ſed & in obligatione, & denique generaliter furto rectè probato etiam aliter quam per confeſſionem furis, quod mihi magis placet, quia non video congruam rationem differentiæ.



## SVMMARIVM.

1 *Furtum an ſit graue delictum, & qua pœna puniatur? per totam quæſtionem.* 1

2 *Furtum eſt prohibitum iure diuino, naturali, & poſitiuo.*

3 *Furtum maius, & grauiſſimum peccatorum eſt dempto adulterio, & num. 6. & 7. quomodo hoc intelligatur.*

4 *Fornicatio grauius peccatum eſt furto, & vide num. 5.*

8 *Furtum quando dicatur magnum, vel paruum iudicis arbitrio relinquitur, conſideratis his de quibus in numeris ſequentibus.*

13 C. 1. §. ſi quis quinque ſolidos de pace tenend. in vſib feudor. *intellectus, & num. ſeq.*

17 *Ægyptij, & Germani furta inulta relinquunt.*

18 *Apud Lacedæmones impune furari licebat.*
19 *Apud Perſas nullus erat rapinis modus.*
20 *Apud Atrios, qui minimo furto ſubtrahebant lapidibus obruebantur.*
22 *Minos fures omnes inſecutus fuit maximè per mare*
23 *Tobias nec pro victu neceſſario licere cenſuit ex furto euadere: nec Alexand. Seuerus vt in n.24 ſed & alia exempla punitionis furis referuntur numeris ſeqq.*
27 *Lex humana iuſte poteſt, furem diurnum pro grauiori furto iubere occidi lex tamen Moſaica, ſolum furem nocturnum ſtatuit morte puniri.*
28 *Pœnitentia furis poſt furtum commiſſum, eum non excuſat.*
29 *Pœna ſimplicis furis omni iure cum pluribus, numeris ſeqq. Apud Hebræos hic. Iure diuino, n.39. Leg. 12. tabularum, num.31. Iure ciuili, num.32. & 33. cum ſeqq. Apud Gallos, num.35. Iure noſtro Regio, num.36. cum pluribus ſeqq.*
45 *Pœna pro ſecundo furto ſimplici in Hiſpaniarum Regnis, cum numeris ſequentibus precipue, num.47.*
47 *Fur committens in aliqua ciuitate, vel loco furtum, ſi reperiatur, ſine auriculis, an erit hæc ſufficiens præſumptio, quod iam alia duo furta commiſerit, vt ſic poſſit condemnari ad mortem tanquam famoſus latro, & quid tunc iudex facere debeat?*
48 *Pœna pro tertia furto imponenda, & n.49.*
50 *Fur an poſſit furca ſuſpendi pro vno furto magno æquiualente tribus, cum numeris ſequentibus?*
51 *Tranſgredi iura licitum eſt in atrociſſimis delictis, n.51. & 52. & 53. Sed contrarium probatur, ibi, & n. ſeqq.*
57 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores ad condemnandum pœna ordinaria. Et ad torturam indicia in genere ſuo debent eſſe clara, & talia, quæ de iure ſubſiſtant.*
58 *Iudex in vtroque foro tenetur iudicare ſecundum leges ſcriptas, nec poteſt eas ſine graui peccato excedere in pœnalibus.*

---

*De grauitate, & pœna furti.*

## QVÆSTIO CLIV.

1 QVÆRO an furtum ſit graue delictum, & qua pœna puniatur? Et vt hoc cognoſcamus, prius reuocemus in memoriam, id quod omnes Chriſtiani ſcimus & te-
2 nemur ſcire, nempè ſeptimum Præceptum diuinæ legis eſſe, *Non furtum facies*, deinde Iuſtinum affirmare furtum eſſe contra rationem naturalem, vt *in §. furtum inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* Paulus quoque Iuriſconſultus *in l.1. §. fin. ff. de furt.* inquit lege naturali furtum admittere prohibitum eſſe. Vlpian. quoque *in l. probrum 42. in ordin. ff. de verbor. ſignificat.* furtum, & adulterium natura turpia tradit: Plinius *lib. 11. cap. 16.* refert natura apes etiam fures, & mulierum menſes odiſſe, & ideo ferunt, turam furtiuam tantum prouenire fertilius. Cum igitur furtum ſit prohibitum iure diuino, & naturali, vt vidimus, & probat latè cum aliis Farinac. *de furt. de quæſt. 165 num. 2. cum ſequentibus fol. mihi 2.* necnon iure etiam poſitiuo, vt patet ex infinitis titulis vtriuſque iuris, hinc eſt vt grauiſſimum crimen furtum reputari debeat. ¶ Quare D. Chryſoſtom.
3 *in Pſalm. 49.* exiſtimauit furtum maius, & grauiſſimum peccatorum eſſe decepto adulterio: ſed & fornicatio grauius peccatum eſt furto vt probat S. Thom. *2.2. quæſt. 154. art. 3.* & optimè aduerſus Martin. de Magiſtris D. à Soto *de iuſtit.*
4 *& iur. lib. 5. quæſt. 3. art. 3. in reſponſ. ad quæſtionem*, & Salon *eodem lib. de iuſt. & iur. in 2.2. D. Thom. quæſt. 66. art. 6.* an furtum inter omnia peccata, &c. *colum. 1312. cum ſequentibus*, vbi notat primo eſſe proximum hæreſi aſſerere fornicationem ſimplicem non eſſe intrinſecè malam, & contra ius naturæ, vt ibi probat: ſecundo,
5 fornicationem eſſe grauius peccatum furto ex genere ſuo. Tertio, quod licet fornicatio abſolutè, & ex genere ſuo ſit grauius delictum quam furtum, interdum tamen in indiuiduo, & ſingulari dari poſſe aliquod furtum grauius fornicatione, vel ratione quantitatis furti, vel ratione aliarum circunſtantiarum.

6 Scythæ quoque nullum ſcelus furto grauius ducunt Iuſtin. ex Trogo *lib. 2.* quem refert Petr. Gregor. *in 2. part. Syntag. iur. vniuerſ. lib. 37. c. 1. in princip. num. 1.* ¶ hoc tamen verum eſt intel-
7 ligendum vt ipſi interrogati faterentur, quando furtum factum eſt in re magna. hæc eſt, communis concluſio, vt dicit Abb. *conſil. 25. num. 1. in fin.* & ex eo Iul. Clar. *in §. furtum verſic. quæro an furtum*: alias enim ſi in re parua committeretur, non eſſet graue delictum quamuis adhuc quoque delictum ſit iuxta ea, quæ ſupra adduximus *alia quæſtione.* ¶. Quando autem dubitatur
8 an furtum dicatur magnum, vel paruum iudicis arbitrio relinquitur, ita Angel. *in l. 1. colum. vltim. verſic. ſed quod dicatur, C. vnde vi*, quem ſequitur Hypolit. *in l. quæſtionis modum, num. 48 ff. de quæſtionib.* Anton. Gom. *cap. 5. de furt. ſub num. 3. circa fin.* & Menoch. de Arbitr. *iudic. lib. 2. centuria 3. num. 10.* vbi quod iudex inſpecta facti qualitate, & perſonarum conditione arbitrabitur an magnum, vel paruum furtum dici poſſit quod & nouiſſimè ſequutus eſt declarans in ſpecie quæ debeat iudex obſeruare Emanuel Roder. *in ſua ſum. 1. tom. cap. 147. num. 5.* ¶ Hinc dicit Angel. *vbi ſupra*, quem
9 refert Menoch. *num. 11. qui ſupra*, furtum iudicati magnum ſi Doctori Codex in quo multum inuigilauit, & plura ſcripſit ſua ſubtrahatur Menoch. *vbi ſupra, num. 12.* affert aliud exemplum ex gloſſ. *in l. illicitas, §. ne tenuis, ff. de officio præſid.* ¶ De eo qui aufert ruſtico por-
10 cum, nam inquit aufert oculum quam gloſſam ſingularem dixit Roman. *ſingul. 706. Index.* ¶ Et Franciſcus de Marchia, *quæſt. 6.* ſcribit ex
11 qualitate rei & perſonæ furtum iudicari paruum, & magnum. ¶ Alphonſ. à Caſtr. *lib. 1. de*
12 *leg. penal. verſic. furti vero grauitas, colum. 1581.* ait, quod grauitas furti dupliciter æſtimatur, aut ex ratione rei furtiuæ, aut ex conſideratione perſonæ in cuius poſſeſſione erat quando furto ſublata eſt.

Hinc infertur ad intellectum textus *in cap. 1. §. ſi quis quinque ſolidos de pace tenenda in vſib. fœd.* vbi pro furto paruo quinque ſolidorum quis debet ſuſpendi: cuius textus plures ſunt ſenſus & intellectus, ne adeò rigidus videatur, quorum aliquos recenſet Cepol. *in auth. ſed nouo iure, num. 88. C. de ſeru. fugit.* ſcribit namque *Neuizanus lib. 1.* Sylu. *nupt. num. 69.* poſt Parid. *de* *put.* hanc Federici conſtitutionem atrocem nimis eſſe, & ob id eius animam in inferno torqueri, vt refert Menoch. *vbi ſupra ſub num. 13.* dicens, eſſe hæc ſomnia vigilantium, & quod Deus iudicabit Federici animam & voluntatem, quia arcana Dei hominibus cognita non ſunt & & Iul. Clar. *d. § furtum ſub verſic. ſed quæro*, refert ex eodem Parid. de Puteo *de Syndic. fol. 224. poſt num. 1.* Quod proles Federici Imperatoris qui id ſtatuit, & alij reges ſucceſſiuè qui ſequuti ſunt hanc l. eorumque miniſtri non regnauerunt ſuper terram, & male vitam finierunt, nec generatio eorum ad tertium gradum peruenit, credit tamen Clarus id potius contigiſſe propter bella & indebitas vexationes quibus Sanctam Dei Eccleſiam perturbabant, quam propter illam l. quæ vt arbitratur ipſe numquam fuit vſu recepta. Ego iudicio Dei hæc omnia relinquo.

15 Verum quatenus attinet ad intellectum illius text. ne adeo rigidus aut atrox videatur, cenſeo cum communi, ideo ibi illud ſtatui, quia cum furto concurrebat violatio pacis, quæ maximè obſeruanda erat, ita affirmant Iſernia Aluar. & cæteri omnes *in d. §. ſi quis quinq; ſolidos*, & Cepol. *conſ. 40. col. 5. verſic. circa ſecundum*, Gomez *in §. ex maleficijs num. 2. 3. & 4.* & cum eo Iur. Clar. *vbi ſupra* & communem & veram opinatur Menoch. *vbi ſupra num. 15.* & Peguer. *deciſ. crimin. 27. num. 4.* ideoque ratione pacis violatæ furtum, vt grauiſſimum pœna mortis punitur ibi, licèt commiſſum in paruiſſima quantitate, quem intellectum nouiſſime etiam probat Petr. Greg. *in 8. p. ſyntagm. iuris vniuerſ. c. 2. num. 12.* dicens hoc eſſe exempli pœna in latrones, qui pacem initam furto rumperent etiam quinque ſolidos furando, non alios & Ant. Gom. plures referens *c. 5. de furt. num. 9.* qui hunc intellectum probat ex rubrica cui ſubiicitur & ex *l. fi. in fin. ff. de re milit.*

16 Nihilominus tamen, quia reſpectu paruitatis rei quamuis etiam pacis violatæ adhuc grauiſſima & crudeliſſima pœna imponi ibi rectè arbitratur Clarus l. illam numquam fuiſſe vſu receptam, & quod in omnem caſum illa pœna impoſita contra fures *in d. §. ſi quis quinque ſolidos* non ſeruatur de conſuetudine, vt plurimos id etiam affirmantes congerit Anton. Gom. *d. c. 5. num. 9.* & Clarus *vbi ſupra* quem refert & ſequitur Menoch. *vbi ſupra* & ſequuntur omnes ſecundum Peguer. *vbi ſupra*, eſtque veriſſimum in praxi non eſſe admiſſam nec obſeruatur, idem refert Petr. Greg. *vbi ſupra*, nempè illam conſtitutionem abrogatam contraria conſuetudine & conſtitutione Federici *de pace iuramento ſeruanda, §. iniuria*, dicit namque quod furtum legitimè puniatur & ita corrigitur *d. §. ſi quis quinque ſolidos*, vt per Gregor. Lup. *in l. 18. in gloſſa matar, in principio, tit. 10. part. 7.* vbi quod ideo de diſpoſitione, *dict. §. ſi quis quinque ſolidos*, non eſt curandum, neque de generali conſuetudine curatur ex Bald. & Angel. *in dict. auth. ſed nouo iure.*

17 Hæc quamuis ita ſe habeant, nempe furtum eſſe omni iure prohibitum, vtpotè grauiſſimum delictum vt præmiſimus. ¶ Ægpytij tamen nec non, & Germani furta inuita relinquunt vt author eſt Menoch. *vbi ſupra dict. caſu 209. num. 3.* imò Ægyptiis probatum furtum putat Cælius Rodiginus *lib. 3. cap. 13. ante*, Gellius *lib. 11. Noct. Attic. cap. 18.* & lex de furibus apud Ægyptios iubebat eos qui furari volebat nomen ſuum apud Principem Sacerdotem ſcribere, atque è veſtigio furtum apud eum deferre, ſimiliter quibus res furto erepta erat apud eundem rei ſublatæ tempus, diem, & horam ſcribere tenebantur hoc modo facilè inuento furto, qui rem amiſiſſet quarta mulctatur parte, quæ daretur furi, ſatiuſque legiſlator eſſe duxit, cum impoſſibile eſſet furta prohiberi potiùs alicuius portionis, quàm totius rei amiſſæ, homines iacturam pati vt refert ad litteram Diodor. Siculus *lib. 2. Biblioth. cap. 3.* & Petr. Gregor. *3. part. Syntagm. Iur. vniuerſ. lib. 37. cap. 1. num. 4.* Itaque Ægyptij non ſolum permittunt, atque inulta relinquent furta vt vides, ſed etiam præmio afficiunt fures *4. part.* rei furatæ, vt vidimus ſatius hoc exiſtimantes quam totius rei furatæ iacturam homines pati: hinc eſt vt furtis aſſuefacti Ægyptij cum ad nos perueniunt hoc vitio maximè laborant, placent namque vitia, vt plerumque iis, qui his infecti ſunt, & qui excuſſo naturali, & diuino timore inde lucrum, & prouentum amant, ſicut Samij, Mercurio Charidotæ rem diuinam facientes, volenti & furari & latronari permittebant, quia oraculo relictâ inſulâ cum Mycalen migraſſent præda ac rapinis decem annis vixerunt, vt narrat Plutarchus *in problem. circa fin.* & refert Petr. Gregor. *vbi ſupra num. 3.* addit Menoch. *vbi ſupra num. 4.* ¶ Apud Lacedæmoniis quoque impunè 18
furari licebat vt homines ſolertes redderentur vt fuſius tradit Gellius *lib. 11. Noct. Attic. c. vltimo*, vbi & de pœnis iure noſtro aduerſus fures indictis ſcribit, quem refert Menoch. *vbi ſupra n. 2.* Quinimo Lacedæmoniis in huiuſmodi opinionibus furandi primas partes tenentes filios ſuos optimos eſſe credunt ampliſſimoque honore proſequuntur, ſiquidem id laude ducebant Lacedæmoniis aſtutè & plura furari vt notat Gellius *d. lib. 11. noct. Attic. c. fin.* & Heracl. *de polit. in polit. Lacedæm.* Hinc merito Socrates vt refert Petr. Gregor. *vbi ſupra num. 2.* Lacedæmonios Barbaris eſſe inferiores ait, quod Barbari flagitium admittentes & furantes, domeſticis ſuis & famulis filios nequiores exiſtimant peiores: igitur ſunt in hoc Lacedæmoniis ſiquidem Barbari furtum abhorrent ipſi vero amant.

19 Apud Perſas etiam nullus erat rapinis modus, vt author eſt Alex. ab Alex. *lib. 6. dierum genial. cap. 10.* qui de Indis, Latiis, ac Scythis multa memoriæ prodit,

20 Apud Aſtrios vero, qui minimo furto ſubtrahebant lapidibus obruebantur, author eſt Petr. Crinitus *lib. 3. de honeſt. diſciplin. carpit 5.*

21 Sed cum l. Euangelica & ratione naturali furta ſint prohibita ſeueris pœnis merito ſunt Puniendà, eo enim ſunt facienda mala, vt inde proueniant bona.

22 Quare ſupra relatas nationes, ac gentes nominatus, Minos, fures omnes inſecutus fuit maximè per mare vt ex Theucidi idem refert Petr. Greg. *vbi ſupra num. 5.* ¶ Non Tobias, 23
qui neque in victu neceſſario furti particeps, eſſe volebat, Videte inquit Tobiæ 3. ne *hædus furtiuus ſit reddite eum dominis ſuis, quia non licet nobis, aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Qui enim cum fure partitur accidit animam ſuam*, Prouerb 29.

24 Non etiam Alex. Seuerus, vt in eius vita Lampridius ſcribit, qui in crucem tolli iuſſit furem qui furtorum reus per ambitionem nimiam ad militiam aſpirauerat.

25 Imò ſcribit Plinius *lib. 28. natural. hiſtor. cap. 3. l. 12.* tabularum capitale fuiſſe puberibus frugem aratro quæſitam furtim noctu paviſſe, ac ſecuiſſe eoque iure cautum eſſe licere nocturnum





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

furem rem magni valoris ſubtrahentem interimere, quam ſanctionem, inquit Menoch. *vbi ſupra dict. caſu 195. num. 6.* diuinitus, & lege veteri deſumptam videri ſiquidem, Exodi cap. 22. ita ſcriptum eſt, *ſi effringens fur domum ſiue ſuffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis, quod ſi orto ſole hoc fecerit homicidium perpetrauit, & ipſe morietur.*

27 Iuſtè tamen nihilominus poterit l. humana furem diurnum pro grauiori furto iubere occidi, quam lex Moſaica ſolum furem nocturnum ſtatuit morte puniri, vt probat Caſtr. *lib. 1. de lege pœna. cap. 6. in verſic. quamuis, itaque leg. & in verſic. & inde vlterius*, vt ſtatuit in caſibus infra aliis quæſtionibus ponendis.

28 Vlpianus *in l. qui ea mente 67. ff. de furt. l. quis ſit fugitiuus 17. ff. de edilit. edict.* vſque adeo graue ſcelus duxit, qui ea mente alienum quid contrectauit, vt lucri faceret fur ſemper remaneat tametſi mutato conſilio, id domino poſtea reddiderit, neminemque tali peccato pœnitentia ſua nocentem eſſe deſinere, vt ad expiandum peccatum pœna opus ſit, ſine qua fures, vſque adeò creſcent numero vt nemo ſit, qui ſibi quippiam, aſſerere audeat, dat enim impunitas delinquendi animum, & quemadmodum feſtiuitate comica dictum eſt, Feſtum agunt fures, vt refert Petr. Gregor. *vbi ſupra ſub n. 5. ad fin.*

29 Nunc videamus de pœna ſimplicis furis omni iure, inter Hebræos quadruplum fur reddere cogebatur, non habens vero venundabatur non tamen extraneo, vel alienigenæ, nec in perpetuam ſeruitutem: ſed Iudæo vt poſt ſeptennium abſolueretur, à ſeruitute, quam legem antiquauit Herodes, iuſſitque abſolutè furem vendi Ioſeph. *lib. 16. antiq. Iudaic. c. 1.* referente Petr. Greg. *d. lib. 37. ſyntag. iur. vniuerſ. c. 2. n. 25.*

30 Diuino iure, qui furatus eſſet ouem, vel bouem & occiderit, vel vendiderit: quinque boues pro vno, quatuor oues pro vna reddere iubetur, ſi iumentum furatus ſit duplum reſarciendum, Exod. 22. 2. Reg. 12. Septuplum alibi lex diuina pro furto manifeſto iubet reddere furem, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradere, & ſe liberare Prouerb. 6. Cauſam autem quod illa vetus quæ tantum rigorem in aliorum criminum punitione exercuit in foris autem diurni punitione rigorem ſuum temperauit, latè conſiderat, & exponit Alph. à Caſtr. *lib. 1. de lege pœnali cap. 16. colum. mihi in magnis 1583. verſic.* nec ſine cauſa cum ſequenti.

31 Platonis quoque lex (*lib. 9. de legibus*) habebat, vt damnatus furti ſi vltra ſortem bona ſufficiunt, vel duplum reddat, aut vinciatur, donec, aut perſuaſerit illi, cui debet, aut reddiderit.

Lege 12. tabularum, ſi ſeruus furtum feciſſet, licebat domino ſeruum pro noxa dare, & ita liberabatur, quod prætor ſequutus eſt in tota familia furtum faciente, alio autem capite fur manifeſtus ei, cui furtum factum eſſet in ſeruum tradebatur. Et hoc eſt quod dicitur, noxium caput ſequi, agere cum eo cuius iuri fur ſubiectus eſt, vt ait Vlpian. *in l. cum quis 42. de furt.* habita ratione temporis, & domini, qui erat cum furtum factum eſt: ita ex aliis authoribus refert Petr. Gregor. *in ſyntagmat. iur. 3. part. c. 1. lib. 6. n. 29. fol. 751.*

Et generaliter fures in legibus 12. tabularum capitali pœna feriebantur, vt ſcriptum reliquit Theophilus *in inſtitut. de perpet. & temporal. action.* & meminit Anton. Auguſt. *lib. 4. emendation. iuris, cap. 4.* quos refert Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3. caſu 195. num. 5.* vbi *num. ſeq.* alias pœnas antiquorum pro furto impoſitas refert.

32 Iure noſtro ciuili quadrupli pœna imponitur, pro furto manifeſto, dupli pro non manifeſto: eamque perpetua. *§. 1. de perpet. & temporis, act. § conceptum, & in §. pœna manifeſtis de obligat. quæ ex delict. naſc. l. de his quæ ſubtraxiſſe 11. C. de furt. §. Sic itaque diſcretis verſic. planè, & in §. ex maleficiis de action. §. omnes autem actiones, vel in ſimplum, & §. quadrupli eodem titul. l. 2. ff. de crimin. expilat. hered. l. 18. tit. 14. part. 7.* quadruplumque refertur ad æſtimationem rei, non quantum intereſt *l. in furti actione 51. ff. de furt. & quadrupli pœn. in vi bonorum raptorum*, intra annum eſt quadrupli, poſt annum ſimpli, in quadruplo tamen eſt rei perſecutio, & triplici pœna cum in furto ſit quadrupli ex integro vltra rei perſecutionem, *§. 1. vi bonor. rapter. l. 1. ff. eodem tit. dict. l. 18.* vbi idem in duplo.

33 Itaque de iure communi pro ſimplici furto non eſt impoſita furi pœna mortis, ideoque mori non debet, nec aliquod membrum eſt ei abſcindendum, ſed aliter caſtigandus *auth. ſed nouo iur. C. de ſeruitut. fugit. text. in auth. vt nulli iudic. §. quia vero verſic. pro furto collect.* communis ſecundum Gomez *in dict. §. ex maleficiis, num. 12. inſtitut. de action.* & ex eo Iulius Clarus *in §. furtum verſic. ſed quæro*, Couarr. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 9. num. 7. in princip.* Dueñas *in regul.* 399. Peguer. *deciſ. crimin. 27. num. 1.* Petr. Gregor. *vbi ſupra, num. 7.* Menoch. *vbi ſupra num. 7. dict. l. 18.* ibi, *mas porrazon de furto non deuo matar, nin cortar miembro ninguno*, & ibi Gregor. Lopez *verbo matar*, &c. Salon. *de iuſtit. & iur. colum.* 1317. eodem etiam pro furto magno teſtatur magis communem æquiorem, & magis practicatam opinionem Proſper. Farinac. *tom. de delictis & pœna, quæſtione 23. num. 3. pagin. mihi 211. colum. 1.* Sic etiam Carolus Magnus in Longobardorum legibus ſtatuit, & in Synodalibus conſtitutionibus pro primo furto non moriantur latrones, ſed oculum perdant, vt refert Petr. Gregor. *in ſua ſyntagmat. iur. 3. part. lib. 37. cap. 2. num. 13.* vbi *num. 16.* quod ex conſuetudine Burgundiæ, qui furatur infra decem libras, pro primo furto, & arbitrio iudicis caſtigandus circa tamen mutilationem membrorum, aut mortem naturalem, & *num. 18.* quod apud Anglos Henricus ſeptimus Rex ſtatuit ann. 2. Regni ſui in conſilio vt pro primo ſcelere remitteretur quidem pœna corporalis, in carcerem coniectis, ſceleris commiſſi nota in palma ſiniſtræ manus ſub publicè inureretur, quæ criminis admiſſi primam referat literam.

34 Cum igitur fur ſimplex pro primo furto non debeat mori, nec membrum ei amputari ſed aliter caſtigari ſupereſt, vt doceamus qua pœna puniendus ſit, & in hoc gloſſa *in dict. auth. ſed nouo iure, verbo caſtigabitur*, inquit ſupra fuſtibus, & hæc eſt communis opinio vt vltra ordinarios, ibi teſtatur Bart. *in tractat. de iuriſdictione, num. 10.* & Padil. *in l. tranſigere num. 11. C. de tranſaction.* Couar. *lib. 2. variar. cap. 9. ſub num. 7.* vbi quod paſſim apud nos fures flagellantur, aureſque eis abſcinduntur præter rerum reſtitutionem Cepol. *in dict. authent. ſed nouo iure num. 65.* Quæ opinio in his Regnis iure partitarum hodie approbatur, *in l. 18. tit. 14. part. 7.* ibi, *Otro ſi, deuen los iuzgadores quando los furtos demandado*



*demandado en juyzio: eſcarmentar los furtadores publicamente con feridas de azotes*, vbi notat Gregor. *hoc eodem verbo*, & refert alios de iure communi idem tenentes, in gloſſa *matar, ni cortar miembro*, iudicis cui pœna pro primo ſimplici furto deſecrebatur à gloſſa vltima, *in l. ſubtracto, C. de furt. & gloſſ. in l. fin. ff. de furt.* quam probant plerique alij vt conſtat ex Anton. Gomez *vbi ſupra.* Humad. *in l. 1. tit. 17. part. 1. gloſſa 12. num. 2.* Hodie ad fuſtigationem redactum eſt, per dict. l. regiam, quæ in hoc etiam iuri communi concors eſt ſupra communi opinione gloſſ. & aliorum doctorum, vt vidimus, quia iure ordinario arbitrari ſolent iudices hunc furem eſſe virgis cedendum vt ex Cepol. refert Menoch. *vbi ſupra*, & vltra quadruplum, vel duplum, quod fur in his regnis pro primo furto ſimplici puniatur pœna corporali extraordinaria, & arbitraria probat latè Anton. Gomez 3 *tom. cap. 5. de furt. num. 4.* ſed hodie pœna quadrupli, vel dupli non eſt in conſuetudine ſed pœna corporalis tamen, vt ex Cepol. *in dict. authent. ſed nouo iure num. 59.* dicit Clarus *dict. §. furtum verſic. pœna autem*, vbi addit, quod adhuc vigeret hæc pœna quadrupli: in foro conſcientiæ fur non tenetur ad talem pœnam, ſed tantummodo ad reſtitutionem rei furatæ, ſecundum communem, ſententiam quam ibi refert, Humad. gloſſ. 12. *num. 2. vbi* citat ad hoc Anton. Gom. *vbi ſupra dict. num. 4. in fin.*

35 Solent, & Galli furunculos iſtos loris flagellare publicè per vias ciuitatum, & oppidorum. Pro lenioribus furtis extra ſacrum locum factis vt affirmat Petr. Gregor. *dict. lib. 37. cap. 2. num. 19.* qui *num. 13. cum ſequentibus*, poſt Couarruuias, vbi ſupra alias pœnas imponi ſolitas pro furto apud exteras nationes refert, nec non, & Salon de *iuſtitia, & iure, colum. 1339. verſicul. ad intelligentiam.*

36 Sed iure nouiori fori huius Regni pro primo furto ſimplici imponi iubetur pœna pecuniaria vt ſoluat rem, & duplum eius parti, & ſeptuplum Fiſco, & ſi non habet vnde ſoluat quod corporaliter puniatur ſupra abſciſſione auricularum, *ex l. 6. tit. 5. lib. 4. fori, & l. 2. tit. 13. eodem lib.* vt ex his ll. tenet Anton. Gom. *vbi ſupra verſic. vnum tamen eſt addens in verſic. ſequenti*, quod in locis vbi viget illa lex vel conſuetudo non punitur criminaliter fur, quia pœna applicatur Fiſco, ſed in aliis locis, & partibus vbi non viget nec ſeruatur illa conſuetudo ſtandum eſſet iuri communi, ſed illam legem 6. fori eſſe in vſu affirmat Gregor. Lopez *in dict. l. 18. gloſſa magna in verſic. hodie tamen*, &c. Et re vera fuit, vt conſtat ex aliis authoribus noſtris Regni, & nos ſæpiſſimè ita audiuimus cum primum peritiam praxis accepimus & conſtat ex *l. 9. huius titul.* 12. *in verſic. è como quiera*, &c. Sed iam aboleuit ab vſu hæc pena *de las ſetenas*, & remanſit pœna corporalis, vel alia iudicis arbitrio ſententiam qualitatem furti, & perſonæ vt ſæpe in praxi obſeruatum vidimus, & præterea teſtatur Anton. Gomez *vbi ſupra*, dicens quod communiter in mala parte Regni de conſuetudine non imponitur pœna pecuniaria applicanda parti, nec Fiſco ſed ſolummodo corporalis, vel alia iudicis arbitrio, vt prædiximus, nec non, & tractatus quidam *de different. inter ius commune, & regul. differentia 5. in delictis*: imò nouiſſimè per dict. *l. 9. huius titul. in dict. verſic. è como quiera*, clarius prædict. pœna *de las ſetenas* videtur ſublata, ſiquidem in locum eius alia ſubrogatur præciſa non adiecto quod copulatiuè concurrat cum illa ſeptupli, non enim vtraque ſimul imponenda eſt, quia l. illa hoc non præcipit, ſed quæ ſequitur.

37 ¶ Denique lex illa ſic accipienda eſt, vt non intelligamus, quod in omnibus illis caſibus in quibus pœna ſeptupli imponebatur per d. l. 6. quæ diſponebat vt in omnibus furtis intra ſummam 40. marapetinorum fur pœna ſeptupli plecteretur, in eiſdẽ pœna triremium fures puniãtur, quia pœna commenſuranda eſt delicto, *l. ſancimus, C. de pœna*, & imponi debet ſecundum menſuram portionis inſpecta ratione loci, temporis, perſonæ, & quantitatis, *l. aut facta, ff. de pœna*, & ibi DD. & alibi communiter, contra autem boni, & æqui erit vt pro tam modica re, vel damno fur ad triremes mitteretur vt bene probat Humad. *in d. l. 1. tit. 17. gloſſ. 11. num. 3. fol. 156. col. 4.*

38 Iure nouiſſimo huius Regni, per l. 7. huius titul. 11. *del anno* de 1552. præcipitur omnibus iudicibus horum Regnorum: *Que los ladrones que conforme à las leyes deſtos Reynos deuen ſer condenados en pena de açotes que es por el primer hurto ſimple de aqui adelante la pena ſea que los traygan à la verguença, y que ſiruan quatro años en las galeras, por la primera vez, y que ſi fuere el hurto en la Corte del Rey por la primera vez le ſean dados cien açotes, y que ſirua ocho años en las galeras Reales, ſiendo mayores de veinte años*, quam l. citat Molin. Theolog. *vbi ſup. colum. 1218. Y deſpues por ley mas nueua que ſe refiere, y pone en la dicha ley nueua deſte titulo, ſe manda declara y añade que los quatro años ſean ſeys, y los dichos ocho diez, y que eſta pena y condenacion de galeras, ſea; preciſa, y no en defecto de ſetenas, y anſi queda reſuelto, que conforme à las leyes mas nueuas deſtos Reynos, las quales oy dia ſe practican communmente el ladron por el primer furto no qualificado en eſtos Reynos ha de ſer caſtigado en pena de verguença publica y ſeys años de galeras, y del interes y reſtitucion à la parte de la coſa hurtada, no tratan eſtas leyes, por que es claro ſe ha de pagar ò boluer à la parte ſi el ladron tuuiere de que*, & tenet Couaruuias *d. lib. 2. variar.* 39 *capit. 9. num. 7. ad fin. Pero en los delictos qualificados, y robos ſalteamientos en caminos, ò en campos, ò fuerças y otros delictos ſemejantes, ò mayores manda la dicha ley ſeptima de eſte titulo. Que los delinquentes ſean caſtigados conforme à las leyes deſtos Reynos, de que hablaremos adelante.*

40 Poſt hæc autem Molin. Theolog. *de delictis tractatu ſecunda diſputat. 95. num. 12. colum. 1213. cum ſequenti*, late agit de intellectu, & praxi dict. ll. fori, & de præd. opinionibus contrariis Gregor. Lopez & Antonio Gomez *vbi ſupra* citans, etiam *d. l. 9. titul. 11. libr. 8. nou. collection. reg.* ex qua reſoluit ſtandum eſſe potius ſententiæ Gregor. Lopez, *vbi ſupra* addens *column.* 1214. quod pro furto quadraginta 60. 80. quin. & 100. marapetinorum, nefas eſſet hodie quem quam puniri pœna flagellorum, imo neque relegationis, præſertim ſi ſit primum furtum quare huiuſmodi leuia furta hodie, vel pœna pecuniaria dupli parti applicanda, & ſeptupli fiſco dicit eſſe punienda, vel ſi reus non ſit ſoluendo ſint punienda detentione illius in carcere aliquibus diebus, aut menſibus, vel collocatione illius in loco publico ad certas horas appenſo furto ad collum, pro qualitate perſonæ ſecundum Gregor. Lopez, quem refert.

41 Poſſet tamen eſſe locus, vbi committeretur furtum,

furtum, adeò inſignis, vel etiam pro primo furto, quamuis exiguo, eſſe fur ſuſpendendus, quod fuit ſeruatum per Parlamentum Pariſ. in quodam qui crumenam cum 60. ſolidis tamen inciderat in camera ipſiuſmet Parlamenti 22. Ianuarij 1549. vt ex Papo refert. Iul. Clar. *vbi ſupra in verſiculo, ſcias tamen in fin.* & inquit Petrus Gregorius *dict. lib. 37. cap. 2. num. 11.* ſe ſæpe vidiſſe ſuſpendi balantocomos iſtos, qui crumenas abſciderant in ſacro principis Senatus Toloſani Palatio, & ſi vix ſex denarij in crumenis inuenti eſſent, quia ſtudium malitiaque furandi & loci ſacrilegium vindictam illam merentur, vt tutus ab hac improbitate locus ſit.

42 Coadiuuatur hæc pars, nam iuxta communiorem opinionem Theologorum poteſt homo occidi pro ſimplici furto quod grauem aliquam habet circumſtantiam, alias ſecus, quia eſſet duriſſimum, & nimis crudele ſecundum Alphonſ. à Caſtro, *lib. 1. de leg. pœna, cap. 6.* exiſtimat enim ibi quod propter circumſtantias adiunctas notabiliter aggrauantes, nempe magnitudinis rei furtiuæ, frequentiæ, dignitatis etiam loci in quo commiſſum eſt furtum, & magnæ rei furtiuæ neceſſitas, & ſi quæ aliæ ſimiles circumſtantiæ furto contingere poſſunt, poſſint pœnæ augeri vſque ad membri abſciſſionem, imo etiam ad mortem iuxta circunſtantiæ grauitatem, & quod ideo Imperator Iuſtinianus diuerſam à præcedenti de huiuſmodi latronibus, l. ſtatuit: nam in illa proximè citata authentica poſt illam l. de furto ſimplici latam, ſtatim hanc de aliis furibus, quæ ſequitur ſtatuit legem. Eos vero qui violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut ſine armis in domo, aut itineribus aut in mari, pœnis eos legalibus ſubdi iubemus, & de omnibus talibus intelligendum eſt quod dicitur (ſecundum Caſtro. *vbi ſupra*) *in l. capitalium, §. famoſos*, & Cæpol. *in dict. authent. ſed nouo iure, num. 47. cum ſequent.* D. Couarru. *lib. 2. var. reſolut. cap. 9. num. 7.* & Iul. Claro, *§. furtum verſic. ſcias tamen*, qui dicit, ita obſeruari ex practic. Conrad. Gregor. Lopez *in dict. l. 14. in gloſſa magna*, ibi, *ſi vero clam ſubripit*, & eſt *famoſus, quia ſæpius fecit*, &c. & Petr. Gregor. *dict. lib. 37. cap. 2. num. 3. & 4.* dicemus latius *infra quæſt. ſtatim ſequenti.* Anton. Gomez. *cap. 5. de furt. cap. 10.* & Couarruu. *vbi ſupra*, Petr. Gregor. *vbi ſupra. ff. de pœn.* cenſet nemque ibi: *famoſos* latrones non ſolùm dicendos eſſe illos, qui frequentes furtum iterauerunt, aut magnum aliquod furtum commiſerunt, ſed omnes illos, qui furtum notabili aliqua, & multum aggrauante, circunſtantia veſtierunt.

Denique pro eadem parte adduco l. regiam expreſſam, & à fortiori nempe *l. 1. titul. 13. de los homicidios*, infra, *hoc lib. 8. non. collect. reg.* ibi: *Y eſſo miſmo dezimos que muera por juſticia aquel que fuere conuencido de hurto, ò robo, ò fuerça en la dicha nueſtra Corte, ò en el nueſtro raſtro, y aquel que fuere tomado con el hurto, ò robo, en la dicha Corte, ò raſtro.*

43 Ego vero & ſi fateor, & ſtudium malitiamque furandi & loci qualitatem grauiſſimam vtpote Palatij Regij, aliam atque aliam grauiorem, & ſeueriorem pœnam exigere, quam ordinariam pro ſimplici furto, aliàs ſine qualitate aggrauante commiſſo: nihilominus tamen non cenſeo pœna mortis eſſe plectendum furem, qui in Palatio Regio, ſemel furatus eſt, præcipuè paruam quantitatem, vel rem parui valoris, nec id fieri vllo modo conſulto alias enim ſequeretur, quod cum in Regio Palatio plures libri, aliaque minutiora vendantur ſi aliquis ſubriperet ibi librum: vel rem aliam, morte dignus eſſet; hoc autem quantum abhorreat à charitate Chriſtiana notum eſt, etiam ſi res furata maioris valoris eſſet, licet enim ratione loci inſignis grauius multo ſit furtum ibi commiſſum, quam alibi in loco profano: nihilominus tamen, hæc maior grauitas pœnam mortis non meretur, neque iure inuenio hanc pœnam in præd. ſpecie impoſitam, ſic principes, non debent iubere punire pœna mortis eum qui ceruum in ſylua ſua incluſum occidiſſet pluris æſtimantes ceruum quam hominem ſecundum Alphonſ. à Caſtr.. *vbi ſupra in verſic. & hinc apertiſſimè*, qui contrarium facientes tyrannos eſſe dicit, ergo nec furantes in Palatio Regio debent morte plecti pro prima vice, & ſi alias ſeuere caſtigandi ſint, nec obſtat quod ex eodem Caſtr. in contrarium retulimus, cum communiori ſententia Theologorum exiſtimante propter dignitatem etiam loci, ſeu propter magnitudinem rei furatę, & frequentiam furandi induci qualitatem quæ plurimum aggrauat, ob quam poſſit pœna augeri vſque ad membri mutilationem, imo & vſque ad mortem, hacque qualitate veſtitum furtum exiſtimat illud committentem eſſe famoſum latronem, & comprehendi ſub diſpoſition. *l. capitalium, §. famoſos ff. de pœn.*

In primis namque intelligo hoc de qualitate nimis aggrauante vt propter eam poſſit fur condemnari membri mutilatione, & etiam pœna mortis, quando à iure ſic eſt, & inuenitur expreſſum, ſecus alias prout eſſet in caſibus ſpecialibus à iure exceptis in quibus pro primo furto imponitur pœna mortis propter qualitates id aggrauantes de quibus *infra*, ſtatim agemus, & qui hodie exprimuntur in his Regnis, *l. 18. titul. 14. pag. 7.* nullum autem eorum eſt huiuſcemodi, vt ex eis patet: ergo in caſibus non exceptis ſtandum eſt regulæ iuxta gloſſam, *l. omnis definitio. ff. de regul. iur.* denique cum ſolum furtum rei ſanctæ, vel ſacratæ in loco ſacro, vel religioſo commiſſum puniatur pœna mortis, vt *in d. l. 18.* ergo pro commiſſo rei profanæ in loco non ſacro nec religioſo puniri non debet fur pœna mortis, quia in pœnalibus, præcipuè in vltimo ſupplicio non valet argumentum, nedum ab identitate rationis, ſed nec etiam à maioritate, vt per Euerard. *in loco 35. à ratione legis larga, &c. verſic 2.* caſu quando agitur de mera pœna: vt quia eſt pœna etiam reſpectu recipientis, &c. Quanto minus valebit à minori argumentum ad maius: *Domus mea domus orationis eſt*, inquit Dominus, *vos autem*, &c.

Præterea opinio communior Theologorum, quam refert, & ſequitur Caſt. *vbi ſupr.* loquitur in lege, vel republica ſtatuente pœnam mortis pro ſimplici furto, quod qualitate, vel quantitate ſit enorme, vt conſtat ex D. Couar. qui Theologos hoc tenentes refert, eoſque & Caſtr. *vbi ſup.* ſequitur in hunc ſenſum, quem prædiximus, nempè verius eſſe præd. pœnam ſtatui poſſe à Republica in præd. ſpecie frequenti huius criminis vſu conſiderato, & læſione maxima, quæ ex eo Reipublicæ infertur, licet Alexand. de Ales *part. 5. quæſt. 47. membr. 4. artic. 3.* Scotus *in 4. ſentent. diſtinct. 15. quæſt. 3.* & Syluest. *verbo furtum*



*furtum, quæſt. 3.* cenſuerint iniquam fore legem quæ pro ſimplici furto mortis pœnam induxerit, nec iuſtè poſſe eam in Republica ſtatui. Eſto namque communior contraria ſententia Theologorum ſit verior, & tenenda, nos de hoc non agimus, nec ſumus eo in caſu, ſed deficiente lege, quæ hoc ſtatuat, an furans aliquam rem, vel quantitatem in palatio Regis, propter qualitatem & dignitatem loci adeo huiuſmodi furtum grauantem poſſit iudex arbitrari pœnam mortis imponendam eſſe huiuſmodi furi pro primo furto ſimplici qualificato, & contendimus, atque proculdubio verum eſſe exiſtimamus hoc facere non poſſe iudicem ex ſupra dictis, & ſane, quod vnum tantum furtum etiam ſi graue ſit qualitate ſufficiens iure non ſit vt morte puniatur pleriſque placet, vt cum eis probat expreſſè Couar. *vbi ſupra in verſicul. ſane*, de quo *infra* latius agemus. Punietur ergo iuxta *l. 8. hoc tit. 11.* quæ eſt huiuſmodi: *Mandamos que anſi en los hurtos qualificados, y robos, y ſalteamientos en caminos ò en campo, y fuerças, y otros delictos ſemejantes ò mayores como en otros qualeſquier delictos de otra qualquier qualidad, no ſiendo los delictos tan calificados, o graues que conuengan à la Republica no dejera a la execucion de la juſticia, y en que buenamente pueda auer lugar communacion ſin hazer en ello perjuyzio à las partes querelloſas, las penas ordinarias les ſean commutadas en mandarlos yr à ſeruir à las nueſtras galeras por el tiempo que pareciere à las nueſtras juſticias, ſegun la qualidad de los dichos delictos.*

Neque obſtat *dict. l. 1. titul. 23. De los homicidios, lib. 8.* vbi cauetur. *Que qualquiera que en la nueſtra Corte, ò en el nueſtro raſtro matare, ò hiriere que muera por ellos, ſalua ſi fuere en ſu defenſion, ò en los caſos por derecho permiſſos, y eſſo miſmo dezimos que muera por juſticia aquel que fuere conuencido de hurto, ò robo, ò fuerça, en la dicha nueſtra Corte, ò en el nueſtro raſtro, y aquel que fuere tomado con el hurto, ò robo en la dicha Corte, ò raſtro.* Quia primo reſpondemus, quod vt arbitratur Gregor. Lopez *in l. 3. gloſſ. fin. tit. 6. p. 2.* præd. l. regia de conſuetudine pro primo furto regulariter non ſeruatur, ideoque, inquit, interroga in hoc practicos maleficiorum curiæ, quem refert. Didac. Perez *in l. 1. tit. 13. lib. 8. ordinamenti in gloſſ. conuencido de furto, pagin. 258.* dicens, Quod ideo furtum commiſſum in curia arbitrio prætorum, hoc eſt, *Alcaldes del Crimen*, attento loco Curiæ, & perſonæ delinquentis, & illius, cui fuit res furata erit relinquenda punitio arg. *d. l. 3. tit. 16. part.* & quæ ibi notat Gregor. Lopez *in gloſſ. legun aluedrio.*

Secundo, & peremptoriè reſpondemus, quod iure nouiſſimo huius Regni aliud eſt cautum vt docuimus *ſupr. num.... verſic. iure nouiſſimo.* Deinde dicimus Alphonſ. à Caſtr. *vbi ſupra d. loco* pro contraria parte, à nobis adducto non loqui nuncupatim de loco Palatij Regij, ſed generaliter de qualitate dignitatis loci furtum ibidem maxime aggrauante, & locus ſacer, vel religioſus à iure ſolum exprimitur quod ſit huiuſmodi, vt pœna mortis imponi poſſit pro primo furto: ergo de eo ſolum loco, quatenus ad d. pœnam, intelligendus eſt.

43 Quod ſi de alio ſentire viſus fuerit, adhuc non erit tuta eius opinio, nec cum tanto periculo animæ practicanda, ſiquidem. ¶ Et ſi, non deſint qui communiter teneant inuicem arbitrium ſuum extendere poſſe vſque ad mortem, prout ſunt gloſſ. *in §. in ſumma verbo extraordinaria, inſtit. de iniuriis*, & alij communiter DD. quos refert Proſpert. Farinac. *de delict. & pœn. 1. quæſt. 17. num. 34.* vbi quod præd. gloſſ. eſt communiter recepta à Doctoribus, & in terminis furti qualificati, tamen D. Couar. *lib. 2. variar. reſol. cap. 9. num. 7. in verſic. ſed profecto*, vbi quod etiamſi, lege cautum ſit, furem non eſſe occidendum, ſed alia mitiori pœna damnandum, non ex hoc vetitum eſt, iudicem ob criminis qualitatem, ex eo, quod vel ratione loci temporis, aut quantitatis furtum ſit extraordinarium, & maxime graue pœnam legis augere, & ob exemplum furem iſtum vltimo ſupplicio afficere, vt ibi iure probare nititur, & quod ideo hiſce temporibus opus eſt aduerſus fures durioribus pœnis vti potiſſimum, vbi furtum ſimplex non eſt, ſed vel quantitate, vel qualitate graue, quo ſit ſecundum ipſum vt licet Alex. de Ales, Scotus, & Sylu. cenſuerint iniquam fore legem, quæ pro ſimplici furto mortis pœnam indixerit, nec iuſte poſſe eam in republica ſtatui, verius tamen eſt, eam pœnam ſtatui æquiſſimè poſſe, vbi furtum qualitate vel quantitate ſit enorme: ſicuti ex iunioribus Theologis probant Ioan. Dried. Medin. & Alph. à Caſt. quos ibi citat.

Nihilominus tamen gloſſ. illa *in dict. § in ſumma*, ab aliis, quamplurimis Doctoribus communiter reprobatur, quos refert Farinac. *vbi ſup. in verſic. & licet contrarium*, vbi, & ſi priorem communem ſequatur eam tamen, *num. 35.* declarat, vt procedat dummodo delictum ſit in ſe adeo atrox vt ex eius circunſtantiis, & qualitatibus illud grauantibus iudex ad mortis pœnam imponendam ſe diſpoſuerit, quo caſu poſſet arbitrariam pœnam vſque ad mortem extendere, aliter ſecus, ſecundum communem Doctorum ſententiam, quam ibi refert, & ſequitur, quæ loquitur generaliter in aliis delictis grauiſſimis in quibus plurima ſunt conſideranda, vt iudex hoc facere poſſet, ne indiſcreto zelo iuſtitiæ iura tranſgrediatur, non tamen loquitur præfata communis ſententia in noſtra ſpecie ſimplicis primi furti, de qua nos hic agimus, pro quo à iure communi, nec regio nouiſſimo non inuenitur poſita pœna mortis. Condemnare namque ad mortem abſque lege, ſed tamen propter confictas conſiderationes iudicis id ita arbitrantis vnuſquiſque ſibi conſulat an ſit faciendum: ego quidem numquam id docerem, niſi lege clara expreſſum reperiretur, quod ſi noſtri Principes id vellent profecto lege lata ſuper eo ſanxiſſent, cum igitur hoc non fecerint argumentum eſt maximum hoc minime voluiſſe. Hoc ſolum deberent iudices facere, pauere & abſtinere à ſimili condemnatione. ¶ Tandem 44
fallitur Caſtr. dum Intelligit *dict. §. famoſos*, etiam procedere in illis furibus, qui notabili aliqua, & multum aggrauante circunſtantia furtum veſtierunt quaſi ij famoſi latrones ſint & dicantur, hoc enim ex proprio cap. accepit & præterea eſt contra communem intelligentiam omnium Doctorum noſtrorum circa verba *famoſos*, qui cum tamen dici famoſum furem exponunt, qui conſueuit furari, licet clam frequenter tamen furetur, latronem vero, qui palam furatur, vt conſtat ex ipſis iuris interpretibus, quos vidiſſe oportuit Caſtr. & præcipuè ex ſcribb. *in dict. §. famoſos*, & Cæpol. *in dict. authent. ſed nouo iure, num. 47. cum ſequent.* D. Couar. *lib. 2. var. reſolut. cap. 9. num. 7.*

&

& Iul. Claro, §. furtum verſic. ſcias tamen, qui dicit, ita obſeruari ex practic. Conrad. Gregor. Lopez in dict. l. 14. in gloſſ. magna ibi, ſi vero clam ſubripit, & eſt famoſus, quia ſæpius fecit, &c. & Petr. Greg. d. lib. 37. cap. 2. num. 3. & 4 dicemus Latius infra quæſt. ſtatim ſequenti. Vel qui committit furtum in itinere publico, vel mari, quia ille vocatur famoſus latro Anton. Gomez cap. 5. de furt. num. 10. & Couarruu. vbi ſupra. Petr. Greg. vbi ſupr. quod approbare viſa eſt. d. l. 18. tit. 14. part. 7. ibi: Fueras ende ſi fueſſe ladron concido que manifeſtamente tuuieſſe caminos, ò robaſe otros en la mar con nauios armados aquien dizen curſarios, & ibi notat expreſsè Gregor. Lopez in gloſſ. tuuieſſe caminos, dicens, quod de iſtis loquitur dict. §. famoſos, & allegat Angel. in l. prætor ait, §. aduerſus, ff. de ſepulchr. violat. dicentem per illum tamen quod non intelligitur latro famoſus, qui non conſueuit furari clam, ſed ille, qui armatus rapit, vel ſubtrahit, ſicque falſam eſſe opinionem dicentium eum qui tria furta fecit eſſe famoſum latronem, multo igitur minus dicetur famoſus latro, qui ſemel in Palatio Regis furatus eſt, ſed potius audax, & temerarius, & ſupra d. noſtram ſententiam nouiſſimè probat Farinac. de furtis, quæſt. 167. num. 39. fol. 8. mihi 17.

45 Pro ſecundo vero furto ſimplici in Hiſpaniarum Regnis iure fori erat impoſita pœna mortis, vt in dict. lib. 6. tit. 5. lib. 4. for. leg. ſed hæc lex non ſeruatur pro ſecundo furto de conſuetudine ſecundum Gregor. Lop. vbi ſupra in dict. gloſſ. magna verſic. hodie tamen aliter, & Anton. Gom. dict. cap. de furto ſub num. 5. ad fin. vbi voluit Couarruu. d. lib. 2. cap. 9. ſub num. 7. illis verbis: imò apud Hiſpanos olim pro ſecundo furto ſuſpendebatur fur. lib. 6. tit. 5. lib. 4. fori eſtque in hoc illa l. adeo rigida, vt ſit iniqua, & inhumana ſecundum D. à Soto, quem refert Salon de iuſtitia & iure, column. 1339. in princip. Sotus tamen de iuſtit. & iur. lib. 15. quæſtion. 3. art. 3. ad tertium in fin. vbi de hoc agit tamen dicit quod d. fori ſub illo rigore nempe quod fur pro ſecundo furto occidatur non

46 eſt in vſu. ¶ Quod ſi fur committens in aliqua ciuitate, vel loco furtum reperiatur ſine auriculis, non erit hæc ſufficiens præſumptio, quod iam hic alia duo furta commiſerit, vt ſic poſſit condemnari ad mortem tanquam famoſus latro, ſed neceſſario requiritur, vt iudex loci vbi vltimum furtum commiſſum eſt, mittat litteras requiſitorias, ad alia loca, vbi priora delicta ſunt commiſſa, poterit tamen interrogari reus ex ſola abſciſſione auricularum de aliis furtis, & in quibus locis illa commiſerit vt mittat ad ea verificanda, & hoc caſu, ſi negaret, & nollet declarare poſſet iuſte torqueri, vt dicat & declaret, ita tamen Anton. Gomez 3. tom. cap. 5. de furt. num. 14. vbi quod ita debet practicari à peritis iudicibus, quem ſequitur Molin. Theologus, de delict. diſput. 695. num. 14. colum. 1214. cum ſeqq.

47 Vnde in his Regnis pro ſecundo furto communiter imponitur pœna flagellorum, & abſciſionis auricularum, vt affirmat Anton. Gom. dict. num. 5. dicens, quod pœnam abſciſionis auricularum inuenit pro furtis d. l. 6. tit. 5. lib. 4. for. ſed d. l. 6. eam pœnam non imponit pro ſecundo furto, ſed pro primo, quando fur non eſt ſoluendo las nouelas, & ideo Gregor. Lopez, vbi ſupra in d. gloſſ. mag. prope fin. ibi: hodie, tamen in regno iſto, inquit quod eſt in practica vt pro ſecundo furto abſcindantur aures. Sed iure nouiori huius Regni pro ſecundo furto ſimplici imponitur: pena de cien azotes y que ſirua perpetuamente en las galeras, y ſi fuere el ſegundo hurto en la Corte del Rey le ſean dados ducientos azotes, y que ſirua perpetuamente en la dichas galeras, eſto entiendo auiendo ſido tambien el primer hurto en la Corte, vt præcipit l. 7. huius tit. 11. & hoc erit in praxi huius temporibus obſeruandum de iure qua pœna puniatur fur pro ſecundo furto aſſerit latè Farinac. de furtis, quæſt. 167. num. 42. cum ſequentibus, pag. 17.

Pro tertio furto (licet non reperiatur iure cautum) tamen de generali conſuetudine imponitur 48
pœna mortis, quia propter reiterationem, & frequentiam delicti efficitur famoſus, & famoſus latro debet furca ſuſpendi, vt in l. capitalium § famoſos, ff. de pœn. facit l. 3. C. de Epiſcop. aud. vbi probatur, quod delinquendi conſuetudo facit, vt reus grauius puniatur, & in d. l. capitalium, §. ſolent, & in §. graſſatores, & probat latius cum communi plores DD. allegans ampliens, & limitans Farinac. vbi ſupra de pœnis debetur dict. quæſt. 23. num. 1. cum pluribus ſequentibus, & prius quæſt. 18. num. 80. & quæſt. 20. num. 43. ¶ Et in terminis ita tamen gloſſ. ordinaria, in dict. authent. ſed nuo iure verſic. caſtigabitur, C. de ſeru. fugit. & ibi communiter DD. & hæc eſt communis gloſſarum, & Doctorum & Cepol. ibidem, num. 92. cum ſequenti, vbi quod ita communiter practicatur & num. 94. contendit hoc non procedere de iure, ſed imo quod fur etiam tria vel plura furta committens non debeat ſuſpendi, vel aliter mori, quod etiam bene probat Iaſ. in l. penultim. num. 6. ff. de condit. ob cauſ. & in §. ex maleficiis column 2. de action. ſed quod de generali conſuetudine pro tertio furto imponitur pœna mortis affirmat cum communi eam ſequutus Anton. Gomez dict. 5. de furt. num 6. & Farinac. de delict. & pœn. dict. quæſt. 23. num. 4. eamque ſequitur Gregor. Lopez vbi ſupr. gloſſ. magna in verſic. ſed pro tertio, &c. eandem communem de generali conſuetudine cum aliis pluribus authoribus refert Iul. Clarus in dict. § furtum verſic. ſcias tamen, & quod ſecundum aliquos ex duobus furtis dicatur quis famoſus fur, & laqueo ſuſpendi debeat, quod ita de generali conſuetudine obſeruatur, refert nonnullos atteſtantes Fulgoſ. conſilio 157. num. 1. quos tamen in libro ſuo id dicentes non reperit Clarus, neque ego verum credo, ſed potius communiter obſeruatur totum contrarium, vt pro ſecundo furto ſimplici minime imponatur pœna mortis Neque obſtat l. 6. tit. 28. part. 2. imponens pro ſecundo furto pœnam mortis, quia ipſa expreſsè loquitur in caſu ſpeciali, ſcilicet in furto facto tempore belli, vnde extra illum ſpecialem caſum, non eſt recedendum à prædictis, vt ſuprà exigatur tertium furtum & in ſpecie, ita reſpondit Gregor. Lopez in d. l. 18. in gloſſ. magna, verſic. d. tamen iſtarum partitarum titul. 14. part. 7. Putat tamen Clarus ſeruanda eſſe in hoc ſtatuta locorum, quibus non extantibus non credit furem etiam propter multa furta eſſe pœna mortis afficiendum, ſed obſeruari debere ius commune, vt citra mortem puniatur, & hoc niſi in aliquo loco eſſet ſpecialis conſuetudo, vt fures ſuſpenderentur, nam eo caſum minime mutanda eſſet. Hæc opinio Clari iuri magis conformis eſt. Nihilominus priorem probauit generalis conſuetudo, vt dicunt DD. eamq; ſequutus videtur.



videtur. Hæc eadem pœna probatur: & hanc pœnam iuſtè poſſe à republica ſtatui in hoc caſu propter delinquendi proteruiam, & contumaciam ſcribit Ioann. Maior, in 4. diſtinct. 15. quæſt. 27. cum quo tranſit Couar. vbi ſup. & Soto vbi ſupra in verſicul. pro trino vero fatetur eſſe vſum occidendi fures, & ll. Hiſpaniæ receptum vt in d. l. fori: eandem dicit communem & probabilem Salon. vbi ſupra colum. 1340. in fi. eamque ſequitur plures allegans Petr. Zauall. 1. p. reſol. crim. caſu 19. num. 1.

49 Hæc tamen communis concluſio & practica ſecundum Cæpol. vbi ſup. d. num. 94. de conſuetudine non ſeruatur Veronæ, ſi tria furta eſſent parua, & de rebus minutis, mangiariuis, vt puta de gallinis: ſed quod vidit condemnari pecunia vel ad ſtandum per aliquod tempus puta duorum, vel trium menſium in carceribus, cuius ſententiam principalem in hoc exiſtimo veriſſimam & in praxi omnino ſequendam, nempe vt pro tribus furtis paruis gallinarum, vel ſimilibus fur minime debeat condemnari in pœna mortis, ſed alia arbitraria iuxta qualitatem, & quantitatem furti, & perſonarum licet contra Cæpol. & ſupra d. hac limitationem teneat Menoch. d. caſu 295. num 17. quaſi non tam quantitas, quam conſuetudo furandi conſideretur, ſed opinionem Cæpol. ſequitur Petr. Cauall. d. caſu 19. num. 9. cum ſequent. vbi num. 9. quoad vidit quandoque tales condemnari in pœnam vnius, aut duorum ictuum funis appoſiti ad collum, vel ad pedes cum nonnullis rebus eiuſdem generis, cuies erant furata ad demonſtrandam cauſam ex qua publicè ſic torquebantur, & quod hoc poteſt admitti, vt ibi probat: priorem noſtram opinionem probauit Caſtald. de ſyndic. quæſt. 149. imò quod pro tribus furtis paruis non dicatur quis fur famoſus, niſi cum armis, eamque vt æquam ſequitur Greg. Lop. in d. l. 18. gloſ. magna in verſic. ſed an ſufficiant tract. 14. part. 7. & Salon. vbi ſup. colum. 1340. verſi. obſeruemus vltimo, & colum. ſeq. gloſ. fin. in princip. & Molin. Theolog de delict. diſp. 695. colum p. 209. verſic. in Regno.

50 Vulgaris tamen eſt quæſtio in hac materia, an ſi quis commiſerit vnum furtum magnum æquiualens tribus poſſit pro eo furca ſuſpendi, licet ſit primum furtum? Et in hoc Bald in d. auth. ſed nouo iure, num. 3. verſ. dico tamen partem affirmatiuam dicens quod pro vno furto multum enormi poteſt quis ſuſpendi, quia ſæpè vnum magnum æquipollet tribus paruis argum. l. ſi ii qui tres, § fin. ff. de excuſat. tut. quæ tamen loquitur in tutelis.

51 Secundo, quia in atrociſſimis delictis licitum eſt iura tranſgredi iuxta doctrinam Innoc. quam ibi ſequuntur ſcribentes in cap. 1. in fi. de conſtit. qui & ſi expreſsè hoc non dicat, ſed ad omnibus ad id allegatur, ſequuntur omnes Legiſtæ, & Canoniſtæ, vt dicit Marſil. in l. 1. in princ. num. 59. ff. ad l. Corn. de ſicar. & conſil. 52. num. 16. & in l. 1. in princ. num. 23. ff. de quæſtion. & refert plures Anton. Gomez de furt. ſub num. 6. & ſequitur plures referens Bern. Diaz in reg. 45. & ibi addit. & plura ex eo inferens Auil. c. 2. prat. in gloſſ. derechamente num. 11 cum ſeqq. eſt communis, vt plurimos congerens teſtatur Loazes in allegat pro mala in reſponſ. ad quintum fundam. num. 54. pag. 312. cum ſeqq.

Et propter illud dictum Innocent. fuit tempore Bald. ſuſpenſus quidam qui iuxta Papam dum ingrederetur Peruſium alium interfecerat, & fuit ſtatim ſuſpenſus contra formam ſtatuti, vt refert Puteus de Syndic. fol. 288. num. 19. teſte Claro in pract. crim. lib. 1. § 1. verſic. quinimo. Et ex his opinionem illam principalem Bald. ſequitur Ang. in §. ex maleficiis, num. 5. inſt. de action & in §. 1. inſt. vi bon rap. & in l. quod molit. § quia aſſidua ff. de edilit edict. Angel. in tract. malef. in parte, & veſtem cæleſtem abſtulit, num. 15. in verſic. nunc ſumpta occaſione, vbi dicit, quod ita ſemel practicauit Peruſii dum aſſideret, Abb. in capit. inter alia de immunit. Eccleſ. num. 31. Mont. in l. 6. gloſ. 1. in medio titul. 5. lib. 4. fur. leg. Hippolyt. de Marſil, in l. vnim, § cognituram, num. 29. ff. de quibus, & hanc opinionem ex conſuetudine inualuiſſe in Hiſpania, atteſtatur Bern. Diaz, de Lugo, in ſua pract. crim. can. c. 90. in verſic. præcipue, quem refert, & ſequitur Peguer. deciſ. 27. num. 6. cum ſeqq. eſtque magis communis ſententia à qua recedendum non eſt ſecundum Iacobum Menoch. d. lib. 2. de arbitrar. iudic. cent. 2. caſu 295. num. 9. & Bald. in c. 1. § iniuriam non. 8. de pac. iuram. firm. in vſib. feud. & eſſe vſu receptam firmat Padill. in l. 11. infigere, num. 12. C. de tranſact. & inquit Ignat. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz vbi ſupra litt. B quod audit eam admiſſam in tribunalibus ſuperioribus Hiſpaniæ, à quibus ſeuerius propter publicam vtilitatem, & aliorum terrorem crimina puniuntur, eſtque receptiſſimum, vt ait Soto in loco infra pro contra opinionem citando, eandem ſequitur, & communem dicit, & eſſe probabiliorem Salon vbi ſup. col. 1340. in fin. & col. ſeqq. non ex ratione Bald. ſed quia furtum inſigne perturbat pacem publicam, & ita expedire max. bono communi, vt tales fures è medio tollantur, eandem partem ſequitur, & dicit practicari in Prætorio Granatenſi, & eſſe magis communem affirmat Humad. in l. 1. gloſſ. 12. num. 1. & 2. tit. 17. pag. 2.

Et nouiſſime quæſtionem hanc latiſſimè pro 52
vtraque parte examinat Peguera deciſione criminali, & plures authores allegans refert in hoc duas magis communes opiniones contrarias, & nonnullos authores affirmantes, quod in Hiſpania, & in Principatu Cataloniæ conſuetudine ſeruatur d. opinio Baldi, affirmatiua, & eam ipſe, numer. 4. cum ſequentibus ſequitur & probat dummodo illud primum furtum ſit graue & enorme ratione loci, temporis, quantitatis, vel alterius qualitatis, aut circunſtantiæ, & inquit numer. 8. quod hæc opinio magis de plano procederet, quando vltra magnitudinem furti concurreret alia qualitas, vel circunſtantia aggrauans delictum, ita vt non poſſit dici ſimplex furtum, ſed qualificatum ſecundum Bernardum Diaz, Couarruuiam, & Canter. quos refert, & numero 11. addit quod hac opinione attenta, quando furtum dicatur eſſe magnum, vel enorme iudicis arbitrio committitur ſecundum Doctores, quos ibi ad hoc citat, & tandem numero 12. inquit ſe vidiſſe furca ſuſpendi quendam, qui noctis tempore ex apotheca, quam adulterinis clauibus aperuerat multas merces abſtulerat valoris vltra ſexcentos aureos, licet aliud furtum confeſſus non fuerat, & iterum idem in ſimili caſu præcedenti, licet furtum non aſcenderet ad tantam ſummam, & num. 13. ait, memores ſe eſſe velle iudices in hoc cuiuſdam dicti Ludouici Pegueræ in ſuis deciſionibus crimin. cap. 27. ſub num. 8. ad fin. vbi vult, quòd licet verum ſit, & de conſuetudine ſeruatum in illo Principatu Cataloniæ, quod pro vnico tantum furto magno quis la-

quco ſuſpendatur,tamen poſſunt iudices arbitrari minorē pœnam iuxta qualitatem facti,ratione loci,temporis,& ætatis ac conditionem perſonæ vel aliis cauſis quæ ſolent perducere iudicem ad mediocrem pœnam, pro quo etiam allegat Auguſtin. de Arimin.in addit.ad Angel. *de malef.in verb. & veſtem cæleſtem ſub num.* 13. *ad fin. & in verbo,quas ſi non ſolucrit,num.* 15. *verſic. adde mirabile conſilium.*

His tamen omnibus non obſtantibus, Primo pro contraria ſententia, imo quod etiam ſi furtum ſit magnum vt tribus æquiualeat, fur pro eo non debeat, nec poſſit pœna mortis condemnari,primo facit, quia hoc non reperitur iure cautum, imo abſque vlla diſtinctione, ſtatutum eſt à iure furem non eſſe puniendum pœna mortis, vt vidimus, Secundo, quia ſi pro tertio furto iuxta conſuetudinem generalem imponitur pœna mortis,eſt propter reiterationem, & frequentiam delicti non vero propter magnitudinem eius, quæ ratio ceſſat in primo furto etiam magno. Tertio, quia rarò poſſet cognoſci, quod furtum dicatur magnum, vel paruum,& neceſſario eſſet deueniendum ad arbitrium iudicis, ſed non omnes iudices habent rectum ſolidum, & Chriſtianum arbitrium, aut ſaltem cum deliberatione debita illud ponderant, at vitam hominis ponere in arbitrio caduco, & indiſcretò plurimorum iudicum præcipuè cum nullo iure hoc caueatur, periculoſiſſimum, atque iniquum videtur, & ita merito, contra primam opinionem Bald.in terminis tenent expreſsè Salic. Fulgoſ. Paul. de Caſtr *in d. authent. ſed nouo iure*, dicens hic, quod alij DD. tenent ibi contra Bald.contra, quem etiam tamen latè probans Cæpol. *ibidem numer.*76. *cum ſeqq.* Iaſon. *in d. l. penult. & in l.*1.*num.*4.*C. de precib. imper. offer. & in d.* §. *ex maleficiis, num.* 12. vbi eandem ſequitur Gomez, *num.* 13. & Crotus *in cap vltim. column. penult. de conſtit. in* 6. Caſſan. *in conſuet.* Burg.*titul.* 1. §. 5. *verſic. ſimplex, & verſic. quero quomodo, numer.* 14. quos ſequi videtur Couar. *lib.*2.*variar.reſol.cap.*9. *ſub num.* 7. *in verſic. ſed ea diſpoſitio*, & Auguſt. de Arimin.ad Angel. *vbi ſupra col.* 5. *in fin.* hanc etiam ſequitur & probat Anton.Gomez *cap.de furt.num.*7. Roland. à Vall. *conſ.*51.*num* 43. *volum.* 1. & contra Bald. in hoc eſt communis opinio, vt inquit Angel. de Vbald. *termin.commiſ.crim.diuerſ. Doctorum, conſ.* 71. *numer.* 21. *lib.* 2. & hanc opinionem multis comprobat Iacob Boul. *in d. l. capitalium*, §. *famoſos, num.* 18. *ff. de pœn.* eſtque magis communis ſecundum Gregor. Lopez *in d. l.* 18. *gloſſa magna, in verſic. & ex prædictis*, qui eam ſequitur & pro ea legem illam regiam conſiderat, quem ad hoc refert Padill. *in d. l. tranſigere num.* 12. Auil. *d.cap.* 1. *pretor gloſſa derechamente num.* 13.*cum ſequent.vſque ad num.* 16.& addit.Bernard. Diaz,*vbi ſupra*, qui eam ſequitur dicens quod ab hac magis communi, & veriori opinione non auderet recedere, niſi vltra magnitudinem rei furatæ aliæ qualitates crimen aggrauantes interueniſſent, ſed nec hoc in ea ſententia ſufficeret, niſi qualitas aggrauans eſſet expreſſa in iure pro ſufficienti ad pœnam mortis furi imponendam, vt prædiximus, & inquit Aretin. *in d. authent. ſed nouo iure num.* 5. quem ad hoc referunt Caſſan. *vbi ſupra num.* 15. & Roland. à Vall *etiam vbi ſup.circa fin.conſ.* & Clar. §. *furtum in verſic. ſed an pro vno*, quod neque præd.opinio Bald.ſeruatur in practica & inquit Cacialup.*in l. cum ſeruus de condit. cauſ. dat*, &c. quem refert Clar. ibi, quod vidit quemdam, qui commiſerat furtum mille ducatorum aureorum, qui euaſit pœnam mortis, & fuit ſolummodo punitus pro primo furto, & hanc probat Salaz. *de vſu, & conſuet.cap.*5 *num.*18. *cum ſequent.* & ex Theolog. hanc etiam ſecundam opinionem ſequutus eſt Dominic. à Sot. *lib.* 5. *de inſt. & iur. queſt.* 3. *art.*3.*in reſp. ad tertium argument. in fin.* & hoc videtur tutius 22. Gregor. Lopez *in l.* 1.*tit.*17.*p.*2. *in gloſſ.el furto*, vbi reſpondet illi legem quæ videbatur facere pro opinione contrariȩ Bald.quod ibi tamen imponitur pœna ad arbitrium regis, & non præcisè pœna mortis. Adde tu quod loquitur etiam l. illam in furto commiſſo contra Regem,non vero contra alios,& hanc ſecundam opinionem inquit eſſe magis communem æquiorem, & magis practicatam Farinac. *de delict. & pœn.queſt.*23.*num.*3. *in* 1. *p. ſuarum quæſt. crim.* & hanc, ſecundam contra Bald. appell. communem ſententiam Molin.Theolog.*diſput.*695 *num.*9.*col.* 1210. dicens quod hæc ſententia ſibi probatur, vbi contraria, non fuerit lege ſancita, aut conſuetudine, quæ vim legis habeat recepta, vt dicit, non eſſe adhuc ita receptam in hoc Regno Caſtellæ,& nouiſſime idem Far.*de furtis q.*167.*n.* 47. vbi teſtatur de praxi huius opinionis, apud ſe,& inquit,quod vbi non ſunt Bannimenta, aut ſtatuta contraria ſequere hanc opinionem & non errabis, & quod iſto caſu fur condemnabitur ad triremes; aut perpetuas aut per decennium, in quibus ſæpe inde moriuntur, vtique iuſtitia non erit deiuſſa, nec ipſi iuſtitiam decidere poterunt. ¶ Neque placet mihi concordia, quam inter duas opiniones communes contrarias, aſſignat Franc. March. *q.* 6. *p.* 2. quem ſequitur Menoch.*vbi ſup.d.n.*9.probatur, & militant circa eam fundamenta huius ſecundæ verioris, & receptioris opin. quam proculdubio cenſeo tenendam in praxi in iudicando, & conſulendo aduerſus Bald. & ſequaces, pro qua nouiſſimè expendo l.8. huius titul. quæ eſt huiuſmodi: *Mandamos que anſi en los hurtos qualificados, y robos, y ſalteamientos, en caminos,ò en campo, y fuerças, y otros delictos ſemejantes,ò mayores como en otros qualeſquier delictos,de otra qualquier qualidad,no ſiendo los delictos tan qualificados y graues que conuengan à la Republica, no difiera à la execucion de la juſticia y en que buenamente pueda auer lugar commutacion ſin hazer en ello perjuizio à las partes querelloſas, las penas ordinarias les ſean commutadas en mandarlos yr à ſeruir à las nueſtras galeras por el tiempo que pareciere à las nueſtras juſticias ſegun la qualidad de los dichos delictos*, ergo ſi in furtis qualificatis hoc licet, à fortiori in furto magno non qualificato, licet pro eo eſſet alias imponenda pœna mortis,id licebit,ſiquidem nulla l.cauetur, vt pro eo pœna ordinaria ſit mortis, nec conueniat Reipublicæ exequutionem reſpectu mortis, non differri.

Qua ſententia retenta, non obſtant fundamenta, ſupra adducta pro opinione Bald. & non quidem,primum ex *l. ſi is qui tres,in verſ.cæterum, ff. excuſat. tutor.* vbi quod vna tutela magna ita præſtari immunitatem, & excuſationem à tutela ſecunda, ſicut tres tutelæ excuſant ab onere quartæ, ſed ea deciſio procedit ob difficilem rerum adminiſtrationem, nec commode huic quæſtioni aptari poteſt,ſed in furto conſideratur alta ratio,quia in tribus furtis deſiderantur plura nempè delictum furti, animus, & conſuetudo, atque frequentia furandi quæ aggrauant magis delictum,quam rei furatæ ſemel magnitudo, ita Cæpola



Cæpola *vbi ſupra num.* 78. *verſicul. nec obſtat* & vno verbo Couarruuias,*vbi ſupra in verſiculo,ſed ea deciſio.*

52 Ad ſecundum de doctrina Innocent. *in dict. cap.*1.*de conſtitut.* quæ habet, quod in atrociſſimis delictis licitum ſit iura tranſgredi: reſpondetur multis modis; primo quod non ſit vera, quia niſi iudex habeat licentiam à principe non poteſt augere pœnam, propter immanitatem criminis, ſecundum Ludouic. Rom.*ſingul.* 197. *incip. dixit Bald.* vbi pro hoc allegat text. *ſingul. in l. ante penultim.* ſecundum vnam lecturam gloſſa communiter approbatam ibi *verbo dinum, ff. de falſ.* qui text. cum gloſſa *ſuper verbo pati poſſe*, vult quod iudex non poteſt punire plus quam ſit pœna ordinaria, etiam vt alij terreantur & ſic vbi eſt aliqua immanitas criminis idem Roman. *in l.ſi vero*, §. *de viro, ff. ſolut matrimon.* Iaſon. *in dict.* §. *ex maleficiis columm.* 2. Marſil. *in practic. crimin.* §. *diligenter, numer.* 179. & Grammatic. *voto* 30. *numer.* 14. quos ſequitur Cæpol. *vbi ſupra numer.* 78. & Roland. à Vall.*conſil.*7. *numer.* 45. *volum.* 1. ſed quia contrarium probat D. Couarruuias *vbi ſupra numer.* 8 & & doctrina Innocent. contraria *vbi ſupra* eſt communiter approbata,ideo ſecundo eidem reſpondeo, quod furtum quamuis magnum, dummodo non ſit ita qualificatum, vt à iure pro eo ſit impoſita pœna mortis non poteſt dici adeò atrociſſimum delictum in eum ſenſum, vt pro eo poſſit fieri tranſitus de pœna minori morte ad aliam tam exceſſiuam & magnam,ſicut eſt mortis,ſed illam,quæ grauior cæteris ſit præter mortem.

Et vt plenius doctrinam Innocentij ſupradictam declaremus, quamuis extra rem incidenter tamen obſeruandum erit, illam procedere (in caſu quo ſequenda ſit) vbi de delicto plene conſtat, & ſic in puniendo, non vero in procedendo ita eam ſemper intellexi & alij intelligunt rectè vt ſunt Hippolyt. Marſil. *in dict.* §. *diligenter, numer.* 175. Auiles *capit.* 1. *prætor. in gloſſa, derechamente, ſub numer.*12.*ad fin. & numer.* 23. atque in eam ſententiam,inclinauit Curia Neapolit.vt refert Grammat.*voto* 34. *circa fin.* & ſequitur Roland. à Valle *conſ.* 7. *numer.* 41. quidquid contrarium ſeruari apud ſe affirmet Clarus *in practic.criminal.*§. *fin.* §. 11. *in verſiculo ſunt etiam*, ibi, *ſed certe*,dicens, quod in enormibus, & atrocioribus criminibus permittitur iudicibus iura transgredi, etiam in procedendo.

53 ¶Quia poſſunt deuenire ad torturā,etiamſi indicia non ſint in totum ſufficentia neque probata per teſtes omni exceptione maiores (vt de iure videtur regulariter requiri) & plerumque etiam non edita copia proceſſus informatiui, pro quo facit, quia in atrociſſimis delictis qui ſolent committi occultè non ita planiora indicia requiruntur ad torturam ſicut in aliis delictis, imò licitum eſt tali caſu transgredi iura ex ſupradicta doctrina Innocentij Marſil. *conſ.*121.*num.*8.& Boer.*deciſ.*316. *in princip.* qui loquuntur in terminis, & in his promptior debet eſſe iudex ad torturam, vt inquit Bald.*in l.*3. *C. de Epiſcop. aud. numer.* quem ſequitur Alexand. *conſ.*77.*volum.*1.*colum.* 2. Decius *conſ.* 162. *colum. fin.* quos in hoc citat. Roland. à Vall. *vbi ſupra d. conſ.*7. *numer.* 7. *volum.* 1. ¶ Sed abſit à me talis praxis, eſt enim pernicioſiſſima, & contra omnia iura & vitæ humanæ, atque periculoſiſſima iudicibus ea vtentibus, quia vt plurimum ſunt ſanguinolenti, & dediti maximo rigori, atque ideo gaudent ſummopere reperientes qualemcunque viam torquendi homines, & poſſunt falli plerunque torquendo innocentes, & aliquando metu tormentorum facientes eos fateri, quod non fecerunt, eos occidendo: ad minus peccant mortaliter, quia exponunt ſe periculo manifeſto torquendi, & occidendi innocentem, & ſæpe tenebuntur ad reſtitutionem, quare Chriſtiani iudices ſint diligentiſſimi in inquirendo veritatem, quibuſcunque viis & modis iuridicis in procedendo, non tamen torquendo ſine legitimis indiciis, atque iuridice probatis ne ſint crudeliores lege, redditurí potius rationem coram Deo de rigore, & exceſſu quam de miſericordia, qua non vtuntur in hac ſpecie non ſeruando d. praxim, ſed potius iure ipſo, quo ſecuri remanebunt in conſcientia.

Nec præterea in condemnando ſeruarem doctrinam Innocent. ſed pœnis à iure expreſſis punirem delinquentem etiam in atrociſſimis delictis, præter quam ſi imponendo pœnam ordinariam, pro ea à iure impoſitam, reſpublica non remaneret ſufficienter ſatisfacta: ſed hoc ſibi ipſis videant accuratè iudices, ne confingant rem publicam non remanere ſufficienter ſatisfactam, *pœna ordinaria*, vt crudeliores legibus exiſtant & iura transgredi præſumant, pro qua conſideratione, & contra doctrinam Innocent. *vbi ſupra*, conſidero in his Regnis optimam legem regiam 6.huius tituli 11. *lib.* 8.*noua collect. reg. cuius lit.* modo retulimus, quæ hic iterum memoria repetenda eſt in illis verbis. *Y otros delictos ſemejantes,ò mayores,ò en otros qualeſquier delictos de otra qualquier qualidad, no ſiendo los delictos tan qualificados, y graues que conuenga à la Republica, no difiera la execucion de la juſticia, y en que buenamente pueda auer lugar commutacion ſin hazer en ello perjuyzio à las partes querelloſas, las penas ordinarias les ſean commutadas en mandarlos yr à ſeruir à las nueſtras galeras por el tiempo que pareciere à las nueſtras juſticias, ſegun la qualidad de los dichos delictos*, ecce l. expreſſam, & nouiſſimam. Anno 1566. contra doctrinam Innocent. *ſup. d.* vbi in delictis atrociſſimis pœnæ ordinariæ poſſunt commutari in pœnam triremium, cæteris in ea contentis concurrentibus: ergo ſi pœnæ ordinariæ grauiſſimæ in his delictis poſſunt, & debent in mitiorem commutari,nullo modo licebit transgredi,*pœnas ordinarias*,poſitas à legibus, & ſic iure grauiores imponendo. 54

Secundo pro eadem mea ſententia, contra Innocent.& communem,adduco aliam optimam legem regiam nouiſſimam eiuſdem anni poſitam ſub titul.14 infra *hoc lib.*8.& eſt l.24. vbi præcipitur iudicibus. *Que cada y quando que prendieren perſonas algunas, ò tubieren preſos por delictos, que por ellos dexan ſer condenados en penas corporales, ſeyendo los tales delictos de qualidad en que buenamente pueda auer commutacion ſin hazer en el loper juizio à partes querelloſas, ſeyendo condenados en penas corporales, ò en cortar pie, ò mano, ò deſtierro perpetuo, ò otras penas ſemejantes, ò deuiendolo de ſer condenados en las tales penas los commuteis las dichas penas en mandarles yr à ſeruir à las galeras por el tiempo que os pareciere,con tanto que ſi lo ſuffriere lo qualidad del delicto no ſea menos de por dos años, &c. Con que mandamos que ſi los delictos fueren tan graues, y qualificados que conuenga à la Republica, y à la ſatisfacion de las partes,no diferir la execucion de la nueſtra juſticia, que no aya lugar* la



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*la dicha conmutacion*,& l.6.quæ ita ſe habet: *Ordenamos, y mandamos que en todos los caſos y delictos donde a de auer pena arbitraria en que conforme a ſu qualidad del caſo, y de las perſonas, les auia de ſer pueſta pena corporal: aquella ſe conmute en verguença publica, y ſeruicio de galeras, por el tiempo que pareciere, ſegun la qualidad del caſo y delicto*, quod ſi dixeris ergo ſecundum hoc nunquam pro delicto grauiſſimo imponenda erit pœna mortis; ſed ſtatim reſpondebo ex eadem l.8. huius titul. necnon ex d.l. 4. & 6. quod in caſibus, in quibus per leges noſtras pro delicto grauiſſimo imponi poteſt, & debet pœna mortis, illa rectè à iudicibus imponi poteſt & debet, quoties Reſpublica, ex dilatione exequentis illius pœnæ, non redderetur ſatisfacta & ſic conueniret Reipublicæ eius pœnæ ordinariæ exequutio. Secundo vbi commode poſſet fieri præd cta commutatio pœnæ ordinariæ, ſine præiudicio partium querelantium aliàs ſecus: his igitur rectè perpenſis & conſideratis iudex poterit, & debebit commutare prædictas *penas ordinarias corporales*, in pœnam triremium, vel illas exequi: oportet ergo iudicem cuncta timari: recedat igitur deinceps à cordibus, & manibus iudicum vti prædicta doctrina Innocentij & contenti ſint potius rigore legum, quam proprio.

55 Omitto alias declarationes ad doctrinam Innocent. quas accommodat eidem Roland. à Vall. *vbi ſupra d. conſil.7. numer. 43 cum ſequenti*, vbi quod dato, ſed non conceſſo quod illa haberet locum, etiam in procedendo, id poſſet procedere in maioribus magiſtratibus, non autem in minoribus, vt ſunt poteſtates terrarum quæ iurarunt ſeruare ſtatuta; tales namque non poſſunt ea transgredi, nec leges, nec conſuetudines, ſecundum Bald. *in auth. hodie, C. de iudic.* quem ſequitur Iaſon. *in d. §. ex maleficiis in 2. colum.* & Marſil. *in d. §. diligenti, numer. 178.* & Auiles *in capit. 1. pretorum verbo, derechamente, numer.* 18. vbi quod dictum Innocent. *vbi ſupra* non habet locum in correctoribus, neque in eius locum tenentibus, quia ſunt iudices inferiores, ſed in magiſtratibus maioribus perpetuis vt ſunt Epiſcopi, Marchiones Comites & ſimiles non autem in poteſtatibus terrarum, quia iurant ſeruare leges, & ſtatuta.

56 Item quod illa doctrina Innocent. poſſit militare in cauſis arduis bonum ſtatutum Reipublicæ concernentibus, puta ſi fuerit vna ſeditio in ciuitate, vt inquit Salicet. loquens in maioribus magiſtratibus *in d. authent. hodie*, quem ſequitur Grammatic. *voto 30. numer.* 15. & Auiles, *vbi ſupra numero 13. in fin. & num.* 14. vbi, quod poteſt iudex facere ſuſpendi, ſine proceſſu.

Item, quod quando periculum & tumultus imminet poſſunt iudices pœna mortis culpabiles punire, abſque vllo ordinato proceſſu ſecundum nonnullos DD. quos ibi citat.

¶ Sed ego adhuc in his caſibus, potius, ſi fieri poſſet, cenſeo Principem conſulendum ſuper eo, quam iudicem etiam maiorem magiſtratum propria authoritate ea doctrina vti cum ſolum habeat commiſſionem & facultatem à Principe adminiſtrandi, & faciendi iuſtitiam penaſque à iure, & leg. huius Regni aſſignatas imponendi, non vero iura, & leges tranſgrediendi & in terminis tenet Roman. *in l. ſi vero, §. de viro fallat. 46 ff. ſolut. matrim.* Felin. *in dict. cap. 1. num. 50. de conſtit.* & ibi Decius, *num. 15. in 2. lect.* Nec obſtat, quod in atrociſſimis delictis promptior debet eſſe iudex ad torturam, quia reſpondemus, quod in hiſce delictis magis debeat iudex aduertere, quod faciat, cum de grauiori cauſa agatur, contra inquiſitos, & regulariter. 57
¶ Sicut ad pœnam ordinariam, requiruntur probationes luce meridiana clariores, ita etiam ad torturam indicia in genere ſuo debent eſſe clara & talia, quæ de iure ſubſiſtant ſecundum Roland. à Vall. *d. conſil. 7. numer.* 35. *lib. 1. & conſil. numero 30. & conſil. 24. numero 15. cum ſequenti, eodem volum. 1. & conſil 57. numer. 31. cum ſeqq. volum. 4.* & Marc. Anton. Eugen. *conſil. 27. num. 14 cum ſeqq.*

Alia eſt etiam declaratio doctrinæ, Innoc. vt procedat quando iudex inquirit per denuntiationem, vel inquiſitionem; ſecus autem ſi procedat per accuſationem: & etiam quod fallat doctrina Innocent. in iudice delegato, vt per Auil. *vbi ſupra num.* 24. Tandem inquit in propoſito doctrinæ, Innoc. Dominic. à Soto *de iuſtit. & iur lib. 5. quæſt. 3. art. 3. ad 3. in verſ.* id autem quod eſt peccatum tranſgredi leges & peccatum licere non poteſt, niſi forſan tranſgreſſionem appellet, dum fit aliquid contra verba legis, non tamen contra mentem, idem refert contra Innocent. & Bald. Salon *de iuſtit. & iur. col.* 1338. ¶ Addens, quod iudex tenetur in vtroque foro iudicare ſecundum leg. ſcriptas, nec poteſt eas ſine graui peccato excedere, maximè in pœnalibus, vnde inquit, ſi lex non ſtatuat furi pœnam capitalem, non habet iudex authoritatem ad illam imponendam, etiamſi in Bald. vel alio quocunque Doctore legat poſſe furem occidi, quia debet omnino iudicare ſecundum leges ſcriptas, & opinio huius, vel illius Doctoris, immo, nec plurium non habet vim legis, niſi vel authoritate, & ſtatuto Principis, vel communi & approbata conſuetudine, quæ habeat vim legis, recepta ſit.

## SVMMARIVM.

1 *Fur an pro tertio furto condemnari poſſit ad mortem, quando duo priora furta fuerunt commiſſa extra locum & territorium tertij furti, reſoluitur affirmatiuè; idem ſi duo priora furta eſſent, iam præſcripta, vt in numero 2. & etiamſi eſſent indulgentia Principis remiſſa, numer. 3. & etiamſi pro prioribus duobus primis furtis fur iam eſſet punitus, numer. 4. & à fortiori ſi pro illis non fuiſſet punitus, vt in num. 5. debent tamen eſſe tria præcedentia furta diſtincta non ſolum re, ſed etiam tempore; pœna corporalis à iure, vel ſtatuto pro furto impoſita an habeat locum pro crimine expilatæ hæreditatis, & in ſequentibus.*

10 *Pœna criminis expilatæ hæreditatis, eſt arbitraria pro qualitate perſonarum, vt hic.*





*De fure tria furta committente diuerſis locis, &c.*

## QVÆSTIO CLV.

QVÆRO, ſuppoſita communi ſententia Doctorum de qua ſententia, *q.* 154. quæ habet quod de generali conſuetudine pro ter-
1 tio furto ſimplici fur pœna mortis condemnatur, nempè furca ſuſpendatur. ¶ Quid ſi fur commiſit duo priora furta in alio loco & territorio, tertium vero in alio diuerſo, ibique fuit captus, an poſſit condemnari ad mortem tanquam famoſus latro? In quo breuiter reſoluendum eſt pro parte affirmatiua (nempè, vt quamuis de primis duobus furtis cognoſci non poſſit principaliter per iudicem tertij, quia fuerunt commiſſa in diuerſo territorio, attamen incidenter bene poteſt de eis cognoſcere quoad aggrauandam pœnam huius tertij furti, quia ex reiteratione, & frequentia delinquendi augetur pœna, vt reſoluimus ſupra quæ frequentia conſideratur, vbicunque committuntur præd. tria furta.) quam tamen Bart *in l. ſi cui, §. fin. quæſt. fin. ff. de accuſat.* & ibi Angel. & alij, idem Bart. *in auth. vt nulli iudicum, §. ſi vero quis comprehenſorum collat. 9.* eſt communis ſecundum Cæpol. *in auth. ſed nouo iure num.* 48. vbi eum ſequitur, *C. de ſeruit. fugit.* ſequitur plures allegans & dicens ſinguiare, & valde notandum in practica Anton. Gomez 3. *tom. cap. 5. de furt. numer.* 8. & inquit in præd. ſpecie Ioann. Andr. in addit. ad ſpecul. *in Rubr. de furt.* quod iudices feroces faciunt eos ſuſpendi & ſeruari de conſuetudine dicit Angelus *vbi ſupra numer.* 4. & communem eſſe ex Caſſan. refert alios quoque allegans eam ſequutus D. Couarru. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 9. numer. 7. verſic. idem erit obſeruandum* & Iulius Clarus *in pract. crimin. §. furtum in verſic. ſed pone*, & Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. centuria 3. caſu 295. numer.* 18. & hæc opinio placet Claro, *vbi ſupra* dicenti, quod eam, conſuetudo approbauit, dummodo fur de qua agitur ſit ſubditus ratione originis, vel domicilij illius iudicis in cuius territorio tertium furtum commiſit, & quod alias illam non ſeruaret, ſi eſſet iudex maleficiorum ſecundum Angel. *de malefic. verbor. exiſtens Florentia*: diſtinguit tamen in quæſtione propoſita, quod aut ſtatutum dicit, pro tribus furtis, & tunc non faceret illum ſuſpendere, quia non poteſt dici commiſiſſe tria furta ex quo illa duo fuerunt extra territorium commiſſa, pro quibus non poteſt hic puniri; aut vero ſtatutum dicit pro tertio furto tranſiret cum opinione præd. quam vſus recepit provt dicit ſe etiam vidiſſe multoties in practica obſeruari: cæterum ſi ſtatutum diceret quod famoſus vel publicus latro, ſuſpendatur vtique illa furta extra territorium commiſſa aggrauarent itavt pro tertio in territorio commiſſo eſſet ſuſpendendus, & quod ita tenent communiter DD. ſecundum Cæpol. *vbi ſupra, num.* 88. nam ex interpretatione facta à conſuetudine, ille dicitur fur famoſus, qui tria furta commiſit, nec in hoc fit prædicta diſtinctio, an conſuetudo ſit in vno territorio tantum, vel in pluribus, & ideo ſtantibus dictis ſtatutis, illum diceret omnino ſuſpendendum, ſed non ſtantibus ſtatutis, cum conſuetudo generalis licet, quod pro tribus furtis, quis ſuſpendatur, præfata communis ſententia indiſtinctè procedere videtur, & ideo, eam probant ſic indiſtinctè magis communiter DD. vt conſtat ex ſupradicta: ſtatutis vero ſtantibus adhuc non videtur multum realis, ſed potius verbalis præfata diſtinctio Clari, ſicut & alia communis, quam ex Alcia. & Villalob. refert *vbi ſupra* Clarus, quam etiam ipſe reiicere videtur.

Idem eſt, quando iam prima furta eſſent tem- 2
pore præſcripta, quia ſimiliter, licet de eis non poſſit principaliter cognoſci, bene tamen aggrauant tertium furtum, vt pro eo poſſit latro condemnari ad mortem, & furca ſuſpendi, ſecundum Bald. *in authent. ſed nouo, iure, num 4. C. de ſeru. fugit.* idem Bald. valde commendans *in authent. qui ſemel, C. quomodo*, & quando *in d. numer.* 25. & ibi Salicet. *column. final.* Iaſ. *in l. ſi idem cum eodem, numer. 5. ff. de iuriſd. omn. iudic.* quos refert & ſequitur Anton. Gomez *d. cap. 5. de furt. ſub num. 8. ad fin.*

Procedit etiam ſi priora duo furta, aut alte- 3
rum illorum fuerint indulgentia Principis remiſſa, vel abolita, quia nihilominus apparet conſuetudo furandi, quod in ſpecie aſſerit dicens ſic receptum eſſe in praxi Caſſan. *in conſuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 5. verſic ſimplex num.* 20. idem probat Matth. de Afflict. *in conſtit. Neapolit. Rubric. 35. cap. ad legitima pondera num.* 1. vt eos refert & ſequitur Didac. *lib. 1. var. reſolut. cap. 10. ſub numer. 2. ad fin.* & Iul. Clar. *in §. furtum in verſic. ſed quid ſi pro illis duobus*: vbi dicit eſſe communem obſeruantiam ſecundum Caſſan. *vbi ſupra numer.* 23. ſequitur etiam Menoch. *d. caſu* 105. *numer.* 9.

Similiter procedunt ſuperiora, etiamſi, pro 4
primis duobus furtis fur iam ſit punitus, quia ea duo furta non computantur alia punienda ſed ad aggrauandum tertium furtum, ita Paul. de Caſtr. & cum eo Cæpol. *in dict. auth. ſed nouo iure num.* 100. & Iaſ. *in l. eum qui §. in popularibus, numer. 16. ff. de iur. iurand.* & Angel. *de Maleſ. in parte & veſtem cæleſtem num.* 14. & ibi eius addit. Auguſt. de Arimin. alios allegans tandem probat, & Didac. alios allegans loquenſque quando prima furta ſunt dignè punita *dict. lib. 1. var. cap. 9. num. 7. in verſic quæ obtinet*, & hanc opinionem approbat conſuetudo vt atteſtatur Apoſtill. ad Vitalem *de maleſic in Rubr. de furt. num.* 3. quam ad hoc refert Iul. Clar. *dict. §. furtum in verſic. quæro etiam ſtante ſtatuto*, vbi inquit, quod ita in iſto Ducatu Mediolanenſi ſeruatur, & ſequitur Gregor. Lopez *in dict. gloſſa magna in verſic. & aduerte, &c.*

Vnde à fortiori idem videtur dicendum 5
quando fur pro primo, & ſecundo furto non fuerit punitus, vt latè probat Anton. Gomez, *d. cap. 5. de furt num.* 5. deducens ex hoc ſecus eſſe, ſi fur commiſiſſet plura furta in diuerſis locis, & iudex primi delicti cognoſceret de eo, non enim poſſet condemnare furem ad mortem, licet tria furta commiſiſſet, quia poſteriora delicta non aggrauant primum, ſed priora flagitia aggrauant poſteriora & in terminis hoc tenent Bald. *conſil. 348. volum. 5. & in l. qui crimen in fin. numer. 3. C. de ordin. cognit. & additio. vltim.* Cæpol. *in dicta authem. ſed nouo iure in fin. poſita* & ſequitur Gregor. Lopez *vbi ſupra in verſic.* vbi hoc videtur limitari dicens, hoc non procedere ſi iudex habeat arbitrium puniendi, quia tunc in arbitriis inſpicitur tempus & ſeriem quod tenet Bald. *vbi ſupra dict. l. qui crimen num.* 3.

dicens eſſe notatu dignum, ſed hoc vltimum de iudice habente arbitrium puniendi non probo, quia ceſſat alteratio de frequentia furandi, cui innititur communis obſeruatio conſuetudinis generalis, licet enim tria furta hic fur iam commiſerit, cum non agatur niſi depunitione primi ratio arbitrij, quod habet iudex puniendi, non poteſt conſiderari circa furta poſtea commiſſa, quia pro tertio tantum furto iudex competens cognoſcendi & puniendi pro illo eſt, qui poteſt eum pœna mortis condemnare: arbitrium igitur habet puniendi iudex furem primi furti, pro eodem primo furto, ſed pro hoc nullo modo poteſt pœnam mortis infligere quia eſſet contra ius ergo ſecundum & tertium furtum de quibus non cognoſcit non aggrauant primum, frequentia namque furandi conſideratur ex præcedentibus furtis non vero ex ſequentibus.

6 Denique ad hoc vt pro tertio furto fur ſuſpendi poſſit, debent eſſe tria furta diſtincta non ſolum re, ſed etiam tempore, ſecus ſi plura furta facta ſint eodem loco & tempore, quia talia furta non poſſunt numerari vt plura mens namque ſtatuti vel conſuetudinis intendit grauius punire propter conſuetudinem delinquendi, in qua requiritur temporis interuallum: ita tenet Cæpol. *in dict. auth. ſed nouo iure num.* 100. *in verſic. item adde pred. & num* 108. vbi quod hoc tenent DD. communiter & ex eo idem affirmat Clar. *dict. §. furtum verſicul. vnum tamen nota.* Secus tamen videtur dicendum ſi quis pluries furtum commiſiſſet diuerſis vicibus, & temporibus, licet omnia in eodem die, vt videtur velle Didac. Perez *in l. 7. in gloſſa azares per totam, precipue in verſic. ſicut ſi quis pluries furtum commiſiſſet tit. 10. lib. 8. ordin. pag. 235. col. 2. & pag. ſequenti.*

7 Quæri hic poteſt an pœna corporalis impoſita à iure vel ſtatuto pro furto habeat etiam locum pro crimine expilatæ hæreditatis.

8 Pro cuius cognitione obſeruandum eſt, quod de hoc tradit Petr. Greg. *lib. 37. ſyntagmat. iur. vniuerſ. cap. 9. in princ.* vbi ponit pœnam huius criminis *& l. 21. tit. 14. part. 7.* quam citat Anton. Gomez *cap. de furto n. 16. col. penult.* & cum hoc crimen dicatur largo modo furtum vt probant iura allegata pro Anton. Gomez, quinimo expilatores atrociores ſunt fures *vt in l. 1. ff. de effractoribus*, vbi ponitur pœna contra expilatores hæreditatis *in l. 1. ff. de crimin. expilat. hered.*

9 Ex quibus infert Bald. *in l. de his numer. 2. C. de furt.* quod expilator hæreditatis poſſit furca ſuſpendi, vel alia pœna affici vigore ſtatuti loquentis de furtis quem refert, & ſequitur Anton. Gomez *vbi ſupra dict. num.* 16 *in verſic. ex quo infertur*, addens quod ſicut publicus, vel famoſus latro poteſt furca ſuſpendi, ita & expilator hæreditatis.

Quæ opinio mihi non placet, nec eam veram eſſe cenſeo ex ſeqq. Primò, quoniam diuerſa ſunt crimina & diuerſis pœnis puniuntur, vt in leg.
10 ſupra citatis loquentibus de furti pœna. ¶ Secundò *ex d. l. partitæ de pœna expilatæ heredit.* loquens quæ eſt arbitraria ſecundum qualitatem perſonarum, nempe. *Le por ende el que los aſſi tomaſſe, como quier que le non pueden demandar que torne la coſa con la pena del furto: pero puedenle mandar, que la torne ſencilla con los fructos que della eſquilmo. E demas el juzgador del lugar deuelo deſterrar por algun tiempo cierto en alguna iſla, ſi fuere fijodalgo, aquel de fizo tal hierro como eſte ò darle otra pena, ſegun ſu aluedrio, en la manera que entendiere que lo deue fazer, aſmando, qual es la coſa que aſſi tomò. E ſi fuere otro home que non ſea fijodalgo deue le juzgar que vaya à labrar à las labores del Rey por tiempo cierto ſegun entendiere que mereſce.* Tertio quia ſumus in pœnalibus & leg. huius tit. loquuntur in proprio furto quod non cadit in aliud ſpecificum nomen delicti, & ideo mitius puniretur hoc crimen expilatæ hæreditatis, quam furtum, ſuis pœnis. Quare merito Farinac. *de furtis, quæſt.* 127 *num.* 26. *fol. mihi* 15. cum aliis authoribus tenet, quod expilatores non ſuſpenduntur, ſed aliis pœnis puniuntur iudicis arbitrio vt ibi per eum, vbi ſe alio loco refert agentem de expilatore hæreditatis nempè *quæſt.* 174. *num* 118. *cum ſeqq.* vbi latè de hoc crimine, & eius pœna agit.

## SVMMARIVM.

1 *Pœna famoſi Latronis, & Curſarij, & n. ſeqq. per totam quæſtionem.*

2 *Famoſus Latro, quis appelletur? & num. ſequentibus.*

8 *Leges Partitæ, vt plurimum conformes ſunt iuri communi.*

10 *Latro manifeſtus ſi ſit conuictus, vel confeſſus non auditur appellans.*

11 *Ob grauitatem criminis, &c. poteſt quis furca ſuſpendi in loco commiſſi delicti erigendo ibi furcam ad hoc.*

---

## *De famoſo Latrone, & Curſario.*

## QVÆSTIO CLVI.

QVÆRO ſecundo, an famoſus Latro, vel Curſarius debeat & poſſit condemnari pro prima vice pœna furcæ ſuſpenſionis. 1

¶ Pro cuius rei intelligentia, quoad noſtram quæſtionem & materiam attinet, obſeruandum eſt quod quando furtum non cadit in aliud ſpeciale nomen delicti, dicitur fur ſimplex qui clam ſubripit, & hic non eſt famoſus, & de hoc loquuti ſumus regulariter in quæſtionibus præcedentibus. Famoſus autem Latro appellatur, qui etiam clam ſubripit, frequenter tamen ac ſæpe furatur vel, qui committit furtum in itinere publico, vel mari, Latro eſt qui palam furatur *tex. in auth. vt null. iudic. §. quia vero verſic. pro furto*, cuius verba ſunt hæc *pro furto autem noluimus omnino quodlibet membrum abſcindi, aut mori: ſed aliter eum caſtigari.* Fures autem vocamus qui occultè, & ſine armis huiuſmodi delinquunt. Eos vero qui violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut ſine armis in domibus, aut itineribus, aut in mari pœnis eos legalibus ſubdi iubemus, & benè declarat Cæpol. *in auth. ſed nouo iure num.* 46. *cum ſeqq. C. de ſeruitut. fugit.* vbi quod fur ſimplex eſt ille, qui ſemel tantum & clam, vel de nocte maximè in domibus, & ſine armis furatur. Fur famoſus dicitur ille qui conſueuit furari puta bis, vel ter, Latro ſimplex dicitur ille qui palam, vt in ſtrata publica, vel etiam in ſyluis furatur. Latro vero publicus, vel famoſus eſt ille, qui pluries palam in ſtrata publica, vel in ſyluis per vim vel cum armis furatur. Vnde fur occultus num- 2



quam dicitur latro, etiam ſi conſueuit furari, ſed benè poteſt dici famoſus fur ex frequentia, & tenuit prius Alberic. *in l. capitalium, §. famoſos, ff. de penult.* quem refert & ſequitur Gregor. Lopez, *in l. 8. gloſſa magna paulo poſt princip. tit. 18. p. 7.* & quod fur famoſus dicatur, qui tria furta commiſit & ſic quod pro primo & ſecundo furto non ſit laqueo ſuſpendendus, ſed pro tertio tenetur etiam & iure probat Peguer *deciſ. crim* 27. *num* 2. & 3.

Quibus adde aliam ſpeciem Latronis, nempè, *Coſario que roba otros en la mar con nauies armados*, qui latinè dicitur Curſarius, vt expreſſe probat *d. l. 18.* ibi, *ò que robaſe otros* &c. quibus ſic obſeruatis, de furum ſimplicium pœnis iam vidimus in quæſtionibus præcedentibus. Nunc videamus de Latronibus famoſis, & Latronibus Curſariis an hi pro primo furto debeant furca ſuſpendi?

Et videtur indubium eos furca eſſe ſuſpendendos *ex l. capitolium, §. famoſos, ff. de pœn.* cuius verba ſunt hæc. *Famoſos latrones in locis vbi graſſati ſunt furca figendos compluribus placuit, vt & conſpectu deterreantur alij ab iiſdem facinoribus, & ſolatio ſit cognatis, & affinibus interemptorum eodem loco pœna reddita in quo Latrones homicidia feciſſent.*

3 In primis hic text. intelligi non poteſt de furibus ſimplicibus, qui tria furta fecerunt, & ſic accipiendo furem famoſum, ſecundum ſenſum ſuperiorem, ſicque non eſt hic text. probans, quod fur ſimplex pro tertio furto ſuſpendatur, furca, ſed conſuetudine generali hoc eſt introductum, vt ſuo loco ſupra obſeruauimus, quia text. *in d. §. famoſos*, non loquitur in furibus famoſis, ſed in Latronibus famoſis, qui, vt prædiximus ſunt qui pluries palam in ſtrata publica, vel in ſyluis per vim vel cum armis furantur, vt conſtat *ex text. ibi famoſos latrones*, & ibi, *in his locis vbi graſſati ſunt*, & ita rectè explicat gloſſa ibi, *hoc eodem verbo, graſſati ſunt*, ideſt conſueuerunt aggredi cum armis, vel ſine armis, & violenter, vel graſſari, ideſt vbi frequenter obſederint itinera publica, nam ſi ſemel veniam merentur à furca *vt in §. graſſatores eiuſdem l.* inquit ibi textus qui prædæ cauſa id faciunt proximi latronibus habentur, & ſi cum ferro aggredi & ſpoliare inſtituerunt, capite puniuntur, vtique ſi ſæpius, atque in itineribus hoc admiſerunt, cæteri in metallum damnantur, vel in inſulas relegantur ex quo text. profecto, declaratur atque interpretatur, *dict. §. famoſus* vt præfata eius gloſſa rectè cenſuit. & alia in *cap. ſi quis fortitudinem* 23. *q.* 5. ſequitur Gregor. Lopez *in d. l. 18. in gloſſa tuuieſſe caminos, in verſic. collige ergo*, & illam priorem gloſſam ſequuntur ibi communiter DD. ſecundum Anton. Gomez *tertio tom. c. 5. de furt. num.* 10. qui illos & alios refert, verius hoc exiſtimans, quamuis aliud hodie probet, vt ſtatim dicemus tametſi illi §§. contineant diuerſos caſus vt ſtatim dicemus.

Secundo, obſeruo textum *in dict. §. famoſos*, loqui quando ſimul cum graſſatione in viis publicis ad prædandum, committitur homicidium, vt conſtat expreſsè ex littera, illius text. ibi, *& ſolatio ſint cognatis, & affinibus interemptorum eodem loco pœna reddita in qua latrones homicidia feciſſent*, ſicque hi qui in ſtratis furantur ſine interfectione alicuius magis proprie dicuntur graſſatores, quam Latrones publici, habentur tamen proximi Latronibus vt inquit text. *in dict. §. Graſſatores*, quando verò furantur in itineribus cum interemptione hominum, iſti propriè dicuntur Latrones vt habetur *in dict. §. famoſos*, cuius hic eſt verus ſenſus litteralis: differunt ergo Graſſatores, & famoſi Latrones in hoc, quod illi ſunt & dicuntur proprie qui prædæ cauſa in itineribus graſſantur, qui ſi cum ferro aggredi, & ſpoliare inſtituerunt Latronibus proximi habentur, & capite puniuntur, vtique ſi ſæpius hoc admiſerunt in itineribus: cæteri vero in metallum damnantur, vel in inſulas relegantur. Latrones vero famoſi qui hoc idem faciunt ſæpius ſimul cum homicidio, & hi quidem iuſtius furca ſuſpenduntur in locis, vbi graſſati ſunt, vt ex *dict.* §§. conſtat non igitur intelligitur Latro famoſus qui non conſueuit furari clam, ſed ille qui armatus rapit, vel ſubtrahit ſecundum Angel. *in l. Prætor ait, §. aduerſus per text. illum ff. de ſepulchr. violat.* quem refert, & ſequitur Gregor. Lopez *in d. l. 18. in gloſſa, tuuieſſe caminos*, ibi idem dicit Angel. ſed eorum dictum intellige concurrente homicidio ſimul cum præda, rapina vel furto; hic namque proprie dicitur famoſus Latro, ſine interfectione vero hominum, Graſſator qui latronibus proximus habetur, vt *in d. §. Graſſatores, & in dict. § famoſos* Cæpol. *in d. auth. ſed non. iure ſub num.* 106. *in verſic.* 2. *caſu.* Tametſi alij relati per Peguer. *deciſ. crimin.* 40. *numer.* 5. vt ſunt Bart. Abb. & alij teneant publicum Latronem eſſe ex eo ſolum, quod palam, & publicè furatur vt ſunt Piratæ, vel qui publicè ſtant in ſtratis: vt homines tranſeuntes diſrobent, & ſecundum horum opinionem inquit ſe videre practicari maxime in ſuo Concilio Regio Cataloniæ.

Igitur ex omnibus ſupra, dict. quod famoſi Latrones, ideſt furantes, in itineribus violenter ſæpius, vel frequenter cum interemptione hominum furca ſuſpenduntur in locis, vbi graſſati ſunt, ſecus ſi ſemel graſſati ſint. Similiter Graſſatores qui cum ferro aggrediuntur cauſa prædæ & ſpoliandi idque faciunt ſæpius itineribus, ſine interfectione hominum capite plectuntur, cæteri in metallum damnantur vel in inſulas relegantur, vt in d. iuribus, quæ hoc principaliter ſic decidunt, & communiter DD. vtrobique, eſtque indubium attento iure communi vt probat latiſſimè Peguer. *vbi ſupra num. 6. cum ſeqq.* licet referat *num.* 7. praxim contrariam illius Regij conſilij, quando Graſſatores ſemel tantum furtum commiſerunt propter delicti frequentiam in prouincia, nempè vt ob id ſoleat regium Conſil. eos vltimo ſupplicio tradere, tamen abſque dubio probat iure communi, quod prædiximus, nempè, quod in metallum damnentur, vel in inſulam relegentur ex *dict. §. Graſſatores*, ac proinde eos gaudere immunitate Eccleſiaſtica, & hæc ſunt pœnæ legales de quibus loquitur, *l. in auth. vt nulli indic. §. quia vero verſic. pro furto, collat.* 9. Nouiſſime tamen Farinac. *de furtis, quæſt.* 167. *num.* 89. *cum ſequenti reſolut.* ait eſſe communem DD. ſententiam plurimos citans, quod Latrones publici, & famoſi, qui in ſtrata publica, & alia ſæpius graſſati fuerunt furca ſuſpenduntur in loco in quo graſſati fuerint ex *dict. §. famoſos*, & ibi gloſſa *verbo graſſari* & etiamſi non occiderint, licet text. *in dict. §. famoſos*, loquatur expreſſe quando ſimul dirobando homicidium committunt: *& numer.* 9. congerit plura ſpecialia contra Latrones, & fures inſignes, publicos, & famoſos. 4

Iure regio idem probat *dict. lib.* 18. *tit.*14.*n.*7. his verbis. *Fuera ſende ſi fueſſe ladron conocido, que manifeſtamente tuuieſe caminos, ò que robaſe otros en la mar con nauios armados à quien dizen, Curſarios,* præceſſit enim regula ab illa l. regia probata, *que por razon de hurto no ſe deue matar, ni cortar miembro à ninguno.* & ſtatim ponitur exceptio præd. nempe fuera *ſende*,&c. vt ſupra modo proxime retulimus, & poſtea alios caſus exceptando inquit, *l. qualquiera deſtos ſobredichos &c. deue morir por ende el, è quantos dieren ayuda è conſejo à tales ladrones para fazer el furto, &c.*

Cæterum hæc lex regia non requirit ſimul cum latrocinio præd. interemptionem hominum, & merito, quia ſi ea contingat ex hoc ſolum ſupra pro homicidio, abſque dubio pœna mortis imponi poterat, & deberet huiuſmodi Latroni, ſicque non fuit neceſſarium hoc exprimere, ſicut expreſſit *d.* §. *famoſos*, ſed concordat potius noſtra l. regia cum *d.* §. *graſſatores*, qui non requirebat homicidium,& tamen capite puniri iubet. d. graſſatores qui in itineribus ſæpius cauſa prædæ & ſpoliorum, id faciunt.

6 Quod autem habet difficultatem circa intellectum & praxim *in d. l.*18. eſt, an debeat intelligi iuxta terminos iuris communis nempe *d.* §. *Craſſatore ſupra*, quando Latro publicus, & manifeſtus dirubans in ſtrata, & itineribus, ſæpius id fecit, ad hoc vt pœna capitis puniatur, an vero ſufficiat quod ſemel in hoc deliquerit, vt furcâ ſuſpendatur ob hoc ſolum.

Anton. namque Gomez, *tertio tom. cap.*5. *de furt. num.*10. intelligit, l. illam regiam corrigere ius commune, & ſic quod pro primo furto in itinere publico, vel mari puniatur *latro* pœna mortis, licet non interueniat homicidium, & licet fateatur videri veriorem, & æquiorem opinionem quod illa intelligatur ſecundum ius commune præd. *ſuprà*. quando bis vel ſæpius talia delicta committit, vel quando ſequutum eſt homicidium, inquit tamen primam eſſe tenendam in iudicando & conſulendo pro prædict. l. part. intelligendo quando ex propoſito quis erat in itinere publico, poſitus vt furtum facere tranſeuntibus, vel cum naui ex iſta cauſa erat poſitus in mari, & videtur probari *ex d. verſic. qualquiera* ibi: *que fizo furto*, &c. idem probat Auiles, *in cap.*1 *prat. in gloſſa derechamente, num* 15, vbi ſi eſt furtum cum aggreſſura, pro vno delicto puniatur pœna mortis *pro d.* §. *famoſos*, & inquit tenere text. *in d. l.* 8.

7 Ego vero potius ceſeo l. illam partem concordare cum iure communi, eſſeque iuxta id intelligendam dempto homicidio, quod non requirit regia ſicut nec *dict.* §. *Craſſatores*, prout requirebat, *d.* §. *famoſos*, Colligo igitur ex ea tunc demum aggredientem in ſtratis cauſa furandi puniri pœna mortis, quando pluries hoc fecit, itaque poſſit dici, quod manifeſtè ad hoc eſſet in itineribus, ſi tamen ſemel furtum fecerunt, vel facere aggreſſi ſunt ad aliquem actum perueniendo non puniantur pœna mortis, ſed debent in metallum damnari, vel in inſulam relegari, vt *in dict.* §. *Craſſatores* ita tamen Gregor. Lopez, *in dict. l.*18. *in gloſſa, tuuieſe caminos in verſic. collige ergo*: quod inſinuat, l. illa ibi, *ladron conocido que manifieſtamente tuuieſſe caminos*: hoc enim frequentiam requirit cum ſit nomen verbale quod denotat frequentiam iuxta doctrinam Bart. *in proœm. ff.* & præterea Clarus ex illis verbis, *que manifieſtamente tuuieſſe caminos*, ſicut ex illis ſequentibus *ò que robaſſe otros en la mar con nauios armados*, qui dicuntur Piratæ, ſeu Curſarij, pro prima, namque vice iſti non debent mori, ſed in metallum damnari, quæ pœna cum hodie non ſit in vſu vt inquit gloſſa, *in* §. *relegati inſtit. quæſtionibus mod. ius patr. pot. ſolu.* alias arbitrio iudicis tales pro prima vice punientur & inquit Cæphol. *in dict. auth. ſed nouo iure, num.* 105. quod debent relegari, vel fuſtibus cedi, addit tamen *numer.* 106. æquiſſimum ſe putare ſi manus, tali abſcinderetur & banniatur propter admiſſi criminis atrocitatem, & illa lex *partita* ſatis innuit quod pro prima vice non puniatur Pirata pœna mortis, ex præcedenti dicto, *del ladron conocido que manifieſtamente tuuieſſe caminos*, quia; videtur repetere verbum *manifieſtamente*, quod requirit frequentiam & denique cum poſtea dicit *à quien dizen Curſarios*, vt expræſſa expendit hoc tenens, & probans, Gregor. Lopez, iterum *in gloſſa en la mar*, & hoc eſt ſingulare pro latronibus, & Piratis qui ſemel tantum aggrediendo aliquem vel aliquos expoliauerunt, vt pro hoc non debeant furca ſuſpendi, vel aliter mori ſecundum Cæpol. *vbi ſuprà, num.* 104 & 105. quod tamen eſt intelligendum quando in aggreſſione, vel furto non interuenit peremptio hominis, tunc enim pœna mortis punirentur, vt *in d.* §. *famoſos*, & quia pro ſolo homicidio debent mori, vt prædicebamus, & in terminis ſic declarat Gregor. Lopez, *in dict. gloſſa tuuieſſe caminos* ad fin. ante eum Cæpol. *vbi ſuprà, ſub num.* 106. *in verſic. ſi tamen* &c. quæ ne dum iure communi, attento veriora & æquiora ſunt, ſed etiam attenta, l. regia obſeruanda in praxi cum ipſa hoc innuat, & ita interpretatur rectius per Gregor. Lopez, quam contrarium per Anton. Gomez, *vbi ſuprà.*

Accedat denique pro corroboratione huius noſtræ ſententiæ quod *ll. partitæ* vt plurimum conformantur cum iure communi & minimè debent deuiare à iuris Ciuilis ſanctionibus vt nominatim tenens Roder. Suar. *in præludiis fori regij, carta, 6. fol.* 2. *& in l. quam in prioribus in ſecunda ampliatione, C. de in officioſ. teſtamento, & in l.* 1. *tit.*4. *lib.*3. *for.* 6. *limitat* 3. *pag. in fin.* quem refert, & ſequitur Salon. *de Paz. in l.* 1. *Taur. numer.* 573. adducens pro hoc bonam *l.* 2. *tit.* 1. *part.* 1. ibi: *y deſtas dos maneras de derecho que de luſo diximos, y de los otros grandes ſaberes ſacamos, y ayuſtamos todas las leyes deſte nueſtro libro ſegun que las fallamos eſcriptas en los libros de los ſabios antiguos*, quo fieri videtur ſecundum eundem authenti, *vbi ſuprà num. præcedenti* 572. ſeptem partitarum ll. iuris ciuilis ſanctiones indubio non corrigere exiſtimandum eſſe, & ſi aliquas reperiamus ll. ſeptem partitarum ipſius iuris ciuilis ſanctiones abrogantes, rariſſimas tamen eſſe, & vbi lex regia non exprimit, non eſt de eius intentione ius commune corrigere ita Gregor. Lopez, *in l.*10. *in gloſſa, ne quiere ſer heredero, tit.*5. *& in l.* 9. *tit.*12. *part* 6. cum enim de antiquatum legum abrogatione intenditur, illud ſolet ſignificari verbis expreſſis, aut honorifica aliqua præfatione, vt docet Alciat. *lib.*3. *parerg. iur. cap.*17. Ludouic. Carond *lib.*2. *veroſimil. cap.*16. vtrumque tradidimus *ſuprà lib.*3. *practicar. quæſt.*15. *num.*37. *&* 38. cum ergo *dict. leg.*18. expreſſe non corrigat, *dict.* §. *Craſſatores*, dum in illis verbis vtique ſi ſæpius requirit frequentiam, quinimo idem ſignificet in illis verbis, *ladron conocido que manifieſtamente tuuieſſe caminos*, &c. conſequitur nullo modo in praxi teneri, aut dici poſſe (maximè in pœnalibus, 8



& ad imponendam pœnam mortis) corrigere ius commune requirens in hoc frequentiam actuum, ac proinde pro prima tantum vice poſſe Latronem huiuſmodi famoſum, aut Pyratum, vel Curſarium morte damnari, ſed tantum, vbi hoc ſæpius commiſiſſet, quicquid contrarium in praxi minus rectè probauerit Anton. Gomez, *vbi ſuprà.*

9 Superiora procedunt non ſolum ſi furati ſunt prædicti cum effectu, ſed etiam ſi cum ferro aggredi, & ſpoliare inſtituerint, & ad aliquem actum peruenerint licet non perfecerint, vt in *d.* §. *Craſſatores*, ibi: & ſi cum ferro aggredi & ſpoliare inſtituerint, quod tamen debet intelligi dum ad aliquem actum peruenerint, iuxta notata *in l.* 15. *qui cum telo, C. ad legem Cornel. de ſicar.* quod dicit eſſe bene notandum Cæpol. *vbi ſuprà, ſub dict. num.*106. contra illos qui ſtant in ſyluis, vel itineribus, vel in mari & prædæ cauſa aliquem aggrediuntur, vt ſpolient licèt ipſum non ſpoliauerint, quia euaſit de eorum manibus, quod nihilominus ipſi debent puniri, ac ſi eum ſpoliaſſent, licet Bartol. *in dict. famoſos, ad fin.* aliter ſenſerit dum dicit. *& intellige hoc de iis. qui perfecerunt delictum alias ſecus, ſupra eadem l.* §. *Craſſatores* text. enim ille contrarium innuit & probat in verbis ſupra relatis, & ſic opinionem Cepol. quam modo retulimus, & probamus ſequitur Montalu. *in leg.*6 *tit.*5. *lib.*4. *for. leg.* gloſſa 1. ibi facit ad hanc legem, niſi mauis aliam mitiorem pœnam eſſe in hac ſpecie imponendam, ratione vniuerſalis conſuetudinis totius orbis, qua habetur vt pro delicto omnino non conſummato, non imponatur eadem pœna, ſed mitius vt latius aliàs reſoluimus.

10 Latro hic manifeſtus, hoc eſt, *conocido*, de quo loquitur *dict. leg. capitalium*, §. *famoſos, & d. l.*18. *tit.*14. *part.*7. ſi ſit conuictus, vel confeſſus non auditur appellans, *l. conſtitutiones, C. de appellation. leg.*16. *in princ. tit.*23. *part.*3. & ibi not. Gregor. Lopez, *in gloſſ. conocidos.*

11 Vltimò obſeruemus text. *in d.* §. *famoſos*, qui eſt expreſſus ad hoc quod ob grauitatem criminis, eiuſque exagerationem, & vt conſpectu alij deterreantur ab eiſdem facinoribus, & vt ſit ſolatio cognatis, & affinibus interremptorum, poteſt iudex in proprio loco, vbi atrox delictum eſt commiſſum, erigere furcam & delinquentem in ea ſuſpendere, executionemque facere iuſtitiæ, & ibi notant communiter DD. & Angel. *de malef.* dicens, ità ſemel practicaſſe, quem refert Anton. Gomez, *in tertio tom. c.*13. *de tortur. reorum, n.*55. vbi quod ita practicatur etiam in noſtro regno, quod ego quoque vidi practicari, & tenet Farin. *vbi ſupradict. num.*89.

## SVMMARIVM.

1 *Pœna furum violenter ingredientium domum, vel locum ad rapiendum, vel dirobandum, & num. ſeqq.*

4 *Nocturni effractores fures grauiores ſunt, & de eorum pœna. & num. ſeqq.*

6 L. 18. tit. 14. part. 7. *intellectus, cum numeris ſeqq.*

13 *Scalas ponens ad feneſtram de nocte, vel domum alienam cauſa violandæ caſtitatis, vel furandi, qua pœna puniatur?*

*De furibus violenter ingredientibus domum, vel alium locum ad furandum.*

## QVÆSTIO CLVII.

QVÆRO vlterius, an fures violenter in- 1
gredientes domum, vel locum alterius,
ad rapiendum, & dirobandum cum armis, vel ſine eis debeant condemnari pœna mortis eamque iure incurrant? Dubium facit text. 2
*in authent. vt nulli iudic.* §. *fin. verſic. fures autem, collect.* 9. ibi eos vero, qui violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut ſine armis in domibus, aut itineribus, aut in mari, pœnis eos legalibus ſubdi iubemus: nam aggredientes violenter in
itineribus, vel in mari pœna mortis afficiuntur, 3
ſi id ſæpius admiſerint, vt in *quæſtione præcedent.* reſoluimus: de aggredientibus vero domus cauſa prædandi, dicendum eſt iure communi non eſſe eis impoſitam pœnam mortis argumento *l.* 1. *in verſic. expilatores, ff. de effractor.* Expilatores, inquit Vlpian. qui ſunt atrociores fures, hoc enim eſt, expilatores, in opus publicum, vel perpetuum, vel temporarium dari ſolent, honeſtiores autem ordine ad tempus moueri, vel patriæ fines iuberi excedere, quibus nulla ſpecialis pœna reſcriptis principalibus impoſita eſt idcirco cauſa cognita liberum erit arbitrium ſtatuendi ei, qui cognoſcit; ſic etiam *dict. l. ſi.* ideo in effractores variè animaduertitur.

Atrociores enim ſunt nocturni effractores & 4
ideo hi fuſtibus cæſi in medium damnari ſolent: diurni vero effractores poſt fuſtium caſtigationem in opus perpetuum, vel temporarium dandi ſunt, & in terminis, pro præd. iuribus ita tenet & probat Cæpol. *in auth. ſed nouo iure, numer.* 100. *verſicul* 2. *caſu principali*, & *num.*101. *per totum, C. de ſeru. fugit.* loquens in furibus furantibus cum fractura, vel pro fractura oſtij, vel hortorum, vel ſcrinij, vel capſæ, vel parietis vt non debeant mori, ſed puniri dictis pœnis, & dicit bene notandum quia multi crederent quod de iure fures diurni, vel nocturni cum fractura oſtij, vel ſcrinij, vel alterius rei deberent ad mortem condemnari, quòd minimè verum eſt, vt ex præd. manifeſtè patere poteſt quod & ſequitur attento iure communi. Anton. Gomez 3. *tom. cap.*5. *de furt. num.*11. & Petr. Gregor. 3. *part. Syntagmat. iur. lib.*37. *cap.*14. *num.*2. vbi quod Marcus Imperator, equitem Romanum, qui effracto pariete pœcuniam abſtulerat, quinquennio abſtinere iuſſit prouincia Affrica, vnde erat & Vrbe, & Italia, lege Gallica, vt pro Petro Gregor. *vbi ſuprà, n.*3.

Sed iure noſtro Regio huiuſmodi effractori- 5
bus pœna mortis impoſita eſt vt patet ex *l.* 6. *in princip.* tit. 5. lib. 4. *for. leg.* quæ eſt huiuſmodi: *todo home que foradare caſa; ò quebrentare Igleſia por furia muera por ello*, vbi Montalu. in gloſſa *muera por ello*, idem probat ſi cum claue, vel effractione arcam aperiat, & idem ſi repetiat ianuam apertam, & inuentus eſt latens in domo quod deſumpſit ex l. 74. ſtyli, quæ eſt huiuſmodi, *en el titulo de las penas, ſobre la ley que comienza todo hombre* (quæ eſt dict. l. 6.) *que foradare caſa muera por ello, y eſſo miſmo à de morir ſi ſubiere por pared, ò entrare por finieſtra, ò por texado à la caſa deue morir, ò ſi abriere la puerta con llaue, ò en otra manera, ò ſi deſcerrajare arca, ò ſi entrare en*

*en otra guiſa por la puerta ſeyendo abierta ò lo fallaren que eſtà eſcondi o en caſa deue morir por ello por juſticia*, quam l. etiam citat Aui. *cap.1. prat. in gloſſa, derechamente, numer.15.* vbi dicit eſſe ſin-
6 gulatem, & *num. 16.* citat Aret. *in l. poſſideri § ſi rem ff. de acquirend. poſſeſſ. & ita intelligit dict. legem ſtyli in fin.* vt dum loquitur quando quis eſt abſconditus in domo, ad hoc vt moriatur, requirit, quod amoueat aliquam rem de loco ad locum aliter non debet mori, licet in domo cauſa furandi inueniatur, & ingrediatur; punitur igitur conatus, vel effectus, cum proceſſu, ad actus exteriores, vt ex *d. l. fori*, notat ibi Montalu. *gloſſa 1. in princip.* & in fin. illius gloſſæ addit, quod ſi domum quis ſit ingreſſus non animo furandi non tenetur hoc genere delicti.

Sed cum præd. ll. fori & ſtyli eatenus vigorem habeant in praxi quatenus earum vſus ſufficienter probetur, & non amplius vt eſt receptiſſimum apud nos, & diximus alibi, ideo in praxi ſeruanda erat in ſpecie noſtræ quæſtionis. *dict. l.18. tit. 14. par. 7.* quæ idem probat quod *dict. l.6. fori* his verbis, *ò ſi fueſen ladrones que ouieſen entrado por fuerza en las caſas ò en los lugares de otro para robar con armas, o ſin armas*: hæc namque eſt altera exceptio à regula præced. illius l. quæ habet *que por razon de hurto non deuen matar, nin cortar miembro à ninguno*, & ſic effractoribus præd. iure regio imponitur pœna mortis correcto iure communi, quo contrarium cauetur, vt vidimus: quam leg. adducit Auiles, *vbi ſuprà*, ad hoc *dict. n.16.*

7 Diſſerunt tamen noſtrates, circa eius intellectum & praxim. Gregor. enim Lopez, *ibidem in gloſſa, en las caſas*, cenſet quamuis ſub dubio forte, illam l. debere intelligi de latronibus qui non tantum ſemel, ſed ſæpius cauſa prædæ in domus alienas irruerunt per vim cum armis, vel ſine, quam ſi in latronibus itinerum, & maris, vbi eſt maior ratio propter maius periculum, & vbi minor poteſt haberi defenſio, pro prima vice non punitur pœna mortis, quanto magis eadem non punietur in aggreſſura, quæ fit in domibus, ſeu oppidis, vbi maior poteſt haberi defenſio; præterea omnes præd. latrones æqui parantur, *in dict. authentic. vt nulli iudic. §. fin.* vt vidimus ergo in omnibus idem ius debet ſtatui.

9 Sed Anton. Gomez, *cap. 5. de furt. numer.12.* ſimpliciter eam l. regiam intelligit pro vno ſcilicet furto qualificato, vt in *dict. l. partita*, & quamuis forte dicat debere intelligi, quando cum furto interuenit violentia perſonalis intrando domum palam alterius, per vim & non alias quia tali caſu concurrit duplex delictum, furtum & violentia, vnde grauius debet puniri vt *in l. ſuſpiciendum, ff. de pœn. & in l. aut facta, §. qualitate eodem tit.* attamen affirmat quod quidquid ſit præd. l. partitæ, ita practicatur in iſto Regno vt prius dixit & notauit & quod iam iſte caſus ſibi contigit, & fuit practicatum etiam in furto minimo.

Quid tenendum? Ego veriorem eſſe exiſtimo opinionem hanc Anton. Gomez, quam etiam tenuit Auiles, *vbi ſuprà*, ſiquidem in hac ſpecie non requirit frequentiam, nec conſuetudinem furandi l. illa ſicut in præcedenti, nec iure communi requirebatur quinimo non erat illo iure impoſita pœna mortis pro huiuſmodi delicto furti cum effractione facto, vt prædiximus: vnde expreſsè, l. partitæ voluit alterare in hac ſpecie, & augere pœnam iuris communis, & ideo merito quod ſit intelligenda provt iacet, & ſic pro primo furto huiuſcemodi qualificato, quod ita verificari non poteſt in priori caſu excepto ab eadem l. partitæ quia ſtatutæ ſunt diuerſæ pœnæ in his à iure communi, & diuerſis verbis. Nec obſtat allata ratio, ſeu conſideratio Gregor. Lopez pro ſua opinione arguentis à fortiori, vel maioritate rationis quia diuerſi caſus ſunt hi duo, forte quia cum iure ſtatutum ſit vt domus ſua ſit tutiſſimum refugium cuique vt *in l. quia plerique, ff. de in ius vocat.* meritò vt qui illam aggreditur cauſa prædandi cum effractione pœna mortis etiam pro prima vice puniatur & ſic grauius hoc l. exiſtimauit quam furtum commiſſum in itineribus, vel mari vbi non tanta ſecuritas ex rei natura, quanta in domibus eſſe ſolet.

Verum hæc ſententia ſale condienda eſt nempe, vt procedat quando furatur res vel quantitas notabilis vel magna; nam ſi veſtis, vel alia res parui valoris, aut quantitas modica cum effractione in domibus furaretur ratione paruitatis in qua delictum eſt commiſſum licet qualitas aggrauans pœnam omnino conueniat nihilominus huiuſmodi furi pro hoc furto paruo etiam cum effractione commiſſo, non eſſet imponenda pœna mortis, ſed alia mitior arbitraria, vt exiſtimo, & iure probat in terminis, dict. l. regiarum dicens, hanc eſſe vnam ſingularem limitationem ad eas, Auendan. *in 2. part. cap.16. prat. n.14.* cuius ſententia mihi placet, eamque ſequor contra id quod ſemel practicatum refert Ant. Gom. *vbi ſuprà.* 10

Denique licet eadem l. partitæ, & fori *ſuprà*, alleg. videantur punire ingreſſum violentum cum effractione ad furandum, nec requirere videantur furtum cum effectu: nihilominus vera mihi etiam ad has ll. videtur intelligentia Aretin. & Auiles, *vbi ſuprà*, requirentium ſimul amotionem rei de loco ad locum, ad hoc vt pœna mortis ſit infligenda, vel ſaltem, quod procedatur ad actus exteriores, vt inquit Montalu. non enim alias verificari poteſt cauſa prædandi ingreſſus, niſi de præda & furto conſtet quod ſi delinquens deprænſus in domo ad furandum confitetur ſe ea de cauſa, eoque animo ingreſſum fuiſſe, ac id effecturum niſi prius apprehenſus fuiſſet adhuc, tamen non eſſet conſummatū omnino delictum, ac proinde licet grauiter ſit pro eo puniendus non tamen credo pœna mortis plectendum præſertim attenta conſuetudine vniuerſali totius orbis, quæ habet vt pro delicto non conſummato non imponatur eadem pœna, ſed mitior vt ſupra retulimus & in terminis, ita etiam probat Anton. Gomez, *c.5. de furt. n.15.* 11

Verum enim vero hodie per l. 8. huius *tit. 11. lib 8. nou. collect. reg.* in ſpecie noſtræ quæſtionis, & præcedentis, & ſic in caſibus, *dict. leg.18 tit.14. part. 7.* pœna ordinaria mortis debet à iudicibus commutari in pœnam triremium pro tempore quo videbitur eiſdem iuxta qualitatem delicti, dummodo ipſa non ſint adeo qualificata, & grauia, quod oporteat Reipublicæ exequutionem iuſtitiæ non differri & in quibus commodè prædict. commutatio locum habere poſſit ſine præiudicio partium querelantium, vt patet in eius l. litera, quæ eſt huiuſmodi. 12

*Mandamos, que anſi en los hurtos qualificados, y robos, y ſalteamientos de caminos, ò en campo, y fuerça, y otros delictos ſemejantes, ò mayores como en otros qualeſquier delictos de otra qualquier qualidad no ſiendo los delictos tan qualificados, y graues que conuengan a la republica, no difiera a la execucion de la juſticia, y en que buenamente pueda aver lugar commutacion, ſin azer en ello perjuyzio a las partes querelloſas, las penas ordinarias, les ſean commutadas en mandarlos yr a ſeruir a las nueſtras galeras por el tiempo que pareciere a las nueſtras juſticias ſegun la qualidad de los dichos delictos, & l. 4.* & 6. *tit. 24. infra hoc lib. 8.* Verum oportet iudicem cunctari & videat ne vt miſericors ſit rempublicam, vel partem grauet, aut lædat, vel vt rigidus ſit plus debito delinquentem occidat, cum poſſit & debeat eum à morte liberare, faciendo dict. commutationem.

13 Verum hic diſcurriendum breuiter eſt, qua pœna puniatur ponens ſcalas ad feneſtram de nocte, vel domum alienam cauſa violandæ caſtitatis, vel furandi? Et in hoc videtur quod ſi id fiat cauſa violandæ caſtitatis, delinquens huiuſmodi pœna vltimi ſupplicij puniendus ſit, *vt in l ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſc & Cleric.* & ita voluit Bald. *in leg. fin. numer.3. ff. de rerum diuiſione*, quem refert & ſequitur Angel. *in §. ſecunda quoque res numer.3. inſtituta eodem tit. de rerum diuiſione*, quod ſic obſeruatum fuit per Proregem Neapolis in executione cuiuſdam edicti, contra quendam nobilem iuuenem, cuius ſententiam defendere conatur Grammat. *deciſ. 36. num. 13.* inquit tamen Iul. Clar. *in practic. crim. §. fin. quæſtion 68. verſic. aſcendens*, dict. ſententiam indicio totius Italiæ viſam fuiſſe nimis ſeueram, & crudelem, pro contrario attenta bona qualitate illius nobilis iuuenis, & cauſam propter quam aſcenderat, quæ fuit amor cuiuſdam pulcherrimæ puellæ, qui etiam prudentes viros ſæpius infatuauit, & reſoluit Clar. *vbi ſuprà*, aſcendere cum ſcalis qualitatem eſſe, quæ tantummodo aggrauat principale delictum, ita vt grauius puniatur, ſiue ſit cauſa amoris, ſiue cauſa furandi, ſiue aliud maleficium committendi. Iuxta hanc igitur ſententiam, quæ verior mihi videtur, ſi delictum principale de iure pœnam mortis non meretur, propter præmiſſam qualitatem non debet pœna mortis imponi quamuis grauius puniri poſſit alias ob præmiſſam qualitatem. Vnde non conſentio, nec ſto ſimpliciter diſtinctioni Ludouici Pegueræ *deciſ. crim.26. num.5. cum ſequenti*, dicentis, quod ſi furtum ita commiſſum, eſt adeo qualificatum quod excedit ſummam centum aureorum, vel ſunt plura furta commiſſa ſaltem tria pro quibus de generali conſuetudine laqueo ſuſpenduntur, nulli dubium eſt, quod fures, licet non interuenirec illa qualitas aſcendendi per ſcalas, punirentur pœna vltimi ſupplicij: aut furtum non eſt ita qualificatum vt fur mereatur mori ſed tantum pœnam fuſtigationis, & exilij pati, tunc ratione dictarum qualitatum, quod de nocte, & per ſcalas aſcendendo ad domum alienam furtum committitur puniuntur tales fures acrius, quam ſit pœna ordinaria ſimplicis furti, vt fuit obſeruatum in illo conſilio Cathaloniæ in facto.

Hæc enim diſtinctio in primo furto ita qualificato, quamuis excedat ſummam centum aureorum, vera mihi non videtur, nec tenenda, quod pœna vltimi ſupplicij punietur, quamuis in reliquis vera eſſe poſſet.



SVMMARIVM.

1 *Pœna furantium res Eccleſiæ de loco ſacro vel religioſo iure communi & regio, & numer. ſequentibus.*
3 *Sacra vel ſancta res, quæ dicantur quoad pœnam furibus imponendam pro eis.*
4 *Crucem de Eccleſia ſubripiens qua pœna puniatur?*
5 *Pœna ſubripientis rem modicam de Eccleſia.*

---

*De furantibus res Eccleſiæ de loco ſacro vel religioſo.*

## QVÆSTIO CLVIII.

QVÆRO etiam quæ ſit pœna furantium res Eccleſiæ de loco ſacro, vel religioſo, tam iure communi, quam regio. 1

Et iure communi non erat impoſita pœna mortis, ſed ex qualitate perſonarum, & ipſius delicti pœna condigna imponebatur, vt *in l. 4. & in l. ſacrilegi, ff. ad leg. Iul. pecul. & in l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſcopis, & cler.* & vbique communiter DD. Anton. Gom. *in 3. tom. cap.5. de furt. num.11.* & eſſe pœnam arbitrariam tenent alij quos refert Peguer. *deciſ. crimin. 24. num.15.* ipſe vero, ibi *numer.16. cum ſequentibus* latè probat pœnam ſacrilegij, quando ſacrum de ſacro tollitur regulariter eſſe mortis naturalis, iudicem tamen poſſe ex cauſa pœnam ordinariam, vel augere, vel minuere, vt ibi latè probat, & exemplificat qui omnino eſt videndus quoties caſus in praxi contigerit, nec non & Farinac. *de furt. quæſtion.172. numer.11. cum ſequentibus*, vbi quod ſacrilegij pœna eſt arbitraria, idque ampliat, & limitat pluribus modis per totam illam quæſtionem, non ſolum iure communi attento, ſed etiam canonico, & alia plura in materia, *& num.49. & ſequentibus* locus ſacer quis dicatur, & quæ res ſacra ad effectum, vt ſacrilegij pœna locum habeat.

Hodie vero de iure regio imponitur pœna mortis, *al ladron que furtaſe de la Igleſia, ò de otro lugar religioſo alguna coſa ſanta, o ſagrada*, vt cauetur in l. 18. verſ. *ò ladron que furtaſe de la Igleſia*, &c. tit.18. p.7. quæ l. eſt notanda ad hoc, & ita in hoc regno practicatur, vt affirmat. Ant. Gom. *vbi ſuprà.* 2

Verùm ſcire opus eſt, quæ dicatur res ſacra vel ſancta, & quidem ſecundum Anton. Gomez, *vbi ſuprà*, cuſtodia, calix, ara, veſtimentum (intellige iam cultui diuino dicata conſecratione, & benedictione) & ſimiles res, non vero alia, quæ pertinent ad ornatum, & cultum diuinum, vt vaſa quibus ponitur vinum & aqua, id eſt *las vinageras* vel pallium, vel tegumentum altarium hocque eſt proculdubio. Ex rebus enim quæ reperiuntur in Eccleſiis, vel ſacrariis, quædam ſunt ſacræ, vel benedictæ, vt per Decian. 2. *tom. tract. crimin. lib.6. c.30. n.19.* 3

De cruce dubitari poteſt, cum enim ſit ſancta & ſacra verificatur littera *d. l. p.* & ſic videtur pro furto eius, imponendam pœnam mortis, quando quidem repreſentat illam veram crucem in qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus paſſus eſt, & 4

& iam ſic fuiſſe practicatum refert Paris de Put. *in ſuo tractat. ſyndic.* quem refert Greg. Lopez, *in d. l. 18. in gl. alguna coſa ſanta, ò ſagrada*, nempè quod ſuſpendi fecit quendam armigerum ex nobili progenie, qui furto ſubtraxerat crucem argenteam, & calices ſacros Eccleſiæ, qui non erat, ſecundum eum dignus pœna nobilium iuſtitiari: non enim ignoſcendum eſt militi cui obuiari telo oportet, vt latroni, *l. 1. & 2. Cod. quod liceat vnicuique ſine iudic. ſe ind.* verum in hoc caſu cum ſimul eſſent ſubtracti calices Eccleſiæ rectè proculdubio fuit miles ille furca ſuſpenſus, Peguer. *d. deciſ. crimin. 24. num. 17.* ibi probatur idem *fol. 45.* vbi refert Foller. *in pract. crim. 380. numer. 47.* & poſt eum Iul. Clar. *in § ſacrilegium, verſic. ſed quero*, dicentes, quod Neapoli fuit ſuſpenſus quidam Salernitanus, qui furto ſubtraxerat quandam crucem ex Eccleſia ſancti Florentij.

Cæterum pro ſola cruce, & ſi reſpectu repreſentationis ſit res ſancta & ſacra materia eius non eſt res ſacra, vt decidit, *l. 2. tit. 14. p. 1. & l. 1. & 2. tit. 18. eadem 1. p.* quod & videtur tenere S. Thom. 2-2. *q. 5. art. 3. verſiculo, reſpondeo*, Quare in dubio inquit Anton. Gomez, non eſſet imponenda pœna mortis, niſi alia cauſa grauitatis concurreret, quia aliàs ſequeretur quod licet crux ſit ex ferro, ligno, lapide, vel alia ſimili materia deberet pœna mortis imponi: ergo in dubio res ſacra ſtrictius & proprius intelligenda eſt ad imponendam pœnam mortis, nihilominus cum iſte caſus ſucceſſiſſet Salmanticæ reputatus fuit valde dubius per præd. ſecundum eum, ſed eius authoris opinio mihi non placet, niſi vt ipſe ait alia cauſa grauitatis concurreret: provt forſan eſſet in furto crucis magnæ argenteæ, quæ ducitur in proceſſionibus ſuper ligno directo cum ſuo ornatu ſerico, & aureo, & iam vidi in praxi obſeruatam d. l. p. executionique tradita in pœna mortis contra furantem lampadem argenteam.

5 Et quod eſt generale in quocunque receptatore delinquentium, vt *in l. Metrodorum ff. de pœn. l. 1. titul. 16. lib. 8. ordinamenti veteris*, & ibi Perez, *gloſſ. 1.* & in occultante hæreticum, *l. 5. tit. 26. pagin. 7.* ibi: *Ninguno de ellos ſea oſſado de recibir à ſabiendas, &c.* & l. 6. eod. tit.

Limitatur tamen deciſſio d. l. partitæ in furto rei modicæ in templo commiſſo: quia tunc pœna metalli fur coërcendus eſt, vel ſi honeſtiori loco natus ſit fur in inſulam erit deportandus, licèt res modica furata ſit ſacra dum tamen ſine effractione: quia tunc mitiganda eſſet pœna, vt *in d. l. ſacrilegij*, & in terminis tenet Gregor. Lopez *in dict. leg. 18. in gloſſa ſupra allegata in verſiculo, & limita*, quàm limitationem generaliter ad dict. l. partitæ probauit etiam Auendan. 2. *part. cap. 16. prat. num. 14.* & diximus *ſuprà* in calce quæſtionis præcedentis, veraque eſt hæc limitatio meo iudicio, etiam in terminis noſtræ quæſtionis.

SVMMARIVM.

1 *Abigei, qui dicantur, & de eorum pœna & num. ſequentibus.*
5 *Adminiſtratores, & exactores rerum, & iurium regalium furtum comitantes qua pœna puniantur, nec non, & iudices idem facientes, & numeris ſequentibus. Legis Iuliæ peculatus, qua pœna puniatur; num 5. cum ſequentibus, num. 32.*
8 *Receptores redditunm regalium ſi vtantur pecunia regis, an incurrant crimen peculatus, eiuſque pœnam, & num. 9. & 32.*
10 *Furans ſcienter res mobiles regis, qua pœna puniatur?*
11 *Auxilium conſilium & fauorem præſtantes furibus, qua pœna puniantur?*
12 *Nec non, & receptatores, num. 12. & 13. & quo modo hoc intelligatur, num. 14. & 15. cum ſequentibus.*
13 *Furta qualificata committentes*, como ſon robos, ſalteamientos de caminos, ò campos y fuerças, y otros delictos ſemejantes, ò mayores, *qua pœna puniantur?*
14 *Receptatores furum, & aliorum delinquentium quomodo puniantur, & quid ad hoc requiratur, & quando non? cum pluribus num. ſequentibus vbi aliqui caſus excipiuntur, & numero 31.*
27 *Equum, arma, vel famulum præſtans ignoranter amico dicenti velle ire in villam, an teneatur ex homicidio, vel alio delicto commiſſo ab eo?*
28 *Statuto ſtante puniente vxorem alterius, tenenti parcitur ignoranti, ſi non diſſimulet ignorantiam, &c.*
29 *Aſſocians ignoranter amicum, qui hominem occidat, an puniatur?*
30 *Famuli conducti ad occupandam aliquam poſſeſſionem, vel caſtrum, quando teneantur vel non ex eo facto?*

---

*De Abigeis, & de crimine peculatus, & de receptatoribus delinquentium.*

## QVÆSTIO CLIX.

QVÆRO præterea an ſint alij caſus excepti à iure in quibus pro primo furto pœna mortis imponatur: & eſſe plures conſtat.

Primo, videamus de Abigeis: Abigei illi propriè dicuntur qui pecora ex paſcuis vel armentis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi ſtudium, quaſi artem exercent, equos de armentis, vel oues de gregibus abducentes, at is qui ouem errantem, vel equum in ſolitudine exiſtentem abducit non arte abigendi, ſed retinendi tamen fur eſt non Abigeus, *l. 1. §. 1. ff. de Abigeis*, Abigeatum autem facit numerus ouium 2
decem porcorum quinque, aut quatuor, equus vnus, aut bos, non vero minor numerus, ſed furem, *l. 3. & fin. ff. eodem tit.* niſi ſæpius vnum, aut alterum pecus ſubripuerit quis vt *ibidem l. 1. C. de abig.* & ibi *gloſſ.* & communiter DD. text. *in authent. de nupt. §. mitiores in verſicul. aut vnum eorum collect. 4.*

Melius autem erit ſi Abigeos dicamus eos qui- 3
bus eſt cura alienis inſidiari animalibus, aut iumentis, & ea tranſponere alibi, *vt d. §. mitiores verſicul. ſi vero*, augetur, & pœna ſi ab ſtabulis abigant, eſtque maior, quam ſi à ſylua, vel paſcuis & ſi ſæpius abegerunt, *l. 3. ff. eodem titulo.*

Pœna tamen Abigeorum, non ſemper eſt vi- 4
cini ſit ſupplitij, ſed tunc demum quando frequentius in illo loco committitur illud crimen: alias autem tantum puniuntur pœna arbitraria, *l. 1.*



*l. 1. verſic. 1. ff. de abig. l. fin. eod. tit.* tradit latè Anton. Gom. *cap 5. de furt. num. 13.* vbi latius plurima congerens in mat. Petr. Greg. *in 3. part. ſintagm. iur. vniuerſ. lib. 37. cap. 5. per totum*, & Peguer. *deciſion crim. 19. n. 7.* hodie habemus, *l. 19. tit. 14. part. 7.* quæ eſt huiuſmodi.

Abigei, *ſon llamados vna manera de ladrones que ſe trabajan mas de furtar beſtias ò ganados que otras coſas, è por ende dezimos que ſi contra alguno fueſſe probado tal yerro como eſte ſi fuere home que lo aya vſado de fazer deue morir por ende: mas ſi lo no auia vſado fazer, maguer lo falaſſen que vbieſſe furtado alguna beſtia, no lo deuen matar: mas pueden lo poner por algun tiempo à labrar en las labores del Rey, è ſi acaeſcieſſe que alguno furtaſſe diez ouejas, è dende arriba, ò cinco puercos, ò quatro yeguas, ò otras tantas beſtias, ò ganados, de las que nacen deſtas, por tanto cuento como ſobre dicho es de cada vna deſtas coſas fazen greyes: è qualquier que tal furto faga, deue morir porende maguer no huuieſſe vſado à fazerlo otras vegadas. Mas los otros que furtaſſen menos del cuento ſobredicho deben recicibir pena en otra manera ſegun diximos de los otros furtadores, è demas dezimos que el que encubrieſſe, ò recibieſſe à ſabiendas tales furtos como eſtos, que deben ſer deſterrados de todo el ſeñorio del Rey por diez años.* ¶ De iure canonico, abigeus punitur etiam maiori pœna, quam pro furto vt eum Berb. tradit Farinac. *de furtis, queſtione 197. num. 109. pagin. 27.* vbi quod poteſt imponi pœna deportationis arbitrio tamen iudicis: & à *num. 105. cum ſequentibus*, late agit de pœna abigeo imponenda de iure ciuili, & conſtuit regulam cum ſuis ampliationibus, & limitationibus.

5 Similiter. *El official del Rey que tuuieſſe del algun teſoro en guarda, ò que ouieſſe de recaudar ſus pechos, ò ſus derechos, y le hurtare, ò le encubriere de ello à ſabiendas, ò el juez que hurtaſſe los marauedis del Rey, ò de algun quento mientra eſtuuiere en el oficio, tiene pena de muerte por ello*, vt *in lib. 18. in verſiculo, ò official, tit. 14. part. 7.* vbi Gregorius Lopez, *in*
6 *gloſſa, le furtare*, & in gloſſa *mientra eſtuuiere en el officio*, allegat concordantias iuris communis; eſt enim crimen legis Iuliæ peculatus, & intelligit illam l. quando iudex vel adminiſtrator id facit animo ſibi id appropriandi, ſecus ſi faciat animo negotiandi; quia tunc ſi ad vtilitatem regis punitur in quadruplum, ſi vero ad ſui vtilitatem maiori pœna, vt *in l. 1. & 2. Cod. de his qui ex pub. rat.* & Ioann. Faber. *in §. lex Iulia peculatus, inſtitut. de public. iudic.* vbi limitat pœnam illius, §. & dict. lib. regiæ niſi pecunia eſſet periculo intercipientis *l. ſacrilegij, §. primo, & §. his autem, ff. ad legem Iu-*
7 *lian. pecul.* vbi etiam quærit de receptoribus regis, nunquid committant peculatum, ſi vtantur pecunia eius, & concludit quod ſic, niſi quando pecunia eſſet eorum periculo: itaque expreſsè tradita eis ſit eorum periculo, & ipſi in ſe reciperent periculum expreſsè, credit tamen, quod ſi talis receptor reddito computo remanet debitor, quod ex hoc non debet puniri, dum tamen confiteatur debitum, & ſol-
8 uatur infra annum, *l. cum eo, ff. ad legem Iuliam pecul.* non enim ex hoc eſt conuictus intercepiſſe, quia forte adhuc ſibi debetur. Si tamen appareat recepiſſe, & in ſuos vſus conuertiſſe dicit, quod haberent locum pœnæ de quibus ſupra quem refert, & ſequitur Grego-

rius Lopez, *in gloſſa, ſecundo loco ſupra allegata.*
¶ Sed hodie habemus, l. regiam diſponentem 9
ſuper hoc quid ſit faciendum, nempè l. 11. titul. 14. part. 7. quæ ita ſe habet: *Marauedis de Rey, teniendo algun ſu deſcenſero, de que ouieſſe à pagar quitacion à caualleros, ò à otros omes, ò de que ouieſſe à fazer algunas labores, ò otras ſemejantes deſtas por ſu mandado, ſi aquel que lo tuuieſſe lo deſpendieſſe, ò no los pagaſſe alli do el Rey le mandaſſe, mas compraſſe deſtos alguna coſa à ſu pro, ſi eſto fizieſſe por ſi ſin mandado del Rey como quier que eſte tal no faze furto: pero faze tan grande yerro poſponiendolo por de ſu ſeñor, por la ſuya miſma porende mandamos que qualquiera que eſto fiziere que ſea tenudo à tornar à la camara del Rey todos los marauedis de que vſo aſſi maliciosamente, è que peche de mas de eſſo por el yerro que fize tanto quanto valia la cerater parte de aquellos marauedis, de que vſo para ſu pro contra la voluntad del Rey.*

Præterea: *Qualquier que à ſabiendas tomaſſe* 10
*por fuerça, ò hurtaſe las coſas muebles del Rey ſegun fuero antiguo de Eſpaña haria aleue conocida, y ſi fueſſe hombre honrado, y lo tomaſſen con el fecho deue morir por ello, ò ſino ha de pechar diez tanto como aquello que tomò, y ſino tuuiere de que lo pagar deue ſer hechado del Reyno por toda ſu vida*, ita cauetur in l. 1. verſicul. *Onde por todas eſtas razones, titulo diez y ſiete partit. ſecunda*, & ibi Gregorius Lopez, & ita in verſiculo, *è ſi fuere de los otros*, imponitur pœna de qua ibi, aliis huiuſmodi crimen committentibus, qui non ſunt homines honorati.

Vlterius ex *dict. lib. 18. titul. 14. partit. 7. in* 11
*verſiculo, qualquiera, habemus, que quantos dieren ayuda è conſejo para hazer el hurto à tales ladrones como ſon aquellos aquien fuero probado que fizo furto en alguno de las maneras, por que pone pena de muerte da dicha ley à los ladrones, ò los encubrieren en ſus caſas, ò en otros lugares deuen auer aquella miſma pena, & iure nouiori*, idem probatur *in l. 9. huius titul. 11. lib 8. nou. collect. reg.*

¶ *Y que. Otro ſi, en lo diſpueſto por la dicha* 12
*pragmatica, cerca de los dichos ladrones, y lo que en eſta ſe manda ſe entienda y eſtienda à los encubridores y receptadores: para que en eſtos aya lugar la miſma pena, y en la miſma forma que de ſuſo eſta declarado en los ladrones*: illa enim pragmatica, circa latrones continetur in l. 7. hu-
ius tituli innouans pœnas, pro primo, & ſecun- 13
do furto, & inquit, *que en los hurtos qualificados, y robos y ſalteamientos de caminos, ò campos, y fuerças, y otros delictos ſemejantes ò mayores, los delinquentes ſean caſtigados conforme à las leyes deſtos nueſtros Reynos*, & ſic iud. dict. l. 8. de qua nunc agimus, vbi Gregor. Lopez, concordantias de iure communi allegat & plura remiſſiuè congerit.

Maxima tamen difficultas ſe offert in propo- 14
ſito contra ſupra dict. nam vt ſuo loco diximus, & plures referens idem probat Plaça, *de delict. lib. 1. cap. 16. numer. 5.* receptans delinquentem poſt delictum iam commiſſum & conſummatum non tenetur, nec punitur eadem pœna, qua principalis delinquens, ſed mitiori arbitraria, nam re vera proprie loquendo præſtans auxilium poſt commiſſum delictum non dicitur vere auxiliator, vt tenet Bartol. *in lib. 3. §. ſi quis quam, ff. ad Syllan.* & eſt communis opinio, vt aſſirmat Angel. de Armin. *in addit. ad Angel. de maleſic.*

in verbo, & *Andream*, *num*.5. & ideo regulariter non eſt puniendus ea pœna qua principalis, ſed mitiori, vt prædiximus, & hanc eſſe frequentiori calculo receptam ſententiam dicit Plaça, *de delict. lib*. 1. *cap*.16. *num*. 15. & ex eo Iulius Clar. *in practic. crimin*. §. *fin. quaſt*.90. *in verſic. aut vero*.

15 Reſpondemus tamen difficultatem motam procedere & debere intelligi, quando quis receptauit quemquam, opemque, vel auxilium præſtitit poſt delictum, iam commiſſum perfectum, & conſummatum, pro vt contingit in homicidio iam commiſſo, & ſimilibus, ſed in ſpecie qua agimus, nempè receptantis, furem cum re furtiua delictum eſt in fieri, quia fur, & latro ſemper furatur, & eſt in delicto actuali, dum retinet atque contrectat *legi inficiando*, § *infans*, *ff. de furtis*. Vnde receptans videtur ei auxilium & fauorem præſtare in ipſomet delicto, & non poſtea; ſicque merito eadem pœna tenetur, vt in dict. legibus regiis. & in terminis ita declarat materiam hanc Bartulus *in l. furtum*, *ff. de furtis*, & ibi Angel. & communiter Doctores, Albetic. *in l. res*, *C. de furtis* Angelus *de maleſic. in parte*, & *veſtem cœleſtem columna ſecunda*, *verſiculo*, quid ſi rem furatam, numero, quos refert & ſequitur Antonius Gomez, *tertio tomo*, *capite quinto de furtis*, *ſub num*. 16. vbi hanc ſententiam veram eſſe intelligit & procedere quando quis receptauit furem, vel latronem ſimul cum rebus ſubtractis, vel receptat, vel occultat ipſas res tamen in quibus terminis, loquuntur præd. ll. & militat ratio
16 ſupra aſſignata ¶ ſecus autem, ſi tantum receptauit ipſum furem, vel latronem, vel opem, & auxilium ei dederit, quia tunc tantum habet locum pœna ſimplicis receptatoris ex text. formali, & expreſſo *in lib*. 1. *Cod. de his, qui latron. occult*. & hæc eſt ſingularis, & neceſſaria declaratio, atque communis opinio Doctorum, ſecundum Anton. Gom. *vbi ſuprà*, & probat Gregorius Lopez, *in dict. lib*.18. *in gloſſa*, *ò los en-*
17 *cubrieren*, *paulo poſt princip*. dicens eſſe notandum ad intellectum, *dict. l. eos*, *C. de furt*. quæ expreſsè probat quod ij qui à ſeruo furtim ablata ſcienter ſuſceperunt, poſſunt furti conueniri, & procedit l. illa non ſolum in his qui ab illo furtim ablata ſuſceperunt, ſed etiam ſi à filio, vel famulo iuxta gloſſ. ibi *verſicul. eos*, & etiam ſi ab extraneo, quia in vtriuſque militat eadem ratio, & ideo debent eâdem pœna merito puniri receptatores ſcienter rerum furto ablatarum, vt contra Hippolyt. cum communi probat Peguer. *deciſion. crimin*.25. *per totam* & præcipuè, *num*.4. *cum ſeqq*.

18 Sed & eſt alia declaratio non minus neceſſaria, quam præcedens ad intelligentiam prædictorum, nempe requiri ſcientiam in receptatore ad hoc vt puniatur, vt in furto probat expreſſ. *dict. l. eos*, ibi, *eos qui à ſeruo furtim ablata ſcienter ſuſceperint*, &c. *l*. 1. 2. & 3. §. *ſed enim*, *ff. de incen. rui. & naufr*. & probat late Peguer. *vbi ſuprà*, *num*.2. & 3. & licet non loquatur in receptante ipſum furem, ſed res ablatas, idem profecto eſt in noſtra ſpecie vt in *lib*. 2. *iuncta gloſſ*.1. *circa fin. ff. de recepta*, & *lib*. 4. *titul*. 14. *part*.7. *circa fin*. ibi: *Y ce dieſſe ayuda à ſabiendas*, &c. & in *l*. 1. *titul*. 16. *lib*.8. *ordinam. ver. hodie lib*.4. *tit*.12. *lib*.8. *noua collect. reg*. ibi: *ſabida la verdad*, & illam *gloſſ. dict. l. prima*, *ff. de receptat*. dixerunt ordinariam, D. de Rota *deciſion*. 44. quam & plures Doctorum eam gloſſam commendantes, cummulauit D. Perez ad Segut. *in repetit. l. coharedi* §. *cum filia*, *num*. 149. *verſic* 3. *vero caſu*, *ff. de vulg. & pupill*. & *in d. l*. 1. *tit*.16. *lib* 8. *pagin* 322. *colum*.2. & *in l*.37. *tit. fin. lib*.8 *gloſſ*.1. *pag*. 384. *colum*.1. & Roland. à Vall. *conſ*.45. *num* 26. *lib*.1.

Et quod eſt generale in quocunque receptatore delinquentium, vt in *lib. Metrodorum*, *ff. de pœn. lib*. 2. *titul*. 16. *lib*. 8. *ordinamenti veteris*, & ibi Perez gloſſ. 1. & in occultante hæreticum, *lib*. 5. *titul*. 26. *pag*.7. ibi: *Ninguno de ellos ſea oſſado de recibir à ſabiendas*, &c. & *lib*.6. *eod. tit*.

Probabilis enim ignorantia, quod ille non 19 ſit delinquens, excuſat à pœna receptatoris, nam vera & non præſumpta ſcientia requiritur, quod ſit delinquens ſecundum Baldum, & alias quos refert, & ſequitur Auendan. 2. *part. cap*.7. *prat. num*.11. vbi adducit pro hoc *lib*.36. & 37. *titul. fin. lib*. 18. *ordinam. veter*. ibi: *Seyena o le prouado, que la ſabia*, nam in dubio præſumitur ignorantia iuxta gloſſ. 1. *in fin. in l*. 1. *ff. de receptat*. & alios quos ibi etiam refert, & ſequitur Auendan. & nos ſequuti eos fuimus, *conſ*.36. *num*.26. & 27. Didac. Perez *in l*. 4. *titul*.16. *lib*.8. *ordinam. pagin*. 324. *column*. 2. *verſicul. quod autem*, vbi ampliat in receptante delinquentem poſt banum iudicis, vt ſolet fieri facta informatione delicti, vt adhuc ex receptatione non ſit puniendus, ignorans illum fuiſſe bannitum, aut à iudice prohibitum ne ab aliquo præſidium recipiat ſecundum authores, quos ibi refert addens, quod ignorantia, & bona fides præſumitur, niſi contrarium probetur, & quod iuramento receptantis probabitur ignorantia, vt ibi late probat.

Similiter, licet quis deliquerit, ſi tamen re- 20 ceptans ignorat iudicem aduerſus eum procedere, interim non eſt vere receptator, qui non facit vt iudicis manus ille euadat, pro vt requiritur ex notatis per Lucam de Pœna, *in lib*. 1. *Cod. de deſertor. lib*. 12. & in terminis ita probat Auendan. *vbi ſuprà*, *num*. 4. & Anton. Gomez 3. *tom. cap*.3. *de homicid. numer*. 50. *cum ſequentibus*, & nos quoque *vbi ſuprà*, *num*. 25. Auendan. 2. *part. cap*. 7. *prat. num*.11. niſi fuerit requiſitus per iudicem, vel literas iudicis, vt tenet Didacus Perez, *dict. l*.1. *tit*.16. *lib*. 8. *ordinam. pagin*. 32. *column*. 2. ibi, quia neſciebat, &c. quod latius iure regio probauimus *d. num*.25.

Quinimo ſcientia requiritur in caſu *dict. lib*. 1. 21 & 2. *tit*. 16. *lib* 8. *ordinam*. hodie 4. & 5. *tit*. 12. *lib*. 8. *nou. coll. reg*. & quod occultetur receptatus ſcienter, & negetur iudici, vt patet ex eis, nempè *dict. l*.4. ibi: *Y ſi el Alcayde los defendiere ſabida la verdad*, & ibi: *Y ſino lo hizieren ſiendo requeridos, y en ello fueren negligentes que lo paguen de ſus bienes*, & *dict. leg*. 5. ibi: *ſi ſcyendo requeridos por los Alcaides, ò Iuezes que han de cumplir juſticia*, &c. quæ leges loquuntur: *En la pena de los ſeñores y Alcaldes, de los Caſtillos, y fortalezas que receptan los mal hechores, no los entregando ſiendo requeridos por los juezes*.

Verum ſuperiora ſunt intelligenda hoc mo- 22 do, vt quantum ad imponendam pœnam corporalem requiratur plena ſeu vera ſcientia, ſed quantum ad imponendam mitiorem pœnam, & ſic extraordinariam quæ ex culpa conſueuit imponi, ſufficit ſcientia præſumpta vt per famam, vel ſuſpicionem, vt quia malefactor fugiebat, & rumor



rumor erat poſt eum ſecundum Baldum *in l*.1. *C. de his qui lat. occult*. quem refert, & ſequitur Gregorius Lopez *vbi ſuprà*, modo eum citauimus, idem probat Auend. *vbi ſuprà*, *ſub num*.11. *verſic. quod autem*.

23 Obſeruandum igitur erit, quod in receptante generaliter delinquentem vera malitia & animus receptandi debet colligi, & non alia coniectura, vt receptans debeat puniri: faciunt tradita per Rolandum à Valle, *dict. conſil*.45. *num*.28. *cum ſe-*
24 *quentibus*, vbi quod diſpoſitio dict. *l. eos*, non habet locum, quando quis ſcienter etiam receptauerit res furto ſubtractas, non animo, & intentione aliquid lucrandi, ſed gratis vt tantum ſeruiat amico: non enim ex receptatione alicuius perſonæ, vel rei præſumitur dolus, quando ad receptantem commodum non peruenit, vt cum Bald. & aliis, ibi late, probat.

25 Hinc eſt quod ſi quis intrans domum, vel hoſpitium petit bibere, vel aliquod alimentum, quod præſtatur maximè pretio interueniente, iniquum eſſe hunc punire tanquam receptatorem, vel ferrarium, cui equum delinquentis ferro calceauit, vt inquit Auendaño, *ſecunda parte*, *dict. cap*.7. *prator. ſub num*.11. *verſiculo ſexto*, *inferunt*, *vnde idem eſſe*, *en el herrador que hierra el cauallo del delinquente, que paſſo por ſu meſon ò tienda*.

26 Similiter idem eſſet in eo qui retineret homicidas, & fures gratia miſericordiæ, & eo reſpectu celaret, nam videtur licitum ſecundum Angel. *per text. ibi in l. qui vas*, §. *qui ex voluntate*, *ff. de furt*. dum tamen non fiat contra iuſſum iudicis, ſecundum eum quod notandum dicit in praxi Gregor. Lopez *in dict. l*.18. *tit*.14. *part*.7. *in gloſſa*, *ò los encubrieren*, ibi, & *aduerte*, &c. Et quod qui dedit potum, & cibum delinquenti non dicatur receptator Bart. *in l*.1. §. *quod autem*, *ff. de ſeru. corrupt*. Didacus Perez, *in dict. l*.1. *titul*.16. *lib*.8. *ordinament. pagina* 322. *in princip. diximus*, *dict. conſil*.36.

Quod quidem verum non exiſtimo ſaltem in conſcientia, cum iuſſus prædict. iudicis potius ſit interpretandus ad terrorem, quam ad incurrendam illam pœnam, quia aliàs eſſet iniuſtiſſimus, & contra ius diuinum & naturale, & charitatem: necare enim videtur, qui alimenta denegat *l. necare*, *ff. de lib. agnoſc*. præcipuè tempore præciſæ neceſſitatis provt in eo videtur conſtitutus delinquens hic ſtante præd. iuſſu iudicis, ſi omnes obedire tenerentur, ne licitè poſſent ei alimenta miniſtrari: præcipuéque procederet hoc, ſi ignoretur à miniſtrantibus præd. alimenta, iuſſus ille iudicis, iuxta præd. verum idem probo etiam data eius ſcientia dummodo nihil vltra alimenta neceſſaria pro ſuſtentatione præſtentur, ceſſante omni fraude, ob id enim neminem condemnarem, nec conſulo iudicibus aliquem in ea ſpecie condemnent, quinimo cenſeo eos teneri omni iure & in vtroque foro, à ſimili condemnatione abſtinere.

27 Deducitur etiam ex ſupradicta quod qui ignoranter præſtitit equum, arma, vel famulum amico dicenti velle ire in villam, ac deinde hominem occidat, ſi teſtibus id probetur, minimè tenebitur, quia non venit delictum in mentem ſuam, & quia parcendum eſt ei qui bona fide facit, vt *in l. quicumque*, *Cod. de ſeru. fugit*. vbi Bald. *num*.22. *argument. illius text*. hoc expreſsè tenet alios allegans Petrus Plaça *de delict. lib*.1. *cap*.16. *num*.14. Didacus Perez *in dict. l*.1. *tit*.16. *lib*.8. *ordinam. pag*.322. *col*.2. quod & tenuit idem Hippolyt. *in l*.1. *num*.12. *C. ad l. Cornel. de Sicar*. quem refert, & ſequitur idem Didacus Perez *in l*.1. *titul*.10. *lib*.4. *ordinament. colum*.1513. eſtque pro hac opinione, l. regia optima à contrario ſenſu, *l*.10. *titul*.8. *pag*.7. ibi: *Si otro le dieſſe armas à ſabiendas con que ſe mataſſe aſſi miſmo, ò à otro*, &c. tametſi in Hiſpaniæ Regnis apud iudices quos, *Peſquiſidores*, appellamus abſque vllo delectu huc atque illuc præſtantes arma ignoranter maleficio, ac viam delinquenti monſtrantes, tametſi illos ignoret velle delinquere, graues faciunt luere pœnas in optimorum hominum iniuriam, ac iuſtitiæ diſpendium, & Dei optimi maximi irreuerentiam, in innocentium ſanguinem anhelantes, & quamuis oporteat crimina coërceri præcipuè hac noſtra tempeſtate in quo delictorum ſcelera pullulant, ſed non ita proterue, ſed penſata animi deliberatione iudicum, vt hæc præfatur Petrus Plaça *vbi ſuprà*, & profecto d. l. regia eſt contra eos, & vè illi iudici, qui talia fecerit.

Similiter ſtante ſtatuto puniente tenentem 28 vxorem alterius parcitur ignoranti, ſi non diſſimulet ignorantiam, vel cum aliquis vellet eum certiorare, & noluit audire, vel hoc ſcito non dimiſit eam, nam ex perſeuerantia patet id iudicium animi fuiſſe, ita Baldus *in dict. leg. quicumque*, *num*.23. & *num*.25. & cum Hippolyt. Didic. Perez *d. col*.1513.

Ex quibus inferri poteſt ad deciſionem illius 29 quæſtionis, quæ ſæpe contingit. Quidam vocat amicum ignorantem ad maleficium committendum, & rogat vt eum aſſociet, ipſe accepto enſe hoc facit, & obiicitur inimicus illius, & eum interficit, quæritur an iſte aſſocians prorſus ignarus illius facti, & non præſtans auxilium ad illud maleficium committendum teneatur aliqua pœna? Ex ſupra dict. videtur dicendum nulla pœna teneri; ſed non teneri quidem pœna ordinaria probat cum aliis Petr. Plaç. *de delict. lib*.1. *cap*.16. *num*.3. *in princip*. Sed verius meo iudicio reſoluit hanc quæſtionem Didac. Perez *in d. l*.1. *titul*. 10. *lib*.4. *ordinam. colum*.1514. diſtinguens in hunc modum: Vt ſiquidem iſte aſſocians dum vidit illum velle interficere inimicum ſuum, aufugit, vel receſſit data ſibi facultate recedendi, aut non erat poteſtas ſibi commode recedendi, & his caſibus non tenetur per ſupra, dict. intellige, ſi quando non erat ſibi poteſtas commode recedendi, amico non auxiliatus, eſt ſed potius miſſus fuit vere pacem tanquam mediatòr inter eos immittere; ſi vero ſciens noluit recedere habita facultate & copia honeſte recedendi à loco rixæ, ſecus erit dicendum argumento, *l. quis ſit fugitiuus*, §. *idem ait*, *ſi ſeruus*, *ff. de ædilit. edict*. vbi Bald. & Cæpol. *num*. 5. notant illum textum in fauorem famulorum conductorum ad occupandam aliquam poſſeſſionem, vel caſtrum, vt non pu- 30 niantur, ſi certi de qualitate facti recedunt, & vlterius nolunt ſe amplius immiſcere alias ſecus, *l*.12. ibi: *Deuenlo fazer con intencion de ſe tornar à la tierra quanto mas ayna pudieren*, *titul* 25. *pag*.4. & ibi Greg. Lopez *in verbo*, *è no quiſieſſen*, quod ſi aliter res ſe habeat, ita vt nec omnino huiuſmodi aſſocians ſit immunis à culpa, nec reus illius tunc iuxta modum culpæ, & allegata, & probata, nec non & pro qualitate facti, & perſonarum arbitrariè erit puniendus.

Denique, vt hunc caſum de receptatore ab- 31 ſoluamus, adduco quandam ſingularem limitationem, in qua receptator etiam ſciens non tenetur aliqua culpa, nempè quando prohibere non potuit,

potuit, vtpote quando fur vel alius delinquens
erat homo ferociſſimus vandolerius, & ſolus,
vel cum aliis ſociis congregatis vadit ad do-
mum, & dicunt, *Si non aperis portam, impone-
mus ignem*, vel *ſi nos, non recipis, interficiemus
te*, ipſe autem timore perterritus aperit por-
tam, vel eum, inuitus, & compulſus vi coacti-
ua receptat, certè excuſandus eſt, quia reſiſte-
re non poteſt, quia nullus tenetur ſe ipſum per-
dere, ſed conſeruare ſecundum ius naturale, &
nulla lex eſſet rationi congrua, quæ contra-
rium ſuaderet, ſed iniqua & beſtialis, quia lex
debet eſſe poſſibilis, vt in terminis probat idem
Didacus Perez, *in d. l. 1. titul. 16. pag. 322. col. 1.
in verſiculo*, idem etiam *lib. 8. ordinamenti*, vbi
maximè inuehitur contra iudices perquiſitores,
qui contrarium faciunt, & innocentes paupe-
res ſine culpa, & probationibus idoneis pu-
niunt vt animoſi, ſeu potius carnifices ſupremis
iudiciis: contra ius naturale, & diuinum, & hu-
manum faciunt, & condemnationem perpetuam
ſibi acquirunt, ſanguiniſque, & pecunia innoxij
ab eis miſeris in fletu, & ſtridore dentium expen-
denda erit.
32 Poſt hæc ſcripta Farinac. *de furt. queſt. 171.
num. 1. cum pluribus ſequentibus*, late agit de cri-
mine peculatus, & reſidui, & illius pœna, quan-
do locum habeat, & quando non, & conſtituit
regulam, quod omnes illi, qui pecunias publi-
cas intercipiunt, vel auferunt lege Iulia pecula-
tus tenentur; iuxta plura iura, & Doctores quos
ibi congerit, & *num. 3.* ampliat vt peculatus cri-
men committens puniatur pœna deportationis,
& pœna confiſcationis bonorum, & *numeris
ſequentibus*, quod pœna deportationis hodie non
eſt in vſu, & ideo intrabit pœna arbitraria, &
*num. 8.* quod in crimine peculatus habeat locum
etiam pœna pecuniaria quæ eſt quadrupli con-
tra intercipientem bona fiſco incorporata con-
tra autem intercipientem bona non incorpo-
rata eſt pœna dupli, & ſimiliter alias plures
ampliationes, & limitationes aſſignat per totam
quæſtionem, & hoc de iure communi, de iure au-
tem noſtro regio quæ pœna ſit imponenda in
prædicta ſpecie, iam prædiximus, & ſimiliter de
iure canonico.

## SVMMARIVM.

1 *Furta domeſtica an ſint punibilia? & numeris ſeqq. & quæ perſonæ domeſticæ dicantur, in hoc ibidem.*

2 *Familiaris & ſeruitor, qua pœna puniantur pro primo furto domeſtico rerum domini ſui? & numeris ſequentibus, vſque ad finem quæſtionis.*

---

*De furto domeſticarum perſonarum.*

## QVÆSTIO CLX.

1 QVÆRO quid dicendum ſit de furto
domeſticarum perſonarum? Et quidem
contra eos agi non poteſt actione fur-
ti, nempe aduerſus liberos alioſque deſcen-
dentes, vxorem, aut ſeruum, textum *in §. hi qui
in parentum inſtitut. de obligat. quæ ex delict.
naſcunt. leg. ſi quis vxori in principio*, & *in §. 1.
ff. de furt.* & *in l. 2. ff. rerum amot.* & *in l. ſerui,
& filij, ff. de furt. & de furto liberti, vel mer-
cenarij, l. ſi libertus, ff. eodem titul. de liberis, ne-
potibus, vxore, & ſeruo, expreſſa l. 4. in verſicu-
lo, pero ſi, titul. 14. part. 7.* ¶ Vbi tamen per- 2
mittitur patri, & auo & marito moderata coër-
citio, vt in poſterum præcaueat, ſimile quid
admittere, idem in famulis decidit *l. 17. verſicu-
lo, otro ſi, titul. 14. part. 7.* vbi etiam domino
permittitur moderata coërcitio arbitrio ſuo: *De
manera que no lo mate, ni liſie.*, præter recupe-
rationem rei modici valoris ſubtractæ, vbi Gre- 3
gorius Lopez *in gloſſa, por jornal cierto*, intelli-
git quod ibi dicitur *de mercenario*, de illo, qui
ſtat in domo domini ſui, non vero de eo qui
ſtat per ſe ſeorſum, licet laboret ad mercedem,
cum illo, cuius rem furatur, & ita videri proba-
ri *in l. reſpiciendum, §. furta domeſtica, ff. de pœn.*
quod in ſpecie tenet Cepol. *in repetition. authent.
ſed nouo iure eſt, num. 12. Cod. de ſeru. fugit.* vbi
de filio, & vxore, & multis aliis, qui dicuntur
domeſtici, & hæc quando ſupradict. perſonæ
furantur rem parui valoris, agit etiam de his Pe-
trus Gregor. *in 3. part. ſyntagm. iur. vniuerſ. lib. 37.
cap. 12.*

Secus erit dicendum, ſi furetur rem magni 4
valoris, agi namque poteſt contra eas furti, *dict.
l. reſpiciendum, §. furta domeſtica, ff. de pœn.*
& *dict. l. 17.* ibi: *Mas ſi el furto fueſſe grande,
ò de coſa que valieſſe mucho, entonces bien la po-
dria demandar en juyzio à cada vno deſtos con
la pena*, l. 144. ſtyli. ¶ Quæ ll. licet loquantur 5
in famulis, idem tamen eſt, in filiis, & nepo-
tibus, vxore, & ſeruo ſecundum Bartol. &
alios quos refert, & ſequitur Gregorius Lo-
pez *in dict. l. 17. in gloſſa, fueſſe grande*, Anto-
nius Gomez, dicens communem *in tertio tomo
cap. 5. de furt. num. 3.* ¶ Vbi quod reſpectu fi- 6
lij exiſtentis in poteſtate patris iudex dictabit
ſententiam, ſecundum voluntatem patris vt *in
l. 3. & 4. Cod. de patr. poteſtat.* & ibi com-
muniter Doctores. ¶ Et quod dicatur furtum 7
paruum, & magnum in propoſito relinquitur ar-
bitrio iudicis, perpenſis qualitatibus rei furto
ſubtractæ, & perſonarum *dict. l. 17. in verſiculo,
è para ſaber.*

Quinimo ait Ioan. Faber *in §. alia deinde lex,* 8
*numero ſecundo, ad fin. inſtitut. de public. iu-
dic.* quod ſeruitor, & familiaris ſuſpenduntur pro
primo furto, extraneus non, & ſi extraneus in-
uenerit familiarem vterque eſt ſuſpendendus: pro
quo facit, nam vix tuta futura ſit domus, ni-
ſi ſerui cum periculo capitis ſui, dominum, &
ab extraneis, & à domeſticis cuſtodiant, *l. 1.
ff. ad ſenat. conſult. Syllan.* ¶ Et proditionis ſpe- 9
ciem habet crimen furti, quod à domeſticis
committitur, & à famulis quibus omnia com-
mittimus, & grauius ideo puniendi, non ſo-
lum cum facto nocent, ſed etiam ſi funeſta vo-
ce dominum velint accuſare, nam & id ten-
tantibus, ſtatim gladio vltore ſilentium ab ini-
tio ponitur, *l. ſi quis ex familiaribus 20. in or-
din. Cod. de his qui accuſ. non poſſunt.* ¶ Nec pe- 10
ſtis capitalior eſt familiari inimico, *cap. ſi inimi-
cus 93. diſtinctione, cap. quibus 33. quæſtione ſe-
cunda, l. fratres, Cod. de inofficioſo teſtament.*
¶ Si quidem clandeſtinis, & domeſticis frau- 11
dibus facilè quiduis pro negotij opportunitate
fieri poteſt *l. data iam pridem 27. Cod. de donat.*
¶ ac proinde magis delinquit is, cui plus creditur, 12
cum credita fide abutatur, & ideo maiori ſup-
plicio dignus. Et in terminis inuenio affirmare
Doctores



Doctores illam opinionem Ioan. Faber. in praxi
de conſuetudine obſeruari: ſuſpenſus enim fuit
quidam famulus, cui dominus pecuniam tradi-
derat, & ipſe illam in vſus ſuos conuerterat,
13 pro quo famulo fuerat aduocatus Ioan. de Immol.
vt ipſemet refert *in l. ſi tibi dederim, ff. de do-
nationibus, & in l. Caſſius, ff. de ſolut.* quem re-
fert Ioann. Igneus *in l. 1. in principio, num. 91.
ff. ad Syll.* ſubdens, quod ita etiam Rotomagi
fuit pluries iudicatum, idem recenſet Iaſon. *in
l. eius qui §. quæ vero, num. 7. ff. ſi certum peta-
14 tur.* ¶ Idem etiam ſeruatum fuit in quadam an-
cilla, quæ furata fuerat domino ſuo certam
quantitatem auri & argenti, & fuit laqueo ſuſ-
penſa, vt refert Caſſaneus *in conſuetudin. Bur-
gund. folio 48. num. 37.* quem refert Iulius Cla-
rus *in practic. crimin. §. furtum verſiculo, poſſet
etiam*, vbi etiam quod de ancilla illa idem ſer-
uatum fuiſſe in ciuitate Neapoli, atteſtatur Af-
flict. *ſupra, prima parte, conſtitut. Regni rubri-
ca, 63. num. 12.* & Boër. *deciſ. 316. poſt nume-
15 ro 716.* refert, quod quidam famulus pro furto
fuit tranſmiſſus ad triremes; refert etiam Papo.
*lib. 23. titul. 5. Arreſto ſecundo*, quod quidam
mulaterius, qui domino ſuo furatus fuerat no-
tabilem quantitatem pecuniarum fuit laqueo
16 ſuſpenſus, ¶ & addit Clarus, quod tales fu-
res non modo ſunt corporaliter citra mortem
puniendi, vt pluries vidit ſeruari in illo duca-
tu, ſed debent furcis ſuſpendi tanquam graſ-
ſatores, ſeu famoſi latrones, vt dicunt præal-
legati Doctores, & in aliis Prouinciis ſeruatum
17 fuiſſe teſtantur; quinimo inquit etiam Clarus
quod furta domeſtica vidit ipſe quandoque pu-
niri, quando ſunt multiplicata, vt in quodam
Ioann. Iacobo. Cremonen. 7. Nouemb. 1558. ean-
dem ſententiam Fabri, refert, & ſequitur Bernar-
dus Diaz de Lugo *in practica criminal. canonic.
cap. 90. in nouis verſic. adeo*, quod Ioann. Faber
vbi eius addit. *litter. C.* illam probat dicens mo-
ribus, & conſuetudine eſſe receptam; eandem
ſequitur Petrus Gregorius *vbi ſuprà, num. 2.* refe-
rens ex Igneo & Iaſon *vbi ſuprà*, ita fuiſſe ſæpius
iudicatum.
18 Ego vero, & ſi videam magnam eſſe aucto-
ritatem praxis, & conſuetudinis, necnon &
præfatorum auctorum, nihilominus audeo af-
firmare eam opinionem non eſſe iuridicam, ne-
que ſeruandam in praxi, ſed potius famulum
huiuſmodi, ſemotis aliis circumſtantiis, non
eſſe pœna mortis condemnandum, ſed vere-
cundia publica, vel fuſtibus, & in triremes
per tempus à ll. regiis nouiſſimis ſtatutum, nem-
pe pro primo furto per ſex annos, vel ad ſum-
mum in vlterius tempus arbitrio iudicis ratione
illius amplioris qualitatis famulatus, quam adeo
exaggerant, & ponderant DD. vt ob eam cen-
ſeant (ſed rigoroſè nimis atque ſine iure) furca
eſſe ſuſpendendum, quod non probamus.

Primò, quoniam regula iuris communis, &
noſtri regni eſt in contrarium, nempe quod pro
primo furto, quis non debeat regulariter pœ-
na mortis condemnari, vt vidimus *ſupra alia
quæſtione*, ſed hic non eſt de caſibus exceptis,
ergo: &c.

Secundò, quia per ll. nouiores huius regni
nempe *l. 7. & 9. huius tituli 11. lib. 8. noua col-
lect. regiæ*, furibus nulla maior pœna indiſtin-
ctè ponitur pro primo furto extra Curiam com-
miſſo, quam verecundia publica, & triremium
per ſex annos: ergo imponere pœnam mor-
tis famulo, pro primo furto eſt contra prædict.



ll. & fieret ſine l. & contra *dicta leg. 18. titul. 14.
part. 7.*

Tertiò, quia ſi ratione illius qualitatis ſcili-
cet famulatus, quæ videtur aggrauare delictum
iudex velit augere pœnam, poterit quidem il-
lam augere in eodem genere, nempe vel fuſtium,
vel amplioris temporis triremium, citra ta-
men pœnam mortis, vt pluries inquit etiam vi-
diſſe ſeruatum in illo Ducatu, Iulius Clarus
*vbi ſuprà.*

Quartò, quia d. l. 7. *infrà hoc titul. 11. in ver-
ſiculo. Y en los otros*, cauetur, *que en los hurtos
qualificados, y robos, y ſalteamientos en cami-
nos, ò campos, y fuerças, y otros delictos ſemejan-
tes, ò mayores los delinquentes ſean caſtigados
conforme à las leyes deſtos Reynos:* ſed nulla l.
regia cauetur, *que los criados que hurtaren à ſus
amos coſa ninguna ſean condenados à muerte, ſi no
que ſi el hurto que hiziere el criado fueſſe grande,
o de coſa que valieſſe mucho entonçes bien lo podria
demandar en juyzio el amo con la pena a dife-
rencia de quando el hurto domeſtico es de poca
coſa que entonces no ſe puede demandar por via
de hurto, como auia dicho antes la miſma ley:
mas no dize que la pena ſea de muerte: antes la
ley diez y ocho, que luego ſe ſigue. Dize, que por
razon de hurto no deuen matar ni cortar miem-
bro à ninguno, y lo miſmo diſpone el derecho co-
mun*, vt in authent. vt nulli iudicum, § fin. col-
lectione 9. *Luego como pueden en los juyzes dar
pena de muerte por el primer hurto del criado, aun-
que ſea grande no auiendo ley qui tal diga, antes
lo contrario, ni los Doctores que eſcriuen tener
ni aconſejar ſemejante opinion, la practica y co-
ſtumbre que allegan es contra derecho, y rigoroſiſ-
ſima, y ſi ſe ha vſado anſi ha ſido en otras Prouin-
cias eſtrañas, y differentes deſta nueſtra, mas en
Eſpaña no es viſto que ſe haga tal coſa, ni ſe puede
hazer*, per ſup. dicta.

*Lo quinto, por que los argumentos de la opinion
contraria ſolo concluyen que ſe aumente la pe-
na, mas no prueuan que deuida ſe conmute en
muerte*, & ita rectiſſimè P. Foller. *in practic. cri-
minal. canonica, ſecunda parte, cap. 21. num. 9.*
reprobat opinionem Fabri, & ſequacium, di-
cens eſſe ſine l. quem refert, licet eam non pro-
bet Salzed. in addition. ad Bernardum Diaz,
*vbi ſuprà.*

Vltimo, dato, ſed non conceſſo, quod opi-
nio Fabri eſſet vera, & in aliis Prouinciis pra-
cticabilis, in noſtro Regno Hiſpaniæ exiſtimo
eſſet condonandam, & commutandam pœnam
mortis in prædict. ſpecie in triremes, &c. per
l. 7. *infrà, hoc titulo 11.* quæ ſi in aliquo caſu
locum habet, præcipuè haberet in hoc, cum
poſſet ſeruari commodè; in ſumma opinio Fa-
bri, & ſequacium nec vera eſt, nec practicabi-
lis in his regnis. Poſt hæc ſcripta Farinacius
*de furt. quæſtione 174. num. 77. cum ſequentibus,
folio mihi 87.* poſt regulam cum ſuis ampliatio-
nibus declarationibus, & limitationibus, in hac
materia de furto domeſtico, & illius pœna,
quando locum habeat, & quando non attento
iure communi, qui eſt videndus, & *num. 96.* in-
quit, quod non ſequitur opinionem Fabri *vbi ſu-
prà*, ſed nos breuius, & clarius materiam hanc
*ſuprà* explicuimus.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

SVMMARIVM.

1 *Clerici perſonæque Eccleſiaſticæ furantes, qua pœna puniantur, & numeris ſequentibus per totam.*

2 *Cap.* tuæ de pœnis *intellectus, & numeris ſequentibus.*

15 *Clericus condemnatus actione furti efficitur infamis etiam iure Canonico, vt in numeris 16. niſi quando tantum eſſet condemnatus ad reſtitutionem rei furatæ, num.17.*

*De pœna Clericorum furantium.*

## QVÆSTIO CLXI.

1 QVÆRO qua pœna puniantur Eccleſiaſticæ perſonæ furantes? Et quidem iure Pontificio deprehenſæ, vel conuictæ furti à iudice Eccleſiaſtico deponuntur, *cap. Preſbyter* 81. *diſtinct.* & ibi gloſſa *verbo, captus*, & ſi depoſitæ incorrigibiles ſint excommunicantur, deinde contumacia creſcente anathemate percelluntur, & tandem ſi contumaces perſeuerent Curiæ ſeculari dantur caſtigandi, *cap. cum non ab homine, de iudic.* quod intelligi debet quando furtum non eſt leue, ſecus alias, vt quia modicæ quantitatis, aut quia domeſticum, vt cum Abbate *in cap. tua, de pœna*, probat Molin. Theolog. *de delictis, tract.* 2. *diſp.* 695. *num.* 16. *col.* 1120. *ad fin.* vbi quod tunc pœna ſolum arbitraria puniri debet.

2 Sed Innocent. III. *in cap. tua de pœn.* cenſuit, ac præcepit, Clericos in latrociniis deprehenſos degradatos à ſuis ordinibus in arctum Monaſterium debere detrudi, quæ degradatio debet eſſe verbalis, non vero actualis ſecundum Ioan. Andr. ibi & Abb. *in cap. at ſi Clerici, colum.* 2. *verſic. ad tertium de iudic.* & Aretin. *in dict. cap. cum non ab homine, colum.* 11. *verſic. addit. etiam*, quos refert, & ſequitur Bernard. Diaz de Lug. *in ſua pract. crim. & canonic. cap.* 90. ſecundum nouam impreſſionem compluti. Ann. 1587. *in verſic. degradationem.*

3 Quo fit vt ex dict. *cap. tua*, Hoſtienſis *in ſumma titul. de condition. furt.* §. *fin.* ſcripſerit Clericum de hoc crimine accuſatum confeſſum, vel conuictum deponi debere, & in Monaſterium detrudi, de depoſitione non eſt dubium vt in dictis iuribus, & *in dict. cap. cum non ab homine*, & tenet Ioann. Andr. & cæteri, *in dict. cap tua.*

4 Quod autem maiorem difficultatem habet eſt illud, de pœna detruſionis in Monaſterium, an ſit imponenda ſimplicibus furibus, textus, namque *in dict. cap. tua*, quæ hoc præcipit loquitur in Clericis in latrociniis deprehenſis, at vero notoria eſt in iure differentia inter fures ſimplices, & latrones: illi enim ſunt, qui ſemel, aut iterum furantur, hi autem qui ſæpè, ac ſæpius, vt reſoluimus *ſuprà.*

5 Deinde latro dicitur qui de die, & cum violentia quandoque delinquit, fur autem noctu &
6 ſine ea, vt cum Abb. dicit Bernard. Diaz *vbi ſuprà, in verſic. quia latro*, & vt Calepino placuit latrones dicuntur viarum obſeſſores, fures vero, qui occulta fraude decidiunt, ac nocte furantur, licet plerumque indifferenter ponuntur: ſed cum textus ille loquatur in Clericis in latrociniis deprehenſis, videtur fundari in aſſiduitate furandi, ac proinde in famoſis latronibus: quare textum illum intelligit Hoſtienſ. ibi in latronibus, non vero in furibus: quia magis videtur delinquere latro quam fur, ſicque videtur velle quod pœna illius text. non habeat locum in ſimplici fure, & tenet expreſsè Abb. ibi dicens per illum textum, quod eius diſpoſitio non habeat locum in ſimplicibus furibus & ſic, quod licet Clericus pro furto ſimplici poſſit deponi, quod fortè non fiet detruſio poſt depoſitionem, ſequitur Cardin. de Turrecremat. *in dict. cap. Preſbyterum*: eundem intellectum ad illum textum, vt intelligatur de famoſo latrone, qui furca ſuſpenditur, admittit Aretin. *vbi ſuprà, colum.* 9. *verſic. aduerte tamen*, cum quibus tranſit Petrus Gregor. *in tertia parte, ſyntagmat. Iur. vniuerſ. lib.* 37. *cap.* 2. *ſub n.* 23. & mihi quoque placet hic intellectus, ac iuridicus videtur, præcipuè, ne durior pœna ſimplicibus furibus Eccleſiaſticis imponatur pro ſimplici furto, ſed benignior argumento regulæ *odia reſtringi*, &c. & ita eſt tenendum quamuis contra hunc intellectum teneat Bernard. Diaz de Lug. *vbi ſuprà, in verſiculo, ego vero*, exiſtimans dict. cap. *tua* præcedere etiam pro ſimplici furto.

Placet tamen mihi eius opinio dum cenſet 7
ipſe, conſiderandam qualitatem furti, modumque furandi, noctu enim ſine violentia grauius poteſt perpetrari furtum, quam in ipſo lumine Solis, & cum aliqua vi, & quod pœna depoſitionis, & detruſionis iuſtius irroganda eſt, præſertim qui furtum admixtum ſacrilegio perpetrauerit ſummè enim offendit Clericus qui plus cæteris debet ſacra tueri, & reuereri, ſi illa violet, aut offendat in eis: ſimiliter quod ſi Clericus degens in ſeruitio alicuius furtum commiſerit iudex Eccleſiaſticus grauiori pœna debet eum punire, quam ſi extra domum eius cui inſeruit ſimile furtum faceret: quis enim domeſticos fures valebit effugere? eos ſeueriori pœna quam alios à tanto facinore trahat; denique in his Hiſpaniæ Regnis credit, ac conſulit ab Eccleſiaſticis iudicibus obſeruari debere, quod ſicut per ll. regias in locis deſertis commiſſa furta grauius puniuntur, ſic ipſi, Clericos talia perpetrantes grauiori corrigant animaduerſione, necnon, & quoties aliqui Clerici in ſe detinent, ac habere inficiantur, bona, quæ morientes (maximè peregrini) apud ipſos conſtiterint depoſuiſſe, vt ſuis hæredibus, vel aliis perſonis quibus ll. illa dare non prohibent reſtituant, quia hoc grauiſſimum ſcelus iudicandum eſt, cum confidentia à morientibus facta ipſiſque promiſſa negetur, & ſæpiſſimè in concernentibus ſaluationem animæ ideoque zelo maximo iudices hoc ſcelus corrigere, ac punire debent, & ad Bernardum in ſupradictis ſe remittere videtur Iacob. Menoch. *de arbitr. indic. lib.* 2. *centurna* 3. *caſu* 195. ¶ Reſoluimus 8
ergo Clericos Eccleſiaſticaſque perſonas pro furtis ab eis perpetratis, & admiſſis iuxta qualitatem furti modumque furandi puniendos eſſe arbitrio iudicis omnibus rectè perpenſis & conſideratis pœna depoſitionis, & aliis grauioribus ſi qualitas furti, loci & temporis id expoſcat, vel leuioribus ſi furtum vile ſit & modici valoris, ¶ ſic 9
enim generaliter traditum eſt ad pœnam conſtituendam pro furto, conſiderationem perſonarum & furum, & à quibus furati ſunt, habendam eſſe, vt in aliis criminibus quoque ſeruatur, *l. mores* 9. §. *ſed enim*, & *l. in ſeruorum* 10. *l. capitalium* 28. §. *nam*



§. *nam omnes*, & §. *fin. ff. de pœn.* Petrus Gregor. *lib.* 37. *ſyntagmat. iur. vniuerſ. cap.* 10. *in princip.*
10 ¶ Similiter, & loca, vbi & vnde furta fiunt obſeruanda ſunt, vt docet idem Petr. Gregor. ibidem *cap.* 12. vbi bona exempla ponit nempe, loci ſacri, publici balnei, Hoſpitij, Molendini, Horrei,
11 militiæ, ¶ Similiter furtum ex circunſtantiis variis qualificatur, nempe, vis, homicidij, effractio-
12 nis, ¶ grauiter etiam delinquunt fures directarij, qui in alienas ſe dirigunt domus furandi cauſa, & qui velut aliquid negotij habentes in cenaculis aliorum repunt in ea, & ſe occultant, vt ſi non detegantur liberè auferant, quod ſolent ita operari, dum vel ſe alicuius, vel domeſtici ingreſ-
13 ſi antea ſeruos, famulos, vel cognitos dicunt ¶ vt faciunt muſcæ aulicæ, Paraſiti, qui impudenter omnibus ſeſe menſis, & hominum ſocietatibus admiſcent captantes occaſionem interim furan-
14 di, ſi poſſunt vel aliquem decipiendi, dolum tegunt hi directarij plerumque etiam mendici nomine, quocum ad fores eleemoſynas petunt, nec facilè furandi cauſa ibi adeſſe exiſtimentur, interim obſeruant latebras domus in quas ſe dirigunt vt pro eleemoſyna dominos interpellaturi, dum autem & ſurdum dominum, neque quemquam animaduertentem nouerint ſubtrahunt, quæ ſeſe incuſtodita ſibi offerunt, vt de his latius diſſerit Petrus Gregorius *vbi ſuprà, cap.* 4. *num.* 4. vbi *num.* 7. agit de furibus ſaculariis dictis hoc nomine ab Vlpian. *in leg. ſaculary, ff. de extraordinar. crimin.* quod vetitas artes exercentes in ſaculos partem ſubducunt, partem ſubtrahunt: de quorum omnium pœnis Petr. Greg. agit latè in dictis capitibus.

15 Illud prætèrea obſeruandum eſt in propoſito, quod Clericus condemnatus actione furti efficitur infamis ſicut laicus condemnatus ea actione
16 in foro ſeculari, ¶ quia quicumque ſententia ll. eſt infamis, eſt etiam infamis ſecundum canones, niſi reperiatur contrarium deciſum ſecundum Felin. *in cap. qualiter, el ſegundo* §. *ad corrigendos, col.* 5. *num.* 28. *de accuſat.*

17 Limitatur tamen præd. obſeruatio eo caſu quo Clericus ſolum eſſet condemnatus ad reſtitutionem rei furto ſubtractæ, quia per hoc non fieret infamis: poteſt enim intelligi fuiſſe actum conditione furtiua, quæ non infamat, & non actione furti: ita Anan. *in d. c. qualiter*, quem refert, & ſequitur Bernard. Diaz *vbi ſuprà, circa fin. in verſ. nota tamen*, & Petr. Gregor. *dict. lib.* 37. *cap.* 2. *ſub num.* 23. *ad fin.*

SVMMARIVM.

1 *Nautæ, caupones, & ſtabularij an teneantur de rebus furto ſubtractis in ſuis nauibus, & domibus? & an contra eos in litem iurari poſſit conſtito de furto? & numeris ſequentibus per totam quæſtionem: vbi latè agitur de materia.*

2 L. 26. tit. 8. part. 5. & l. 7. tit. 14. partita 7. *intellectus: & concordia:* 1. & 2. *cum ſequentibus.*

9 *Amicus recipiens amicum in domo ſua non tenetur ad cuſtodiam ſuarum rerum in ſua domo immiſſarum* ex edicto, ff. nautæ, caupones, & ſtabular. & *quid de aliis, qui hoſpitantur in domibus viciniis* 4. *ob magnam copiam hoſpitum, & gentium regiarum, num.* 10.

11 *Dominus domus, vel Camera in qua ipſo ſciente, & patiente reliquit rem ſuam, & oſtium apertum, an teneatur de re ſi furto ſubtracta fuerit: & quid in ſcholaribus amicis, & ſociis hoc ſcientibus, & conſentientibus, num.* 12.

13 *Nautæ, caupones, & ſtabularij, quibus caſibus non tenentur ad cuſtodiam rerum immiſſarum in ſuis nauibus, & hoſpitiis, & num. ſeqq.*

18 *Hoſpitis iuramento, an credatur dicenti ſubtractas fuiſſe quaſdam res, contentas in valiſiam, quam ſignatam, vel concluſam tradidit cauponi? & num. ſeqq.*

23 *Furto probato an deferatur ſub valore rerum ſubtractarum domino ipſarum iuramentum, & num.* 24.

25 *Intentans latenter furtum committere, ſed non perficiens quod fuit deprehenſus, an puniatur, ac ſi furtum conſummaſſet?*

25 *Crumenam auferre deprehenſus, qua pœna puniatur.*

*De nautis, cauponibus, & ſtabularis an teneantur de rebus furto ſubtractis in ſuis nauibus, & domibus.*

## QVÆSTIO CLXII.

QVÆRO an nautæ, caupones, & ſtabu- 1
larij teneantur de rebus furto ſubtractis in ſuis nauibus, & domibus, & an contra eos in litem iurari poſſit conſtito de furto? & eos teneri non videtur dubium; imò eſt regula affirmatiua, quod teneantur Peguer. *deciſ. criminal.* 45. *num.* 1. ait namque leg. 26. tit. 8. part. 5. *Onde mandamos que todas las coſas, que los homes que van camino por tierra, ò por mar, metieren en las coſas de los oſtaleros, ò de los taberneros, ò en los nauios que andan por mar, ò por los rios aquellas que fueren, y metidas con ſabiduria de los ſeñores de los oſtales, ò de las tauernas, ò de las naues, è de aquellos que eſtuuieren, y en lugar de ellos que los guarden de guiſa que ſe no pierdan, ni ſe menoſcaben, è ſi ſe perdieſen por ſu negligencia, ò por engaño que ellos fizieſen, ò por otra ſu culpa, ò ſi las furtaſen algunos de los homes que vienen con ellos, ellos ſerian tenudos de les pechar todo quanto perdieſen, ò menoſcabaſen. Ca guiſada coſa es, que pues que fian en ellos los cuerpos, è los aueres, que los guarden lealmente à todo ſu poder de guiſa que no reciban mal, ni daño è lo que diximos en eſta ley entendieſe de los oſtaleros, è de los taberneros, è de los ſeñores de los nauios que vſan publicamente à recibir los homes tomando de ellos oſtalaje, ò loguero: y lo miſmo dize deſpues la dicha ley, ſi los recibieren por amor no tomando de ellos ninguna coſa fueres ende en los caſos en ella ſeñalados y exceptados.*

Sed contra deciſionem prædict. l. part. ibi, *ò ſi* 2
*las furtaſen algunos de los homes que vienen con ellos ſerian tenudos de los pechar, todo quanto perdieſen, ò menoſcabaſen*: videtur eſſe alia expreſſa, nempe l. 7. *titul.* 14. *part.* 7. quæ eſt huiuſmodi.

*En la caſa, ò en ſu eſtablia, ò en ſu naue recibien-* 3
*do vn home a otro con ſus beſtias, ò con ſus coſas por oſtalaje, ò por precio que reciba, ò aya eſperança de recebir de ellos, ſi el oſtalero miſmo, ò otro qual-*

*quier per ſu mandado, ò por ſu conſejo furtaſe alguna coſa à aquellos que aſſi recibieſe tenudo es de pechar la coſa furtada à aquel cuya es con la pena del furto. E ſi por auentura no lo furtaſe el mas algun ſu home que eſtuuieſe con el à ſoldada, ò de otra guiſa tenudo es: Otro ſi el oſtalero de pechar doblada aquella coſa que le furtaren mager, no fueſe hurtado por ſu mandado, ni por ſu conſejo, por que el es en culpa teniendo home malfechor en ſu caſa*, & hæc ſunt indubia, intrat nunc difficultas: *Mas ſi lo furtare otro eſtraño, è el oſtalero no fueſe en culpa del furto, entonçe no ſeria tenudo de la pechar: fueras ende ſi la ouieſe el recibido en guarda de aquel cuya eranca entonçes tenudo ſeria de la tornar, ò la eſtimacion*, cuius contrarium ad literam probare videtur, dict. leg.26 in verbis ſupra relatis quomodo igitur hæ duæ leges regiæ partitarum intelligendæ, & concordandæ ſunt?

4 Meo iudicio, vt euitemus correctionem inter ſe, intelligendæ ſunt iuxta ius commune, nempe quod hoſpitator teneatur etiam de facto viatorum & exercitor etiam de furto, ſeu damno alienorum vectorum, vt *l.1. § fin. cum leg. ſequenti, ff. naut. caupon. & ſtabul.* quando enim ipſe recepit tenetur de facto etiam viatorum, ſeu vectorum. Si vero ipſe non recepiſſet, tantum tenetur de facto ſuorum, quos in naui, vel caupona habebat, non de facto viatorum, vt habetur *in l.1. § ſerui ad fin. ff. furt. aduerſ. naut.* & ibi gloſſa, & Bart. ita intelligunt, tenetur enim de facto, ſuo, & ſuorum ratione officij, vt per Anton. Gomez. *tit. de commodat. ſub num.2.* ibi, licet ſecus, vbi, quod nauta, caupo & ſtabularius, ſi in eorum præſentia aliqua res ponatur ab hoſpite, & ſit furata, tenetur eam ſoluere, vt *in dict. l.1. § fin. ſi naut. caupon. & ſtabul.* & ibi Bald. & alij DD. Gregor. Lopez, *in dict. l.7. in gloſſa recibi lo en guarda*, idem *in dict. leg.26. in verbo que tienen*, & D. Azeued. *in l.7. tit.11. lib.9. nou. collect. reg. num.19. in verſic. ex quo etiam*, & hoc eſt quod expreſsè approbat *d. l.7. tit.14. part.7.* quam non citat, ibi Azeued. ſed inquit, quod ita declarabit, & intelliges dicta per Auend. *1. part. cap.8. prætor. num.5. in principio*, & per Rebuff. *in ſecundo tomo conſtitut. Franciſc. titul. de hoſpitib. num.7.* dicentes pro furto aduenæ, & viatoris cauponem non teneri, hæc tamen iure communi, & attenta *dict. l.7. in verſiculo, mas ſi lo furtare*, ſine difficultate procedunt & probat latè Peguer. *deciſ. crimin.45.* vbi regulam conſtituit, quod ſi res in caupona recepta non reſtituatur, vel furto ſit ablata, aut damnum in ea datum, aduerſus exercitorem cauponæ actio in factum datur, ab hac regula excipit *num.2.* quando aliquis ex viatoribus, vel quiſpiam alius rem abſtulit, vel damnum dedit vt *in l. vnic. § penult. & vltim. ff. furti aduerſ. naut.* &c. vbi habetur cauponem viatorum factum præſtare non teneri & *num.3.* inquit hanc exceptionem primo intelligendam eſſe, niſi cauponi res ſpecialiter ſit aſſignata, & data cuſtodienda: quia hoc caſu aliorum factum præſtare tenetur, vt *in l.1. § fin. cum duabus legibus ſeqq. ff. naut. caupon.* &c. Et hoc credit verum niſi in caupona vis maior contigiſſet, per quam res periret, quia tunc caupo, contra damnum paſſum de dicta vi exceptionem proponere poſſet, per text. *in l.3. § inde Labeo, ff. eodem tit.* ibi, *Labeo ſcribit*, &c. Secundò, dicta exceptio habet replicationem, quando aliquis ex his qui in caupona habitant furtum fecerit, quia tunc caupo eorum factum præſtat, vt expreſsè cauetur *in l. licet, § an factum eodem tit.* ita Peguer. *vbi ſupra, num.5.* vbi *num.6.* inquit, quia tertia illius exceptionis replicatio eſſe poteſt, niſi aliquis ex his quos caupo, cauponæ exercendæ cauſa, ibi habet, furtum fecerit, vel damnum dederit, tunc enim caupo pro illis tenetur, vt *in l.1. in princip. ff. furti aduerſ. naut.* &c. ibi: *in eos qui nauis*, &c. Et *in verſic. caupo*, & tandem reſoluit, cauponem de damno, aut furto quod in caupona factum eſt teneri actione, quaſi de maleficio, vt ibi probat dicens quod ita practicando ſeruatur.

5 Non tamen aduertunt noſtrates ad *dict. l.25.* licet eam allegent probantem contrarium expreſsè, nempe huiuſmodi nautas, hoſtalarios, caupones, & ſtabularios teneri de furto viatorum ex ſola ſcientia immiſſionis rerum in ſuis nauibus, & domibus abſque eo, quod in cuſtodia eas receperint, dum inquit ibi: *ò ſi los furtaſen algunos de los homes que vienen con ellos*: ergo loquitur de viatoribus; oportet igitur vt tenentes præfatam reſolutionem, quæ veriſſima eſt, & tenenda in praxi, & in puncto iuris reſpondeamus, *d. l.7.* in verbis præcitatis.

Sit igitur reſponſio, literam l. illius, vt credo eſſe corruptam dum inquit *que vienen*, debet enim dicere, *que vienen*, ſcilicet *con ellos*, quod colligo ex verbis præcedentibus, & ſubſequentibus, quæ proculdubio, vt patet loquuntur de ipſis nautis hoſtalariis, cauponibus, & ſtabulariis, ſed venire cum iis non propriè dicuntur cum illi non veniant, ſed conſiſtant:

Ergo intelligitur de viuentibus cum eis, hoc eſt de ſeruis, & famulis, pro quibus quidem tenentur nautæ, caupones, & ſtabularij, atque hoſtalarij pro qua intelligentia præſto nobis adeſt *lit. dict. leg.7. in verſiculo, è ſi por auentura*, hoc idem probans ad literam, vt ſupra vidimus loquitur enim in ſeruis, & famulis recipientium hoſpites *por oſtelaje, ò por precio*, aliquid eorum furantibus, vt pro eis quidem teneantur, *aunque ellos no ſe lo huuieren mandado, ni aconſejado, por que ſon en culpa teniendo home mal hechor en ſu caſa*, hoc igitur eſt quod voluit etiam probare, *dict. leg.26.* quamuis litera eius, nempe, *que vienen*, corrupta eſſe appareat vel ſaltem impropria, vt intelligatur, *de los que vienen*, id eſt, *andan con ellos*, ſcilicet, *con los ſeñores de la naue, oſtelajes*, &c. Nam aduenientes cum hoſpitibus, referri non poteſt ſalua ratione recti ſermonis, vt conſtat ex præcedentibus, & ſubſequentibus: nimirum igitur, vt ex eis verbum medium dubium, vel improprium declaretur, atque interpretetur iuxta *leg.1. ff. de reb. dub.* & ibi notant DD. quod verbum dubium vnius diſpoſitionis declaratur, & intelligitur per aliud verbum clarum eiuſdem diſpoſitionis, idem probant, *l. heredes palam, § ſed etſi notam, ff. de teſtament.* & *in l. vtrum*, & ibi Bald. Angel. *ff. de petit. hered. l. ſi ſeruus plurium, § fin. ff. de legat.1.* diximus latè *conſil.30. num.2. cum ſequent.* præcipuè ad euitandam correctionem legis eiuſdem voluminis.

Denique, quia quando lex voluit loqui de aliis, quam domeſticis non eos appellauit *vienen con ellos, ſino otro eſtraño*, & tunc ad hoc, vt pro furto eius teneantur nautæ, & hoſtalarij, & ſimiles requirit quod res furatas ab extraneo receperint prius in cuſtodiam, à domino earum alias non tenebuntur, vt inquit *dict. l.7. in verſiculo, mas ſi lo furtare*, viatores enim furantes, non dicuntur familiares, ſed extranei



propriè loquendo: Deinde quia ſi verbum illud *que vienen*, intelligeretur de venientibus cum hoſpitibus, videtur per id excludi furtum commiſſum ab aliis extraneis, cum eis venientibus: at in vtriſque eſt eadem ratio, vt pro eis recipientes hoſpites ex officio non teneantur, niſi in cuſtodiam receperint prius res hoſpitum, quæ poſtea contrectantur in ſuis nauibus, & hoſpitiis: ergo nullo modo verba illa, *que vienen con ellos*, intelligi poſſunt de venientibus cum hoſpitibus, de quibus ibi non loquitur, ſed de venientibus cum nautis, hoſtalariis, & ſimilibus, vel ſaltem de venientibus cum eis, hoc eſt de ambulantibus cum illis, pro quo facit *leg. fin. verſic. ni con mandado, tit.13. part.7.*

6 *Pero ſi fuere ſieruo eſte que hizo el hurto*, dize la dicha ley ſeptima: *Entonce en es cogencia es del ſeñor de deſamparar el ſieruo en lugar de la coſa furtada, ò de la pechar doblada, qual mas qui ſiere*, & ibi Gregorius Lopez *in gloſſa ſieruo*, allegat iura concordantia & reddit rationem, quia ignoſcendum eſt ei, qui ſuam familiam ſeruorum non repulit, quantumcumque cognouerit eam prauam & ideo prædict. leg. regia dat electionem prædictam domino ſerui quæ ratio mihi minimè placet, cum potiùs teneatur dominus familiæ familiam prauam repellere vel ſaltem corrigere, & contrarium faciendo ſit in culpa.

7 Quod ſi famulus fuerit liber exhibendo eum dominus non liberatur, vt per Azeued. *in leg.6. tit.11. lib.7. num.19.* ibi ampliat etiam.

8 Sed & in alio dict. leges partitarum videntur contrariæ, dict. enim lex 26. loquitur ſiue prædict. nautæ, hoſtalarij, caupones, & ſtabularij mercedem recipiant ſiue gratis id faciant vt patet ex eius verbis, ibi: *tomando dellos oſtalaje, ò loguero ò por amor no tomando de ellos ninguna coſa*: at dict. leg. ſeptima videtur requirere: *que lo acojan à los hueſpedes por oſtalaje, ò por precio*, vt patet ex ea poſt principio, in illis eiſdem verbis *por oſtalaje, ò precio*, innuens aliud fortè eſſe ſi gratis id faciant cuius contrarium decidit, dict. leg.26. in verbis præcitatis: ergo, aut vna vel altera procedere non poteſt.

Nihilominus tamen, obſeruandum eſt, nullam repugnantiam continere inter ſe has leges, ſed vtramque rectè procedere in ſuo caſu, illa nempe 6. dum probat idem eſſe, *en los que reciben hueſpedes ſin paga ſi no de gracia*, nempe vt teneantur ad cuſtodiam, ac ſi mercedem pro hoſpitio reciperent, loquitur expreſsè, & procedit quando huiuſmodi recipientes habent officium hoſpitandi, & recipiendi pro mercede ſumpta, ſecus ſi non haberent huiuſmodi officium, & quod probat ex eadem l. ibi, *en eſta miſma manera, dezimos, que ſon tenudos de los guardar eſtos ſobredichos, ſi los reciben por amor no tomando de ellos ninguna coſa*: Expende verba *eſtos ſobredichos*, quæ, vt ex eadem leg. in ſuperiori parte patet, ſunt hoſtalarij, tabernarij, & nautæ, & præterea ſic intelligendum eſſe leg. illam docet ibi Gregorius Lopez, *in gloſſa por amor*: at vero dict. leg.7. dum innuit quod ſi gratis recipiant, non tenebuntur ad cuſtodiam, debet intelligi in aliis perſonis, quæ id non habent ex officio, ſecus ſi ſint ſoliti mercede recipere omnes viatores licet amore, & ſine pretio aliquem recipiant, quia tenebuntur quoque ad cuſtodiam, ac ſi mercedem pro hoſpitio recepiſſent ex dict. leg.10. per quam eſt interpretanda & declaranda in hunc modum, dict. l.7. præmaximè cum nihil expreſsè diſponat, nec decidat quando ſine mercede recipiunt, & ſic remaneat hic caſus omiſſus ſub diſpoſitione, leg. prioris nempe dict. leg.26. argumento *leg. commodiſſimè, cum ſimilib. ff. de liber. & poſthum.*

9 Ex hac leg. ſingulari, & vera legum regiarum concordia, & intelligentia venit probanda deciſio, & doctrina mirabilis Speculatoris *in titul. de furt. verſiculo, ſi amicum*, quam deſumpſit à Rofredo in ſuis libellis nempe, quod ſi amicus recepit amicum in domo ſua non tenebitur ad cuſtodiam ſuarum rerum in eam domum immiſſarum *ex edicto, ff. naut. caupon. & ſtabular.* vt neque etiam teneatur ex dict. leg. ſeptima, quam doctrinam ſequitur Alber. *in leg.1. ff. naut. caupon. & ſtabular.* & Gregor. Lopez *in d. l.26. in gloſſa, Oſtaleros*, dicens probari ex ea leg. ibi: *è lo que diximos en eſta ley entiendeſe de los oſtaleros, è de los tauerneros, è de los ſeñores de los nauios, que vſan publicamente à recibir los homes tomando de ellos oſtalaje, ò loguero, ò por amor*, idem Gregor. Lopez *in d. l.7. in gloſſa por oſtalaje, ò por precio, ſtatim in princip.* & remiſſiuè, D. Azeued. *vbi ſuprà, num.10.*

Neque huic opinioni obeſt lex *licet gratis, ff. eodem titul.* vbi dicitur, quod ſi gratis nauigaueris, vel in caupona gratis diuerteris non tam actiones in factum tibi denegabuntur ſi damnum iniuria paſſus es: Alber. namque ibi ſoluit, vt intelligatur (paſſus es) à recipiente, ſecus ſi ab alio, quia talis recipiens ad cuſtodiam non tenetur & facit dict. leg. ſeptima, *in fin.* dum dicit, *porque toman ende ſu derecho*, ſecundum Gregorium Lopez *ibidem in gloſſa prædict.* mihi vero nonnullam diuinationem quinimo, & violentiam hunc intellectum continere videtur, ideo melius explico nullam nobis difficultatem facere prædict. leg. cum loquatur in his perſonis, qui id habent ex officio mero de acceptis ab aliis, vt patet ex litera, cui conſonat dict. leg.26. *in verſic. en eſta miſma manera*, nos vero de his non agimus, ſed de amico, qui ex officio id non habet, nec aliquem recipit hoſpitio, mercede accepta, ſed ex mera amicitia.

10 Quid autem ſit dicendum de non caupona, quando rex venit ad ciuitatem cum magna comitatiua, ita vt non ſufficiant hoſpites ad eos hoſpitandos, vnde ſicut moris eſt iſte hoſpitauit in domo ſua aliquos de gentibus regiis, nunquid ſi perdant aliquas de rebus ſuis, procedatur contra illum, ex illo titulo ſicut contra hoſpitem qui publicè tenet hoſpitium, videndus eſt Gregorius Lopez *in dict. l.7. gloſſ.1. in verſiculo, quærit etiam*, Alberic. *tit.14. part.7.* vbi relatis aliorum opinionibus inquit fortè in hoc eſſe dicendum, quod ſi iſte qui ſic recipit ex rebus, quas dabat & computabat conſequebatur commodum prout conſequuntur hoſpites publici, ita etiam teneatur ex *d. l.7.* cum dicit (*por oſtalaje, ò por precio*) ſi vero nullum exinde commodum conſequebatur non teneatur, ſicut non tenetur amicus qui libenter accipit amicum: ergo multo fortius non tenebitur qui coactè, & inuoluntariè recipit ad hoſpitium.

11 Hinc etiam probanda venit altera doctrina Anton. Gomez. *ſecundo tomo, variar. titul.7. de commodat. & depoſit. ſub num.2. in verſiculo, ſecus tamen eſt*, dicentis, quod ſi quis ponat rem in domo, vel Camera alterius ipſo ſciente, & patiente extra cauſam depoſiti, & exeat de domo, vel Camera relinquens oſtium apertum ſi

res

res furto ſit ablata non tenebitur alter, niſi probetur doloſe feciſſe, quia non præceſſit inter eos contractus ex quo teneatur ad cuſtodiam, licet ſecus ſit ratione officij aſſumpti, vt nautæ, caupon. & ſtabul. &c. vel niſi deponens huiuſmodi dixerit depono iſtam rem penes te, vel trado tibi in cuſtodiam & alter expreſsè vel tacitè, conſentiat, quod ibi ponatur; quia tunc indiſtinctè tenetur, modo id habeat ex officio, quia cenſetur recepiſſe in depoſitum, ac ſi ibi tradita fuiſſet & ſic tenetur actione depoſiti, vt ibi probat & allegat Paul. de Caſtr. & alios hoc tenentes refert, & ſequitur Azeued. *in leg. fin. tit.3. num.25 lib.4. nou.collect. reg.* pro quo adduco bonam, *leg.7. tit.3. part.5.* ibi: *è le callaſe è no lo contradixeſſen.*

12 Similiter etiam idem erit dicendum quando vltra ſcientiam, ac patientiam concurrit amicitia, & ſocietas habitationis, vt in ſcholari ponente librum in Camera alterius ſcholaris illo ſciente, & patiente ſententiam Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolit.* 308. *num.*16. vbi alios allegat.

13 Tres caſus excipit à ſua regula (quam in principio huius quæſtionis retulimus) *dict. leg.*26. *tit.*8. *part.*5. in quibus nautæ, caupones, hoſtalarij, & ſtabularij, non tenentur de periculo rerum in ſuis nauibus, & domibus inuectarum, & illatarum ab hoſpitibus.

Primus eſt, *quando antes que lo reciba le dize, que guarde bien ſus coſas que no quiere el ſer tenudo de las pechar ſi le perdieren.* Hinc confunditur opinio Auendaño *vbi ſupra, ſecunda parte, cap.8. pret. ſub num.*4. dum tenet regulam præfatam procedere etiamſi ſtabularius proteſtetur in contrarium, quia cum ex neceſſitate officij inquit ille teneatur, proteſtatio officio contraria nihil iuuat ex doctrina Immol. *in cap. cum manu de electione*, & Auendaño in hoc ſequitur Azeued. *vbi ſuprà, num.*19. ſed horum noſtrorum opinio ſuſtineri minimè poteſt, quia expreſsè contradicit prædict. leg. partitæ in verbis modo relatis ad quam illi non aduerterunt, ſed negligenter ſe habuerunt quare cauendum eſt ab eorum opinione in hoc in praxi, & ideo melius ipſe Auend. *ſub num.5. in verſic. item etiam,* mutauit ſententiam ſuam.

14 Secundus caſus fallentiæ eſt, *ſi le moſtrare ante que lo recibieſe, arca, ò caſa, è le dize; ſi aqui queredes eſtar meted en eſta caſa, ò en eſta arca bueſtras coſas, è tomad la llaue de ella è guardad las bien*, ex quibus verbis rectè notauit ibidem Gregorius Lopez, quod ſola clauium traditio non liberat hoſpitantem à periculo cuſtodiæ de qua tenetur, niſi & addat hoc verbum, ſcilicet, *è guardad las bien*, ex hoc enim tacitè videtur ſe eximere à cuſtodia, & transferre eam in hoſpitem reprobata gloſſa *in leg. fin. in verſiculo, item ſi prædixerit, ff. naut. caupon. & ſtabular.* quæ dicebat, quod ſola traditio clauium liberauit eum à leuiſſima culpa, hoc enim verum non eſt & gloſſa loquitur ex capite, nihil allegans ſecundum Bald. ibi poſt Iacob. de Rauen. quia ex hoc daretur cauponibus materia delinquendi & habendi claues duplicatas, vt latius ibi recitat Alber. licet Angel. *in leg. §. 1. ff. furt. aduerſ. naut.* teneat opinionem gloſſæ illius: ſed priorem opinionem tenet etiam Auendaño *vbi ſuprà, ſub num. 5. in verſic. ſi autem traderet claues*, &c. quia magis videtur tradita clauis, vt res ponat hoſpes in abſcondito, quam vt liberetur à cuſtodia, quem refert, & ſequitur Azeued. *vbi ſuprà. num.19. in verſiculo, quod intellige*, vbi citat dict. leg. 26. & ſic intelligit Rebuffus *vbi ſuprà titul. de hoſpitib. num.9.* tenentem quod ſi caupo viatori ſuo tradidit claues, liberatur à cuſtodia, & non tenebitur de ſubtractis in illo cubiculo.

Tenenda eſt igitur menti dict. lex partitæ in 15
ſecundo prædict. caſu ſecundum Gregorium Lopez, quia de iure communi non reperit ita bene expreſſum, & ſecundum Albericum & Iacob. de Cau. idem dicendum eſt, & ſi appoſuerit cuſtodem ad cameram ſuam, vt nihilominus hoſpitans teneatur argumento, *leg. quarundam, ff. de acquirend. poſſeſ. & leg. fin. Codic. de pact. conuent.* quod verius videtur ſecundum Gregorium Lopez, *ibidem*, licet aliud voluerit Baldus *in dicta lege, fin. §. item ſi prædixerit, & in Rubrica Cod. de poſit.*
§ non tamen poterit hoc caſu iurari in litem contra nautas, & cæteras perſonas ſuper rebus ſupradictis, quando non conſtat eum aperuiſſe iuxta communem ſententiam quamplures citans refert, & ſequitur addit Bernard. Diaz *in regula* 186. *in prima limitat.* & Maſcardus *de probat. 2. volum. concluſ.*832. *num.*23. *&* 24. 16

*El tercero caſo que ſaca de ſu regla la dicha ley de partida es ſi ſe perdieſen las coſas por alguna ocaſion que auinieſe aſſi como fuego que las quemaſe, ò por auenidas de rios, ò ſi ſe derribaſe la caſa, ò peligraſe la naue, ò ſe perdieſen por fuerza de enemigos que perdiendoſe las coſas por alguna deſtas maneras ſobre dichas, que no auinieſe por engaño, ò por culpa de ellos: entonces no ſerian tenudos de las pechar*, idem iure communi probat *lege 2. §. 1. verſicul. niſi quod damno fatali contigerit, ff. naut. caup. & ſtabul.* poſthæc ſcripta plura in hac materia de iure communi congerit Farinac. in ſuis fragmentis *crimin part. 1. verbo caupones, nauta, & ſtabularij*, ſed clariora ſunt & de iure noſtro regio, quæ in hac quæſtione diſſeruimus. 17

Modo videndum eſt quid dicendum ſit, quando hoſpes manticam, peram, vel hippoperam, quam vocant valliſſam ſignatam, vel concluſam dederit nautæ, cauponi, vel ſtabulario, aut hoſtalario, & poſtea reddatur aperta, vel quidpiam ex ea ſubreptum ex illa dicatur, in quo ſunt variæ opiniones. 18

Bart. enim *in l.1. §.h. num. 5. ff. ſi famil. furt. deciſ. dicatur*, tenet non credi iuramento hoſpitis dicentis, quod aliquæ res, quæ erant in valliſa fuerunt ſibi furto ſubtractæ, ſed quod debeat prætor torquere familiares, vel domeſticos domus & alios, qui erant in domo, ſubdens quod cum Piſis ei occurriſſet ita de facto obſeruauit, & inquit Alexand. ibi in apoſtilla hoc eſſe notandum & quod quotidie ita ſeruatur quos refert Iulius Clarus *in pract. crimin. §. furtum in verſicul. pro complemento*, D. Azeued. *vbi ſupra*, vtrobique qui, quod Auendaño *vbi ſuprà, dict. n.5.* & alios quos referunt, inquit, inquiſitionem ſemper fieri poſſe contra ſtabularium, & attenta quantitate perſonæ & indicij poſſe torqueri: adde tu, & quantitatem cauſæ, ſequitur alios referens Igneus Salzed. in addit. ad Bern. Diaz *in reg.186. lib.15.* maximè in famulis præd. niſi ipſi vel eorum famuli bonam famam probarent, ſi contra eos non eſſent alia indicia ſecundum Bald. & Alc. quos citat addens quod ſi contra eos indicia vrgentia fuerint, probatio bonæ famæ minimè illis ſuffragatur.

Nihilominus tamen verior & magis communis



nis ſententia eſt in præd. ſpecie contra Bart. ſtandum eſſe iuramento hoſpitis ſuper rebus ibi exiſtentibus, quas dicit furto ſubtractas cum valiſiam, ſeu fardelum tradidiſſet cuſtodiendum clauſum, vel ſigillatum, & ſibi redditur apertum, vel diſigillatum, quam tenet Bart. ſibi contrarius *in l. in actionibus num. 13. verſic. quod ſi ego, ff. de in lit. iur.* dicit communem opinionem Iaſ. *in d. l. in actionibus, numer. 41. ff. de in lit.* iurand. quem & alios citat Bernard. Diaz *in regula* 189. communem quoque affirmat Paul. Pariſ. *conſ. 74. num. 1. & ſequentibus lib.* 1. Cagnol. *in l. 1. numer. 130. C. de edend.* Franciſc. Duar. *in d. l. in actionibus verſic. quia iudex æſtimare*, quamuis conetur eam euertere, & Iulius Clarus eam ſequutus *dicto §. furtum verſic. pro complemento*, propter huiuſmodi genus hominum furaciſſimum, & ideo ad reprimendam eorum improbitatem putat quod in practica bonum ſit, ſeruare eam, dicens eſſe magis communem ex quo eandem dicit receptiorem, & æquiorem, atque ſequendam in praxi Petr. Gregor. *lib. 37. ſynt. iur. vniuerſ. cap.5 ſub num.5.* & plures citans Maſc. *de probat. 2. tom. concl.*832. *num.* 10. *&* 11. eandem affirmat eſſe communem plures citans, & ab ea non eſſe recedendum Ignat. Salc in addit. ad Bernard. Diaz de Lugo *vbi ſupra d. reg.* 186. ſequitur ſimpliciter Auend. *vbi ſupr. ſub n.6. in fi.*
19 § Et procedit hæc communis opinio, & ſententia, vt tenent fere omnes S. citati in nauta, caupone, & ſtabulario, mulione, ſeu alio cuſtode, vel depoſitario: & in ſpecie depoſitarij idem probat cum communi Anton Gom. *2. tom. var. cap. 7. ſub num. 2. in verſ. item adde el 2.* & Azeued. *in d. l. fin. tit. 2. num.19. lib.4.*

20 § Et in hac ſpecie ad hoc vt locus ſit iuramento non eſt neceſſe quod hoſpes aperuerit valiſiam cauponi, ita quod caupo ſciret, quæ res eſſent in valiſia quidquid dixerit gloſſa *in l. 1. §. fin. in verb. in naui. ff. naut. caup. & ſtab.* nam illa gloſſa communiter reprobatur ex Iaſ. *vbi ſupra num.43.* Pariſ. *d. conſ 74 num.5.* Iulius Clar. & Petrus Gregor. *vbi ſupr.* & Maſc. *vbi ſupra n.* 12. & hæc eſt communis ſententia aduerſus gloſſ. illam vt plures citans affirmat Ign. Salc *vbi ſup. in 2. ampl.* aſſignans rationem, quia eſſet equidem nimis durum, ac periculoſum quod quis res ſuas, & ſui patrimonij ſecreta panderet argumento, *l. 2. C. quando, & quibus 4. p. deb. lib.*10. *& in l. 2. C. de alim. pup. præſt.* necnon, & Farin. *vbi ſupra in fragm. caup. ſi valiſia fuerit data clauſa num.43. fol.50. & num.15. ſequent* vbi alia plura in materia adducit bene eam declarans, qui rurſus *in tit. de furt. quæſt. 76. num.19. cum ſequent.* latè, etiam agit, an furti quantitas, & valor, & quando probetur iuramento illius cui furtum factum fuit.

21 Procedit iam præfata prior communis ſententia, licet non conſtet, quod nauta vel ſ. d. perſonæ aperuerint ipſi, vel diſigillauerint valiſiam vel capſam, vel alia ſimilia; quia adhuc hoc caſu iuramento hoſpitis ſtandum eſt circa res ablatas; ex quo præſumptio eſt, quod ipſi præmiſſi aperuerint: nam licet Bart. contrarium teneat *in lege 1. §. fin. verſ. 2. quæro ff. furt. aduerſ. naut. cap. & ſtab.* eius tamen opinio dicit communiter reprobatam Paul. Pariſ. *d. conſ. 74. numer. 3. cum ſequentibus* vbi refert qualitates repoſitas *volum.* 1. & Cagn. *vbi ſupra* qui ſatisfacit rarioribus Bart. & Curt. Iunior. *in d. l. in action. num.59. in verſ. circa 5. ff. de in lit. iur.* quos ad hoc refert idem ſequutus Ignat. *vbi ſupra in 2. ampliatione.*

Limitatur tamen communis prædict. ſententia quindecim modis, vt latiſſimè id proſequitur Ignatius Salced. *vbi ſupra*, qui eſt videndus in facti contingentia, & circa nonnullos eorum Maſcard. *vbi ſupra numer. 13. cum ſequentibus.* 22

Sic etiam generaliter videmus pro regula traditum, quod furto probato dominus rerum ſubtractarum poterit ſuo iuramento probare res licet de eis non appareat vt docet Bart. *in l. in actione num. 1. ff. de furt. & in l. qui tabulatum numer. 2 ff. eodem*, ſequitur plurimos congerens & dicens eſſe communem opinionem ex teſtimonio aliorum quos citat Maſcard. *vbi ſupra numer. 1. & 2.* 23
§ Vbi etiam quod rei ſubtractæ valor, ſeu æſtimatio per iuramentum illius cui res ipſæ ſubtractæ fuerint probari poſſit, *& num. ſeqq.* quomodo hoc intelligendum ſit declarat. 24

Quod ſi quis intentaſſet furtum committere, ſed illud non perfecit, vt ſi in domo aliena reperiatur abſconditus ad furandum, aut dum aperire, aut præſcindere marſupium alienum eſt aggreſſus, ſentitus ac deprehenſus fuit non cenſetur furtum commiſiſſe, ac proinde, nec actio furti aduerſus eum datur, *l. vulg. §. qui furti, ff. de furt.* & cum nihil ſit furatus cum effectu, non competet aduerſus eum actio furti ad pœnam pecuniariam dupli, quadrupli, aut ad aliam ſimilem vt in terminis tenet D. Molin. Theolog. *de delict. tract.2. diſp.695. num.11. col.*1212. vbi addit, & probat iure, poſſe aduerſus eum agi actione iniuriarum, cum iniuria ſit ingredi domum alienam inuito domino, vt in *l. is qui domum, ff. de iniur.* & maxime animo furandi, vt *in d. l. vulg. §. qui furti, & in l. ſacularij verſ. 1. ff. de extraord. crimin.* quinimo *in d. l. ſacularij*, cauetur, vt qui repertus fuerit in domo aliena animo furandi puniatur pluſquam fur, & propter qualitatem perſonæ ac furti, quod fuerit aggreſſus, & aliarum circunſtantiarum concurrentium vel damnetur ad ſeruiendum ad tempus, in publicis operibus, vel flagelletur, vel relegetur ad tempus iudicis arbitrio conſtituendum, ita Mol. *vbi ſup.* arbitraria erit igitur prædi pœna, attenta qualitate perſonæ, & aliis circunſtantiis dummodo conſtet præd. delinquentem animo furandi præd. feciſſe, poterit enim contingere, vt quis in aliena domo abſcondatur, non vt furetur, ſed aliis reſpectibus ex quibus non reſultet delictum, vel non ita graue, ſicut furtum: tunc enim prædict. pœna imponenda non erit. 25

Quibus autem perſonis, & caſibus & aduerſus quos actio furti competat latè agit, & congerit idem Mol *vbi ſup. tota diſp.*696. *col.* 1241. *cum ſeq.*

## SVMMARIVM.

1 *Pœna furti, quæ ſit de I.C. aduerſus clericos, & num. ſeqq.*

7 *Infamia notatur Clericus de furto damnatus, adeò vt iudex niſi ex cauſa non poſſit efficere vt furti damnatum non ſequatur infamia, & num.* 8.

9 *Clericus latro quibus pœnis puniatur attento ſacrò Concilio Tridentino.*

*De pœna furti de Iure Canonico contra Clericum.*

## QVÆSTIO CLXIII.

1 QVÆRO denique quæ ſit pœna furti de
Iure Canonico. Reſpondeo quod clericus
pro furto non manifeſto, de quo non ſit publi-
ce diffamatus, non niſi leuem pœnam patitur
per modum pœnitentiæ, vt *in cap. fin. de furt.* ne-
que impeditur promotio, dummodo quatuor
concurrant, nempe quod ſponte confiteatur,
quod ſatisfecerit læſo, quod infamia contra eum
non ſurrexerit, & quod pœnitentiam egerit.
2 Si vero furtum eſt manifeſtum, ita quod de eo
fuerit publicè diffamatus, non ſolum impeditur
promouendus, ſed iam promotus deponitur, &
in monaſterium ad agendam pœnitentiam de-
truditur *c. de his* 50. *diſt. cap. presbyt.* 81. *diſt. cap. ſi
quis clericus* 17. *quæſt.* 4. *cap. tua de pœnis, per qua
iura*, ita tenet alios allegans, Menoch. *de ar-
bitrar. quæſt. lib.* 2. *caſu* 195. *num.* 12. & Farin. *de
3 furt. quæſt.* 167. *num.* 9. *fol. mihi* 13. ¶ Vbi quod ſi
depoſiti incorrigibiles ſint clerici fures, excom-
municantur, contumacia creſcente, anathema-
tizantur, & in contumacia perſeuerantes, cu-
riæ ſeculari traduntur, *cap. cum non ab homine de
4 iudiciis.* ¶ Et quod clerici in latrociniis depre-
henſi ſuis ordinibus degradati, in arctum mo-
naſterium detruduntur ad pœnitentiam per-
agendam *d. cap. tua de pœnis*, & de his omnibus
atque aliis in materia latius agit idem Farinac.
*in ſuis fragmentis criminalibus, part.* 1. *verb. cleri-
cus*, pro furtis conuictus, aut confeſſus, *&c. num.*
316. *cum ſeqq. pag.* 77. & diximus *ſupra quæſt.* 161.
*per totam.*

5 Similiter de Iur. Canon. clerici furtum facien-
tes cum fractura deponuntur, vt cum Cantera te-
net, & probat idem Farin. *de furt. d. q.* 167. *num.*
29. *fol.* 15.

Pœna furti tam de Iure Canonico, quam ci-
uili eſt etiam pœna infamiæ tam in clerico,
quam in laico reſpectiuè, *cap. infamis 6. quæſt.* 1.
*§. hic colligitur* 2. *quæſt.* 3. *l. ſi furti, C. ex quibus cau-
ſis infamia*, & ibi gloſſ. & Doctores *l. non poteſt*
6 & ibi gloſſ. & DD *ff. de furt.* & plures allegans
Farinac. *de furt. d. quæſt.* 167. *num.* 10. vbi *num.* 11.
7 Quod pœna hæc infamiæ in tantum habet
locum, vt non poſſit iudex efficere, vt furti
damnatum non ſequatur infamia, *d. l. non poteſt*,
& ibi gloſſ. & DD. & alij quos ibi refert, & *num.*
8 11. Addit, quod cauſa tamen cognita, & ex cau-
ſa non prohibetur iudex minuere pœnam ordi-
nariam & extraordinariam imponere, & ſic fa-
mam reſeruare, ex Bart. *in d. l. non poteſt*, & ibi
Alb. *num.* 2. & Ang. *num.* 1. in pluribus tamen
caſibus pœna hæc infamiæ, etiam quod quis ſit
condemnatus pro furto, non afficit condem-
natum, de quibus per Farin. *d. quæſt.* 167. *num.* 13.
9 14. 15. *&* 16. Sed & Sacro Sancto Concilio Tri-
dentino *ſeſſion.* 22. *in decret. de reformat. cap.* 11.
cauetur, quo ſi quis clericorum, aut laicorum
quacunque is dignitate, etiam imperiali, aut
regali præfulgeat in tantum malorum omnium
radix cupiditas occupauerit, vt alicuius Eccle-
ſiæ, ſeu cuiuſuis ſecularis, vel regularis bene-
ficij, montium pietatis, aliorumque piorum
locorum iuriſdictiones, bona cenſus, aut iura
etiam feudalia, & emphiteutica aut fructus
emolumenta, ſeu quaſcunque poſſeſſiones,
quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitates
conuerti debent, perſe, vel per alios vi vel ti-
more incuſſo, ſeu etiam per ſuppoſitas perſo-
nas clericorum, aut laicorum, ſeu quacunque
arte, aut quocunque quæſito colore, in pro-
prios vſus conuertere, illoſque vſurpare præ-
ſumpſerit, ſeu impedire, ne alij ad quos de iu-
re pertinent percipiant, is anathemati tan-
diu ſubiaceat, quamdiu prædictas res, & bona
integre reſtituerit, ac deinde à Romano Pon-
tifice abſolutionem obtinuerit: quod ſi eiuſ-
dem Eccleſiæ patronus fuerit etiam iure pa-
tronatus vltra prædictas pœnas, eo ipſo pri-
uatus exiſtat: clericus verò, qui nefandæ frau-
dis, & vſurpationis huiuſmodi fabricator,
ſeu conſentiens fuerit eiſdem pœnis ſubia-
ceat, necnon, quibuſcunque beneficiis pri-
uatus ſit, & ad quæcunque alia beneficia
inhabilis efficiatur: & à ſuorum ordinum
executione etiam poſt integram ſatisfactio-
nem, & abſolutionem, ſui ordinarij arbi-
trio ſuſpendatur.

### SVMMARIVM.

1 *Plagiarij pœna, hoc eſt, qui ſubripit filium, vel ſeruum alienum, & n. ſeqq.*
2 *Sarraceni, qui mulieres Chriſtianas & pueros rapiunt, & eis abuti præſumunt, qua pœna à Iure Canonico puniantur.*
3 *Furantes hominem eumque vendentes, qua pœna puniantur Iure Diuino.*
4 *Auxilium & conſilium præſtantes, & mandantes ad furtum committendum, qua pœna puniantur remiſſiuè.*
5 *Furtum an committatur ab eo, qui rem inuentam in via accepit, & non reſtituit remiſſiuè.*
6 *Furtum commiſſum in incendio, & naufragio, qua pœna puniatur remiſſiuè.*
7 *Amotionis terminorum pœna, remiſſiuè.*
8 *Nuntius vel famulus conuertens in proprios vſus pecuniam quam accepit deferendam alteri qua pœna puniatur, remiſſiuè.*
9 *Procurator aſſertus exigendo pecuniam à debitore ſub falſo procuratoris nomine, qua pœna puniatur remiſſiuè.*
10 *Creditor aſſertus qui vere creditor non eſt, exigendo prætenſum debitum, qua pœna puniatur, remiſſiuè.*

*De pœna plagiarij, & aliorum de quibus hic.*

## QVÆSTIO CLXIV.

QVÆRO, qua pœna puniantur plagia- 1
rij, hoc eſt, qui ſubripiunt filium, vel
ſeruum alienum? Et quidem attento
Iure ciuili, ſi plagiarius eſt nobilis damnatur in
metallum, ſi verò eſt vilis perſona, & tunc ſi eſt
ſeruus, vel libertus beſtiis ſubiicitur, ſi vero in-
genuus



genuus gladio conſummatur, *l. fin. C. ad l.* 1. *Fa-
uiam de plag.* probat cum aliis nouiſſimè Farinac.
*de furt. quæſt.* 167. *num.* 95. vbi quod crimen hoc
eſt ordinarium, & publicum, & refert Iulium
Clarum, *in practica criminal. §. final. quæſt.* 68.
*num.* 32. *verſiculo, plagiarius*, admittentem pla-
giarij pœnam eſſe mortis, quando qui pueros,
vel ſeruos furatur, animo eos celandi, vel etiam,
quando eſt ſolitus talia committere, & teſtatur
de communi de qua re plenius diſſerit Meno-
chius *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 536. *num.* 5. *cum ſeqq.*
Nihilominus tamen gloſſa, *in §. interdum etiam
verſiculo, furtum inſtitut. de obligat. quæ ex de-
lictis naſcuntur*, inquit hos liberos homines fu-
rantes extra ordinem puniri, & ibi Platea, *in
principio in verſiculo, ſed intellige*, & refert alios
Farinacius *vbi ſuprà, num.* 69. & inter eos Boſ-
ſium teſtantes aliàs fuſtibus cæſam, ad catenam
infamem poſitam fuiſſe quandam obſtetricem,
cuius opera venditus fuerat infans.

2 De iure Canonico Sarraceni, qui mulieres
Chriſtianas, & pueros rapiunt, & eis abuti præ-
ſumunt, & quoſdam etiam occidere non veren-
tur, aut pecuniaria pœna, aut flagellis afficiendi
ſunt: ſi vero exceſſus ita grauis fuerit, vt mortis
pœnam, aut membrorum mutilationem merea-
tur, ſeculari poteſtati tradendi ſunt, ita Farina-
cius *vbi ſuprà, num.* 98. *per textus capite de furt.
& in cap. in Archiepiſcopatu de raptor.* & tandem
inquit ibi Farinacius, quod cum de iure Cano-
nico ſpecialis pœna non inueniatur impoſita,
poſſet dici quod puniantur, iuxta text. *in cap.
final. de iudiciis*, vel verius ex quo crimen eſt de
grauioribus quod illis pœna depoſitionis irroge-
tur, de quo Menochius *vbi ſuprà, num.* 9. *& ſe-
quentibus*, & tandem quod imponitur pœna ex-
communicationis, & quod Clericus plagiarius
deponitur, & in Monaſterium detruditur, vt ibi
perpetuam pœnitentiam agat ſecundum, Dida-
cum Canteram, quem citat & quod amplius
eſt, excommunicatur, laicus vero eſt excommu-
3 nicatus. ¶ Et quod de iure diuino, qui homi-
nem furatus fuerit, & vendiderit, conuictus mor-
te morietur, vt ex allegatis per Nouellum *reg.* 1.
*num.* 3. refert Farinacius *vbi ſuprà, num.* 99. vbi
*num.* 100. quod vltra pœnam criminalem datur
inſuper patri, aut domino ſerui, aut filij rapti
contra furem & raptorem actio dupli, & qua-
drupli ad intereſſe operarum & commodi quod
dicti pater, & dominus percepturi erant ex dicto
ſeruo, vel filio contra gloſſam communiter re-
probatam *in d. §. interdum etiam, verbo furtum:*
ſunt tamen nonnulli caſus in quibus plagij pœ-
na locum non habet, quos recenſet Farinac. *vbi
ſuprà, num. ſeqq.* & eos apud eum videbis, quo-
ties opus fuerit.

4 De pœna autem præſtantium auxilium, &
conſilium in crimine furti, & mandantis illud
fieri, & de receptante furem, aut res furtiuas, &
an quis furem indicare teneatur latè agit, & plu-
ra congerit Farinac. *vbi ſuprà, quæſt.* 168. *num.* 32.
*& ſequentibus.*

5 Et furtum an, & commodo committatur ab
eo, qui rem in via inuentam accepit, & eam non
reſtituit ibidem *num.* 62. *& ſeqq.*

6 De furto commiſſo in incendio, & naufragio
*ibidem num.* 71. *& ſeqq.*

7 De pœna, & materia amotionis terminorum,
*ibidem num.* 90. *& ſeqq.*

8 De nuntio, famulo, ſeu alio, qui pecuniam al-
teri deferendam, ſibi traditam, in vſus proprios
conuertit *ibidem num.* 107. *cum ſeqq.*

De aſſerto procuratore, an & quando furtum 9
committat, exigendo à debitore ſub falſo procu-
ratoris nomine Farinac. *de furt. q.* 170. *num.* 1. *cum
ſeqq. & ibidem num.* 36. *& ſeqq.* de aſſerto credito- 10
re exigendo prætenſum debitum à debitore, qui
vere debitor non eſt.

### SVMMARIVM.

1 *Heres poteſt propria auctoritate res hæreditarias apprehendere.*
2 L. 4. tit. 13. lib. 4. collectionis regiæ, *littera eiuſque intellectus.*
3 *Fideicommiſſarius, vſufructuarius, & legatarius, an & quando poſſit vel non occupare propria auctoritate res ſibi relictas.*

*De hærede, vſufructuario, fideicommiſſario & legatario, an poſſint res ſibi relictas propria auctoritate occupare?*

## QVÆSTIO CLXV.

HÆRES poteſt propria auctoritate res 1
hæreditarias apprehendere, *l. habebat,
ff. de manumiſſ. teſtamento, §. in omnibus
inſtit. de hered. & falcid.* eſt communis, vt aliis
relatis teſtatur Roland. à Vall. *conſil.* 78. *num.* 10.
*cum ſequentibus, lib.* 3. & Farinac. *de furtis q.* 175.
*num.* 283. vbi *numeris ſequentibus*, ampliat, limitat
& declarat: ſed iure noſtro regio contrarium ca-
uetur *in l.* 3. *tit.* 13. *lib.* 4. *noua collect. reg.* vbi pœna
adiicitur aliud facienti, quæ vulgo eſt *ley de Soria*,
quæ ita ſe habet.

*Si alguno finare y dexare hijos legitimos, ò nie- 2
tos, ò donde ayuſo, o otros parientes propinquos,
que ayan derecho de heredar ſus bienes por teſta-
mento, ò abinteſtato, mandamos que ninguno, ni
algunos ſean oſados de entrar, ni tomar la poſſeſ-
ſion de los bienes que el tal defuncto dexare, por
dezir, que hallan vaca la poſſeſſion de ellos, y que
los heredos no la han tomado corporalmente: y ſi
los tales bienes entraren y tomaren ſin lincencia,
y autoridad de juez competente, mandamos, que
por el miſmo hecho pierdan todo el derecho que en
ellos tenian, y les pertenecia en qualquier manera:
y ſi derecho en ellos no auian, que tornen y reſti-
tuyan los bienes, que anſi entraren y tomaren con
otros tales, y tan buenos, ſi pudieren ſer auidos, ſo
la eſtimacion de ellos, por la oſadia que aſſi hizie-
ron, &c.* Vnde non video attentis prædictis ver-
bis huius l. ibi, *por dezir, que hallan vaca la poſ-
ſeſſion de ellos, y que los herederes, no la han to-
mado corporalmente*, qua ratione hodie poſſit
procedere opinio Doctoris Azeued. *ibidem n.* 56.
*ad fin. & num.* 57. tenentis contrarium, tametſi
de iure communi vera ſit, nihilominus tamen
reſpondere poſſumus, tenendo eius opinionem,
etiam attento noſtro iure regio, quod prohibi-
tio præfata d. l. regiæ loquatur in aliis extraneis
perſonis, præterquam in hæredibus legitimis,
quos nullo modo ſpecialiter prohibet lex illa
ingredi poſſeſſionem vacantem propria auctori-
tate, vnde cum ſit pœnalis, non eſt extendenda
ad præfatos hæredes legitimos ex teſtamento,
vel ab inteſtato in derogationem iuris commu-
nis de quo ſuprà in principio huius quæſtionis:



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& hic intellectus noſtræ l. regiæ verus omnino efficitur ex illis verbis eiuſdem, *por dezir que hallan vaca la poſſeſſion de ellos, y que los herederos no la han tomado corporalmente*: ergo manifeſtè loquitur pœnaque eius locum habet, contra aliosque ipſos hæredes, & non aduerſus hæredes: quibus prouidet in prædicta ſpecie eadem lex ibi. *Y las iuſticias do eſto acaeſciere luego informados de la verdad pongan en la poſſeſſion pacifica de los dichos bienes deſpues de la muerte del defuncto à los dichos ſus herederos, procediendo en todo ſumariamente ſin figura de juyzio, y hagan execucion de la pena ſobre dicha con coſtas, y daños, y menoſcabos que ſobre de la dicha razon ſe reſcrecieren.* In ſumma hæres poteſt propria auctoritate adipiſci poſſeſſionem hæreditatis ſibi de latè ex teſtamento, vel abinteſtato, quando illa eſt vacans, & à nemine poſſeſſa *l. cum heredes facti ſumus in principio, ff. de acquirenda poſſeſſione*, tenentque plures, quos refert & ſequitur Farinacius *vbi ſuprà, num.* 288. ſecus ſi hæreditaria bona ab alio poſſideantur, quia tunc hæres non poteſt propria auctoritate in eorum poſſeſſionem ingredi vt alios allegans tradit Farinacius *vbi ſuprà, num.* 289. & pœna d. l. regiæ locum habebit contra alios iniuſta bona hæreditaria propria auctoritate occupantes, vt prædiximus.

Fideicommiſſarius, an & quando res fideicommiſſo ſubiectas debeat capere de manu hæredis, vel propria auctoritate poſſit eas occupare latè agit Farinacius *vbi ſuprà, d. queſt.* 175. *num.* 290. *cum ſequentibus*, & *num.* 305. *cum ſequentibus*, de vſufructuario, & *num.* 317. *cum ſeqq. de legatario*, & in quam pœnam incidat propria auctoritate tem ſibi legatam occupante vbi regulam negatiuam aſſignat cum pluribus ampliationibus, & limitationibus.

*FINIS TOMI PRIMI.*

INDEX

# INDEX RERVM MEMORABILIVM,

## QVÆ IN HOC PRIMO TOMO PRAXIS CRIMINALIS CIVILIS, & Canonicæ continentur.

A

ABIGEI, qui dicantur, & de eorum pœna, pagina [redacted] 372.n.ſ

Abiuratio quando debeat fieri publicè, pagina 109. num. 24.

Abiuratio errorum coram quibus fieri debeat. p. 119. num. 26.

Abiurare hæreticum errores quid ſit, p. 118. à num. 15. ad num. 23.

Ablatio rei minimæ an ſit furtum, pag. 257. num. 14.

Abſolutus in foro conſcientiæ à blaſphemia, an poſſit pro ea puniri in foro iudiciali. p. 160. num. 1. 2. 3. 4. & 5.

Accuſationem, & inquiſitionem ſimul poſſe concurrere. p. 21. n. 7.

Accuſationis remedium in aliquibus Regnis externis eſſe extraordinarium, pagina 21. num. 6.

Accuſatus poſt longum tempus alicuius facinoris mitius punitur. p. 296. n. 13.

Actio doli, quando competat. pagina 341. numero 12.

Actio furti non datur pro minima re ſublata. p. 342. n. 17.

Actio furti an detur pro gallina. pagina 342. num. 18.

Actio furti an habeat locum, ſi commodatarius vtatur re ipſa ad proprium vſum, cui deſignatur. p. 344. n. 30.

Actio furti, quænam olim in vſu. pagina 345. num. 40. & 41.

Actiones ciuiles, quæ ex crimine deſcendunt, quo tempore durent. pagina 41. num. 3. & ſequentibus.

Actus quando eſt dubius quæ viæ capienda ſit. p. 156. n. 3.

Adminiſtratores, & exactores rerum regalium furtum committentes, qua pœna puniantur. p. 374. n. 56. & 7.

Adulterium: quis poſſit de illo accuſare, & an iudex ex officio poſſit de eo agere. p. 171. n. 18. ad fin.

Affirmans falſo ſe mulierem quandam honeſtam deſponſaſſe, qua pœna puniatur. p. 301. num. 1. & 2.

Alearum ludus, & ſimiles an ſint in ſe liciti. p. 386. n. 1. & ſeqq.

Alearum nomen eſt generale ad omnes ludos. p. 214. n. 3. & 4.

Alearum, ſeu taxillorum ludus quot peccata producat. ibid. n. 6. & 7.

Alearum vſus quo tempore, & à quo fuerit inuentus. ibid. n. 15.

Alearum ludus an aliquibus caſibus ſit licitus. p. 215. à n. 30. ad n. 40.

Aleator alium compellens ad ludendum, qua pœna puniatur. p. 213. n. 23.

Antiſtes infamans priuatum hominem an teneatur palinodiam canere, & an puniendus. pag. 283. n. 1. 2. 3. 4. 5. & 7.

Appellantes iniuſtè tenentur ad reſtitutionem. p. 117. n. 5.

Appellari non poteſt à pœna legis. pag. 164. num. 13. & 14.

Appellatio quando habeat locum à ſententia condemnatoria lata in crimine blaſphemiæ. ibid. n. 12.

Appellatione iuris venit ius Regni. pag. 126. n. 3. 4. & 5. & ſeqq.

Ars faciendi chartas luſorias ad peccatum. p. 214. n. 13. & 14.

Aſſertione ſocij criminis an procedatur inquiſitione contra ſocium. pag. 19. num. 6. 7. & 8.

Aſſocians ignoranter amicum homicidam, an puniatur. p. 288. n. 29.

Aſtrologi quando dicantur, & puniantur, vt hæretici. p. 46. n. 12.

Aſtrologia vti quando ſit licitum. p. 47. numero 14. 15. 16. & 17.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

B

BAnniti an dicantur vagabundi. p.328. n.1. ad fin.
Baptiſmum recipiens voluntate coacta,& conditionali, verè baptizatus non eſt. pag.56. num.29.
Baptiſmus in voto deficiente eius copia ſaluat. p.51.n.3.& 4.
Baptiſmus in dubio conditionaliter poteſt iterari. p.139.n.2.
Baptizans conditionaliter verè non dicitur baptizare. p.139.n.3.
Baptizans bis an efficiatur irregularis. p.146. n.11.12.& 13.
Beneficia clerici hæretici, an ipſo iure vacent. p.120.n.1.2.& 3.
Blaſphemans aſſiduè de hæreſi ſuſpectus dicitur, & quomodo puniendus. p.159.n.7.& 8.
Blaſphemans Deum, vel Virginem Mariam, quomodo puniendus. p.164. n.1.& 2.
Blaſphemi pœna omnibus iuribus. p.143.à n.9. ad fin.
Blaſphemi vi quibus cauſis repellantur à teſtificando. p.170.n.15.
Blaſphemia ſunt quinque verba in Hiſpania damnata. p.148.n.11.
Blaſphemia in dubio an ſit præſumenda. p.158. num.4.5.& 6.
Blaſphemiæ quæ, & quibus pœnis puniuntur per leges huius Regni. p.154. à num.1. ad fin.
Blaſphemiæ permaximæ dicuntur à luſoribus. p.214.n.12.
Blaſphemiam proferentes, quinam excuſentur. p.155.à n.19.ad n.25.
Blaſphemiarum aliquot differentiæ.p.162.à n.1. ad fin. p.151.n.2.3.& 4.
Blaſphemias plures ſimul eodem impetu proferens quomodo puniendus. p.158. n.6.
Blaſphemias facto committentes quomodo puniantur. p.167.n.1.2.& 3.
Blaſphemo pro prima vice, an vltra pœnam carceris ſit imponenda pœna triremium. p.162.n.3.
Blaſphemus quis dicatur, & de grauitate huius criminis. p.141.à n.1.ad n.8.
Blaſphemus laicus ſe ipſum denuntians coram iudice Eccleſiaſtico an mitius puniatur. p.150. num.9.
Blaſphemus apud Dominos Inquiſitores quomodo puniatur. p.153.n.10.11.& 12.
Blaſphemus cum informatione vnius teſtis poteſt ſtatim incarcerari, & ſi negauerit, debet ſtatim ſub fideiuſſione relaxari. p.160. num.3. & 4.
Blaſphemus an gaudeat immunitate Eccleſiæ. p.163.n.1.
Blaſphemus efficitur infamis infamia facti poſt condemnationem, ac proinde non erit teſtis idoneus. p.170. n.17.
Bona feudalia an veniant in confiſcatione bonorum vaſſalli. p.104.n.12.
Bona deportati morientis ſine liberis deuenire debent ad fiſcum. p.110. n.22.23.24. & 25.
Bona clerici hæretici, an confiſcentur. p.112.à n.1. ad fin.
Bonis patris confiſcatis, an confiſcetur vſuſfructus, quem ipſe habebat in bonis aduentitiis filij ſui familias. pag.105. à num.1. ad fin.

C

CAtechumenus ſtatuens conſtanti animo baptiſmum ſuſcipere, & poſtea lapſus in hæreſim, an propriè dicendus ſit hæreticus. p.74.n.35.
Cautiones,& clauſulæ inſolitæ ſimilationem,& fraudem præſeferunt. p.189. n.31.
Chiromantici qui dicantur, & quando puniantur. p.47.n.15.
Citatio,aut priuatio quæ neceſſaria ſit ad procedendum contra clericum ratione non reſidentiæ. p.332.n.15.
Clerici, & Prælati qua ratione, & quibus ludis prohibeantur ludere ſub mortali. Et quæ pœna impoſita iure ciuili. pag.219. num.61. 62.& 63.
Clerici an prohibeantur incumbere conuiuiis, quæ fiunt inter plures, quorum vnuſquiſque confert partem ſuam. pag.219. num.66. 67.& 68.
Clerici ludentes ludis prohibitis an puniri poſſint pœnis iure Regio impoſitis. p.210. num.8 & 9.
Clerici ludentes ludis prohibitis quibus pœnis puniantur Iure Canonico. p.228. n.10. 11.& 17.
Cle[illegible]tes, *à los dados* grauius puniuntur. p.229.n.18.& 19.
Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ furantes, qua pœna afficiantur. pag.378. num.1. ad num.14.
Clericorum in Archiepiſcopatu Toletano, ludentium pœna. p.229.n.20.
Clericus quando tradendus ſit Curiæ ſæculari ſi labatur in hæreſim poſt abiurationem. p.118. num.25.
Clericus hæreticus rediens ad fidem an recuperet beneficium. p.120.n.4.
Clericus hæreticus poſt crimen commiſſum non poteſt renuntiare beneficium. pag.120. num.5.
Clericus vſurarius qua pœna puniatur. p.180. num.1.& 7.
Clericus infamis repellitur ab obtinendo beneficio. p.181.n.6.
Clericus vſurarius deponendus eſt ab officio & beneficio. p.179.n.7.
Clericus vſurarius eſt inhabilis ad ſacrorum ordinum ſuſceptionem. p.181.n.8.
Clericus, & Monachus poſſunt aliquando ſine culpa ludere. p.216.n.41.
Clericus pugnans in duello qua pœna puniatur. p.246. à n.1.ad fin.
Clericus infamans alium an teneatur canere palinodiam. p.225.n.1.& 2.
Clericus iniuriam paſſo, ſine iniuria clericali ſatisfacere debet. p.311.n.21.
Clericus vagabundus, ſi citatus comparuerit, an reſtituendus beneficio. p.333. à num.18. ad fin.
Clericus condemnatus actione furti quando efficiatur infamis. p.379.n.15.16.& 17.n.433. num.7.& 8.
Clericus latro quibus pœnis puniatur. p.384. num.9.
Collatio beneficij facta hæretico eſt ipſo iure nulla. p.120.n.7.
Collatio beneficij facta clerico aleatori occulto, an debeat irritari. p.228.n.14.
Collatio beneficij facta infami ante ſententiam an ſit valida. ibid.n.15.& 16.
Componens carmina, &c. ad detractionem famæ punitur de fam. liber. p.225. num.23. 24.& 25.
Conductor equi pro certo tempore, an committat furtum, ſi vltra id tempore eo vtatur. p.338.n.28.& 29.
Confeſſarius an debeat abſoluere reum, qui in iudicio interrogatus crimen negauit. p.38. à n.1. ad fin.
Confeſſarius ſollicitans fœminas in confeſſione ſacramentali quomodo ab Inquiſitoribus puniendus. p.120.n.8.
Confeſſio de delicto non verificata non nocet. p.23.n.4.
Confeſſio dicentis ſe occidiſſe hominem ignotum in nemore an valeat. p.24.n.10.& 11.
Confiſcatio bonorum Hæretici non debet aliis eſſe damnoſa. p.93.n.5.6.& 7.
Confiſcatio bonorum patris non trahitur ad legitimam filiorum ipſius delinquentis. p.[illegible] à n.[illegible] ad fin.
Confiſcatio bonorum hæretici in terris dominorum particularium ad quem fiſcum pertinent. p.113. à n.1. ad fin.
Contractus, & inſtrumenta Chriſtianorum confecta in fauorem Maurorum ante eorum conuerſionem an ſit valida. pagina 70. num.2.
Contractus in dubio potius debet reputari illicitus quoad forum conſcientiæ ſecus, quoad pœnam corporalem. p 188.n.24.
Contrahentes cum pacto de retrouendendo, ſi re vera emere, ac vendere intendunt, an, & quando committant vſuram. ibidem, numero 26.& 27.
Conuerſus nouiter perſuadens,vt fidem Catholicam relinquat, qua pœna puniendus. p.51. num.6.
Conuitians alterum tenetur actione iniuriarum, licèt eum expreſsè non nominauerit, & quando. p.294. n.5.& 6.
Conuitij veritas non eximit ab actione iniuriarum. p.282. à n.3.ad n.13.
Conuitium alteri obiiciens, qua pœna puniatur. ibid. num.1.ad fin.
Copia nominum,& dictorum teſtium an danda reo,& quando. p.27.n.1. p.32.n.10.& 11.
Copia proceſſus datur parti ſuis expenſis. p.29. num.12.
Copia indiciorum an danda reo, vt teneatur veritatem aperire. Et quid praxi ſeruetur,aut ſeruandum ſit. p.38.n.2.& 10.
Creditor fructus pignoris in ſortem principalem non accipiens vſurarius eſt. pag.206. num.2.& 3.
Creditores hæretici, qui præferantur fiſco. p.188.n.60. & ſeqq.

D

DElicta de quibus non conſtat iudici, niſi prius illa oculis ſubiecerit. pag.23. num.3.
Delictum in crimine veneni quomodo probari debeat. p.26.n.28.ad fin.
Delictum in dubio non eſt præſumendum. p.157. num.2.
Dicens alteri: *Mentiris ſaluo tuo honore*, non liberatur ab actione iniuriarum. pag.300. num.11.
Dignitas à marito mulieri proueniens facilius amittitur. p.310.n.17. & 18.
Dignitas clericalis quanta ſit. p.312. num.17. 18.& 19.
Dilatione conceſſa debitori à maiore parte creditorum an debeat præſtari ſatiſdatio cum fideiuſſoribus. p.269. n.18.& 19.
Doctores,& licentiati,nec eorum vxores tenentur canere palinodiam. p.309. n.25.
Domino rei ſubtractæ non licet domus alienas intrare, ad eam perquirendam. Et an auctoritate iudicis hoc liceat. pagina 344. num.42.43.44.& 45.
Donatio inter virum,& vxorem quando valeat. p.179. à n.48.ad n.59.
Donationes factæ vxori à conſanguineis viri,& contra an confiſcentur ob crimen viri. p.46. à n.19. ad n.47.
Duellum, monomachia, & ſingulare certamen quid ſit. Et quod hæc minimè promittenda. p.233. à n.1. ad fin.
Duellum exeuntes, an gaudeant immunitate Eccleſiæ. p.248.n.1.

E

EDicta compellentia Iudæos baptizari, an ſint iuſta. p.53.n.13.& 14.
Emens res furtiuas ad hoc,vt puniatur, duo copulatiuè requiruntur. p.346.n.9.
Emphyteoſis confiſcatis bonis emphyteotæ, an tranſeant in fiſcum. pag.102. num.1. 2. 3.& 4.
Emphyteoſis Eccleſiaſtica non tranſit ad hæredes extraneos,nec in fiſcum. p.102. numero 5.6.7.8.& 9.
Emphiteota quando teneatur ſoluere penſionem fiſco, quam domino ſoluebat. pag. 103. à n.12. ad fin.
Emptio cum pacto de retrouendendo in emptoris fauoreman ſit licita. p.191.n.44.
Emptor rei furtiuæ in quo caſu poſſit petere pretium à domino. pag.350.num.57. p.395. num.63.
Emptor rei furtiuæ in quo caſu teneatur eam reſtituere nullo accepto pretio. pagina 350. num.58 59.61.
Emptor rei furtiuæ an poſſit illam retinere, & quomodo, & quouſque. p.275.n.66.
Emptor bonæ fidei rei emptæ à latrone, an poſſit tuta conſcientia, cum primum intellexit rem illam eſſe furtiuam, eam latroni reddere, & pretium recuperare. pag.351. num 67.
Emptor bonæ fidei rei alienæ qui eam vendidit alteri bona fidei, ſi poſtea ſciat eſſe alienam, ad quid teneatur. pag.352. à num.1. ad 12.
Epiſcopum faciens libellum famoſum qua pœna puniatur. ibid. n.5.
Excommunicatus an gaudeat immunitate Eccleſiarum. p.248.n.2. & ſeqq.
Exilium non eſt pœna corporalis. pagina 163. num.6.

F

FAma, quæ præcedere debet inquiſitionem, quænam ſit. p.5.n.21.
Fama debet præcedere inquiſitionem. Et quando non. p.6.à n.24.ad n.62.
Fama quomodo probanda, & quibus teſtibus. p.10. n.63.64.& 65.
Fama, vt probatur, quid requiratur, & quomodo de ea teſtes debeant deponere. p.11. à n.66. ad n.77.
Famæ reſtitutio quomodo ſit facienda ei, cui animo iniuriandi verum crimen obiectum fuit. p.281.n.1.ad fin.
Famam reſtituens verbis æquipollentibus, an ſit infamis. p.282.n.8. & 11.
Familiaris, & ſeruitor qua pœna puniatur pro primo furto domeſtico. pag.377. à num.8. ad fin.
Famoſi libelli autor tenetur ad reſtitutionem famæ. p.324.n.7.8.& 9.
Famoſi libelli auctorem reuelans quo præmio afficiatur. p.342.n.31.
Famoſum libellum diffamatorium iniiciens, quamuis de iniuria vera, punitur pœna capitali. p.387.n.28.
Famoſum libellum fabricans, qua pœna puniatur. p.382.n.1.
Famoſum libellum ponens in Eccleſia anathematizatur. p.324.n.6.
Famoſum libellum legens an ſemper aliqua pœna puniatur. ibid. à n.12. ad n.17.
Famoſum libellum emens, retinens, componens, vel affigens in loco publico, punitur pœna famoſi libelli. pag.325. à num.18. ad num.22.
Famoſum libellum ponens in palatio Principis, qua pœna puniatur. p.326.n.30.
Famoſus latro quis dicatur. p.366.n.2.
Feudorum tria ſunt genera. p.104.n.3.
Feudum, quod hæreticus habuit, non eſt confiſcandum, ſed catholico domino reſtituendum. p.105.n.4.
Fideicommiſſarius an, & quando poſſit occupare propria auctoritate res ſibi relictas. p.387. n.3.
Filij legitima non venit in confiſcatione bonorum ipſius filij viuente patre. pag.111. n.9.& 4.
Filij hæreticorum ſunt incapaces beneficiorum Eccleſiaſticorum, & officiorum publicorum, vſque ad ſecundam generationem. Et quid ſi nati ante hæreſim patris. p.123. à n.1. ad fin.
Filij hæreticorum an ad ſacros ordines poſſint promoueri. p.127.à n.1.ad fin.
Filij hæreticorum, an priuentur beneficiis, iam obtentis. p.128.à n.1.ad fin.
Filij Catholici hæreticorum, an priuentur ſucceſſione, aut vocatione bonorum ſuorum maiorum. p.129.à n.1.ad fin.
Filij emancipati non priuantur bonis à patre donatis antequam committeretur crimen læſæ maieſtatis. p.131.n.11.
Filij relapſi ad fidem conuerſi an comprehendantur ſub diſpoſitione, ll.3.4.tit.3.lib.8.nouæ collect.Reg. p.133.n.1.
Filij hæreticorum poſt delictum patris nati, an ex eorum culpa dicantur puniri. p.137.n.23.
Filio reo læſæ maieſtatis non tenetur pater relinquere legitimam. p.111.n.5.& 6.
Filio quando præiudicet delictum patris quoad feudi ſucceſſionem. p.131.n.13.
Filius in vita patris non eſt dominus bonorum patris. p.111.n.2.
Filius an teneatur, in diuiſione bonorum parenti conferre pecuniam, quam pater pro eo ſoluit ſponte. p.112.à n.12.ad fin.
Filius, conſanguineus, aut vxor receptans hæreticum, an puniatur. pag.122. à num.1. ad fin.
Filius iniurians parentem qua pœna afficiatur, & contra. p.266. n.1. ad fin.
Fiſcus non tenetur vltra vires hæreditarias, etiamſi non fecerit inuentarium. pag 98. num.64.
Fiſcus in quibus caſibus teneatur ſatisfacere creditoribus, & in quibus delictis. ibid. à n.65. ad fin.
Fœmina blaſphemans eadem pœna punitur, qua maſculus. p.165.n.7.
Frangenti fidem fides non eſt ſeruanda. p.213. num.6.
Fur pro primo furto debet condemnari formaliter *en las ſetenas*. p.315.n.5.
Fur an, & quando pro tertio furto poſſit condemnari ad mortem. pag.364. à num.1. ad num.10.
Furans ſcienter res mobiles Regis, qua pœna puniatur. p.375.n.10.
Furta domeſtica an ſint punibilia. pag.376. à n.1.ad 7.
Furta qualificata quæ, & qua pœna punienda. p.375.n.13.
Furti actione, quinam teneantur. p.346. à n.3. ad 8.
Furti particeps, quis præſumatur. pagina 349. num.52.
Furti punitionis exempla. pag.356. num.23. 24.25.& 26.
Furtiua re reperta apud virum bonæ famæ, an ex hoc poterit condemnari pœna furti. p.391. num.20. Et quid ſi fuerit malæ famæ. p.349. num.40.41.& 42.
Furto commiſſo in aliqua domo an vicini poſſint capi, & torqueri. pag.348. à num.24. ad num.32.
Furtorum duo ſunt genera. pag.343. num.33. 34.& 35.
Furtum quid ſit. p.339.n.1.
Furtum committi in quibus caſibus dicatur. ibid. à num.2. ad num.9. & 386. num.24.25. 26.& 27.
Furtum vt ſit, quæ requirantur. p.340. num.10. 11.13.& 14.
Furtum ex animo quando ſit mortale. pag.343. num.19.
Furtum cadit in rebus mobilibus. pagina 344. num.39.
Furtum, vt probetur, requiritur plena probatio. p.349.num.45.
Furtum poteſt probari per coniecturas. ibid. num.47.
Furtum an ſit graue delictum, & an grauius adulterio. p.354. à n.1.ad fin.
Furtum apud quos remanſerit impunè. p.355. num.17.18.& 19.



Index Rerum.

G

GEner, qui interim dum ei dos non ſoluitur, pignus fruendum accipit, an committat vſuram non computando fructus pignoris in ſortem principalem. p.205. num.1. & ſequentibus.
*Gitanos, caldereros, y eſtrangeros de fuera deſtos Reynos, que andan por ellos, que pena tienen.* p.335. n.6.

H

HÆres poteſt propria auctoritate res hæreditarias apprehendere. p.385.n.1.& 2.
Hæreſis definitio. p.65. à n.1.ad n.26.
Hæreſis pœna, & quis eius iudex. p.77. à n.1. ad num.9.
Hæreſis crimen eſt merè Eccleſiaſticum, & ideo eius cognitio ad ſolos iudices Eccleſiaſticos pertinet. p.77.n.10.& 11.
Hæreſis peccatum grauius eſt cæteris. p.82. num.46. & 47.
Hæreſis à furioſo, inſano, amente, &c. dicta, an maneat impunita. pag.155. num.20. 21. 22.& 23.
Hæreticalia verba per iocum proferens quomodo, & à quibus puniatur. pag.154. numero 13. & 14.
Hæretici qui perpetuo carceri mancipandi. p.82. num.51.& 52.
Hæretici occulti bona an confiſcentur. p.87. num.10.
Hæretici occulti confeſſio in probatione temporis, ex quo incidit in hæreſim, non poteſt nocere emptoribus, & creditoribus, niſi comprobata ſit teſtibus. p.87.n.13.
Hæretici bona quænam confiſcentur. pag.86. à n.1. ad fin.
Hæretici pœna auocantur à quocunque hærede poſſeſſore. p.110.n.18.& 19.
Hæretico relapſo, vereque conuerſo, quod Sacramentum denegetur. p.82.n.50.
Hæreticorum receptatores qua pœna puniantur. Et quinam dicantur tales. p.120. à num.1. ad fin.
Hæreticos, quinam abſoluant. pag.84. à n.66. ad num.73.
Hæreticus non poteſt eſſe Chriſtiani tutor. p.56. n.3.
Hæreticus, Apoſtata, & ſchiſmaticus quomodo differant. p.72.n.2.& 3.
Hæreticus ad hoc vt quis talis dicatur quænam requirantur conditiones. p.73. à n.29. ad n.34.
Hæreticus quomodo fiat quis. p.74. à num.39. ad n.44.
Hæreticus an ſit, qui metu mortis, vel alia cauſa Chriſtum ore negat, & corde credit. p.76. n.63.& 64.
Hæreticus iuſtiſſimè igne comburitur. p.82. à n.38.ad n.45.
Hæreticus confeſſus qua pœna puniatur. ibid. n.53.& 54.
Hæreticus quovſque admittatur ad pœnitentiam. p.83. à n.59.ad n.63.
Hæreticus mentalis abſolui poteſt à confeſſario. p.84.n.74.& 75.
Hæreticus an teneatur in foro conſcientiæ bona ſua fiſco offerre ante condemnationem. p.160. à n.1.ad fin.
Hæreticus negans crimen an teneatur ad reſtitutionem bonorum in foro conſcientiæ. p.117. à n.1.ad fin.
Hæreticus non facit fructus ſuos beneficij. p.121.n.6.
Hæreticus, ad hoc vt quis dicatur conſummatus, requiruntur tria. p.131.n.4 & 5.
Hæreticus an gaudeat immunitate Eccleſiæ. p.163. n.2.
Homicidium commiſſum fortuito ad propulſandam iniuriam verbalem, qua pœna puniatur. p.211.n.12 & 14.

I

IGnoſcendum eſt ei, qui prouocatus ſe voluit vlciſci. p.253.n.8.
Ignoſcendum eſt ei, qui prouocatus ſe voluit defendere. p.294.n.8.
Indi an iuſtè debellati fuerint, eo quod Chriſti fidem non profiterentur. pagina 53. numero 11.
Indicia præcedentia inquiſitionem quænam ſint. p.8. n.46. & 47.
Indicia quomodo definiantur. pag.14. num.14. & 15.
Indicia quotuplicia ſint. ibid. n.16.
Indicia ſufficiunt ad torturam, non ad condemnationem. p.364. n.57.
Indiciorum diſtinctiones. pag.14. num.18. ad num.24.
Infamans aduerſarium in iudicio, etiam vero crimine, quando actione iniuriarum teneatur. p.387. n.29 & 30.
Infamans aliquem de crimine iam remiſſo à Principe tenetur ei actione iniuriarum. p.293. num.10.
Infamans alium falſo, quomodo teneatur ei famam reſtituere. pagina 312. numero 11. & 12.
Infamans alium an teneatur verbis formalibus canere palinodiam. pagina 315. numero 1 2. & 3.
Infamans alium iniuſtè ad quid teneatur. ibid. num 4.
Infamator, qui non poteſt reſtituere famam infamato, quomodo debeat ei compenſare. p.316. n.6.& 7.
Infamia quid ſit, & an differat à clamoroſa inſinuatione. p.13. n.2.3.4.5.& 6.
Infamia quando probetur bene in iudicio. p.14. à n.10. ad n.15.
Infamis infamia iuris, vel facti eſt irregularis ad ordines ſacros ſuſcipiendos. pagina 181. num.9.
Infideles non ſunt cogendi ad fidem. Et quomodo alliciendi. p.53. n.8.9.& 10.
Infidelium pueri an baptizari poſſint inuitis parentibus. ibid. n.12.
Iniuria quomodo fiat. p.298.n.2.
Iniuria facta vxori cenſetur facta ipſius viro. p.269. n.2.3.4.& 5.
Iniuria facta viro quando cenſeatur facta vxori. ibid. n.6.
Iniuria facta filio, an pater, & filius agere poſſint. ibid. à n.10. ad n.14.
Iniuria etiam poteſt fieri mortuo, & cui competat actio. p.170.n.4.5.6.7.& 8.

Iniuriæ ſimiles expreſſis in lege Regia, an hodie eiſdem pœnis puniantur. p.378. num.1. ad fin.
Iniuriandi animo appellans vxoratum, bonum virum, an teneatur canere palinodiam. p.268. num.1. ad fin.
Iniurians alterius ſponſam de præſenti, *llaman dola puta*, an incidat in pœnam, *de deſdezirſe*. p.273. à n.1. ad fin.
Iniurians aliquam, vocando eam lauiam, quod crimen committat. p.276. n.3. & 4.
Iniurians Tabellionem, vel teſtem, vocando eum falſarium, an teneatur palinodiam canere. ibid. n.5.
Iniurians aliquem, vocando eum malum Chriſtianum, furem, natum ex adulterio, &c. in quam pœnam incidat. ibidem, à num.7. ad num.12.
Iniurians aliquem, vocando eum, indio confeſſo, &c. in quam pœnam incidat. p.278. à num.1. ad fin.
Iniurians abſentem an teneatur palinodiam canere. p.280. à n.1. ad fin.
Iniurians alterum malo animo, & ſine iuſta cauſa, an conueniri poſſit, licèt verum crimen obiiciat. p.185. à n.17. ad n.23.
Iniurians nuptam vocando eam adulteram, quæ verè talis erat, an admittatur ad id probandum. pag.191. à num.1. ad 7. Et quid ſi fuiſſet meretrix, ante matrimonium. p.192. num.8
Iniurians filium legitimum vocando eum filium meretricis, eo quod mater vidua ſit meretrix, tenetur actione iniuriarum. p.193. num.9.
Iniurians alterum verbis ſubdoloſis, an ſit puniendus, ac ſi eum directis iniuriaſſet. p.194. à n.1. ad n.7.
Iniurians alium verbis maioribus calore iracundiæ, quibus pœnis puniatur. pag 298. num.14.
Iniurians aliquem lapſu linguæ aliquo conuitio ex contentis in lege Regia 2. an teneatur palinodiam canere. p.300. num.1. & ſeqq. Et quid ſi prorumperit in hæreſim, qua pœna puniatur. p.358. n.7.
Iniurians verbis Cardinalem qua pœna puniatur. p.317. n.1.
Iniurias plures vno tempore proferens contra alterum, an toties ſit puniendus. p.344. à n.1. ad fin.
Iniuriantis confeſſio, an excuſet à pœna retractionis. p.315. n.6. & 7.
Iniuriarum actione, vt agi poſſit per abſentem, quid requiratur. pagina 280. num.26. 27. & 28.
Iniuriarum actione condemnatus remanet infamis etiam ex confeſſione. pagina 316. num.9. & 10.
Iniurioſa verba quænam ſint, vt teneantur pro iis palinodiam canere. pag.175. num.1. & ſequentibus.
Iniurioſa verba aduerſus alium proferens ea ſtatim reuocans an liberetur ab actione iniuriarum. p.199. n.6. & 12.
Iniurioſa verba proferre in principem non eſt crimen læſæ maieſtatis. p.318. n.10.
Interrogatus, quis à iudice iuridicè, & occultans veritatem, peccat contra iuſtitiam. p.59. num.6. & 7.
Inquiri an poſſit contra mandantem non conſtito demandatario. p.44. n.1.
Inquiſitio quid, & quotuplex. pag.2. num.1. 2. 3. 4. & 5.
Inquiſitio in criminalibus fit dupliciter, & quomodo. pag.3. num.7. 8. & 9. Et in iure Canonico. p.4. n.11.
Inquiſitio generalis eſt duplex. pag 7. num.41. 42. & 43.
Inquiſitio an formari poſſit ex dicto ſocij criminis. p.18. n.1. 2. 3. 4. & 5.
Inquiſitio non poteſt fieri, niſi prius conſtiterit de delicto. pagina 23. num.1. & 2. Et quando procedat hæc doctrina, à num.2. ad num.17.
Inquiſitio criminalis, an præſcribatur ſpatio viginti annorum, ſicut accuſatio. p.41. num.1. ad fin.
Inquiſitio debet fieri à iudice competente. p.41. num.16. & 17.
Inquiſitio ſuper vulnus, ſi ex eo contingat mors, an valeat. p.44. à n.21. ad fin.
Inquiſitionis remedium an ſit ordinarium, an extraordinarium. pagina 20. num.1. 2. 3. 4. & 5.
Inquiſitionis requiſita amplientur, & limitantur. p.42. à n.1. ad n.15.
Inquiſitionis officium, quinam in Hiſpaniam introduxerint. p.77. n.21.
Inquiſitor generalis eſt caput Officij ſanctæ Inquiſitionis. ibid. n. 5.
Inquiſitores quomodo procedant in Inquiſitione. p.7. n.34.
Inquiſitores fidei procedunt contra Iudæos, Sarracenos, & alios infideles non baptizatos circuncidentes pueros. pag.51. à num.8. ad fin.
Inquiſitores hæreticæ prauitatis, an cognoſcant de crimine blaſphemiæ. pag.152. num.1. ad fin.
Inquiſitorum officium à quo tempore originem duxerit. p.79. n.25.
Inquiſitorum praxis, cum remittunt reum iudici ſæculari puniendum. p.80. n.37.
Ira ſimplex, licet maxima, non excuſat à parricidio. p.290. n.8.
Irregularis non poteſt eligi, nec præſentari ad beneficium Eccleſiaſticum. p.182. n.10.
Iudæa non poteſt eſſe filiorum ſuorum tutrix. p.50. n.2.
Iudæi conuerſionem ad noſtram fidem impediens, quod crimen committat. pag.51. num.2.
Iudæi iuſtè ab his regnis fuerunt expulſi pragmatica Regum ſanctione. p.52. à n.1. ad n.7. & 64. à n.17. ad n.28.
Iudæi non baptizati an ſubiaceant iuriſdictioni inquiſitorum, & quomodo. ibid. num.15. & 16.
Iudæi, & Mauri, an poſſint licitè vſuras exercere, & deorum pœnis. pag.258. à num.1. ad num.8.
Iudæi, nec Chriſtiani poſſunt recipere vſuras ſine mortali. Et an ſit valida conſuetudo contraria. p.172. n.9. & 10.
Iudæis in locis, vbi tolerantur, an officia publica conferenda. Et quid de eorum poſteris. p.57. n.1. 2. 3. 4. & 5.
Iudæorum gens eſt infamis. ibid. n.8.
Iudæos, aut Mauros volentes ad fidem Catholicam ſe conuertere impediens qua pœna puniendus. p.5. n.1
Iudæus tentans hominem alterius ſectæ, vt Iudæus efficiatur, qua pœna puniendus. p.51. num.7
Iudæus an poſſit eſſe Chriſtiani tutor. pag. 56. num.1
Iudæus poteſt priuatam dignitatem, vt eſt primogenitum, obtinere. p.57. n.6
Iudæus non poteſt eſſe officialis, Aduocatus nec Doctor, &c. ibid. n 7
Iudæus delinquens ad Eccleſiam confugiens an gaudeat illius immunitate. Et quando. p.57. n.1. & 2
Iudæus cognoſcens carnaliter Chriſtianam, etiam meretricem, & vilem, qua pœna puniatur. ibid. n.1. ad fin.
Iudæus an teſtis eſſe poſſit contra Chriſtianum. pag.62. n.14. & 15
Iudæus productus in teſtem debet iurare ſuper ſuam legem. p 70. n 5. & 6
Iudex vt ex officio procedat ad inquirendum quid debeat præcedere. pag 5. à num. 12 ad num 20
Iudex quomodo debeat in Hiſpania inquirere veritatem ſuper delicto. pag. 21. num.8. 9. 10. 11
Iudex debet ſtatuere parti terminum ad accuſandum. p.22. n.12. ad fin.
Iudex ex officio tenetur etiam non petenti dare terminum defenſionis. p.29. 30. num.4. & 5. Et quare. pag. 29. n.6. 7
Iudex ſæcularis tradito ſibi condemnato quo modo debeat procedere. p. 74. n.34
Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de crimine hæreſis, & non condemnat. p. 80. n.35
Iudex competens ad puniendos blaſphemos quis ſit. p 149. à n.1. ad fin.
Iudex ſæcularis an poſſit iudicare de blaſphemia præueniente cauſam iudice Eccleſiaſtico: Et contra. p. 150. à n. 4. ad fin.
Iudex competens blaſphemiæ de facto connubiſſæ quis ſit. pag.166. à n.4. ad fin.
Iudex competens in crimine vſurarum quis ſit. p. 173 à n.1. ad n.7
Iudex Eccleſiaſticus an contra laicos luſores in caſibus prohibitis poſſit procedere. p. 227. n. 4. 5. 6. & 7.
Iudex an teneatur ex officio ponere nequam & ſecuritatem inter volentes rixari ad obuiandum delicto. p.251. n.1. 2. 3. 4. & 5
Iudex ſciens duos, vel plures venturos ad rixam ſuper poſſeſſione alicuius rei, quid debeat facere. p.252. n.6. 7. & 8
Iudex an poſſit regulariter in ciuilibus compellere ad concordiam. Et quid in crim. pag.244. num.10
Iudex odio iuſtam ſententiam proferens peccat, ſed non tenetur ad reſtitutionem. pag. 286. n.25
Iudex quando poſſit intrare domum alienam pro quærendo fure. pag.345. n 49
Iudex ex officio procedens contra furem, an, & quando debeat eum condemnare ad reſtitutionem. p.353. n.11
Iudex in ſyndicatu quando poſſit ſyndicatum condemnare ad reſtitutionem bonorum. ibid. n.12
Iudex per negligentiam omittens reſtitutionem rei furatæ contra furem tenetur in ſolidum parti læſæ. ibid. n.14
Iudex in vtroque foro tenetur iudicare ſecundum leges ſcriptas. p.364. n.58
Iudicem interrogare reum ſuper delictum licitum eſſe. pag. 30. n.2. & 3
Iudices quanta cum maturitate procedere debeant in inquiſitione ratione iudiciorum. Et quare. p.14. n.17
Iudices qui poſſint inquirere criminaliter. Et quomodo limitatur. p. 42. n.19
Iudices hæreſis competentes qui ſint. pag 78. à n.15. ad n.21
Iudices diſpenſantes in pœnis blaſphemiæ puniuntur iiſdem. pag. 146. num.10. & p.171 n.28
Iura tranſgredi an ſit licitum in atrociſſimis delictis. p 361. à n.51. ad n.56
Iurans per viſcera Dei an puniendus pœna impoſita blaſph. per. ll. huius reg. p.151. n. 12
Iurans non ludere, ſi det alteri pecuniam, vt ſuo nomine ludat, non excuſatur à periur. p.231. num 3
Iurare per membra Dei, Virginis Mariæ, & aliorum Sanctorum, an ſit plaſphemia. Et quomodo, & quando punienda. pag 161. à n.23. ad fin.
Iuriſdictio, & dignitas Comitatus obtineri non poteſt ab infamibus. p.131. n.15

L

LAicus videntes alios ludere an puniatur. Et qnid de Clericis, & Scholarib. p.231 à n.7 ad fin.
Leges pœnales ſcelera punientes cenſentur fauorabiles, & ideo extendendæ. p.317. n.3
Lena quæ dicatur. p.336. n.34
Leno quis dicatur. ibid. num. 1. Et vnde dic. num.8
Leno dicitur domum præbens ad cognoſcendam mulierem carnaliter. Et quid ſi gratis id fiat p.338. n.20. & 21
Lenocij crimen quale. p.356. n.7
Lenocinium quis faciat. ibid. n.5. & 6
Lenonum quinque ſunt different. ibid. num. 10 & ſeqq.
Lenonum pœna eſt mortis. ibid. n.14
Lex fundata ſuper ratione naturali poteſt ſeruari per iudicem Eccleſiaſticum. pag.337. n. 10
Leges humanæ prohibentes aleæ ludum an ſint hodie abrogatæ per vſum. Et quid de legibus Pontificiis. p. 223. n.11. & 12
Leges ciuiles Imperatorum prohibentes ludos ad quid obligent. p.122. n.8
Lex hum. poteſt furem diurnum pro grauiore delicto iubere occidi. Et quid Moſaic. p.356. num.26
Lucrans in ludo pecuniam non præſentem, ſibi tamen ſolutam, an licite eam accipere, & retinere poſſit. p.257. n.1. 2. 3. & 4
Lucrum ceſſans an poſſit deduci in pactum à mutuante vera ſortem principalem. p.201. n.1. 2. 3. 4. & 5
Lucrum ceſſans eſt duplex. p.203. n.6. & 7
Lucrum ceſſans ad hoc vt ratione mutui ceſſare dicatur, quæ requirantur. ibid. num. 8. 9. 10. 11
Lucrum ad hoc vt in pactum deduci valeat, quid requiratur. pag.204. à n.15. ad fin.
Ludens valde peritus attrahendo alium valde inferiorem ad ludum, id diſſimulans, peccat mortaliter. Et an teneatur ad reſtitutionem.

nem. p.221 n.72.ad n.75.76.& 77
Ludens per errorem, vel falſo affirmans ſe habere Primera altero colluſore proiiciente chartas ſuas, an lucretur. ibid. n.79
Ludens per alium quantitatem prohibitam an puniri poſſit, & quibus pœnis. p.230. num.1. & 2
Ludens vna die cum pluribus an vna tantum pœna ſit puniendus. p.231. à n.1.ad fin.
Ludens ad creditum an teneatur ſoluere amiſſam ludo pecuniam. p.235.n.1. & 2.& ſeqq. Et quid ſi iurauerit ſe eam ſoluturum. p.236. num.9.& ſeqq.
Ludentes in magna quatitate, vel nimia aſſuetudine peccant mortaliter. p.217.n.51.& 52
Ludentes pila vltra permiſſam quantitatem, an toties pœnam incurrant, quoties ante ſententiam exceditur. p.238. à n.1.ad fin.
Ludentium pœnæ lege Regia nouiſſimè impoſitæ. p.223.n.12
Ludere recreationis cauſa an liceat. p.215.n.19. ad 40.p.24.n.53.54
Ludere an liceat in Eccleſia. p.216.n.43.& 44
Ludere die feſto an, & quando liceat. pag. 217. num.43.& 44
Ludi omnes reducuntur ad tres ſpecies. p.214. num.2
Ludi mimorum, & hiſtrionum prouocantes circunſtantes ad turpitudinem ſunt prohibiti. p.219.n.65
Ludi aleatum & chartarum quando liciti, & quando non. p.221.n.70
Ludi leges obſeruandæ ſunt, pag.227.à num.14. ad num.19
Ludi prohibiti pœna de iure communi, & Regio. p.228.n.1.2.& 3
Ludo præſentes eſſe eſt prohibitum.pag. 214. à n.16.ad n.22
Ludo inuoluntariè attracto cupiditate lucrandi an ſit facienda reſtitutio eius quod amiſit. p 210.num.78
Ludo prohibito amiſſa, an ſint reſtituenda. p.224 à n.1.ad 8
Ludo prohibita amiſſa quando poſſint tuta conſcientia repeti in iudicio. Et an reſtituenda. p.226 à n.9.ad n.13
Ludo prohibito aliquid perdens non poteſt id latenter furari. p 221.n.12
Ludo quando admixtum eſt aliud delictum, puta, falſitas taxillorum, &c. reus pœna arbitraria punitur. p.229.n.22
Ludo amiſſa per Clericos, & Scholares an repeti poſſint intra terminos laicis permiſſos. ibid. à n.1.ad fin.
Ludorum prohibitionum rationes. pag.214.n.4. 5.6.7. & 8
Ludorum prohibitionum ſpecies. pag.215.n.16. ad n.22
Ludus iure ciuili & Canonico eſt prohibitus. Et quid de iure diuino. p. 216. n. 28
Ludus redditur vitioſus ex circunſtantiis. p.218. n.55
Ludus ad hoc vt prohibitus ſit quid requiratur. ibid.n.56
Ludus ex qua circunſtantia fiat mortalis. ibid. n.56.& 57
Ludus laruatis, hoc eſt, *las maſcaras*, prohibitus eſt Clericis ſub mortali. Et illius pœna. pag.219.n.64
Ludus Schacorum, hoc eſt, *el axedrez*, an ſit licitus. p.220.n.69
Ludus quando liceat, & quando non. pag.222. num.80
Ludus an per leges humanas prohiberi potuerit. Et quæ leges eum prohibeant. ibid.n.1.2. 3.4.& 5
Ludus quis licitus, & ſub qua quantitate. p.213. n.6. & 7
Ludus alearum non poteſt effici licitus conſuetudine. Et an pœna reſtitutionis tollatur. ibid.n.9. & 10
Ludus eſt regulariter prohibitus laicis, & Clericis. p.219.n.14
Luſor qui ſcienter ait ſe habere plura puncta, quam habeat, & ideò lucretur, peccat mortaliter. p.221.n.73
Luſores laici ſi non deſiſtunt à ludo qua pœna puniendi. p.219.n.25.26.& 27

M

MAgia an vti liceat ad bonum finem. p.138. num.1.& 2
Maioratus dicitur dignitas. p.135.n.3
Maledicens Principi an incurrat crimen læſæ maieſtatis. p.166. à n.1.ad fin.
Mandans *manus violentas*, in Clericos iniici incurrit in excommunicationem. pag. 231. num.6
Mandans, vel conſulens vnum, ex conuitiis maioribus malum iniici qua pœna puniatur. p.301.n.1. Et an eadem pœna qua mandatarius à n.2.ad n.17
Mandans committi delictum, & poſtea reuocans an teneatur ex delicto ſequuto. p. 281. n.30.31.& 32
Maritus conſtante matrimonio habet dominium legale in ſeruum, & ancillam dotalem. p.115.n.10
Maritus occidens mulierem adulteram deprehenſam in adulterio propria authoritate, non lucratur dotem. p.296.n.5
Matrimonium contractum inter infideles altero eorum ad fidem Catholicam tranſeunte an diſſoluatur. p.58.n.7.& 8
Mendacio vti non licet ad euitandam mortem. p.32.n.15.16 & 17
Mendicantes validi qua pœna puniantur. p.336. n.1.ad fin.
Mendicitas eſt duplex. ibid.n.3
Mentiri nullo modo licet. p.35 n.3.& 4
Mercatoribus non licet vendere ad creditum vltra pretium rigoroſum, quo res valet pecunia numerata. p.204.n.5.6.& 7
Minos fures omnes inſecutus eſt maximè per mare. p.356.n.12
Modus reſtituendi dotem vxori hæretici. p.93. n.16.& 17
*Mohatras no ſon licitas.* p.199.n.3
Mulier nobilis nupta ignobili an teneatur palinodiam canere. p.283.n.21.22.& 23
Mulier nobilis nupta plebeio an teneatur canere palinodiam. p.309.n.1.& ſeqq.
Mulier ſequi debet conditionem mariti, etiam vidua. ibid.n.2.& 3
Mulier nobilis nupta ignobili debet contribuere tributis Regiis. Et quid ſi fuerit vidua. ibid n.3.& 4
Mulier nupta tranſit in familiam mariti, & an gaudeat priuilegiis paternæ domui conceſſis. ibid. num.5.& pag.348. num.10.11
Mulier ignobilis nupta nobili potitur eius nobilitate.



bilitate. ibid.n.7.8.& 9
Mulier quoad quæ efficiatur de domicilio viri. p.130.n.13
Mutuans an poſſit deducere in pactum damnum ſibi emergens ex illo mutuo. pag. 200. n.1.2.3.& 4
Mutuare frumentum tempore egeſtatis pretio communi reddendum eo pretio quo tempore creditionis valuerit, an ſit licitum. p. 191. num.9
Mutuum accipiens ſub vſuris an alij à ſe mutuum petenti poſſit ſub iiſdem vſuris concedere reſpectiuè. p.200.n.5.6.& 7

N

NAutæ, caupones, & ſtabularij an teneantur de rebus furto ſubtractis in ſuis domibus, vel nauibus. pag. 379. à num. 1. ad num. 9. Et quibus caſibus non teneantur ad cuſtodiam rerum immiſſarum in ſuis nauibus, vel hoſpitiis. pag. 381. num. 13. & ſeqq.
Neophyti an ſint ad ſacros ordines admittendi. p.60.n.1
Neophytus quis propriè dicatur. p.66.n.2
Neophytus neque ad officia ſæcularia admittendus. ibid.n.4
Neophytus quando ad ſacros ordines poſſit promoueri. ibid.n.6.7.8.& 9
Nobiles quando puniendi ſunt maioribus pœnis pecuniariis. p.306 n.4.5.6.7
Nobiles non ſunt puniendi pœna *de deſdecirſe*. Et quando poſſit allegari nobilitas. p.307 n.8.& 9
Nobilis, vulgo, *hijodalgo*, conuitians alium conuitiis maioribus, an debeat canere palinodiam. p.306.n.1.2.& 3
Nobilis contra nobilem à ſe offenſum an debeat canere palinodiam. pag. 307. num. 11. & ſeqq.
Nobilitas ad excuſandum nobilem à pœna contradictionis, quomodo ſit probanda. ibid.. num.10
Nocturni effractores ſunt fures grauiores. Et de eorum pœna. p.370.n.4.5.& ſeq.
Nouiter conuerſus ad fidem an ſit teſtis idoneus. Et quid *del Moriſco*. p.61. num.11.12. & 13

O

OCcidens alium ob neceſſariam defenſionem an puniatur. p.294 n.16.& 17

P

PAce rupta ex noua cauſa ſuperueniente non incurritur pœna impoſita in ipſa pace. p.255.n.1.2.3.& 4
Paria delicta quando mutua compenſatione tollantur. p.298.n.23
Pacta reſtringentia facultatem redimendi quomodolibet cenſum, quando ſint ex natura ſua illicita. p.191.n.40.& 41
Pactum de retrouendendo qnibus iuribus ſit licitum. p.182.n.1.2.& 3
Pactum de retrouendendo expreſſum in inſtrumento venditionis ſimul cum obligatione bonorum, an ſit tantum perſonale. pag.182. n.4.5.& 6
Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij an inducat ſufficientem ſuſpicionem vſuræ. p.184.à n.7.ad n.13
Pactum appoſitum in emptione cenſuum redimibilium, quod poſſit redimi ſolum intra certum tempus, an ſit licitum. p.189.n.32
Pactum de retrouendendo poſt certum tempus, & non antea, quando cenſeatur factum in fraudem vſurarum. ibid. num. 33. 34. 35. & 39
Pactum de retrouendendo cum certo pacto negatiuo, an conuincat ipſum de prauitate vſurarum. p.190.n.36
Pater in vita non tenetur ſoluere condemnationem pecuniarum pro filia delinquente. p.111. n.1.& ſeqq.
Patronatus ius Eccleſiaſticum an comprehendatur in confiſcatione bonorum vniuerſali. p.101 à n.1.ad fin.
Paruitas pretij in pacto de retrouendendo quomodocumque probatur. p.188.n.25
Pax non dicitur rupta ex noua cauſa etiam leui ſuperueniente. Et limitatur. p.157.num.4. ad num.8
Peculium profectitium, vel aduentitium filij, an veniat in confiſcatione bonorum eius. p.108. à n.1.ad n.17
*Pena de las mugeres publicas, que tienen Rufianes.* p.336.n.12
*Pena del que alcahueta à ſu muger, et de adulterio.* p.255.n.16.17.18.& 19
Pertinacia requiritur ad faciendum verum hæreticum. p.76.n.60.& 61
Plagiarij pœna. p.384 n.1.& ſeqq.
Pœna impoſita Chriſtianæ mulieri iacenti cum iudæo. p.59.n.16
Pœna portantium bona ad infideles. pag.66 à n.1.ad fin.
Pœna dantis operam, vt Sarraceni capiant Chriſtianos. p.69.à n.1 an fin.
*Pena de los ſortiros, y adiuinos, y de los que van à ellos.* p.137.à n.1.ad fin.
*Pena de encantadores, maleficos, y otros que guardan varias ſuperſticiones.* p.139.n.4
*Pena de Aſtrologos, Matematicos, y otros que exercen arte iudiciaria de Aſtrologia.* ibid.n.5
Pœna iterationis baptiſmi. p.140.n 1.4.& 5
Pœna carceris per menſem blaſphemio impoſita quomodo intelligatur. pag.159. à num.1. ad fin.
Pœna corporalis quæ ſit impoſita blaſphemis per leges huius regni. p.162.n.1.& 1
Pœna carceris impoſita pro prima blaſphemia non poteſt dici corporalis. p.162.n.5
Pœna triremium addita per nouas leges noſtri regni habet locum pro tertia blaſphemia. p.163.n.7
Pœna maledicentium perſonis Regiis, aut Papæ. p.165.à n.1.ad n.8
Pœna ludentis à ſtatuto impoſita contra quos habeat locum. p.231.n.4.& 5
Pœna tabulariorum (*tablajeres*,) & mutuantium in ludo p.232. à n.1. ad fin.
Pœna de *deſdezirſe*, pro quibus verbis iniurioſis imponatur. p.267.n.1.2.3.& 4
Pœna corporalis eſt canere palinodiam. p. 319. n.3. & 4
Pœna ictus fuſtium, vel alio corporalis quando infamet. p.33.n.6.& 7
Pœna canendi palinodiam an habeat locum parte non accuſante, vel deſiſtente. p.238.n 1. ad fin.

Pœna famoſum libellum fabricantis. p. 194. n.2.3.& 4
Pœna lenonum iure Regio. p. 338. n. 1. ad fin.
Pœna ſimplicis furis omni iure. p.356.à n.29 ad n.44
Pœna pro ſecundo furto ſimplici in Hiſpania p.360.n. 45.46.& 47
Pœna pro tertio furto imponenda. ibid.n.48. & 49
Pœna criminis expilatæ hæreditatis eſt arbitraria pro qualitate perſonarum. pag. 366. num.10
Pœna famoſi latronis, & curſarij. ibid. à n.1. ad fin.
Pœna furum violenter ingredientium domum ad rapiendum. p.369.n.23
Pœna furantium res Eccleſiæ de loco ſacro. p.371.à n.1. ad fin.
Pœna furti aduerſus Clericos quæ ſit iure Canonico. p.383.n.1.2.3.4.5.& 6
Pœnalis conſtitutio cuius reſpectu ſit fauorabilis. p.317.n.5.6.& 7
Pœnalis conſtitutio quando extendatur. p.318 num.9
Pœnæ hæreticorum vltra confiſcationem bonorum. p.319.à n.1.ad n.14
Pœnæ permanentium diu in excommunicatione. p.170.à n.1.ad fin.
Pœnitentia poſt delictum commiſſum regulariter non excuſat ab accuſatione. pag. 299. num 7
Pœnitentia furis poſt furtum cum non excuſat, pag.356.n.28
Praxi inquiſitionis à iudice ſeruanda. pag 3. num 3
Praxis quæ probata in Regnis Hiſpaniæ. ibid. n.10
Praxis procedendi contra conuitiantes verbis. p.319.n.1.& 2
Princeps iuſtum bellum indicens ex odio peccat, ſedt non tenetur ad reſtitut. p.386.n.24
Pr uatio beneficij curati ex non reſidentia quo modo inducatur. p.374.n.16.& 17
Priuilegia quomodo interpretanda. p.261.n.17
Priuilegium fori conceſſum alicui, cenſetur etiã conceſsũ eius familiæ.p.262.n.9.10.& 11
Priuilegium militis ſæcularis extenditur ad militem cœleſtis Eccleſiæ. p.312.n.13.& 14
Probatio ſemiplena quid ſit, & quando procedat. p.15 à n.25.ad fin.
Proceſſus criminalis ſi fulminetur contra præſentes, & abſentes reos non debet differri. p.3.n.14. Et quid in Hiſpania,n.15
Proceſſus inquiſitionis generalis non eſt publicandus. ibid.n.17
Procurator pro reo carcerato quando admittatur,& quando non. p.237.n.67
Promiſſio iure naturæ facta de re licita adimplenda eſt. p.235.n.3
Promiſſiones factæ poſt ludum de pecunia amiſſa ſoluenda valent. p.238.n.5
Promittens non offendere alterum, an incidat in pœnam offendendo fratrem.p.257.n.9.10. & 11
Prouocatus iniurians prouocantem verbis maioribus, an teneatur canere palinodmi. p.332.n.1.2.& 3.p.300.n.19.& 20
Prouocatus,animo ſe defendendi poteſt obiicere prouocanti verbum iniurioſum.p.296.n.10
Pupilli teſtimonium quando valet. p.19.à n.7. ad fin.
Pupillus proximus pubertati, & doli capax, ad quid faciat indicium. p.17.n.5.& 6
Purgatio canonica quibus caſibus,& quomodo fiat. p.119.n.19

R

RApiens vi fure improbior eſt furtum propriè non facit. p.344.n.39
Raptor manifeſtus fur exiſtimandus eſt ibid. n.57
Rebaptizati an irregulari incur.p.155.n.15.& 16
Relapſi, ſine audientia Curiæ ſæculari traduntur. p.135.n.17
Relapſis quæ ſacramenta ſint adminiſtranda. ibid.à n. 8 ad n.22
Relapſus conuerſus ad fidem, an reputetur hæreticus. p.133.n.2
Religioſi detrahentes in ſuis ſermonibus Eccleſiarum prælatis qua pœna puniendi.p.166. num.9
Renuntiatio iurata non extenditur ad ius poſtea de nouo competens. pag.ibid.num.17. ad fin.
Reſtituens famam à te iniuriato, &c. pag.236. num.10
Rei, & teſtes interrogati an differant. p.55.n.8
Reo danda eſt copia indiciorum, &c. p.28. n.2. & 3
Reus an teneatur iudici interroganti veritatem fateri. p.51.n.5.& 6.p.35.à n.11.ad n.20
Reus an in aliquo caſu poſſit veritatem negare. p.131.n.7.8.9 & 10
Reus an teneatur iudici veritatem,&c.p.37.n.25
Reus interrogatus à iudice non iuridice, quid debeat facere. p..135.n.1.& 2
Reus contra ius interrogatus etiam iuratus,quid poſſit reſpondere. p.138.n.2.3.4.& 5
Reus,& teſtis inique interrogati ſi citra iuramentum negent veritatem, quomodo peccent. ibid.n.6
Reus diffamatus de vno crimine non poteſt de de aliis occultis interrogati. p.40. num. 2. & 3
*Rieptos, y deſafios*, an ſint in vſu in Hiſpania. Et an liciti. p.151.à n.1.ad fin.

S

SAcerdotes blaſphemi quomodo puniendi. p.150.à n.5.ad n.19
Saluaguardia data debet concedi illis, contra quos datur, & præconizad. p.257.n.10
Saluæ guardiæ violator quibus pœnis afficiatur. ibid à n.11.ad fin.
Saluus conductus an concedi poſſit bannitis & condemnatis, & à quo iudice. p.258.à n.1. ad 10
Saluus conductus conceſſus de facto à iudice an debeat ſeruari, nec ne. pag.261.num.11. 12.& 13
Saluus conductus conceſſus alicui à Principe quoad quas perſonas extenditur.p.262.n.20. 21.& 22
Saluus conductus conceſſus ad eundem ad aliquem locum cenſetur etiam conceſſus ad redeundum. ibid.n.25
Saluus conductus conceſſus delinquenti ad quæ delicta extendatur. ibid.n.27.& 28
Saluus conductus ex noua cauſa reuocatur. p.263.n.29





Saluus conductus conceſſus alicui an ſolum pro vna vice intelligitur. ibid.n.32.& 33
Saluus conductus an ceſſet morte proxime concendentis ſi fuit conceſſus ad beneplacitum ipſius. ibid.n.14.& 15
Saluus conductus qua cauſâ ceſſante ceſſet.ibid. num.46
Salu.conduct.conceſſus ſub conditione expreſſa non prodeſt, niſi verificata condict. ibid n.37
Saluus conductus conceſſus debitori ex cauſa ciuili an ſit ſeruandus. p.264.n.1.& ſeqq.
Salu.conduct.conceſſus à Princ.vel à iudice pro debito, non extend. ad debita iurat. ibid. num.5
Saluus conductus conceſſus debitori ad tempus quomodo intelligatur. p.265.n.15.16.& 17
Saluus conductus ſubreptitius conceſſus debitori an valeat. ibid.n.20
Sarraceni, qui mulieres Chriſtianas, & pueros rapiunt, vt iis abuti præſumunt, qua pœna puniantur iure Canon. ibid.n.2
Scalas ponens nocte ad feneſtram alienam cauſa violandæ caſtitatis, vel furandi, qua pœna puniatur. p.370.n.13
Scholar. luſores qua pœna puniant. pag. 253. num.21
Scholaris vagabundus debet citari ad domum, quam reliquit. Et quid de Clerico vagabundo. p.246.n.4.5.& 6
Scripturæ Maurorum an poſt eorum conuerſionem ſeruandæ ſint: & an ipſorum iuramenta eos ligent. Et quid de iud. p.76. n.1. 2.3.& 4
Secreta commiſſa in confeſſione ſacramentali nunquam ſunt reuelanda. pag. 57. num.16. & 17
Securitas conceſſa non implenti promiſſa in aſſecuratione ei non prodeſt. p.183.n.30
Securitas conceſſa debitoribus ad quæ debita extendatur. p.264.n.7.ad 14
Serui fugientes à Dominis ſuis furtum faciunt, ac proinde ab Eccleſia extrahuntur.Secus in alia re furtiua. p.144.46.47.& 48
Simoniacus an ſit Canonicus, qui diſtributiones quotidianas intendit tanquam pretium pro diuino officio. p.193.n.9
Sortilegia quæ, & quibus pœnis ſint punienda. p.45.n.7.& 8
Sortilegia quænam dicantur hæreticalia, & quæ non. p.46.n.10.11.& 12
Sortilegi, Augures, Aſtrologi, & his credentes quibus pœnis puniantur iure ciuili, canonico, & regio. p.48.à n.1.ad fin.
Sortilegiorum quot ſint ſpecies. p.45.n.5
Sortilegium quid ſit. ibid.n.1.2.3.& 4
Sortilegorum quotuplex ſit profeſſio. ibid.n.6
Sponſa de præſenti an comprehendatur ſub nomine vxoris. p.277.n.1.ad fin.
Statutum, lex vel conſtitutio Eccleſiæ, Collegij, &c. præcipiens ne admittitur, qui originem duxerint à iudæis, an valeat. pag. 62. à num.1

T

TErminus inquirendi præfixus à ſtatuto iudicibus, an incipiat incurrere, &c.pag.41. num.3
Teſtes probantes famam debent eſſe, &c. p. 5. num.23
Teſtes requiſiti ad probandam infamiam quinam eſſe debeant. p.13.n.7.8 9.& 10
Teſtes ad probanda indicia remota quinam debeant eſſe. p.17.n.1.2.3.4.& 5
Teſtes primi non admittantur etiam in criminibus exceptis. p.168.n.3
Teſtes ſingulares fidem non faciunt,&c. p.169 num.9
Teſtes de auditu interpoſito pariete in cauſa criminali non probant. ibid.n.11
Teſtes alias inhabiles quando admittantur in crimine blaſphemiæ. ibid.n.11
Teſtis corruptus,aut periurus,&c. d.16.n.2
Teſtis vt faciat iudicium legitimum, &c. ibid. num.2
Teſtis interrogatus iudice an teneatur ei veritatem aperire. p.35.n5
Teſtis, qui vidit homicidium committi, interrogatus à iudice, &c. p.36.n.9.& 10
Teſtis viuis de viſu ſufficit ad torquendum. ibid.n.1
Teſtis in quo caſu teneatur veritatem aperire. ibid n.12.& 13
Teſtis contra ius interrogatus an licite poſſit reſpondere ſe factum neſcire. ibid.num.14. & 15
Teſtis depoſitio non valet contra mandantem, niſi etiam demandatario deponat. p.44.n.1
Teſtis inimicus nullo in caſu admittitur. p.169. n.4.5.6.& 7
Teſtis non poteſt eſſe in criminalibus ad plenam fidem faciendam minor ſexdecim annorum. ibid.n.8
Teſtium publicatio in inquſitionibus,quæ fiunt pro ingreſſu Collegiorum,&c. an fieri debeat. p.29.n.13
Teſtium repulſa in crimine blaſphemiæ an admittatur. p.168.n.1.& 2
Thaur vnde dicatur. p.222.n.4
Tregua, aſſecuratio,& pax quæ fuit,& vnde dicantur. p.250.n.1.2.3
Tregua,& induciæ idem ſignificant. pag.251. num.13
Tregua an dicatur rupta ex noua cauſa interueniente. pag. 253. num.5. Et quid in foro poli. p.257.n.23
Tregua, vel pax inter aliquos facta ex quibus caſibus dicatur rupta. pag. 257. num. 1 & ſeqq.
Treguæ verba quomodo concipi debeant.p.250. n.7.8.9.& 10
Treguæ inter quos concedi poſſint. ibid. n.11. & 12
Treguæ, & ſecuritatis fractores qua pœna puniuntur. p.251.n.1.ad fin.
Treguam poſitam à Principe infringens eſt proditor, & in quam pœnam incidat. p.257.n.7. 8.& 9

V

VAgabundi qua pœna puniantur iure regio. p.227.n.7
Vagabundi, *y ladrones*, qua pœna puniantur iuxta legem huius regni. pag.335.num.1.2. 3.4.& 5
Vagabundus quis propriè dicatur. pag.327. num.1.& 2
Vagabundus poteſt vbique conueniri, & puniri de delicto commiſſo. pag.227. num.3. 4.5.& 6
Vagabundus an ad locum commiſſi delicti remitti debeat. p.328.à n.1.ad fin.

# Index Rerum.


Vagabundus vbi, & quomodo ſit citandus. p.300.n.1.2 & 3

Vaſalli an poſſint à Rege impetrare ſaluam guardiam contra Dominos propter litem, quam mouent contra ipſos. p.257.à n.1. ad num. 6

Vaſallus, qui promiſit Domino fidelitatem, perdit feudum propter adulterium cum vxore, vel filia Domini commiſſum. ibid,n.2

Verba ſacræ Scripturæ ad iocoſa, ſcurrilia, & inania trahentes, quomodo, & à quibus puniendi. pag.155.n.16

Verba dubia proferens, & aliquo modo excuſabilia, an puniendus. p.157.n.1

Victualia an aſportari poſſint infidelibus tempore pacis,. 67.à n.1.ad fin.

Vidua an teneatur fructus pignoris marito traditi, interim dum ſibi dos non ſoluitur, in ſortem principalem computare. pag. 211. n.28

Vidua domicilium mariti retinet, & in eius matrimonio permanere dicitur. ibid.n.29

Vidua an petere poſſit ab hæredibus viri interim dum ſibi dos non ſoluitur, certam quantitatem loco alimentorum intra annum ſoluti matrimonij. Et quid poſt annum. p.264. n.31.& 32

Vſura, & contractus quomodo teſtibus ſingularibus probari poſſint. pag.178.à num.11. ad fin.

Vſura an ſit ex mutuo aliquid ſperare ex mera liberalitate accipientis, etiam ſi id exprimatur. p.194.n.10.11

Vſura mentalis an obliget ad reſtituendum, & in quibus caſibus. p. 199.n.1.ad fin.

Vſura an ſit mutuare cum certis pactis, & conditionibus, quæ hic proponuntur. p.194.à n.1. ad fin.& p.197.à n.1.ad fin.

Vſura an ſit mutuare cum pacto, & mutuatarius tantum de mutuo in futurum det. p.196.à n.1. ad fin.

Vſura an ſit mutuare cum pacto, vt mutuatarius teneatur conducere, locare, &c. p. 200. n.1. & 2.

Vſura eſt dare mutuum cum pacto tacito, aut expreſſo alicuius muneris. ibid.n.5

Vſura eſt mutuum dare Reipublicæ cum pacto vt mutuatarius eximatur à tributis. ibid. num.6

Vſura an ſit accipere beneficium Eccleſiaſticum, vel officium publicum concedere, ob mutuum. ibid.n.7.& 8

Vſura an ſit mutuum dare triticum vetus, vt reddatur nouum. ibid.n.10.& 11

Vſura an ſit mutuare cum onere, vt mutuatarius teneatur reddere pecuniam rariorem, vel meliorem. ibid.n.12

Vſuræ quæſtione iuris pendente coram iudice Eccleſiaſtico, an poſtea impediatur executio inſtrumenti publici coram iudice ſæculari petita. Et an tunc poſſit iudex ſæcularis inhiberi ab Eccleſiaſtico. pag. 175. à num. 8. ad fin.

Vſuram mentalem an omnis ſpes, vel intentio conſequendi lucrum ex mutuo conſtituat. p.192. à n.1.ad n.8

Vſurarij adhuc poſt peractam pœnitentiam ſunt infames ad teſtimonium, & dignitatem. pag.180.n.2

Vſurarius qua pœna puniatur omnibus iuribus. p.177.à n.1. ad n.10

Vſurarius laicus quo pacto efficiatur infamis. p.180.n.3

Vxor, & ceteri creditores hæretici an præferantur fiſco pro dote, & ſuis creditis. p. 92. n.1.2.3.& 4

Vxor viri nobilis ex priuilegio ad quid gaudeat eodem priuilegio. p.308.n.24

Vxoris dos an confiſcetur propter eius delictum quando, & quomodo. p.94. n.18.19. & 20

Vxoris dos non confiſcatur regulariter propter delictum mariti dignum confiſcatione ſuorum bonorum. ibid.n.21.ad n.35

Vxoris bona paraphernalia non veniunt in confiſcationem bonorum mariti ob crimen ab eo commiſſum. p.95.n.36.& 37



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UAN
DAD AUTÓNOMA DE NUE
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTE